A. R. P.

PETRI FRANCISCI


A CONCEPTIONE BEATÆ VIRGINIS,
BONONIENSIS, SCHOLARUM
PIARUM EX-GENERALIS,

POLYGRAPHIA
SACRA,

SEU

ELUCIDARIUM
BIBLICUM
HISTORICO-MYSTICUM.

Littera M.





CUM PERMISSU SUPERIORUM.

Augustæ Vindelicorum & Græcii,
Sumptibus PHILIPPI, JOANNIS & MARTINI VEITH, Fr.
Anno M DCC XXIV.



Nihil obſtat ; Quapropter imprimi poteſt cum antecedentibus approbationibus.

Fr. LEO à S. FELICE, Carmelita Diſcalceatus, Sacræ Theologiæ Profeſſor & Lector Definitor Provincialis.




Imprimatur extra Urbem, ſervatis ſervandis.



Fr. GREGORIUS SELLERI, Ord. Prædicat. Sacr. Palat. Apoſtolici Magiſter.

M. Maacha.



M.

Maacha, Vir.

Hist.
Gen. 22, 24.
(a) Quis primus.
2. Reg. 10, 6. &c.
(b) Quis secundus.
3. Reg. 2, 39. & alibi.
(c) Signif. nom.



Filius (a) (aliqui fœminam dicunt) fuit Maacha *Nachor* ex illius concubinâ Româ.

II. *Rex* (b) item *Geth* fuit Maacha, qui mille viros dedit Hanon Regi Ammonitarum contra David. (c) Significat: *Compressa: Attrita: Fixa*; quia tamen videtur ex terminatione Latinæ interpretationis, eam non viro, sed feminæ convenire; eadem terminari potest modo debito viro; & dici: *Compressus: Attritus: Fixus*. Hic postremus fuit pater Achis. (Vid. *Maacha fœmina* num. VIII. IX. Item *Maacha urbs*).

Maacha, Fœmina.

Hist.
(a) Novem fœminæ Maacha dictæ.
2. Reg. 3, 3. & alibi.
(b) Quæ prima.
3. Reg. 15, 2. 2. Par. 11, 20. &c.
(c) Quæ secunda.

Plures (a) sunt fœminæ, hoc nomine in sacris litteris notatæ.

I. *Filia* (b) *Tholmai* Regis Gessur, uxor David, & mater Absalom hujus nominis fuit.

II. *Mater* (c) *Abia* Regis Juda, & *filia Abessalom* Maache dicta est; fuitque uxor Roboam Regis super omnes amata ab eodem; dicta etiam *filia Uriel*.

3. Reg. 15, 10.
(d) Quæ tertia.
- - 13.

III. *Uxor* (d) item *Abia* Regis Juda, & filia Abessalom, materque Asa Regis, nomen habuit Maacha; quæ cultui eddicta idolorum, & Princeps in sacris Priapi facta in luco, quem consecraverat, ex augusto deposita est imperio; & quidem meritò, ab ipsomet Asa filio, cultum Domini zelante.

1. Par. 2, 48.
(e) Quæ quarta.

IV. *Concubina* (e) *Caleb*, quæ ei peperit Saber, & Tharana, Maacha appellata est.

- 7, 15.
(f) Quæ quinta.

V. Maacha (f) item ponitur *soror Machir*.

- - 16.
(g) Quæ sexta.

VI. Itemque (g) Machir *uxorem* hujus nominis habuit, quæ peperit Phares.

(h) Quæ septima.
- 8, 29.
- 9, 35.

VII. *Uxor* (h) *Abigabaon*, seu Jehiel fuit Maacha.

(i) Quæ octava.
- 11, 43.

VIII. Inter fortes (i) David est Hanan filius Maacha; nescitur autem, an Maacha nomen sit viri, an mulieris: quod frequentius hoc nomen sit mulierum, videtur mulieris quoque hìc dicendum; at cum etiam nomen commune sit viris, & filii à patre ut plurimùm nominentur, non video, cùr absolutè vir dici non debeat.

- 27, 16.
(k) Quæ nona.
(l) Signif. nom.

IX. Dux Saphatias, (k) qui præerat juxta Davidis distributionem, Simeonitis, filius pariter Maache dicitur: estque eadem difficultas circa Maacha, quæ notata est num. VIII. præcipuè cùm alii Duces à patre nominentur. (l) Etymologia nominis est, ut in *Maacha vir*.

Maacha, Urbs. Regio.

Hist.
(a) Urbs & Regio est.

Est etiam Maacha (a) *urbs, & regio in Tribu Manasse*, ultra Jordanem; urbs, inquam, Amorrhæorum, quæ nomen regioni dedit, seu agro, qui circa illam est. *Machati* etiam dicitur & *Maachati*. Cùm populos hujusmodi non delevisset Tribus Manasse, Rex ejusdem urbis, qui etiam Maacha vocatus est pater Achis, mille viros dedit contra David Regi Ammonitarum Hanon, ut supra notavimus. Narratur etiam à Rege Assur Theglathphalasar captas urbes (b) *Ajon, & Abeldomum, Maacha & Janoë &c.* & juxta eam interpunctionem, quâ ante Maacha ponitur comma in aliquibus exemplaribus, jam apparet Maache urbs, quam dicemus unam, & eandem esse, de quâ hìc sermonem habemus: at aliam interpunctionem meliorem puto, nempe: (c) *Ajon, & Abeldomam Maacha, & Janoe &c.* unde Abeldomus Maache pro uno eodemque nomine ponitur, unam formans ex pluribus dictionibus dictionem; & pro eâ, vid. *Abeldomas Maacha* suo loco. (d) Sonat, ut: *Maacha vir*.

2. Reg. 10, 6.
4. Reg. 15, 29.
(b) Captæ ab Assyriis.
(c) Eadem urbs cum Abeldomas & sic Abeldomas Maacha.
(d) Nom. etym.

Maachati.

Hist.
(a) Quis sit.
4. Reg. 25, 23.
Jerem. 40, 8.
(b) Nom. interpr.

Pater (a) fuit *Jezonia*, unius ex Principibus populi Judaici, qui remanserat in terrê Juda, post transmigrationem Judæorum in Babylonem, per Nabuchodonosor factam. Significat: (b) *Contritus: Attritus: Compressus: Fixus: Contritio ventris*.

Maaddi.

Hist.
(a) Quis est.
2. Esd. 10, 34.
(b) Sign. nom.

Sunt qui scribunt *Maadi*. (a) Fuit *de filiis Bani*, unus ex his, qui alienigenas uxores acceperant, debuitque repudium facere sub Esdrâ. (b) Etymon est: *Solemnis: Festivus: Labilis: Ornatus: Testificans: Transiens*. Et Syriacè: *Auferens*.

Maai.

Hist.
2. Esd. 12, 35.
(a) Quis sit, & quid sonat.

De (a) *Levitis* fuit, qui adstitit dedicationi muri Jerusalem sub Zorobabele, cantica Domino canens: Etymologia nominis est; *Venter: Coacervatio*.

Maala.

Hist.
Num. 26, 33.
- 27, 1.
(a) Quæ sit.
- 36, 11.
Jos. 17, 3.
(b) Nom. etym.

Primogenita (a) notatur *inter filias Salphaad*, qui filios non habuit masculos; unde filiabus hæreditas Salphaad adjudicata est, quæ tamen nupserunt contribulibus suis, in Tribu scilicet Manasse. Interpretatio (b) nominis est: *Chorus: Cithara: Infirmitas*: Syriacè verò: *Venia*.

Maalon. Vid. Mahalon.

Maara.

Hist.
(a) Lect. LXX.
Jos. 13, 4.
(b) Nom. signif. & quid sit.

Maara, & quidem *Maara Sidoniorum*, ut est in nostrâ vulgatâ; (a) cùm Septuaginta ponant tantùm *Sidonas*, habetur in Tribu Aser. (b) Sonat autem Maara idem, ac *spelunca*; & hæc *spelunca in Regione Sidoniorum* fuit in *Tribu Aser*; postea dicta *cavea Tyri*, locus inexpugnabilis; & quidem tractu Temporis munitissimum Christianorum municipium, unde, non nisi ex proditione, à Saracenis amoveri potuere; milites quippe Christiani, pecuniâ

(c) Alie nom. interpr.

corrupti illud tradiderunt: (c) Sonat etiam: *Evacuatio*: *Effusio*: *Discooperiens*: *Evigilans*.

Maasai.

Hist. 1 Par. 9, 12. (a) Quis sit, & quid significat.

Fuit (a) ex primis babitatoribus Jerosolymæ; & quidem *filius Abdiel*. Significat: *Opus meum*. Habitavit autem post reditum à captivitate.

Maasia. Maasias.

Hist.

Plures sub bis nominibus apparent in sacris litteris.

1 Par. 15, 18-20. (a) Quis primus.

I. Janitor, (a) & Cantor arcanorum in nablis fuit *Levita* quidam, sub David Rege, Maasias dictus; cùm arca Dei ab eodem David reduceretur.

2 Par. 23, 1. (b) Quis secundus.

II. Alius fuit (b) *filius Adaia*, Dux, & Centurio electus à Jojadâ; & ut apparet, ex Levitis, qui cum aliis terram Juda circumiens, & congregans Levitas, & Principes familiarum Israël manum dedit, & operatus est, ut Joas in solio Regum Juda poneretur, interfectâ Athaliâ.

- 26, 11. (c) Quis tertius.

III. Alius est (c) Maasias *Doctor* (hunc facit eundem eum nuper laudato num. II. Mr. Simon; at causam non habemus, cur eundem, eum illo dicamus, & ætas valdè provecta diversum illum nobis exhibet), & Dux in regio exercitu Oziæ, seu Azariæ Regis Juda.

- 28, 7. (d) Quis quartus.

IV. *Filius* (d) *Regis Juda Achaz* Maasias vocabatur, & hic occisus est à Zechri, viro potente ex Ephraim, cùm pugnaret Israël contra Judam.

- 34, 8. (e) Quis quintus.

V. Sub (e) Josiâ Rege Juda reperitur Maasias *Princeps civitatis in Jerusalem*, qui ab eodem Rege missus est, ut instauraret domum Dei; prout fieri idem cum aliis, pariter missis, fecit.

1 Esd. 10, 18. (f) Quis sextus.

VI. Alius (f) Maasia fuit *de filiis Sacerdotum*, qui alienigenas uxores duxerant, & sub Esdrâ illas repudiare debuerunt.

- - 21. - - 22. (g) Quis septimus, octavus, nonus. - - 30.

VII. VIII. IX. Itemque alius de filiis Harim pariter *de filiis Sacerdotum*; necnon & alius *de filiis Phashur*, aliusque Maasias *de filiis Phahath*, qui omnes pariter uxores alienigenas repudiârunt.

2 Esd. 3, 23. (h) Quis decimus.

X. Utrum (h) quis ex prænarratis num. VI. VII. VIII. IX. sit idem, ac qui notatur *pater Azariæ*, fabricantis in nova Jerusalem post reditum à captivitate, ignoro; interea tamen diversum pono.

- 8, 4. (i) Quis undecimus, & duodecimus. - - 7.

XI. XII. Eodem modò ac de posito numero IX. loquor de Maasiâ, (i) uno *ex Levitis* stantibus ad dexteram ejus, cùm legeret populo verba legis. Sicuti & de alio pariter *Levitâ* silentium tunc temporis indicente.

(k) Quis decimus tertius. Jerem. 21, 1. - 29, 25. & alibi. - - 21. (l) Quis decimus quartus. (m) Quis decimus quintus. - 32, 12. - 51, 59. & alibi. (n) Quis decimus sextus. - 35, 4.

XIII. *Pater* (k) *Sophoniæ*, Sacerdotis, missi ad Jeremiam à Sedeciâ Rege Juda, Maasia dicebatur.

XIV. *Pater* item (l) *Sedecia*, Pseudoprophetæ habetur hoc nomine notatus.

XV. Avus (m) Baruch Prophetæ, & *pater Neri*, pariter Maasias dictus est; & Hebraicè ponitur *Mahasias*. Et hìc etiam est avus Saraiæ.

XVI. Maasias (n) alius est, cujus thesaurus, seu gazophylacium erat in circuitu templi, & erat *filius Sellum*; custosque vestibuli.

(o) Nom. signif.

Interpretatio nominis est: (o) *Opus Domini*. Qui autem notatur Maasias num. XIV. pater Baruch, & Saraiæ fratrum, ut notant universaliter sacri interpretes, interpretationem habet: *Protectio Domini*: *Confidentia Domini*.

Maazia.

Hist. 2 Esd. 10, 8. (a) Quis est, & quid sonat.

Unus (a) fuit *ex signatoribus* deputatis sub Nehemiâ, ad signandum fœdus, initum cum Domino. Sonat: *Fortitudo Domini*: *Refugium Domini*.

Maaziau.

Hist. 1 Par. 24, 18. (a) Quis est, & sign. nom.

(a) *Vigesimaquarta sors*, seu classis in ministerio Domini, erat Maaziau; cujus nominis interpretatio est eadem ac *Maazia*.

Mabsam.

Hist. Genes. 25, 13. 1 Par. 1, 29. (a) Quis primus, & nom. etym. - 4, 24. (b) Quis secundus.

I. Unus (a) *ex filiis Ismaëlis* fuit Mabsam, cujus nominis etymon est: *Aromatizans*, *confundens eos*.

II. Alius (b) est inter posteros Simeonis filius Sellum; & in aliquo exemplari legitur *Mapsam*.

Mabsar.

Hist. Genes. 36, 42. 1 Par. 1, 53. (a) Quid est, & nom. interpr.

Unus (a) *ex Ducibus in Edom* fuit Mabsar, cujus significatio est: *Prohibens*: *Vindemians*: *Auferens*: *Muratus*: *Munitus*.

Macces.

Hist. (a) Quid est. 3 Reg. 4, 9. (b) Lect. LXX. (c) Nom. etym.

Locus (a) est *in præfecturâ Bendecar* sub Salomone, facilè in Tribu Dan, prout sunt etiam alia loca proximè ei enumerata. (b) Septuaginta legunt μακὲς, *Maces*; fortè idem, ac apud eosdem μαχὶς, *Maches*, in Jos. 15. v. 40. (c) Significat: *Æstas*: *Æstuans*: *Spirans*: *Vigilans*: *Finis*: *Finiens*: *Tædium*.

Maceda.

Hist. (a) Lect. LXX. (b) Quid est. Jos. 15, 41. - 10, 10. - - 16. &c. (c) Spelunca ad Maceda, in qua 5. Reges absconduntur. (d) Capiunt à Josue, & 5. Reges suspenduntur. - - 28. - 12, 16. - 10, 28. (e) Funditus delentur. - - 29. (f) Nom. interpr.

Sæpè Maceda nominatur in sacris litteris, & in triplici (a) capite Josue semper diversè legitur à Septuaginta, qui in Jos. 10. legunt μακηδά, *Maceda*; in 15. μαχηδὰν, *Machedan*; in 12. ἠλαθ, *Elath*. Ut ut sit, (b) *civitas est in Tribu Juda*, olim quidem regia. Josue quinque Reges, oppugnantes Gabaon, percussit *usque Azecu*, & *Maceda*, prope quam (c) erat spelunca, ubi se Reges illi abdiderunt, ad cujus os volvi jussit ingentia saxa idem Josue exercitum fugientem persequens; inde autem collectis ad Maceda copiis, (d) eductisque Regibus quinque, & morti datis, Macedam eodem die cœpit, Regemque ejus suspendi præcepit; & habitatores urbis delens, (e) *non dimisit in eâ saltem parvas reliquias*; & de Maceda transivit in Lebna. Etymologia nominis est: (f) *Incendium*: *Adoratio*: *Incurvatio*.

I. Macedonia. II. Macedo.

Hist. (a) Quid Macedonia & varia ejus nomina. (b) Ejus Geographia.

I. Latissima (a) *Europæ regio* est Macedonia, antea *Emonia*, *Emathia*, & *Mygdonia* appellata; ex initio sanè tenuis, Regum suorum prudentiâ; & virtute crescens centum quinquaginta populos in se habuit: (b) Ab ortu Ægeum habet mare; ab occidente Adriaticum,

seu

seu Jonium; à meridie Thessaliam, & Epirum; à Septemtrione Dalmatiam, & Mæliam montanam, seu, ut breviùs rem exponamus, Scardum, & Orbelum montes; sic Thraciæ contermina, & Mysiæ, seu Mœsiæ. Contendit P. Lubin aliquando pro Macedoniâ venire Cethim in sacris litteris, quod fieri dicit 1. Mach. 1, 1, & bene. Occidua Macedoniæ pars *Albania* hodie dicitur; Orientalis *Jamboli*; Australis *Comenolitari*. Quoad ly Cethim, vid. *Cethim*.

De hac regione mentio est in Actibus
Actor. 16, 9 &c. (c) Paulus per Macedoniam prædicans, & socii ejus etiam ab eo illuc missi; qui sæpè de Macedoniâ meminit. Apostolorum, dum (c) notatur Paulum per
Macedoniam sparsisse verbi Dominici semen,
postquam eidem visio per noctem ostensa fuit:
vir enim quidam Macedo visus est ei *stans*, &
deprecans eum, & *dicens: transiens in Macedo-*
niam adjuva nos. Fuit enim ibi cum sociis;
- 18, 5. fueruntque ibi Silas, & Timotheus; idemque
- 19, 21. Timotheus, & Erastos missi deinde à Paulo,
- - 22. cogitante, *transitâ Macedoniâ*, & *Achaja ire*
- 20, 1. *Jerosolymam.* Transivit autem iterùm evange-
- - 3. lizans Paulus in Macedoniam, & deinde in
Græciam. Hinc in suis epistolis mentionem
de Macedoniâ habet Apostolus. Ad Romanos
Rom. 15, 26. ergo scribens mentionem facit de collatione
eleemosynarum in Macedonia factarum, pro
distribuendo pauperibus Jerosolymæ. Ad Co-
1. Cor. 16, 5. rinthios habet: *Veniam autem ad vos, cùm Ma-*
cedoniam pertransiero: nam Macedoniam per-
2. Cor. 1, 15. *transibo.* Et alibi ait: *Hac confidentiâ* (scili-
cet, quòd ipse Apostolus Corinthiorum glo-
- - 16. ria esset, sicut & illi ipsius) *volui priùs ve-*
nire ad vos, ut secundam gratiam haberetis:
& *per vos transire in Macedoniam*, & *iterùm*
à Macedoniâ venire ad vos, & *à vobis deduci*
- 2, 13. *in Judæam. Non habui requiem spiritui meo,*
eò quòd non invenerim (Troade) *Titum fra-*
trem meum, sed valefaciens eis, profectus sum
- 7, 5. *in Macedoniam. Cùm venissemus in Macedo-*
niam, nullam requiem habuit caro nostra, sed
omnem tribulationem passi sumus: foris pugnæ,
- - 6. *intus timores; sed qui consolatur humiles, con-*
solatus est nos Deus in adventu Titi. Et com-
mendans Macedonum charitatem, & eleemo-
synas pauperibus distribuendas ab eis receptas,
- 8, 1. dicit: *Notam autem facimus, vobis fratres gra-*
- 11, 9. *tiam Dei*, (d) *quæ data est in Ecclesiis Mace-*
(d) Eleemosynæ plures à D. Paulo de Macedoniâ collectæ; & laudes ab eo datæ diversis populis Macedoniæ. *doniæ.* Et alibi habet: *Cùm essem apud vos*, &
egerem: nulli onerosus fui: nam quod mihi de-
erat, suppleverunt fratres, qui venerunt à Ma-
cedonia: & *in omnibus sine onere me vobis ser-*
vavi, & *servabo.* Unde bene ad Philippenses
Phil. 4, 15. populos, qui in Macedonia sunt, ait: *Scitis*
autem & *vos Philippenses, quòd in principio*
Evangelii, quando profectus sum à Macedonia,
nulla mihi Ecclesia communicavit in ratione da-
ti, & *accepti, nisi vos soli.* Et ad Thessaloni-
1. Thess. 1, 6. censes Macedoniæ pariter populos scribit: *Vos*
imitatores nostri facti estis, & *Domini, exci-*
pientes verbum in tribulatione multa, cum gau-
- - 7. *dio Spiritûs Sancti: ita ut facti sitis forma omni-*
bus credentibus in Macedonia, & *in Achaja,*
- - 8. *A vobis enim diffamatus est sermo Domini, non*
solùm in Macedonia, & *in Achaja, sed* & *in*
omni loco fides vestra, quæ est ad Deum, profecta
est, ita ut non sit vobis necesse quicquam loqui,
- 4, 9. *De charitate autem fraternitatis non necesse ha-*
bemus vobis: ipsi enim vos à Deo didicistis, ut
- - 10. *diligatis invicem: Etenim illud facitis in omnes*
fratres in universa Macedonia. Et ad Timo-
1. Tim. 1, 3. theum memorat: *Rogavi te, ut remaneres Ephesi,*

cum irem in Macedoniam, ut denuntiares qui-
busdam, ne aliter docerent &c.

II. *Gentile* (e) *è Macedonia*, Macedo dicitur. (e) Quis Macedo dicatur.
Aman (f) *animo*, & *gente Macedo* erat; dicitur Esth. 16, 10.
autem Macedo animo, scilicet animo Persis (f) Aman Macedo.
hoste, & inimico, ex Antipathia nationum,
(g) utpote qui *Regno* Regem *privare nitebatur*, - - 12.
& *spiritu*; interfectisque Judæis, & præcipuè (g) Macedones cum Persis antipatici.
Mardochæo, & Esther *insidiaretur* Regiæ (h)
solitudini, & *Regnum Persarum transferret in* - - 14.
Macedonas. Mentio est in libro primo Ma- (h) Aman regnum Persarum in Macedonas transferre nitens.
chabæorum de Alexandro, (i) Philippi filio,
Macedone (vid. *Alexander*), qui primus re- 1. Mac. 1, 1. & alibi.
gnavit in Græcia, scilicet ex Macedonibus,
Græciam occupantibus. In Actibus Aposto- (i) Mentio de Alexandro M. Macedone.
lorum habetur (k) visio viri Macedonis facta Act. 16, 9.
D. Paulo Apostolo, prout notavimus num. I. (k) Visio viri Macedonis facta D. Paulo.
ad textum eundem marginalem. Ephesi eùm
obortus esset contra Paulum tumultus, Deme- - 19, 29.
trio argentario commovente populum (l) Ga- (l) Gajus, & Aristarchus Macedones socii Pauli.
jus, & Aristarchus Macedones, comites Pauli,
rapti sunt è theatro. Et hic Aristarchus Ma-
cedo Thessalonicensis notatur (m) perseverâsse - 27, 2.
postea cum eodem Paulo, Romam navigante. (m) Idem Aristarchus Macedo, socius Pauli in navigatione Romam.
Scribens verò ad Corinthios idem Apostolus,
& hortans eos ad eleemosynam, eis dicit: *Scio*
promptum animum vestrum: (n) *pro quo de* 2. Cor. 9, 2.
vobis glorior apud Macedones; & prosequens (n) Paulus glorians de Corinthiis apud Macedonas.
ait, quod misit fratres, ut parati essent, (o) *ne*
(inquit) *cùm venerint Macedones* (hos enim - - 4.
aliis proponebat, ut exemplar ad imitationem) (o) Macedones exempla fidelium.
mecum, & *invenerint vos imparatos, erubesca-*
mus nos (*ut non dicamus vos*) *in hac substan-*
tiâ. Sonat hoc nomen Hebraicè idem ac
Maceda. Græcè verò: *Excelsus: Eminens*, (p) Nom. interp.
Et ita Macedonia: *Excelsa: Eminens.*

Macelloth.

I. Aliqui scribunt *Maceloth*. In (a) Tri- Hist.
bu Benjamin est *pater Samaa* hoc nomine ap- 1. Par. 8, 32. 32.
pellatus; & unus ex filiis Abigabaon, seu Je- (a) Quis primus, & alibi.
hiel.

II. Alter est nomine (b) Macelloth, qui - 27, 4.
regebat partem exercitûs vigintiquatuor mil- (b) Quis secundus, & quid sonat.
lium, in secundâ turmâ, sub Davide, Princeps.
Sonat: *Virga: Baculi: Voces: Levitates: De-*
spectione.

Macellum.

Nisi (a) ea valeat ratio, quam afferunt Hist.
de hac dictione Festus, & Varro; quòd scilicet (a) Quid Macellum; & unde nomen cum historiâ de Macello viro.
Macellus, quidam homo scelestissimus fuerit
latrocinia in urbe exercens, cujus damnati do-
mus destinata fuit sub Consulibus Æmilio, &
Fulvio, ut in eâ obsonia venderentur, nulla
alia reperitur, cur Macellum dicatur, seu di-
ctum fuerit primò Romæ *locus, quò venalia*
omnia ad victum humanum pertinentia contrahe-
bantur; quod nomen hodie dari solet *loco, ubi*
venduntur carnes. Ad Corinthios scribit Apo-
stolus: (b) *Omne, quod in Macello venit, man-* 1. Cor. 10, 25.
ducate, nihil interrogantes propter conscientiam; (b) Comedant Corinthii quicquid in Macello venit propter conscientiam, nihil interrogantes, ubi explicatur.
nolebat enim, ut interrogarent, an carnes illæ
immolatæ essent idolis, ne fortè inde emendo
eorum gravaretur conscientia.

Maceloth.

Hist. Num. 33, 25. 26. (a) Quid est, & signif. nom.

Nomen (a) unius *ex mansionibus filiorum* Israël in deserto, ex Arada in Thahath; fuitque *vigesima secunda*. Ejus etymon est: *Ecclesia: Cœtus: Congregationes.*

Macenias.

Hist. 1. Par. 15, 18, 21. (a) Quis est, & nom. interp.

Unus (a) *ex Levitis* in citharis pro octava canentibus epinicion, in deportatione arcæ in Jerusalem fuit Macenias, cujus interpretatio nominis est: *Emptio Domini: Possessio Domini: Pecus Domini: Armentum Domini: Nidificatio Domini.*

Macer.

Hist. (a) Quid est. 2. Mach. 10, 12. (b) Agnomen Ptolemæi.

Idem est, (a) ac *gracilis, exilis.* Ptolemæus, (b) qui, pro Ptolemæo Philometore, Cypri Regnum custodiebat, transivitque ad partes Antiochi Illustris, agnominabatur Macer. Vid. *Ptolemaus.*

Maceria.

Hist. (a) Quid est.

Paries, (a) *seu murus sine intritâ, aut ferrumine compactus*; sive etiam *congeries incomposita saxorum*, Maceria est. Et in sacra pagina sumitur etiam pro *repagulo, impedimento, sepimento &c.*

Genes. 38, 27. - - 28. - - 29. (b) Phares cur ita dictus.

Cùm Thamar pareret ex Juda geminos; *unus protulit manum, in quâ obstetrix ligavit coccinum, dicens: Iste egredietur prior. Illo verò retrahente manum, egressus est alter: dixitque mulier:* (b) *quare divisa est propter te maceria? & ob hanc causam vocavit nomen ejus Phares.*

Num. 22, 24. (c) In angustiis duarum maceriarum stetit Angelus contra asinam Balaam.

Asina (c) Balaam, videns Angelum ante se evaginato gladio stantem *in angustiis duarum maceriarum, quibus vineæ cingebantur*, junxit se parieti, & attrivit Balaam sedentis pedem. In Psalmis habet David ad hostes - (Dæmones intellige): (d) *Quousque irruitis in hominem? interficitis universi vos: tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulsæ* (vim facitis?) Et ad Dominum inquit: (e) *Ut quid destruxisti maceriam ejus?* (populi scilicet Israël auferendo ab eo auxilium suum, quòd erat ei tanquam vineæ maceria, repagulum, & sepimentum: in figura enim vineæ de populo tum loquitur David.) De iis, qui mali in hoc mundo prosperantur, dicit pariter idem regius Psaltes, eos non esse beatos, quamvis (f) *non est ruina maceriæ, neque transitus, neque clamor in plateis eorum.*

Psal. 61, 4. (d) Dæmones hominem vim inferentes, ut maceria depulsa. - 79, 13. (e) Maceria Judæorum destructa, ubi expl. text. - 143, 14. (f) Mali verè non sunt prosperi, licèt in plateis eorum non sit ruina maceriæ.

Prov. 24, 30. 31. (g) Maceria lapidum destructa in agro pigri. Cant. 2, 13. - - 14. (h) Sponsa myst. invitatur in cavernâ maceriæ.

In Proverbiis legitur: *Per agrum hominis pigri transivi, & per vineam viri stulti: & ecce totum repleverant urticæ, & operuerant superficiem ejus spinæ,* (g) *& maceria lapidum destructa erat.* Vocat & invitat Sponsus mysticus mysticam suam Sponsam, dicens: *Surge amica mea, speciosa mea, & veni: Columba mea in foraminibus petræ,* (h) *in cavernâ maceriæ, ostende mihi faciem tuam &c.* Sub figurâ vineæ loquens apud Isaiam Dominus de populo Judaico, ait: *Nunc ostendam vobis,* (i) *quid faciam vineæ meæ: auferam sepem ejus, & erit in direptionem: diruam maceriam ejus, & erit in conculcationem.* Apud Osee Israëli, tanquàm uxori adulteræ minans Dominus dicit: (k) *Sepiam viam tuam spinis; & sepiam eam maceria, & semitas suas non inveniet*; q. d. inter angustias ponam Israël; ita ut non inveniat viam fugiendi ab hostibus; sive ad amasios. Apud Michæam prophetatur de instauratione Jerusalem: (l) *Dies* (supple: erit), *ut*, (h. e. in quo) *ædificentur maceriæ tuæ &c.*

Isai. 5, 5. (i) Maceria de vineâ auferenda, ubi expl. text.

Osee 2, 6. (k) Ist. sepiendus maceriâ; ubi expl. text.

Mich. 7, 11. (l) Maceriæ Jerusalem ædificandæ.

Ad Ephesios scribens, Apostolus dicit: (m) *Ipse* (Christus scilicet) *est pax nostra, qui fecit utraque* (populum Judæum, & gentilem) *unum; & medium parietem maceriæ solvens, inimicitias in carne sua* (id est per mortem carnis suæ. Et pro medio pariete maceriæ intelligitur separatio Judæorum à gentibus).

Ephes. 2, 14. (m) Christus solvens medium parietem maceriæ; ubi expl. text.

Myst. D. Bern. s. Cant. ser. 62.

Angeli, utpote qui nos custodiunt, maceria vineæ nostræ, hoc est, animæ vestræ sunt; ex D. Bernardo; quod & de *Electis* dicitur, quorum ope & Ecclesia, quæ vinea est, custoditur; munitur; ut habet idem Divus Bernardus.

D. Gregor. 30. m. 23.

Disciplina, quâ virtutes custodiuntur in animâ, maceria dici potest; & sic *dissoluta disciplina* maceria soluta est; ex Div. Gregorio Magno.

Electi. Vid. *Angeli.*

Gloss. ord. s. Os. 2.

Impedimenta, quæ Deus peccatori ponit, ne suas expleat cupiditates, in maceriâ figurantur, quâ sepit Deus vias fornicariæ mulieris; ex Glossa ordinaria.

Multitudo Angelorum, & Electorum, vid. *Angeli.*

Gloss. ordin. s. Ezech. 22.

Orationes justorum, quæ Deum retrahunt à puniendo, exhibentur in maceriâ interpositâ, ex Glossa ordinaria.

Machabæus.

Hist.

Circa nomen hoc, in sacris litteris celebre, varii varia; at priusquàm nomen elucidemus, cui datum sit in sacra pagina videamus, & inter dicendum, illud elucidabimus. Reperimus ergo hoc (a) nomen datum tertio filio Matathiæ Sacerdotis ex filiis Joarib ab Jerusalem, qui consedit in Modin, Judæ dicto, & Machabæo vocato. Hic (b) Matathias vir cùm esset illustris, & videns, & audiens Judæorum afflictionem, & Sanctorum profanationem factam per gentes, Antiocho Epiphane in Asia regnante, viriliter missis ab eodem Rege, ut Judæos ad idololatriam cogerent, resistens, idololatram Judæum, & ministrum Regis occidit; inde in montem se recepit cum quatuor filiis, collectoque parvo exercitu, pro lege pugnans, Dei veri cultum tueri, & revocare, idololatriâ destructâ, conatus est; & moriturus ad cœpti prosecutionem filios hortatus est, dato eis Judâ Machabæo, forti viribus à juventute suâ, in militiæ Principem, bellique Ducem: Qui Judas à fratribus adjutus mirum est, quæ egregia edidit sui facinora pro lege, pro grege tuendis, ita ut visus sit Regnum Judæorum restituere, cultu divino instaurato, abactâ idolorum adoratione, hostibus gentibus devictis, suisque ab earum impetu sartis, & incolumibus redditis. Neque opus est hìc omnia repetamus, ubi jam in dictione *Juda, seu Judas* eadem posuimus; quare vid. *Judas num. II.* Hic, inquam, Judas, cognominatus Machabæus, etiam id ipsum cognomen pro nomine sumpsit; ita ut in pluribus textibus ly *Machabæus*, ipsum Judam significet absolutè positus; unde nobis occasio porrigitur exquirendi, Cur hujusmodi denominatio eidem

1. Mach. 2, 4. &c. (a) Nomen hoc primò datum Judæ Matathiæ filio. (b) Historia de Machabæis compendium subsecutivè.

- - 66.

- 3. 1. & in pluribus.

eidem facta sit propria? Dividuntur hoc ipsum explicando auctores, & cum dicatur, quòd fuit *Judas Machabaus fortis viribus à juventute sua*; & (c) sic *pugnator*, ut Græci interpretantur vocem Machabæus; & sic *destruens, & percutiens*, hostes scilicet, ut interpretantur Judæi; Joseph (d) Gorionides, aliàs Josippus Hebraicarum rerum scriptor, nomen Machabæi inditum Judæ scribit ab ejus patre Matathia, qui illius robur, fortitudinem, & pugnandi artem in eo expertus agnoverat, unde moriens postea cæteris ait de ipso Juda: *Judas Machabaus fortis viribus à juventute sua, sit vobis Princeps militia, & ipse aget bellum populi.* Alii in eâ sunt sententiâ, quòd adhuc vivente patre, præ cæteris strenuus, & quasi in populi Principem, militiæque Ducem Judas electus, contra gentes vexilla explicuerit quatuor charactetibus insignita; (ut olim Sabinensium mos fuit S. P. Q. R. qui potentiam suam, rerumque militarium vigorem per initiales litteras hostibus suis demonstrare conati sunt, quibus innuebatur *Sabinus Populus Quis Resistet?* responsumque eis est per easdem literas initiales S. P. Q. R. *Senatus, Populus-Que Romanus*): Fuerunt autem characteres à Juda adhibiti Mem Caph, Beth, Jod, ita dispositi י. ב. כ. מ, quibus denotabatur מִי, *mi*, hoc est: *quis* כָּמוֹךָ, *camoca*, hoc est: *sicut tu* בָּאֵלִים, *baelim*, h. e. *in diis*, seu *inter Deos*. יְהוָה, *Jehovah*, hoc est, *Domine*. Hinc vulgus quatuor illos characteres tanquam unum efformantes verbum legens, unam extraxit dictionem, fecitque nomen *Machabaus*, quo à moriente patre vocatus ipse Judas est; & quod quidem à Juda postea derivatum in cæteros fecit, ut Machabæi etiam denominarentur tunc fratres ipsius Judæ; quin etiam qui sub ipso pugnabant, & deinde qui contra idololatras insurgebant Judæi; nomenque inditum est libris Machabæorum, qui inter Biblia sacra leguntur. Sic ergo, qui sacras referunt historias Joannem Machabæum, Simonem Machabæum, & alios ex familiâ, & descendentiâ ipsius Judæ appellant; & sic appellantur septem fratres, martyrium passi pro fide eo tempore sub gentibus, fratres septem Machabæi communiter, quarum historia legitur libro secundo Machabæorum cap. 7. brevique methodo, ut assolemus, narrata hæc est.

1. Mach. 2, 66.

(c) Significatio hujus nominis.

(d) Opiniones diversæ circa hanc vocem Machabæus.

2. Mach. 7, 1. &c.

(e) Historia de septem fratribus Machabæis martyribus cum matre sub Antiocho Epiphane, quorum nomina nota.

Contigit, septem fratres (e) Judæos, cum matre apprehensos compelli à Rege flagris, & taureis cruciatos, vetitas edere carnes: at ipsis (quibus historici extra sacram paginam dant ordinatim infra scripta nomina: Machabæus: Aber: Machir: Judas: Achaz: Areth: Jacob) viriliter resistentibus cum eorum matre, (Solomone, seu Machabæâ, juxta varias variorum opiniones dictâ); factum est, ut Antiochus Epiphanes Primum se promptum offerentem ad pœnas, crudeliter cruciari mandaverit, amputatâ linguâ, cute capitis abstractâ, summis manibus, pedibusque præcisis, & tandem adhuc spirantem in sartagine torreri. Hæc eadem passus est secundus; ita & tertius. Exprobravit Regem quartus; prout quintus, & sextus, matre eorundem invictè eos invitante, adhortante ad ferendas animosè pœnas; quibus & omnes subjecti fuere mortem pro lege oppetentes. Instabat ultimo, & adolescentiori Antiochus multa spondens, & vim faciens, ut perverteret à Moysi lege; verùm cum adolescens, cæteros imitaretur constantiâ, & supra omnes Regem ipsum redargueret, *Rex accensus irâ, in hunc super omnes crudelius desavit, indignè ferens se derisum; & hic itaque mundus obiit, per omnia in Domino confidens. Novissimè autem post filios, & mater consumpta est.* (f) Eorum autem festum etiam in Ecclesiâ Catholicâ celebre est ad Kalendas sextiles; laudatque eos egregiè pro more suo D. Gregorius Nazianzenus, à quo Romanum Breviarium (g) sequentia hæc ad eorum memoriam celebrandam, mutuatur, non incongruè hic apponenda; & sunt. « Quidnam Machabæi? « horum enim nomine dies festus præsenti fre- « quentiâ celebratur. Qui etsi apud multos « non sunt in honore, quòd illud certamen « post Christum non susceperunt, tamen digni « sunt, qui ab omnibus honorentur, quia pro « patriis legibus, & institutis fortes, constan- « tesque se præbuerunt. Nam qui martyrium « subiere ante Christi passionem, quid facturi « erant, si post Christum persecutionem passi « fuissent; ejúsque mortem nostræ salutis causâ « susceptam, ad imitandum propositam habuis- « sent? quorum enim nullo proposito exemplo « talis, tantáque virtus fuit, an non si exem- « plum illud intuentes, fortiùs in certamen de- « scendissent? quin etiam mystica quædam, & « occulta ratio mihi quidem, atque omnibus « Dei amatoribus valdè probabilis est, nemi- « nem eorum, qui ante Christi adventum mar- « tyrio consummati sunt, id sine fide in Chri- « stum consequi potuisse. » Et hæc breviter notata sint circa nomen Machabæus, & de septem fratribus Machabæis martyribus obiter dicta.

2. Mach. 7, 39.

- - 40.

- - 41.

(f) Memoria de ipsis in Mart. Rom.

(g) Laus ipsorum Mart. ex D. Gr. Nazianzen. or. 20. in Mach.

Veniamus nunc ad ea, quæ in libris Machabæorum, quos habemus inter sacra Biblia, continentur, déque eisdem libris, quoad eorum materiem, numerum, & auctorem disseramus. (h) Quatuor ergo dicimus Machabæorum libros nobis proponi, non tamen omnes inter Canonicos recipi, sed duos tantùm; eorum auctorem, seu auctores præcisè nescimus; nisi quod Canonicorum primi, aliqui, sed conjectura est, velint auctorem Joannem hircanum; at satis est, quod asserant cum eodem sacro textu hæc, quæ in eo continentur, illius tempore scripta fuisse. Secundi verò ex Canonicis auctor creditur Judas Essenius, seu compilator ex quinque Jasonis libris: diversum auctorem primi fuisse à secundi auctore nullus est, qui dubitet; ubi phrasis in primo ad Hebræum vergens est; in secundo ad Græcum. Materies, de quâ in omnibus quatuor libris agitur, est narratio eorum, quæ Judæis evenerunt sub tertiâ Monarchiâ, quæ fuit Græcorum; sub regibus nempè Asiæ, & Ægypti; sicut in libris Esdræ, & Esther narrentur, quæ Judæis evenere sub secunda Monarchiâ, Medorum, & Persarum videlicet; prout prædixerat Daniel; quapropter si temporum ordinem observabimus; qui tertius est inter Machabæorum libros, & Apocryphus est, primo loco debet poni, cum in ipso enarrentur, quæ Judæis successere sub Ptolemæo Philopatre, Ægypti Rege, & Antiocho M. Asiæ: Secundus suo loco relinquitur continens, quæ Judæis evenere sub Antiocho Epiphane tempore Judæ Machabæi: Primus qui

(h) Notatio de libris Machabæorum, & eorum discretio, quoad auctores, scriptores, tempus, materiem, legitimitatem, coordinationem.

nunc



nonc vocatur, & cum secundo Canonicus est,
tertium locum obtinere debet, qui præter,
Judæ Machabæi gesta, etiam Jonathæ, Simonis &c. acta nobis affert: & tandem quartus
locus ei, qui quartus dicitur liber, & Apocryphus est, debetur, Joannis Hyrcani, Simonis
filii opere recensenti. Quos Apocryphos diximus, nullum unquam probavit Concilium,
nulli SS. Patres: quos Canonicos asserimus,
Concilia Carthaginense III. & Tridentinum approbavêre; item Innocentius I. & Gelasius in
Synodo septuaginta Episcoporum; item Cyprianus, Clemens Alexandrinus, Ambrosius,
Joannes Chrysostomus, Isidorus, aliique innumeri probè SS. Patres, & DD. quin etiam
reliqua sacra Biblia à nullo impugnata, quæ
aliquando textus librorum hujusmodi citant;
unde etiam ex Calvinistis non desunt, qui libros ipsos recipiant pro Canonicis; nec obstat
Hebræorum repugnantia; licèt enim, respondere possumus cum Augustino, (i) Synagoge
pro Canonicis non habuerit, habet tamen eos
ex communi SS. PP. consensu Ecclesia, cui
non minor est potestas libros declarandi Canonicos, quam Synagogæ. Turbas verò hujusmodi, contra libros hujusmodi, novatores
movent, (k) & quicunque cum iis purgatorium
negant, qui auctoritate illorum anguntur, preces pro mortuis indicentium; quod palàm in
secundo apparet libro, capite 12. Qui liber
quidem, ut advertendum censeo, Chaldaicam
admittit annorum supputationem; primus verò Ægyptiam, seu Alexandrinam, quæ sesquianno inter se differunt. (Vid. *Liber*).

(i) Potestas Ecclesiæ non minor, quam Synagogæ pro declarandis libris Canonicis.

(k) Purgatorium negantes, libros Machab. negant.

(l) Annorum supputatio in lib. 2. Machab. Chaldaica; in lib. 1. Ægyptia.

Quibus notatis jam per capita ponendum
est brevi, quid præcisè in hujusmodi libris refeatur. Incipiendo ergo à primo (m) in ordine libro. In eo habetur, quòd divisis Alexandri Macedonis Regnis inter ejus Principes,
quorum unus fuit Seleucus, Asiæ occupatur,
ejus successivè Regnum habuit Antiochus Epiphanes, scelestissimus Tyrannus, qui Ægypto
spoliatâ, inde Judæam, & Jerosolymam invasit; Templum diripuit, polluit; sacros excussit libros; Hebraicos prohibuit ritus; & Judæos ad idololatriam compellens, tormentis,
2. ac morte renuentes plexit. Hæc, dum per
totam Judæam exerceri curantur, luget Matathias, vir de genere Sacerdotali, in Modin
degens cùm filiis; & obsequi Regia imperio repugnat; quin potius zelo accensus, Judæum,
idolis sacrificare paratum, & Regium, adigentem idololatriæ Judæos, ministrum manu suâ
confodit; inde ad montes se recepit: collecto
hinc exercitu, gentes profligat, aras idolorum
evertit; Deique cultum revocat. Moriens legis curam, & observantiam filiis commendat,
& Judam Machabæum belli Ducem declarat.
3. Judas ergo Machabæus Pontificatum simul, &
Principatum assumit, fitque pluribus insignis
victoriis, Apollonium, gentium Ducem, profligat; ita Seronem fundit: Antiochus in Persidem itineratur, relicto Lysiâ pro Rege, qui
per Duces ruinam parat Judæis; at Judas cum
4. suis orationibus se munit: Dein bipartitas
Gorgiæ, adversi Ducis, copias percutit; postea
Lysiam ipsum cum exercitu; contritisque hostibus, ascendit ad Templum, quod repurgat;
5. ibique Dei cultum instaurat: Mox Idumæos,
& Ammonitas debellat: Judæis in Galaaditide,
& Galilæâ succurrit, eosque, Timotheo se-

(m) Compendium l. 1 Mach. 1. Mach. 1.

mel, iterùmque contrito, & urbe Ephron expugnatâ, in tutiorem Judææ locum transfert:
Josephus autem interea, & Azarias, cum suis
copiis, dum contra Judæ præceptum pugnant,
à gentibus cæduntur; sed cladem Judas aliis
resarcit victoriis, Chebron, & Azoto captis,
earumque dirutis simulachris. Redit ex Ely- 1. Mach. 6.
maide pulsus Antiochus Babylonem, qui, auditis suorum cladibus, ex animi mœrore, morbo correptus, confitens, hæc sibi, ob exercitam in Judæos impietatem, evenire, moritur,
filio ejus Antiocho Eupatore in Regnum succedente; qui, dum Judas Jerosolymæ arcem obsidet, cum ingentibus adveniens copiis, eum
ab obsidione revocat; pugnatque cùm Antiocho Judas non infeliciter, inque prælio Eleazar, ingenti occiso elephante, opprimitur.
Hinc Rex Bethsuram habet, & Jerosolymam
obsidet, non tamen capit, à Lysiâ in Syriam
vocatus; pacemque init cùm Judæis. Deme- 7.
trius, Seleuci Philopatris filius, Antiochi Eupatoris patruus, Regnum Syriæ suum facit,
Antiocho Eupatore, cum Lysiâ, à suis ipsis
militibus eidem tradito, jugulato. Alcimus
Sacerdotium ambiens, contra Judam apud Demetrium instat; idemque Pontifex renuntiatus, cum Bacchide Duce, cum copiis, redit
ad affligendum populum: at reprimit Judas
utriusque petulantiam armis. Submissumque
deinde à Rege, cum exercitu, Nicanorem secundò profligat, occidit, mortuique caput,
ac manum de muro suspendit. Hinc fœdus 8.
cùm Romanis init, qui Demetrium jubent imposterùm abstinere à molestiâ Judæis inferendâ.
Interea, ad vindicandum Nicanorem, à De- 9.
metrio mittuntur, cum validissimis copiis contra
Judam Bacchides, & Alcimus; resistit parvo
cum exercitu Judas, & vincit; at quidem infeliciter, dum ipse prælians occumbit. Suscipit
inde Pontificatum, & Principatum frater ejus
Jonathas, post magnum super Judâ planctum:
omnis autem regio ex fame se dedit Bacchidi:
Joannes, Jonathæ frater, capitur à filiis Jambri, & occiditur, cujus sanguinem super eosdem ulciscitur Jonathas, qui congreditur victor cum Bacchide: Paralysi tactus Alcimus
moritur, Bacchide in Syriam revertente; unde
post biennium ab iniquis revocatus, at contritus à Jonathâ, in eos iram primò convertit,
inde, cum ipso Jonathâ firmatâ pace, recedit.
Quærentibus duobus Regibus Demetrio, & 10.
Alexandro Jonathæ amicitiam, amicus fit Jonathas Alexandri, qui summum Pontificatum
ei confirmat, additâ purpurâ, & coronâ;
quin, devicto, & occiso Demetrio, Alexander,
uxorem ducens Cleopatram, Ptolemæi filiam,
plurimùm Jonathan honorat, Æmulis ejus, &
calumniantibus omninò confusis. Mox Apollonium Demetrii junioris Ducem sibi, & Alexandro hostem profligat Jonathas; ex quo
Alexander auream ei misit fibulam, deditque
ei in possessionem Accaron, & fines ejus. A 11.
Ptolemæo Philometore, socero, Regno, &
uxore privatur Alexander, qui ad Arabas fugiens, à Rege eorum perfidè morti datur, caputque ejus ad Philometorem mittitur, qui
triduò post obit. Stabilitur ergo in Regno Syriæ Demetrius junior, qui Jonathæ, & Judæis reconciliatur, datis libris immunitatis, &
eorum præsidio Antiochenos rebellantes coërcet; verùm subinde, à fœdere eo prævaricante,
cum

cum Antiocho, Alexandri filio, fœdus init Jo-
nathas, valde ab ipso honoratus, & privilegiis
decoratus: hinc, cum fratre Simone, urbes plu-
res Demetrio eripit, ejusque devincit exerci-
1.Mach. 12. tum. Post hæc cum Romanis, & Spartanis init
fœdus: fugat Demetrii copias: cædit Arabas:
præsidia in Judæâ ædificat: muros contra ar-
cem in Jerusalem construi ordinat; sed à Try-
phone, Asiæ imperium cupiente, dolo capitur,
& cum aliis, qui cum eo erant, postea interfi-
13. citur: Ei proinde substituitur Simon in Ponti-
ficatu, & Principatu, qui, pro redimendo fra-
tre, centum talenta, & duos illius filios obsides
Tryphoni mittit, qui per has conditiones eum
remittere spoponderat; at mentitus, perfidus
Tryphon Jonathan, & filios, receptâ pecuniâ,
dat morti. Sepelit deinde Simon fratris, &
nepotum ossa in Modin, ibibi nobilissimo toti
familiæ Mausolæo erecto. Trypbon Antiocho,
qui dictus est θεὸς, *Theos*, occiso Regnum sibi
sumit. Simon adversùs eum loca Judææ mu-
nit, & cum Demetrio, Tryphonis æmulo, pa-
cem componit, Gazaramque, & Jerosolymam
recipit, quâ de re annuum instituit festum; &
Joannem Hyrcanum, filium suum, exercitui
14. præficit. Capto, & devicto à Persis Demetrio,
Simon, rempublicam Judæorum pacificè admi-
nistrans, cum Romanis, & Spartiatis amicitiam
15. renovat. Antiochus Sedetes, Regnum pro fra-
tre Demetrio sumens, Simonis amicitiam per
plures promissiones quærit: at dum Tryphonem
fugat, & persequitur, præsidium, & auxilium à
Simone recusans, qui litteras à Romanis recipit
fœderis, & per quas cæteris commendatur na-
tionibus; immò à Simone plura, tanquam sibi
debita, petens, Antiochus Cendebæum contra
16. eum mittit. Simon verò duos filios suos Judam,
& Joannem cum copiis Cendebæo opponit, qui
dejicitur, & profligatur. Tum Gener Simonis
Ptolemæus Abobi Simonem socerum, & filios
ejus Mathathiam, & Judam, regnandi libidine
inflammatus, & ut Judæam occuparet, convivio
in arce Doch receptos, proditoriè occidit, missis
etiam ad alios Simonis filios, qui eos invitarent;
at Joannes, occisis Ptolemæi nuntiis, insidias
omnes prævertit, & patri in Pontificatu, &
Principatu succedit; & hæc sunt quæ in primo
Machabæorum libro latiùs leguntur.

(n) Compendium lib. 2. Machabæorum. 2.Mach. 1. In secundo (n) autem, qui in principio
per modum Epistolæ est à Judæis, Jerosoly-
mæ degentibus, ad inhabitantes Ægyptum
scriptæ, Antiochi Epiphanis mors narratur,
cum adhortatione, ut festum Scenopegiæ, da-
tique cælitùs ignis celebrent, cujus historia
narratur, & oratio Nehemiæ ponitur. Ita
2. de abscondito per Jeremiam in monte Ne-
bo, sub tempore transmigrationis, Taber-
naculo, Arca &c. sermo est; & deinde pro-
ponuntur gesta Antiochi Epiphanis, necnon
Eupatoris; itemque Judæ Machabæi, & fra-
3. trum ejus, breviter enarrata. Post notatam
Judæorum felicitatem, sub Oniâ Pontifice, ex-
penditur impia Simonis, Templi Præpositi,
thesaurorum ejus Apollonio, Seleuci Duci
proditio; pro quibus auferendis mittitur à Se-
leuco Rege Heliodorus; at is, post fusas per
Sacerdotes, & populum ad Deum Judæorum
preces, cælitus percutitur, mox Oniæ preci-
bus liberatur, cui, Deoque gratias agit He-
liodorus, rediensque ad Seleucum Dei magna-
4. lia expandit. Insimulatur apud Seleucum plu-
ribus calumniis à Simone Onias, qui ad ipsum
Regem concedit: mox, Seleuco mortuo, Epi-
phanes Antiochus solium occupat, à quo Ja-
son, Oniæ frater, auro Sacerdotium emit,
ethnicamque impietatem in Judæos inspergit:
Menelaus Jasonem è Sacerdotio, plurium ta-
lentorum appromissione Regi factâ, detrudit;
inde Menelaum frater ejusdem Lysimachus.
Interim Onias Pontifex, Menelaum redar-
guens, Menelao eodem rogante, per An-
dronicum Antiochi ministrum interficitur: at
Andronicus deinde, jussu Regis, propter oc-
cisum Oniam, supplicio infami mulctatur;
sacrilegus Lysimachus à tumultuante populo
perimitur; Menelaus donis sibi vitam redimit,
justis ejus accusatoribus morti datis. Antio- 2.Mach. 5.
cho in Ægyptiacâ expeditione occupato, ar-
matorum exercituum congressiones per aëra
Jerosolymis videntur. Jason, ex Ammonitide
rediens, (voce prævalente, quòd obiisset An-
tiochus, sed falsò), Jerusalem invadit, & in
cives horrendè sævit, qui tandem apud exteros
miserè moritur. Redit ex Ægypto Antiochus,
& de Judæis mala suspicans, innumeros Jero-
solymæ trucidat, vincit, venundat; Templum
spoliat; & crudeles, qui populum affligant,
discedens, relinquit Præfectos; mox Apollo-
nium Ducem mittit, qui iterùm plurimos in-
terficit: & Judas Machabæus, cùm suis, in de-
sertum secedit. Per Ducem ab Antiocho mis- 6.
sum affliguntur Judæi, & ad idololatriam co-
guntur, Templo Jerosolymitano profanato, &
Garizitano: mulieres, quæ filios suos circum-
ciderant, è muris præcipitantur: Eleazarus
plagis perimitur, cibos vetitos edere nolens.
Septem unius matris filii, unà cum matre, pro 7.
Dei religione, dirissimo mortis supplicio sub-
duntur. Judas autem Machabæus, parvo col- 8.
lecto exercitu, in gentes exit, quarum Duces
Nicanorem, Timotheum, Baccbidem, cum eo-
rum copiis devincit; & Nicanor, turpi fugâ ad
suos se recipiens, Dei potentiam apud suos de-
prædicat. De Callisthene supplicium à Judæis
sumitur. Morbus, & mors Antiochi Epiphanis 9.
describitur, unà cum ejusdem hypocrisi, mul-
ta Judæis promittentis, si convalesceret; at im-
pius vermibus corrosus, & corporis fœtore in-
tolerabilis, Babyloniæ moritur, scriptis ad Ju-
dæos litteris, ut filio suo subditi persistant.
Purgatur Jerosolymis Templum, & urbs Je- 10.
rusalem idololatricis sordibus per Judam; an-
nuâ institutâ solemnitate: Antiochus Eupator
patri Antiocho Epiphani sufficitur: Ptolemæus
Macer veneno extinguitur: Gorgias, Eupato-
ris Dux, Judæos molestans, sicuti & Idumæi,
à Judæis vincuntur; ita & Timotheus; puniun-
tur proditores: Timotheus idem occiditur,
cum Chæreâ, & Apollonio; nec cæleste defuit
auxilium per novas etiam apparitiones Judæis,
qui pro victoriis Deo epinicia canunt. Hinc cæ- 11.
lesti fretus pariter Angeli apparentis præsidio,
maximum Lysiæ exercitum fundit Judas, inter
quem, & Eupatorem Lysias pacem procurat, &
firmat; & Lysiæ ejusdem, Antiochi, Romano-
rumque litteræ super eâdem pace referuntur:
Nun obstante tamen fœdere, molestantur à Du- 12.
cibus Eupatoris Judæi, qui de Joppitis, & Jamni-
tis patrati facinoris vindictam sumunt; Arabes
vincunt, Caspin expugnant, Timotheum per-
cutiunt, Ephron capiunt, Scythis parcunt;
cum Gorgiâ non infeliciter pugnant; proque

peccatis quorundam suorum, in pugnâ occisorum, qui de idolorum donariis sustulerant, jubet Judas sacrificium offerri.
2.Mach. 13.
Ab Antiocho, & Lysiâ bellum in Judæos instauratur, & Menelaus Judæus, Principatui inhians, ab eodam necatur. Judas noctu plures ex Antiochi exercitu occidit: obsidet Bethsuram Antiochus, & deditione capit: cum Judâ congreditur, & vincitur; unde, Philippo, ab eodam rebellante, pacem à Judæis petit, quam supplax impetrat, & juramento firmet, oblatis in Templo sacrificiis, & Judâ in Ptolemaidis Principem
- 14.
constituto. Lysiâ, & Eupatore sublatis, regnat Demetrius, qui, Alcimo suadente, Nicanorem in Judæos validè armet; at hic cum illis pacem init: indignatur ex hoc Demetrius; à Nicanore Judam sibi vinctum mitti præcipit; sed eum comprahendere nequiens, Templi evarsionem minatur, locoqua Judæ in Raziam senem agregium manus immitti militum jubet; verùm Razias, na indigna ab hoste
- 15.
patiatur, sibi ipsi manus injicit suas. Judas hinc, visione animatus nocturnâ, se, & suos roborat ad pugnam contra Nicanorem, quem vincit, occidit, ejusque racisum caput, & manum è regione Templi de muro suspendi jubet, linguâ ejus blasphemâ particulatim avibus traditâ, eoqua die in ennuam festivitatem consecrato. Et hæc sunt, quæ in duobus Canonicis Machabæorum libris notantur; quorum seriem per tempora sua digestam qui desiderat, videat dictionem *Judas num. II.*

Machati, Urbs. Regio,

Hist.
(a) Urbs, seu locus est Machati.

Locus, (a) sive *urbs* est Machati, de quâ dictione plures sunt sententiæ; quas antequam referamus, opus est, ut quæ in sacrâ paginâ de eâ afferuntur dicamus: habetur ergo, quòd *Jair filius Manasse possedit omnem regionem Argob*, (b) *atque ad terminos Gessuri, & Machati*; & nominatur Machati, tanquàm terminus populorum, (c) quos percussit Josue; non quidem tanquam terminus omnium, sed aliquorum; & ipsa urbs Machati (quæ secundùm textûs, & textuum expositores, (d) nomen regioni etiam dedit, utpotè urbs regia gentium, non deleta ast à Judæis, sad cum Gessuri remansit in medio eorum.

Deut. 3. 14.
(b) Machati terminus Argob.
Jos. 12. 5.
(c) Ita & populorum victorum à Josue.
- 13. 11.
(d) Nomen dat regioni.
- - 13.

In posteritate Judæ, Tribûs sui nominis Patriarchæ, ponitur *Esthamo*, (e) *qui fuit de Machati*, aliqui legunt *Machathi*; facilè, ex aliquo casu Machati in urbe natus.

2.Par. 4. 19.
(e) Eithamo de Machati.

Secundùm argo ea, quæ notata sunt, *urbs* hæc, & ab urbe *regio* nominata *in Tribu Manasse*, ultra Jordanem pro quâ in textu Deuteronomii 3. (f) legunt Septuaginta *Machathi*, μαχαθὶ; & in textu Josue 12. *Machi*, μαχὶ. (g) Adrichomius aandem facit cum *Maacha*: repugnat Adrichomio Lubinus, nomen viri tantùm contendens, quòd sit Maacha, quod non admitto. Zieglerus, urbem hanc refereus, ponit in Tribu Nephtheli ad Jordanem; at sacra pagina obstat Ziglaro. Sonat: (h) *Compressus*: *Attritus*: *Fixus*; *Ventris contritio.*

(f) Lect. XXX.
(g) Quæstio an urbs an vir; & quarenùs urbs, cujus Tribûs sit Machati.
(h) Signif. nom.

Machati, Vir.

Hist.
2.Reg. 23. 34.
(a) Quis est, & quid sonat.

Est etiam (a) nomen viri Machati, *patris* videlicet *Aasbai*; & avi Eliphelet, inter fortes David qui ponitur. Sonat, ut *Machati urbs.*

Machbanai.

Undecimum locum habet (a) Mechbanai *inter Principes Judæorum*, qui ed David partes descenderunt, ut aum Regam in Hebron constituerent. Etymon est: *Miser filius meus*: *Pauper filius meus*: *Paupertas filii mei*: *Humiliatio filii mei*: *Paupertas intelligentia, ædificationis*: *Humiliatio intelligentia, ædificationis.*

Hist.
1.Par. 12. 13.
(a) Quis est, & nom. interpr.

Machbena.

Filius (a) *Sue* in progenie David est. Significat: *Paupertas, percussio filii ejus*: *Paupertas, percussio intelligentiæ*: *Paupertas, percussio ædificantis.*

Hist.
1.Par. 2. 49.
(a) Quis est, & nom. etym.

Machi.

Pater (a) *Guel*, Principis Tribûs Gad fuit Machi, quæ dictio habet pro interpretatione: *Percussor*: *Pauper*: *Humilis.*

Hist.
Num. 13. 16.
(a) Quis est, & quid significat.

Machina.

Vel (a) accipitur hoc nomen, ut ed ingenium, artemque hominis ingeniosam pertinet, non fabrilem, non manualem, sed intellectualem; & sic pro Machinâ venit: *Inventio*: *Excogitatio*: *Molitio*; & sæpè sæpiùs *dolus*, & *fraus* &c. quæ ab humano solent excogitari ingenio. Val sumitur, ut ad artem fabrilam, & manualem spectat, & sic pro machinâ intelligitur *instrumentum aliquod, pluribus, ut plurimùm, constans partibus, ad aliquem finem difficilem facilè assequendum*; hinc Machinæ bellicæ murales &c.

Hist.
(a) Significatio varia hujus vocis, cujus textus non omnes ad marginem notis signantur, nisi locus detur à citationibus.

Io Deuteronomio ad bellicas machinas conficiendas (b) jubentur ligna, non pomifera, sed agrestia adhibere Judæi. Ozias Rex Juda scribitur fecissa (c) *in Jerusalem diversi generis machinas, quas in turribus collocavit, & in angulis murorum, ut mitterent sagittas, & saxa grandia.* Et in litteris Assueri dicitur ab eodem da Aman, quòd scilicet Mardochæum (d) *quibusdam, atque inauditis machinis expetivit in mortem.*

Deut. 20. 20.
(b) Ligna pomifera non adhibenda ad machinas bellic.
2 Par. 26. 15.
(c) Machinæ bellicæ ab Ozia R. Juda paratæ.
Esth. 16. 13.
(d) Machinæ Aman contra Mardochæum.

Dum gentes, (a) *portantes scalas, & machinas*, nituntur munitionem Bosor capere, edfuit Judas, & eas, cum earum Duce Timothao, percussit. Idem fecit *balistas, & machinas*, ut arcem Jerusalem caperet. Machinas hostium gentium, obsessi Bethsuræ, Judæi, exeuntes, incenderunt. In exercitu Antiochi Eupatoris plures erant elephantes, super quibus erant machinæ; idemque, Jerusalem obsidens, statuit *balistas, & machinas* ad eam expugnandam; (f) qui autem intùs obsidebantur *fecerunt & ipsi machinas, adversùs machinas* hostium pugnantes, per dies multos.

2.Mach. 5. 30.
(e) Gentes cum machinis percussæ.
- 6. 20.
- - 31.
- - 37.
- - 51.
- - 52.
(f) Judæi machinas machinis opponentes.

Bacchides, oppugnans Bethbessan, *fecit machinas*, at Simon, in eâ urbe obsessus, exiens eas succendit. Sub Jonathâ Machabæo Judæi expugnaturi arcem Jerusalem, *fecerunt contra eam machinas multas.* Simon, Jonathæ frater, applicans ad Gazam, *circumdedit eam castris, & fecit machinas*, & comprahensâ unâ turri, cùm erupissent, (g) *qui erant intra machinam, in civitatem*, territi, cives ab eo misericordiam quæsierunt, & habuerunt. Antiochus, Demetrii filius, Rex, castra applicans secundò ad Doram, *admovens ei semper manus, & machinas faciens, Tryphonem conclusit,*

- 9. 64.
- - 67.
- 11. 20.
- 13. 43.
- - 44.
(g) Gaza capta à Simone per machinam.
- 15. 25.

2.Mach. 12, 13. (h) Deus sine machinis Jericho præcipitavit. - - 15. (i) Machinæ multæ in Ephron.

conclusit, ne procederet. Judas Machabæus, *invocato magno mundi Principe*, (h) *qui sine arietibus, & machinis, temporibus Jesu, præcipitavit Jericho, irruit ferociter muris* Casphio, & eam cepit. Ita cepit Ephron, in quâ erant (i) *machinæ multæ, & telorum erat apparatus.*

Myst. Vid. *Machinatio.*

Machinans.

Hist. (a) Quid est. Prov. 6, 13. (b) Cor pessima machinans Deo odibile.

Aliquid (a) *moliens, & cogitans* dicitur Machinans à *machinor*, quòd est, *cogito, molior &c.* In Proverbiis est inter sex, quæ odit Dominus, *cor* (b) *machinans cogitationes pessimas.*

Machinatio.

Hist. (a) Quid est. Esth. 8, 3. (b) Machinationes Aman pessimæ.

Idem, ac (a) *machina* primo modo, ut in eâ dictione explicatur, sumpta; & præcisè machinatio pro *dolo*, *& deceptione* sumitur. Ad pedes Assueri cùm concidisset Esther, flens *oravit, ut malitiam Aman Agagitæ*, (b) *& machinationes ejus pessimas, quas excogitaverat contra Judæos, juberet irritas fieri.*

Myst. Gloss. ordin. s. Esth. 8.

Astutia diaboli contra fideles, in machinis Aman contra Judæos; puta in machinis, & machinationibus malorum contra bonos repræsentantur; ex Glossa ordinaria.

Machir. Machiritæ.

Hist. (a) Quis sit primus. Gen. 50, 22. Num. 26, 29. & alibi. - 32, 40. & alibi.

I. Primò (a) habetur Machir primus *filius Manasse*, de quo dicitur, quòd filii ejus *nati sunt in genibus Josephi*, h. e. vivente Joseph. Et ab hoc venit *familia Machiritarum*: Hic fuit *pater Galaad*; & huic data est terra Galaad à Moyse ad inhabitandum, puta ei, & filiis ejus; sæpèque nominatur Machir filius Manasse, ratione filiorum ejus. Et de hujus progenie venisse Principes,

Judic. 5, 14.

ad bellandum contra Regem Jabin, canitur à Debbora. Ex concubinâ Manasse Syra natus scribitur; & uxor ejusdem Machir nomine Maacha notatur.

1.Par. 7, 14. - - 16.

II. Miphiboseth, filius Jonathæ, & nepos Saulis, erat in domo Machir (b) *filii Ammiel* in Lodabar, onde eum tulit David; ipséque idem Machir fuit inter oblatores Regi David plurium rerum, ebeunti de Jerusalem, Absalom arma movente. Sonat: *Vendens*: *Cognoscens.*

2.Reg. 9, 4. - - 5. (b) Quis secundus. - 17, 27. (c) Nom. signif.

Machmas, urbs, vir.

Hist. (a) Urbs Machmas, & varia ejus nomina.

Urbs, (a) quondam maxima, *terminus Tribûs Ephraim*, & in eâdem Tribu sita; eadem putata ac *Mechmas*, dicta ab aliquibus *Megmas*, *Magmas*; in præsens *vicus*, tempore D. Hieronymi, idem retinens nomen, hodie tamen dictus juxta aliquos *Byru*; juxta alios *Elbir*; & à Div. Hieronymo *vicus grandis* notatur. Duo millia erant (b) cum Saule in Machmas, quando bellum adornevit contre Philisthæos, qui in Machmas, sive in circuitu ejus castrametati sunt cum magno exercitu ad orientem Bethaven; ibique consederunt; & dicitur *egressu statio Philisthiim, ut transcenderet in Machmas.* Certamine antem à Judæis cum Philisthæis commisso, Judæi (c) *percusserunt in die illâ Philisthæos à Machmis usque in Ajalon.* De Machmas (suppone urbem, non virum, de cujus progenie dicatur, licèt (d) aliqui virum dicant; super quo unicuique liberum est, quod vult, emplecti) h. e. provenientes à Mach-

1.Reg. 13, 2. (b) Saul in Machmas. - - 5. - - 16. - - 23. - 14, 31. (c) Philisthæi ad Machmas percussi. (d) Vir Machmas interdum judicatus.

mas, redierunt cum Zorobabele à captivitate Babylonicâ viri centum viginti duo. In Prophetiâ Isaiæ legimus exitium prædictum Assur, sive Regi Assyriorum Sennacherib, & inter cætere dicitur, quòd fugiens *veniet in Ajath, transibit in Magron*: (e) *apud Machmas commendabit vasa sua*, h. e. sarcinas suas, ut expeditior sit ad fugam. Et urbs hæc Machmas (f) habitationis locus fuit Jonathæ Machabæi. (g) Significat in libro Regum, & apud Isaiam: *Percussor ablatus*: *Pauper ablatus*: *Percussor, vel pauper auferens*: *Percussor, vel pauper palpans, sive tangens.* Alibi autem: *Occultatio percussoris*: *Pauperis tributum.* (Vid. *Boses.*)

1.Esd. 2, 27. 2.Esd. 7, 31. Isai. 10, 28. (e) Assur vasa relicturus in Machmas. 1 Mach. 9, 73. (f) Machmas habitatio Jonathæ Mach. (g) Nom. interpr.

Machmethath.

Hist. (a) Quid est. Jos. 16, 6. - 17, 7. Adrich. Trib. Manass. part. 1 h. v.

Urbs (a) est *in Tribu Manasse*, citra Jordanem, ut omnes conveniunt. Adrichomius vocat eam *Machmata*: *Machmeth*: *Aser-Machmath.* Et quidem terminus erat Tribus Manasse eb Ephraim, ab Aser urbe. Cùm Adrichomio ergo facilè convenire voluit Samson, eandem faciens cum *Aser*, & jungens Aser-Machmethath. In capite Josue 16. (b) legunt Septuaginta: *ἰκασμὼν*, *Icasmon*; & ex Nobilio habemus observatos veteres libros dicentes, alios: *ὀκλωμὼν*, *Oclomon*; alios: *μισχὼθ*, *Meschoth.* In Josue 17. legunt Septuaginta *δηλανὲθ*, *Delaneth.* Sunt quoque & aliæ lectiones, & quidem diversæ; at eas huc referre nonopus. Significatio nominis est: (c) *Percussoris donum*: *Pauperis donum*: *Percussoris mors*: *Humilis mors.*

(b) Lectio LXX. (c) Nom. interpr.

Macies.

Hist. (a) Quid est.

Corporis (a) *extenuatio* est; estque *ea pernicies interdum, quæ gravis corpori evenire solet, cum pulmones exulcerantur.* Pharao, somnians, (b) vidit septem boves fœdas, confectasque macie, quæ devoraverunt septem boves pulchras, & crassas nimis: pro quibus vid. *Boves.* Jonadab, amicus filii Regis David, Amnon, videns, (c) eum attenuari macie, & quærens ab eo causam, amoris nempe in sororem Thamar, pessimum ei consilium dedit. Vid. *Amnon.*

Gen. 41, 3. 21. (b) Boves macie confectæ in somnio Pharaonis. 2.Reg. 13, 4. (c) Amnon macie attenuatus.

Macilentus, a, um. Macilentior.

Hist. (a) Quid est. Genes. 41, 19. (b) Boves macilentæ in somnio Pharaonis.

Macie (a) *confectus* Macilentus dicitur, cujus comparative dictio est Macilentior. Septem (b) boves macilentæ in somnio Pharaonis sequebantur septem crassas, quæ ab illis voratæ sunt. (Vid. *Joseph. Bos.*) Ubi in Ezechiele Deus ait, se populum suum cognoscere, qui, videlicet, sit, inquit: (c) *Ecce, ego ipse judico inter pecus pingue, & macilentum.* Princeps eunuchorum timebat, juxta petitionem Danielis, ei, & sociorum ejus in cibum præbere legumina, & aquam in potum, ut petebat, ne polluerentur cibo, & potu regio; (d) quia vultus eorum apparuissent coævis macilentiores. (Vid. *Daniel*).

Ezech. 34, 20. (c) Deus judicans inter pingue, & macilentum. Dan. 1, 10. (d) Princeps eunuchorum, ne macilentior fieret Daniel cum sociis, timens.

Mactatus, a, um,

Hist. (a) Quid est. Genes. 46, 1. (b) Victimæ Deo mactatæ à Jacob.

A *macto*, (a) quod est *interficio*, participium est passivum præteriti temporis. (b) Jacob, mactatis victimis Deo, ad puteum juramenti, Dei ejusdem visionem habuit renovantis antiquas promissiones Isaac patri suo factas.

Macula.

Hist.
(a) Quid est hæc vox, cujus textus notis signatur, ubi tantùm est locus.
Exod. 12, 5. Levit. 1, 10. & alibi.

Idem est, (a) ac *sordes*, *labes:* sumitur etiam pro *colorum varietate :* item aliquando pro *infamiâ*, *culpâ*, *imperfectione quâcunque &c.* item aliquando pro *foraminibus retium.* Paschalis agnus debebat esse sine maculâ; & oblatio de pecoribus, sive de ovibus, sive de capris, sine maculâ pariter esse debebat; quòd de omni oblatione etiam aliorum animalium intelligendnm.

- 13, 31. &c.
(b) Observatio maculæ in leproso.

In (b) leproso, si reperiebatur locus maculæ æqualis vicinæ carni, & capillus niger, septem diebus recludebatur; post quos nisi crevisset macula, & capillus colorem suum haberet, & locus plagæ carni reliquæ æqualis esset, radebatur humo, absque loco maculæ, & iterùm septem diebus claudebatur; post quos, si emundatus iterùm maculam habuisset, in cute quæ crevisset, immundus pronuntiabatur; at si macula stetisset, pro mundo habebatur.

- - 35. &c.
- - 39.
- 14, 44. &c.
- - 56.
- 21, 17.
- - 20.
- - 23.

Macula autem coloris candidi lepra non erat; alba, vel rufa macula in veste, lepra reputabatur. (Vid. *Lepra.*) Parietes maculis respersi domum leprosam significabant esse; & ad maculas lucentes, variasque cognoscendas pro mundo, vel immundo declarando, dabatur lex. In Sacerdotibus non admittebatut ad oblationem panis, habens maculam, seu imperfectionem aliquam in corpore; ita neque hostiarum; intra velum non ingrediebatur, nec ad altare accedebat.

- 24. 19. 20.
(c) Lex talionis contra irrogantem alteri maculam; ubi explicatur.

Lex erat: (c) *Qui irrogaverit maculam cuilibet civium suorum : sicut fecit, sic fiet ei; fracturam pro fracturâ, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet. Qualem inflixerit maculam, talem sustinere cogetur*; ubi macula tùm pro infamiâ; tùm pro *damno illato*, & sic pro *causatâ in altero imperfectione* sumitur.

Num. 19, 2.
Deut. 12, 15.

Vacca, pro aquâ lustrali conficiendâ, nullam debebat habere maculam. Quòd integrum erat animal, & sine maculâ, concedebatur in esum Judæis; quibus, post propositas culpas fugiendas, dicitur à Deo: (d) *Perfectus eris, & absque macula cum Domino Deo tuo.*

- 18, 13.
(d) Coram Deo sine maculâ sit unusquisque.

Galaad missus ad tribus, quæ erant trans Jordanem, eò quòd tumulnm erexerant, qui reputatus est aliquod altare, & sic idololatriæ superstitionem dedit, sic exprobrabat: (e) *An parum vobis est, quod peccâstis in Beelphegor, & usque in præsentem diem macula hujus sceleris in nobis permanet; multique de populo corruerunt &c.*

Jos. 22, 17.
(e) Macula idololatriæ aliquando in Judæis.

De Absalom; pulcherrimo viro, dicitur: (f) *A vestigio pedis usque ad verticem non erat in eo macula.*

2. Reg. 14, 25.
(f) Absalom sine maculâ in corpore.

Sophar, insimnlans Jobum crimine, eum suadebat, ut ab injustitia recederet, addebatque: (g) *Tunc levare poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis, & non timebis.*

Job. 11, 15.
(g) Recedens ab injustitia, sine macula est.

Baldad, describens impiorum maledictiones, inquiebat: (h) *Immisit in rete pedes suos, & in maculis ejus ambulat*; in rete scilicet peccatorum.

- 18, 8.
(h) Impius in maculis peccatorum ambulans.

Job autem protestabatur, quòd manibus (i) suis non *adhæsit macula*; hoc est, nullius erat compos erroris; adeóque erat innocens.

- 31, 7.
(i) Job sine maculâ.

Interrogans Dominum David: quis requiescetet in monte sancto ejus? reponit: *Qui ingreditur sine maculâ, & operatur justitiam.*

Psalm. 14, 3.
Prov. 9, 7.

In Proverbiis est: *Qui erudit derisorem, ipse injuriam sibi facit : & qui arguit impium, sibi maculam generat.*

Cant. 4, 7.

Mysticus Sponsus Sponsæ suæ mysticæ dicebat: *Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.*

Sapient. 7, 26.
(k) Sapientia speculum sine maculâ.

In libro Sapientiæ, de ipsa Sapientia scribitur, quòd est *candor lucis æternæ*, (k) *& speculum sine maculâ Dei majestatis, & imago bonitatis illius.*

- 13, 14.
(l) Artifex ab idolo omnem tollens maculam.

Et de idolis ponitur, quòd Artifex idolum ex ligno construit alicui, ex animalibus illud comparans, *perliniens rubrica*, (l) *& rubicundum faciens fuco colorem illius, & omnem maculam, quæ & in illo est, perliniens.*

Eccli. 11, 33.
- 31, 8.
- 33, 23.
- - 24.
- 47, 22.
(m) Salomon dans maculam in gloriâ suâ, ubi explicatur.

Apud Ecclesiasticum legitur: (Cor superborum), *bona in mala convertens, insidiatur, & in electis imponet maculam. Beatus Dives, qui inventus est sine maculâ, & qui post aurum non abiit &c. In omnibus operibus tuis præcellens esto. Ne dederis maculam in gloria tua.* Et de Salomone dicitur, (m) quòd *dedit maculam in gloria sua*, hoc est, quod inglorias reddidit actiones suas, ex crimine.

Dan. 1, 4.
(n) Pueri Judæorum sine maculâ ad Nabuch. introducendi.

Nabuchodonosor, abductis in captivitatem Judæis, jussit Asphenez, Præpositum eunuchorum parare, ut introduceret coram se, de filiis Israël nobilibus, (n) *pueros, in quibus nulla esset macula, decoros forma &c.*

1. Mach. 4, 42.
(o) Sacerdotes sine macula ad mundationem Sanctorum electi a Juda Mach.

Judas Machabæus, victo Lysia, & Dei cultum restituens, (o) *elegit Sacerdotes sine macula, voluntatem habentes in lege Dei*; qui mundaverunt sancta &c.

2. Mach. 6, 25.
(p) Eleazarus maculam suo nomini rejiciens.

Eleazarus, Judæus senex, requisitus sub Epiphane, ut cibos vetitos comederet, iis qui suadebant, ut saltem id facere simularet ad evadendam mortem, inter cætera respondebat: (p) *Non - - - per hoc maculam, atque execrationem meæ senectuti conquiram.*

Ephes. 5, 27.
(q) Ecclesia non habens maculam.

Ad Ephesios scribens, Apostolus hortatur viros, ut uxores suas diligant, exhibet eis Christi exemplum, qui, *ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam*, (q) *non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta, & immaculata*, eam dilexit, *& tradidit se pro eâ.*

1. Tim. 6, 14.
(r) Mandatum sine macula observandum.

Ad Timotheum scribit, & præcipit coram Deo, & Jesu Christo, ut servetur (r) *mandatum sine macula irreprehensibile, usque in adventum Domini nostri Jesu Christi.*

2. Petr. 2, 13.

De iniquis ait D. Petrus, quòd sint *maculæ deliciis affluentes*; hoc est, probra, & dedecora.

Jud. v. 12.
(s) Iniqui maculæ in epulis suis.

Et Judas scribit: (s) *Hi sunt in epulis suis maculæ.*

Apoc. 14, 5.
(t) Cantantes canticum coram agno 144. m. sine maculâ.

In Apocalypsi de centum quadraginta quatuor millibus canentibus, quasi canticum novum ante sedem agni &c. (t) scribitur: *Sine macula sunt ante thronum Dei.*

Myst.
Gloss. ord. c. Lev. 14.

Hæreses significari possunt per maculas in pariete; ut habet Glossa ordinaria.

Hesych. l. Lev. 13.

Inanis gloria, & superbia declarantur per maculas lepræ in vestimentis; ut notat Hesychius; hærens quippe est aliquando virtuti vana gloria, sicut hæret vesti macula.

D. Greg. l. Jer. h. 13.

Peccatum in anima designatur per maculam; ut habet D. Gregorius M.

Superbia. Vid. *Inanis gloria.*

D. Greg. 34. m. 4.

Vitia diversa, quibus se implicat peccator, figurantur per maculas retis, in quibus ambulat impius; ex D. Gregorio M.

Maculatus, a, um.

Hist.
(a) Quid est.

A *maculo*, (a) quod est *conspurco : labe inficio*, habetur adjectiva hæc dictio, quæ etiam rationem participii habet temporis præteriti.

Deut. 12, 15.
(b) Maculatum Judæus edebat.

(b) Concedebatur Judæis ad esum *immundum*, hoc est, *maculatum, & debile.* In Ecclesiastico est;

Eccli. 34. 21.
(c) Oblatio ex iniquo maculata.

est: (c) *Immolantis ex iniquo oblatio est maculata, & non sunt beneplacita subsannationes injustorum.* Judas Apostolus, scribens ad fideles, vult, ut sint (d) *odientes eam, quæ carnalis est, maculatam tunicam*; nempè fœda, & prava opera.

Jud. v. 23.
(d) Tunica maculata rejicienda, ubi explicatur.

Maculosus, a, um.

Hist.
(a) Quid est.

Is (a) maculosus est, *qui varios habet colores in se.* Jacob, novum pactum faciens pro servitute præstandâ Laban, socero suo, in pascendis ejus gregibus, cum eo convenit, quòd, (b) ablatis primò pecoribus variis, & sparso vellere quodcunque inde furvum, & maculosum, variumque fuisset in grege, id ipsius Jacob esset; qui præponens tempore coitûs virgas populeas, & aliarum arborum ex parte decorticatas, ex parte non, in canalibus, ubi pecora bibebant: (c) *Factúmque est, ut in ipso calore coitûs oves intuerentur virgas, & parerent maculosa, & varia, & diverso colore respersa*; unde hæc omnia Jacob erant; qui hoc faciebat, quando primo tempore ascendebant oves; non autem in serotinis partibus; quòd pactum quidem faciendum sibi revelatum esse Jacob fassus est, cùm ab Angelo ei monstrati sunt, quos in somnis viderat, *ascendentes mares super fœminas varios, & maculosos, & diversorum colorum* greges.

Gen. 30. 32. &c.
(b) Pactum Jacob cum Laban de gregibus maculosis.
- - 39.
(c) Artificium, unde maculosi, vel non nascerentur greges.
- 31, 10.
- - 12.

Madaba.

Hist.
(a) Quid est, & quid in ea urbe, & ad eam adium.

Usque ad (a) ætatem D. Hieronymi permansit hæc *urbs*, quæ eadem est, ac *Medaba*, & dicta est etiam *Medeba, in Tribu Ruben*; ex qua urbe filii Jambri, exeuntes, Joannem fratrem Judæ Machabæi ceperunt, cum suis, & morti dederunt; de quâ re ultionem facientes Jonathas, & Simon fratres ejus, cum filii Jambri nuptias celebrarent, & ex Madaba duceretur sponsa, in sponsum, & amicos ejus, & in comitantes sponsum, & sponsam, repentè cum militibus irruerunt ex insidiis, partimque ex iis vulneratis, partim occisis, partim fugatis, *conversæ sunt nuptiæ in luctum, & vox musicorum ipsorum in lamentum.* Latiùs quæ urbs hæc fuerit, videbis in *Medaba.* (b) Sonat: *Aqua doloris*; & ex Hebræo, & Syro: *Aqua manantes.*

1. Mach. 9, 36.
- - 37. &c.
- - 41.
(b) Sign. nom.

Madai.

Hist.
Gen. 10, 2.
1. Par. 1, 5.
(a) Quis est, & quid sonat.

Tertius (a) *filius Japheth*; & sic nepos Noë fuit; à quo Medi nomen, & originem habuere. Sonat: *Mensura: Judicans: Indumentum.*

Madan.

Hist.
Gen. 25. 2.
1. Par. 1, 32.
(a) Quid est, & nom. etym.

Filius Abraha, ex Ceturâ; cujus nominis interpretatio est: (a) *Litigium: Mensura: Indumentum: Judicans.*

Madens. Madidus.

Hist.
(a) Quid est Madens.
Judic. 6, 39.
(b) Terra rore madens, vellere Gedeonis sicco.

A *madeo*, (a) quod est *humesio*, venit *Madens*, participium præsentis temporis. Rogavit (b) Gedeon Dominum in signum, quòd victoriam reportâsset de hostibus Israël, quod solum vellus, quod antea planum rore invenerat, terrâ siccâ remanente, siccum esset, *& omnis terra rore madens.*

Ab eodem verbo item venit (c) *Madidus*, idem, ac *humectus: humefactus.* Jeremias, quem nolebant audire Judæi, conquerebatur dicens: (d) *Factus sum* (h. e. æstimatus sum ab illis) *quasi vir ebrius, & quasi homo madidus à vino à facie Domini, & à facie verborum sanctorum ejus.*

(c) Quid Madidus.
Jerem. 23, 9.
(d) Jeremias reputatus à Judæis, ut vir à vino madidus.

Madia.

Hist.
2. Esd. 12, 5.
(a) Quid est, & signif. nom.

Unus est, è Tribu Levi, *Princeps Sacerdotum*, qui, cum aliis pariter Sacerdotum Principibus, venit è captivitate sub Duce Zorobabel. Ejus etymon est: *Solemnitas Domini: Festivitas, adornatio, testimonium, fœdus Domini: Transiens Dominus.*

Madian. Madianita. Madianitis.

Vir; Regio: Urbs; Populus &c.

Hist.
(a) Harum vocum expressio.

Madian (a) vir fuit, urbis cujusdam fundator, à quâ denominata est regio; & urbis populus, seu civis, Madianita dicebatur; quoad mulieres verò Madianitis. Quibus suppositis, & breviter præmissis, jam ad narrationem latiorem venimus. (b) *Filius* fuit *Abrahami*, ex Ceturâ quartus Madian: & hic supponitur (nihil enim de hac tradit sacra pagina) in eâ parte Æthiopiæ, quæ *in Arabia* est, (c) *urbem* fabricâsse, de suo nomine dictam, quæ posteà *regioni*, & *populo* in circuitu nomen dederit; & quidem in Arabia Petræa, juxta mare rubrum: & sic regio dicta est terra Madian, & per nomen Madian, nedum terra, sed & populus in eâ habitans intelligitur. Qui etiam Madianita nuncupatus est, juxta singularitatem personarum, & in fœminis valet Madianitis. Hujus regionis autem nomen latiùs patere ita quidem videtur, ut mirum non sit per alios (d) in Arabia felici; per alios in Arabia Petræa collocari Madian; quinimmò modò legi Madian fuisse *urbem in Tribu Manasse*, trans Jordanem, modò *in Tribu Ruben*; cùm adhuc etiam sint, qui non unam supponant tantùm urbem, & sanè regiam, & consequenter ejusdem nominis Madian regionem, sed duplicem: unde quæ in sacra Scriptura leguntur de urbe, regione, populo Madian modò huic, modò alteri applicant. Fundamentum hujusmodi ratiocinationis ex variis desumitur auctorum sententiis, quas inter illa est D. Hieronymi, ponentis trans Arabiam aliam Madian, ad meridiem, in terra Saracenorum in deserto, contra Orientem maris rubri, cujus regionem Madianæam vocat, ex quâ Balaach fuisse arguitur; & hanc probè diversam ab alia civitate Madian, juxta Aronem, & Areopolim, ad quam confugit Moyses. Neque ego à tantorum virorum sententiis discedam, qui in eâ essem opinione, quòd Madian latè adeò pateat, ut per plures regiones hoc nomen excurrat juxta sui significationem, quæ est: *Litigium.* (aliis nunc prætermissis etymologiis: *Judicium: Judicans: Objurgans.*) Dissidiosæ enim genti datum considera, qualis est Arabs, & Æthiops, qui sub alio nomine in sacra pagina latrunculi, & latrones sunt vocati; & aliquando mercaturæ deditì traduntur, à quibus non longè distat

(b) Quis fuerit Madian.
Genes. 25, 2.
1 Par. 1, 32.
(c) Urbs Madian etiam est, & regio, quin etiam & populus.
Adrich. in Trib. Rub. num. 45. & in Trib. Manass. ultr. Jord. n. 12.
(d) Plura loca datum sibi habentia nomen Madian, & cur; variis adductis nominis interpretationibus.

litigiom. Et hic notandum etiam censeo, quòd in eâ Æthiopia, quæ Ahyssinorum dicitur, ponitur Madian; quare vid. *Æthiopia*; & tameo adhuc Madian, uhicunque ponatur, sub ditione Regis Ahyssinorum in præsens non videtur hehere locum: quapropter quoad me in veriis variorum scriptorum sententiis valdè quidem implexis, vix me solvere sciens, hæc satis adnotâsse censeo; quæ si mentem eh impleso nodu solvere nequeunt, saltem illom monstrâsse poterunt. Quod autem nubis in Scripturâ sacrâ pruponitur, tale est, (e) ot sciamos ad confinia Ægypti in deserto fuisse Madiau, quò secessit Moyses, uhi etat Jethro; & in prusecutione itineris, cùm populis de terra Madian, quam regionem pertransieruot, vicerunt, bella, & prælia commisisse Judæos.

(e) Madian, de quo sacra Scriptura, ubi sit.

Ad rem autem ordinatè, juste sacrarum litterarum methodum, deveniendo, notamus, quòd in Genealogie filiorum Esau ponitur (f) *Adad filius Badad, qui percussit Madian in regione Moab.* Quòd Joseph venditus est (g) *prætereuntibus Madianitis negotiatoribus* viginti argenteis; & hi Ismaëlitæ etiam dicuntur, qui modo Saraceni; & hi (h) *Madianitæ vendiderunt Joseph in Ægypto Putiphari eunucho Pharaonis, magistro militum.* Moyses, à facie Pharaonis fugiens, (i) *moratus est in terra Madian*, & ibi accipiens uxorem Sephoram, *pascebat oves Jethro soceri sui, Sacerdotis Madian*; & cum in interioribus deserti vocatus fuisset à Deo, & legatus ejus constiturus ad Pharaooem, ei dictum est à Domino in Madian, ut in Ægypium reverteretur; pruut fecit, editisque pluribus signis, pupulum Judæum ab Ægypto tedusit; ad quem postea redeuotem, & abeuntem com populo in terram promissionis, (k) Jethro, Sacerdos Madian socer ejus oxorem Sephoram cum filiis iterùm adduxit; & secum Muyses recepit Hubab filium Raguel, h. e. Jethro, in terram appromissam ducturus (l) Madianitam cognatum suum. (Vid. *Jethro: Hobab: Raguel.*)

Gen. 36, 35. 1 Par. 1, 46.
(f) Adad percutiens Madian.
Gen. 37, 28.
(g) Joseph Madianitis venditus.
- - 36.
(h) Madianitæ iterùm vendentes Joseph.
Exod. 2, 15.
- 3, 1. & alibi.
(i) Moyses in terra Madian.
- 4, 19.
- 18, 1.
(k) Jethro Sacerdos Madian.
Num. 10, 29.
(l) Hobab Madianita.

Cum ergo Moyses ad terram appromissam procederet, plurimorum victor populorum, Balac Rex Moab, (m) ad majores natu Madian sermonem habuit de instante periculo, misitque Seniores Moab, & (n) majores natu Madiao, habentes divinationis pretium in manibus, qui accerserent Balaam strictum, qui Israëlitis malediceret. (Vid. *Balac: Balaam.*) At benedixit ille, non maledixit. Contritionem autem magnam in Israël causârunt tum Moabitæ, tum Madianitæ, ex divinâ irâ commotâ; (o) quandoquidem tum Moabitidom, tum Madianitidum blanditiis Israëlitæ allecti, cum illis fornicantes vigintiquatuor millia de plebe percussi sont, mandante Domino; suspensique de mandato ejus sunt cuncti Principes Israëlitarum. Et tunc fuit, quandu Phinees, videns Israëlitam, ingressum ed scortum Madianitidem coram umnihus, (p) pugione percussit & scortum, & Israëlitam in lucis genitalihus; cessavitque plaga ah Israël: Qui ingressus erat ad Madianitidem, erat Zambri, *Dux de cognatione, & Tribu Simeonis*: molier verò Madianitis vocabatur *Cozbi* (q) *filia Sur Principis nobilissimi Madianitarum.* (Vid. *Phinees.*) Cúmque & fornicationi oddidissent, Israëlitæ Madianitidum illecebris attracti, idolatriam, locutus est Dominus ad Moysen: (r) *Hostes vos sentiant Madianitæ, & percutite eos: Quia & ipsi hostiliter egerunt contra vos, & decepere insidiis per idolum Phogor, & Cozbi filiam Ducis Madian sororem suam, quæ percussa est in die plaga pro sacrilegio Phogor.* Voluitque Dominus, quòd Muyses, antequam moreretur, ultionem de Madianitis sumeret, ei dicens: *Ulciscere priùs filios Israel de Madianitis, & sic colligèris ad populum tuum. Statimque Moyses: Armate, inquit, ex vobis viros ad pugnam, qui possint ultionem Domini expetere de Madianitis*; selectosque ex unâquâque Tribu millenos, hos misit duodecim millie cum Phinees, vasa sancta & tubas ad clangendom habente, victisque Madianitis, umnes mares occiderunt Israelitæ; *& Reges eorum Evi, & Recem, & Sur, & Hur, & Rebe quinque Principes gentis: Balaam quoque filium Beor interfecerunt gladio*; inde urhes, & viculos omnes depupulantes, & flammis dantes mulieres eorum, pecura, & supellectilem omnem cum parvulis ahduxerunt in prædem; (s) iratus autem Muyses de servatis fœminis, quæ causa fuerant prævaricationis in populo, parvulos, & fœminas, vito cugnitas, occidi jussit, reservatis virginihus, quæ fuerunt numero 32. m. fueruntque uves captæ 675. m. Buves 72. m. asini 61. m. præter res alias, quæ purificatæ fuerunt, ita ut centuriones, & tribuni, io gratiarum actionem, Deo, qui nullum de militihus Israelitis petire voluit, aurum omne in diversis speciebus, offerentes, tradiderint Moysi, & Eleazaro *auri pondo sexdecim millia septingentos quinquaginta siclos*: Præda autem ab homine usque ad pecus divisa est pru æquu iis qui fuerant in bello; & his qui remanserant in castris, ita ut media pars primis ohveniret, media altera aliis; dato de animantibus quinquagesimo capite Levitis. Suh (t) Amorrhæis, seu Rege Amorrhæorum autem apparet fuisse Madian regio, variis Ducihus, & Principibus gubernata, quales erant Principes prælaudati diversarum, ut puto, io vastâ regione Provinciarum, seu urbium; nempe Evi, seu Hevi, (unde Hevæi) Recem, Sur, Hur, Rebe *Duces Sehon* (Regis Amorrhæorum) *habitatores terræ.*

- 22, 4.
(m) Madian excitatus contra Judæos.
- - 7.
(n) Seniores Madian missi ad Balaam.
(o) Judæi Madianitidum blanditiis allecti, cum iis fornicantes, & puniti.
- 25, 6.
(p) Israelita cum scorto Madianitide occisus Zambri nomine.
- - 14.
- - 15.
(q) Cozbi Madianitis scortum.
Num. 25, 17, 18.
(r) Ultio de Madianitis jussa à Domino; qui à Judæis contriti sunt, Regibus, & Principibus eorum occisis cum Balaam.
- 31, 1.
- - 3.
- - 7.
- - 8. &c.
(s) Præda de Madianitis quæ reservata, cæteris ferro, & flammâ perditis, & quanta, ejusque divisio, oblatio &c.
- - 52.
(t) Regio vasta Madian, in quâ varii Reges, & Principes.
Jos. 13, 21.

At surrexit iterùm è ruinis suis Madian; & Domino permittente, in ultionem malorum, quæ per Judæos commissa fuerant, traditi sunt filii Israël, post (u) Dehboram *in manu Madian septem annis: & oppressi sunt valdè ab eis*, in montihus, & antris se munientibus; cùm enim sevisset Israël, ascendebat Madian, & Amalec, cæterique Orientalium nationum, & apud eos figentes tentoria, cum suis gregibus, complentes oniversa instar locustarum innumeri humines, & cameli, omnia, sicut erant in herbis, quicquid tetigerant, devastantes; *nihilque omninò ad vitam pertinens relinquebant in Israël, non oves, non boves, non asinos &c.* Quo circa *humiliatus est Israël valdè in conspectu Madian; & clamavit ad Dominum, postulans auxilium contra Madianitas*; audivitque Dominus eorum preces, Angelumque suum misit ad Gedeonem, *cùm excuteret, atque purgaret frumenta in torculari, ut fugeret Madian*; eique, conquerenti, quòd dereliquerat eos Dominus, & in manu Madiau tradiderat, (x) dixit: *Vade in hac fortitudine tuâ, & libe-*

Judic. 6, 1.
- - 2. &c.
(u) Judæi per septennium oppressi sub Madianitis omnia vastantibus.
- - 4.
- - 6.
- - 7.
- - 11.
- - 13.
- - 14.
(x) Gedeon Dux electus à Deo contra Madian.

& liberabis Israël de manu Madian; iterum-
Judic. 6, 16. que Gedeoni, se excusanti, reposuit: *Ego ero tecum & percuties Madian quasi virum unum*,
ecce, quòd ad opus hujusmodi perficiendum
post varia data signa, Gedeone electo (vid. *Gedeon*),
- 7, 1. dum (y) *castra Madian in valle ad Se-*
- - 2. *ptemtrionalem plagam collis excelsi* erent, ei dixit
(y) Idem cum 300 viris castra Madian subvertit, cujus facti modus, & historia. Dominus, quòd Madian non traderetur in manus ejus, stipati multo populo; unde jussit,
quòd dimitteret timidos; postea, quòd reliquias populi ed aquas adduceret; & cum bibisset populus, ait Dominus ad Gedeon:
- - 7. *In trecentis viris, qui lambuerunt aquas, liberabo*
- - 8. &c. *vos, & tradam in manu tuâ Ma*[illegible]; dimissis
ergo aliis, cùm essent castra Madian subter in
valle, illuc perrexit cum solis trecentis Gedeon;
- - 13. &c. & audito Madianitæ cujusdam, narrantis illud,
somnio (vid. *Somnium*), pro cujus interpreta-
- - 14. tione alius Madianita respondit: *tradidit Dominus in manus ejus* (Gedeonis videlicet)
Madian, & omnia castra ejus; ait ad suos:
- - 15. *Surgite; tradidit enim Dominus in manus no-*
- - 16. &c. *stras castra Madian*; irruitque in Madianitas,
cum suis, qui armabantur tubis, lagenis, ac
- - 21. lucernis; eosque, se se mutuâ cæde percutien-
(z) Oreb, & Zeb Principes Madian occisi. tes, devicerunt Judæi, (z) apprehensis duobus
viris Principibus Madian Oreb, & Zeb. (Vid. *Oreb: Zeb.*) *Et persecuti sunt Madian, capita Oreb, & Zeb portantes ad Gedeon trans fluenta Jordanis.* Notatur autem præcisè in hac pu-
- - 23. gnâ, quòd *conclamantes viri Israël de Nephthali, & Aser, & omni Manasse persequebantur Madian*, fugientem, usque ad Bethsetta, &
- - 24. crepidinem Abelmehula in Thebbath. Et quòd
monitus Ephraim occupavit equas, seu aquarum transitus, descendens in occursum Madian
fugientis, unde Madianitarum cædes est aucta;
& ipsi fuerunt, qui Oreb, & Zeb ceperunt
- 8, 1. &c. Ephraimitæ; à quibus querimonia allata est
Gedeoni, quòd non vocati essent ab eo, cùm
pergeret contra Madian; at ipse blandis eos
verbis, & laudibus compescuit. Mox ceptam
persequens, & prosequens victoriam, requisitis frustra à viris Soccoth, & Phanuel cibis,
(aa) Zebee, & Salmana Reges Madian percussi. (aa) Zebee, & Salmana Reges Madian, cum
exercitu eorum, percussit (erant enim tantùm
15. m. viri, qui remanserant ex omnibus turmis Orientalibus, cùm cæsa fuissent 120. m.
bellatorum ex illis), & ipsos Reges cepit,
quos interfecit (vid. *Zebee: Salmana.*) Quòd
igitur liberati essent de manu Madian Judæi
per Gedeonem Ducem, ipsum invitaverunt,
ut super iis dominari vellet; at Gedeon, dominium respuens, & modestè populi Ducem se
habens, petiit ab eis aureas Ismaëlitarum, hoc
est, Madianitarum inaures, quas libenter de-
- - 26. derunt: (ab) *Et fuit pondus postulatarum inau-*
(ab) Præda de Madianitis selecta. *rium, mille septingenti auri sicli, absque ornamentis, & monilibus, & veste purpureâ, quibus Reges Madian uti soliti erant; & præter torques aureas camelorum.* Et ita scribitur,
- - 28. quòd (ac) *humiliatus est Madian coram filiis*
(ac) Madian humiliatus. *Israel, nec potuerunt ultra cervices elevare: sed quievit terra per quadraginta annos, quibus Gedeon præfuit*; de quo Joatham filius ejusdem
- 9, 17. minimus dicebat, quòd *animam suam dedit periculis, ut erueret* (eos) *de manu Madian.*
3. Reg. 11, 18. (ad) Adad in Madian. In Madian (ad) se abscondit Adad fugiens à
Joab, Idumæos occidente. De Holoferne no-
Judith. 2, 16. (ae) Holofernes tatur, quòd (ae) *abduxit omnes filios Madian,*

& prædavit omnem locupletationem eorum, omnesq́, resistentes sibi occidit in ore gladii. filios Madian abducens cum præda, & occidens &c.

David, in Psalmis, contra inimicos suos, & populi sui, ait ad Dominum: (af) *Fac illis sicut Madian, & Sisara*; hoc est, dejiciens illos. Psalm. 82, 10. (af) Madian dejectus. In vaticinio de Christi nativitate apud Isaiam, dicitur de ipso, & quidem ipsi, quòd (ag) onus, & virgam inimicorum superavit, *sicut in die Madian*, hoc est, cum totali victoriâ; prout victi sunt Madianitæ tempore Gedeonis. Isai. 9, 4. (ag) Messias hostes superaturus, sicut in die Madian; ubi expl. text. Et ubi Ecclesia ad exultationem incitatur, prophetatur Magorum adventus dicendo: (ah) *Inundatio camelorum operiet te* (Sion videlicet, Ecclesiæ figuræ quæ est); *dromedarii Madian, & Epha &c.* - 60. 6. (ah) Dromedarii Madian futuri in Sion. Apud Habacuc prænuntiatur turbatio Æthiopum, & Arabum, in reditu populi Dei à captivitate; dicitur enim ab eodem: *Pro iniquitate* (hoc est, injustitiâ in populum toties commissâ) *vidi* (turbari subintellige) (ai) *tentoria Æthiopiæ; turbabuntur pelles terræ Madian*; fit autem mentio tentoriorum, & pellium, quandoquidem populi hujusmodi sub tentoriis ex pellibus habitare consuescunt. Hab. 3, 7. (ai) Pelles terræ Madian turbandæ; ubi expl. text.

Et hæc sunt, quæ de dictionibus *Madian, Madianita, Madianitis* notamus ex sacris litteris, quibus addo, me ex aliquibus adductis textibus in eam suspicionem venire potuisse, quòd sub nomine Madian terra tota Orientalis terræ appromissæ dici aliquando, & haberi potuerit. Præter adductas interpretationes, juxta Origenem sonat Madian: (ak) *Extra judicium*: juxta D. Hieronymum: *Iniquitas*. (ak) Aliæ vocum significationes. Et juxta alios: *Contradictio.*

Dæmones figurantur in Madian, & Madianitis, hostibus populi Israel; ex Div. Augustino. Myst. D. August. 18. de Civ. Dei 31.

Errores gentilium, qui peccare faciunt fideles, in Madianitis repræsentantur; ex Origene. Orig. s. Num. h. 20.

Gentiles, utpote qui jam judicati sunt, designantur in Madian, prout interpretationem habet: *Extra judicium*; ut notat Origenes; Idem s. Judic. h. 8. quod confirmat D. Hieronymus, interpretans hujusmodi nomen: *Iniquitas*. D. Hieron. s. Isai. 60.

Prædicatores designat in Madianitis Glossa ordinaria; quandoquidem, cùm hi habeant Christum suscipere, & mundum prædicare, illis traditus est Joseph, figura Christi, quem vendiderunt in Ægypto. Gloss. ordin. s. Gen. 37.

Madidus. Vid. Madens.

Madmena.

Filius (a) est *Saaph*, in Genealogiâ David, in Tribu Juda. Hist. 1. Par. 2, 49. (a) Quis est, & nom. interpr. Ita communiter, quicquid dicant aliqui, qui nomen urbis autumant. Etymologia verò hujus dictionis est: *Mensura numeri: Mensura muneris: Indumenti munus: Indumenti præparatio: Indumenti sterquilinium.*

Madon.

Urbs est gentium, cujus Rex, Jobab vocatus est in auxilium à Rege Asor Jabin, contra Josue; & victus est cum aliis Regibus, mortique datus. Hist. (a) Quid est. Jos. 11, 1. - 12, 19. Ad Aquilonem terræ Chanaan videtur fuisse hæc urbs regia. Nicolaus Sanson eandem facit cum *Abdon*; at quô jure, ignoramus:

(b) Lect. LXX. & nom. sign.

ignoramus : (b) Legunt Septuaginta *μαρὼν*, *Maroa*. Sonat : *Jurgium ejus*: *Indumentum*, *mensura ejus*.

Maëleth.

Hist.
Psalm. 52, 1.
(a) Quid est, & expl. text. & vocis signif.

Inscribitur Psalmus 52. *In finem*, *pro Maeleth intelligentiæ David*; hoc est, pro *dolente* : pro *parturiente*, intelligentiæ David; quod idem est, ac si dicatur. Deploratio, & impetus sensûs, & eruditionis David ad arguendam insipientiam, & cæcitatem generis humani. Hebraicè legitur מהלות, *Mahalath*; hoc est, *super choros*: *pro choreâ* : *pro tripudiis*. Ab aliquibus creditur Maëleth genus instrumenti, seu cantilenæ. Vid. *Psalmus*.

Magala.

Hist.
(a) Quid est.
1. Reg. 17, 20.
(b) Nom. etym.

Locus (a) Magala est, ut ex contextu sacræ paginæ erui posse videtur, *in Tribu Juda*, quò venit David munera deferens, de mandato patris, ad tribunum fratrum suorum, qui erant in exercitu Saulis in valle Terebinthi contra Philisthæos; ibique cœpit de Goliath interrogare. (Vid. *David*; *Goliath*.) Codex Græcus ponit pro ly *ad locum Magala*, *εἰς τὴν στρογγύλωσιν*, hoc est, *ad rotunditatem*; videtur ergo fuisse seu *collis*, seu *vallum rotundum* prope vallem Terebinthi: Interpretatio nominis est: (b) *Plaustrum* : *Vitula* : *Currus*, *Circulus* : *Rotunditas*.

Magdalel.

Hist.
(a) Quid est.
Jos. 19. 38.
Lub. Tab. sacr. Ge. verb. Horem.
Adrich. in Trib. Neph. n. 11. 64.
(b) Nom. interpr.

Urbs (a) est *in Tribu Nephthali*, quam ex vicinitate dictionum Magdalel Horem, ac si una, & eadem esset dictio, eandem facit Lubin cum Horem, septuaginta auctoritate etiam usus; at alii diversè sentiunt, faciuntque diversam, quos inter est Adrichomius, qui etiam hanc vocat *Magdiel*. Turrita, munita, & fortis civitas fuisse creditur ex interpretatione nominis, quæ est: (b) *Turris Dei* : *Magnitudo Dei*.

Magdalene.

Hist.
Matth. 27, 56. & alibi.
(a) Quid est, & quid sonat.

Agnomen (a) à patriâ est, datum Mariæ, de quâ in dictione *Maria* dicetur. Sonat : *Magnificata* : *Exaltata*. (Vid. etiam *peccatrix*; *Magdalum*).

Magdalgad.

Hist.
Jos. 15, 37.
(a) Quid est, Lect. LXX. & nom. etym.

Legunt (a) Septuaginta *μαγαδαλγάδ*, *Magadalgad*; & sonat : *Turris felix* : *Turris accincta* : *Magnitudo felicitatis*; *Magnitudo accincta*. *Urbs* est in *Tribu Juda*.

Magdalum.

Hist.
Exod. 14, 2.
(a) Quid sit, & quid factum ibi.
Num. 33, 7.
Jerem. 44, 1.
— 46, 14.

Aliqui volunt potiùs dici *Magdalas*. (a) *Ægypti inferioris locus* est, in monte situs, inter mare rubrum, sive Arabicum sinum, & Nilum, apud quem revertentes ex Ægypto sub Moyse Judæi castrametati sunt, mandante Domino. Et notatur hæc mansio facta *ante Magdalum*. Ad habitantes Judæos in terra Ægypti, in Magdalo &c. facta est reprehensio Jeremiæ propter eam, quam exercebant, idololatriam; & prænuntiata est ruina, & desolatio

super Pharaone, & Ægypto, mandante Domino, ut auditum id fieret in Magdalo, Memphis, Taphnis.

(b) Aliud Magdalum.

Præter Magdalum, de quo hucusque diximus, licèt in sacris litteris præcisè non nominetur, (b) adhuc tamen ponimus Magdalum *castrum* in littore maris Galilææ *in Tribu Zabulon*, à quo volunt nomen, seu agnomen Magdalenæ provenisse Mariæ ita dictæ: at Lubinus quæritur, cur non potius agnomen hujusmodi non proveniat à *Magdala*, *μαγδαλὰ*, urbe, quæ est *Magedan*, de quâ inferius?

(b) Lectio LXX.

Magdalum, de quo primo loco disseruimus, ponu[illegible] Septuaginta (e) *Magdòlos*, *μαγδωλός*. Sonat : *Turris* : *Magnitudo*.

Magdiel.

Hist.
Genes. 36, 43.
1. Par. 1, 54.
(a) Quis est, & quid significat.

In stirpe (a) Esau nomen est *Ducis in Edom*. Significat : *Annuntians Deum* : *Evangelizans Deum* : *Pomum Dei*, hoc est, *Fructus electus Dei*.

Magedan.

Hist.
(a) Quid est; & quid circa hunc locum factum.
Matth. 15, 39.
Marc. 8, 10.
(b) An eadem urbs sit cum Dalmanutha.
(c) Sign. nom.

In Tribu (a) *Manasse* est Magedan, juxta omnium consensum, ad cujus fines, sive *urbs* sit, sive *regio*, juxta variorum dicta, ascendens Jesus naviculam, postquam septem panibus, & piscibus parvulis aliquibus quatuor millia hominum satiaverat, venit; estque ultra Jordanem ad Orientem maris Galilææ; leguntque Græci pro Magedan, *μαγδαλὰ*, *Magdala*. Cùm dicat D. Marcus hæc eadem Christi gesta; & postea subdat, quòd *venit in partes Dalmanutha*, (b) cogitârunt aliqui Magedan, & Dalmanotha unum esse, & eundem locum, seu regionem; at non hoc sanè deducitur; in eam enim partem Christus venisse potuit, quæ esset ad fines tum Magedan, tum Dalmanotha, distinctorum locorum, & diversorum. Sonat: (c) *Turris* : *Magnitudo*.

Mageddo, Urbs. Campus. Aquæ.

Hist.
(a) Quid est.
Jos. 12, 21.
(b) Urbs fuit.
— 17, 11.
1. Par. 7, 29.
Judic. 1, 27.
(c) Aqua Mageddo, & earum cursus.
— 5, 19.
3. Reg. 4, 12.
— 9, 15.
(d) Urbs hæc munita à Salomone.
4. Reg. 9, 27.
(e) In Mageddo mortuus Ochozias Rex Juda.

Sub hac unâ dictione veniunt (a) urbs, campus, aquæ in sacris litteris. (b) *Urbs* illustris fuit, & quidem regia, cujus Rex victus, & captus fuit à Josue, & morti datus; hæcque eadem urbs cessit in partem *Tribûs Manasse* citra Jordanem; habitatores autem ejusdem urbis non delevit Manasse, Chananæusque cœpit habitare cum eis. Juxta hujusmodi urbem fluebant (c) *aqua*, quæ ab eâdem urbe nomen assumpserunt: ortum autem habebant è montibus Ephraim, & propè Mageddo prætereuntes primò; secundò verò propè Nophet; inde propè Ephraim, in torrentem Cison ingrediebantur; in Cantico triumphali Debboræ, & Barac post victoriam de Jebin Rege Chanaan, aliorumque Regum, cum eo in perniciem Judæorum qui conjuncti erant, est: *Pugnaverunt Reges Chanaan in Thanach, juxta aquas Mageddo, & tamen nihil tulere prædantes.* Sub Salomone regebat pro eodem hanc urbem Bana filius Ahilud; (d) huicque urbi muniendæ, ornandæ manum dedit Salomon, murum ejus ædificans. Ochozias Rex Juda, (e) vulneratus à militibus Jehu in hanc ipsam urbem Mageddo fugit, & ibi mortuus est. Et Josias, pariter Rex Juda, occurrens Pharaoni Nechao,

Regi

4. Reg. 23, 29. (f) Josias R. Juda pugnans, & mortuus in campo Mageddo. - - 30.

Regi Ægypti, qui contra Assyrios ibat, pugnamque instruens cum ipso, dimicavit (f) contra Pharaonem in campo Mageddo; ubi vulneratus à sagittariis fuit, eductusque de prælio mortuus est, *& portaverunt eum servi sui mortuum de Mageddo* in Jerusalem ad sepulchrum suum.

2. Par. 35, 22. (g) Campus Mageddo qualis, & varia ejus nomina.

Hic campus idem est, (g) ac *campus magnus Esdrelon*; dictusque etiam est *campus Mageddo*, ex vicinitate urbis hujus nominis; situatur tamen non in Tribu Manasse, sed in Tribu Issachar, quæ ad eam partem urbis Mageddo contermina est Tribui Manasse; dictus quoque *planities Galilææ*.

(h) Ibi victus Sisaræ exercitus.

Et in (h) hoc campo victus est Sisaræ exercitus; unde textus ille Judic. 5. v. 19. desuper notatus habetur. Et de hoc campo loquitur Zacharias, vocans *campum Mageddon*, ubi prædicit (i) afflictionem Jerusalem dicens: *In die illa magnus erit planctus in Jerusalem, sicut planctus Adadremmon in campo Mageddon.* Adadremmon autem urbs erat, propè campum Mageddo, seu Mageddon, in quâ planctus factus est pro morte Josiæ Regis occisi, ut nuper legimus.

Zach. 12, 11. (i) Futura afflictio Jerusalem, ubi expl. text.

(k) Nom. signif.

(k) Etymologia nominis est: *Annunciatio: Evangelizatio: Pomum: Fructus electus.* Sunt qui ponunt urbem Mageddo in Tribu Juda; at non habent, qui sententiam eorum sequantur.

(l) Lectio LXX. & nomina moderna.

In capite Josue 12. legunt (l) Septuaginta μαγεδώθ, *Maredoth*. In præsens dicitur *Subimbre: Subube.* Et campos nominatur *Planities de Saba.*

Mageddon. Vid. Mageddo.

Mageth.

Hist.
(a) Quid est, & quid ibi actum.
1. Mach. 5, 26.
- - 36.

Civitas, (a) munita, & magna est, in regione Galaaditide, *in Tribu Gad*; & hæc fuit una ex urbibus, in quibus multi ex Judæis comprehensi fuerunt; captaque est à Juda Machabæo. Sunt qui eandem faciant cum *Mageddo*, ut facit M. Simon; at quo fundamento nixus, nescimus. Quid enim habet facere Tribus, seu Juda, seu Issachar cum Tribu Gad?

(b) Nom. interpr.

In codice Græco est μακεδ, *Maced.* (b) Significat: *Torcular: Liquefactio.*

Magia. Magicus. } Vid. post Magus.

Magis.

Hist.
(a) Quid signif.

Adverbium (a) est comparativum, idem sonans, ac *plùs*, *ampliùs &c.* nec est, quid de eo hìc ponamus.

Magister.

Hist.
(a) Quid hæc vox, cujus textum non signantur notis, ubi citationes non dant locum.

Artium (a) *Præceptor*, & *discipulorum sive infantium*, *sive adultorum institutor*, veniunt sub nomine Magistri; quinimò etiam venit *is*, *qui in aliquo exercitio cæteris præest*, *& apud quem potestas summa est in tali opere.*

Genes. 37, 36.
- 40, 16.
- - 20.
(b) Magister militum, pincernarum, & pistorum ap. Pharaonem.
- 41, 9.

Putiphar, cui venditus fuit Joseph in Ægypto, (b) erat Magister militum. Magister pistorum, & Magister pincernarum Pharaonis, erant in eodem carcere cum Joseph, qui in bonum interpretatus est somnium primi, secundi verò in malum; & quidem rem ita procedere docuit eventus, (Vid. *Somnium.*) Et Magister pincernarum, (c) cui bona evenere, Joseph interpretem somniorum veridicum manifestavit Pharaoni, unde post biennium eductus fuit de carcere.

Genes. 41, 10.
(c) Magister pincernarum manifestavit Pharaoni scientiam Joseph.
- 47, 6.
(d) Magistri pecorum Joseph fratres constituendi.

Eidem Joseph dedit, pro fratribus ejus, Pharao terram Gessen, dixitque: (d) *Si nosti in eis viros industrios, constitue illos magistros pecorum meorum.* Rex novus super Ægyptum, qui ignorabat Joseph, (creditur Pharao Ramesses) præposuit Judæis (e) *Magistros operum, ut affligerent eos oneribus &c.*

Exod. 1, 11.
(e) Magistri operum ad affligendos Judæos.

Dominus onus gubernii, quòd inhærebat Moysi, partitus est (f) in septuaginta viros, de Senibus Israël, quos idem noverat Moyses, quòd Senes populi essent, ac Magistri.

Num. 11, 16.
(f) Onus Moysi in 70 viros Magistros in Isr. partitum.
- 16, 18.
(g) Magistri in portis urbium statuendi.

Datum item est Judæis præceptum de constituentibus Judicibus, (g) & Magistris, h. e. præfectis in omnibus portis urbium, quas comprehenderent, & possiderent. (Vid. *Porta.*) Tales etiam Mag[illegible]os, cum majoribus natu, Principes, ac Duces [illegible]avit Josue, senex, jam moribundus, hortans filios Israël ad servanda Dei præcepta, & cavendam societatem cum gentibus; commemorans eis beneficia, à Deo exhibita, & fœdus eorum cum ipso Domino.

Jos. 23, 2. &c.
- 24, 1. &c.

Sisara Magister militiæ Asor Regis fuit. Sobac fuit Magister militiæ Adarezer Regis. Amasæ promisit David, quòd fieret Magister militiæ loco Joab. Josaphat Levitas Magistros constituit ad judicia, & causas &c. Et sub Josiâ *super eos*, (h) *qui ad diversos usus* (Templi) *onera portabant, erant Scribæ, & Magistri de Levitis Janitores.*

1. Reg. 12, 9.
2. Reg. 10, 16.
- - 19, 13.
2. Par. 19, 11.
- 34, 13.
(h) Magistri de Levitis in Templo.

In Proverbiis hortatio est adolescenti facta, ne labores suos perdat; ne postea pœnitens dicat: *Cur - - - Magistris non inclinavi aurem meam?* Apud Ecclesiasten legitur: (i) *Verba sapientium sicut stimuli, & quasi clavi in altum defixi, quæ per Magistrorum consilium data sunt à pastore uno.*

Prov. 5, 13.
Eccle. 12, 11.
(i) Magistrorum monita sana sint.

Loquitur apud Isaiam Christus, de quo Prophetia est, dicens, dum juxta humanitatem loquitur: *Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare eum, qui lapsus est verbo*; (k) *erigit manè* (Dominus scilicet, à primo conceptûs mei instanti), *manè erigit mihi aurem, ut audiam quasi magistrum.*

Isai. 50, 4.
(k) Christus audiens Patrem, quasi Magistrum.

Apud Jeremiam mentio est de (i) Nabuzardan magistro militum Nabuchodonosor Regis, qui liberum permisit ire Jeremiam ipsum, & dedit ei cibaria, & munuscula, eum dimittens: Hujus autem exercitus notatur destruxisse murum Jerusalem; & omnia vasa aurea, & argentea de Templo abstulisse, sicut & alia pretiosa; nec non abduxisse *Saraiam Sacerdotem secundum, & tres custodes vestibuli*; nec non alios illustres viros, quos duxit *ad Regem Babylonis in Reblatha.*

Jerem. 39, 9 &c. & alibi.
(i) Magister militum Nabuch. plura de Judæis faciens.
- 40, 5.
- 52, 14.
- - 19.
- - 24.
- - 26.

Apud Malachiam contra eos, qui duxerunt uxores alienigenas Judæi, dicitur: (k) *Disperdet Dominus virum, qui fecerit hoc, Magistrum, & discipulum de Tabernaculo Jacob, & offerentem munus Domino exercituum.*

Malach. 2, 12.
(k) Alienigenas uxores ducentes, Magister, & discipulus disperdendi.

Describuntur elephanti, qui erant in exercitu Regis Antiochi Eupatoris; dicunturque fuisse super singulos eorum in turribus ligneis *viri virtutis triginta duo, qui pugnabant desuper, & Indus magister*, (hoc est, director) *bestiæ.* (l) Notatur etiam in sacris litteris Aristobulus Magister Ptolemæi Regis.

1. Mach. 6, 37.
2. Mach. 1, 10.
(l) Aristobulus Magister Ptolemæi.

Christus Dominus (m) vocabatur, ut plurimùm, *Magister*, & aliquando *Magister bone*: &c. unde apud Matthæum hoc nomine dictum reperimus novem vicibus; apud Marcum tredecim; apud Lucam duodecim; & apud

Marc. 10, 17.
(m) Christus passim dictus Magister; & Magister bonus.
Matth. 26, 18.
Marc. 14, 14. & alibi.

& apud Joannem quinque; ita ut videatur Antonomasticè Jesus dictus Magister; nec opus est huc textûs ipsos referre. Notamus ergo in Evangelio, quòd Christus docens Apostolos suos, & monens de persecutionibus, quas passori erant, subdit: *Amen dico vobis, non consummabitis civitates Israel* (h. e. Populus Israël totus non convertetur), *donec veniat filius hominis.* (n) *Non est discipulus super Magistrum, nec servus super Dominum suum. Sufficit discipulo, ut sit sicut Magister ejus, & servo sicut Dominus ejus;* quæ verba aliqui interpretantur de Synagogâ, & Ecclesiâ, q. d: Tunc omnis Israël salvus fiet, qui discipulus est; quando plenitudo gentium intraverit in Ecclesiam Christi, quæ Magistra ast. Et ubi Christus idem docebat discipulos suos, ne Scribarum, & Pharisæorum opera imitarentur, volentium, & ambientium vocari ab hominibus Rabbi, habet: (o) *Vos autem nolite vocari Rabbi; unus est enim Magister vester, omnes autem vos fratres estis - - - nec vocemini Magistri, quia Magister vester unus est, Christus.* Notamus item verba Christi Domini, ad suos dicentis, apud Lucam: (p) *Non est discipulus super Magistrum; perfectus autem omnis erit, si sit sicut Magister ejus.* Quæ sententia congruit cum eâ, quæ affertur Matth. 10. desuper à nobis relata. Nicodemo petenti, quomodo, quæ dicebantur sibi à Jesu circa novam nativitatem, necessaria per aquam, & Spiritum Sanctum ad ingrediendum Regnum cæleste, fieri possent, respondit idem Dominus Jesus: (q) *Tu es Magister in Israel, & hæc ignoras?* Postquàm lavit pedes discipulorum suorum, de mutuâ charitate, & humilitate eis sermonem habens, ajebat Jesus: (r) *Vos vocatis me Magister, & Domine: & bene dicitis; sum etenim. Si ergo lavi pedes vestres, Dominus, & Magister; & vos debetis alter alterius lavare pedes.*

Math. 10, 23.
- - 24.
- - 25.
(n) Discipulus non est super Magistrum, cum Expl. sent.
Math 23, 8.
(o) Magistros non vult Christus vocari discipulos.
- - 10.
Luc. 6, 40.
(p) Discipulus non est super Magistrum.
Jo. 3, 10.
(q) Nicodemus magister in Israele.
- 13, 13.
- - 14.
(r) Christus Magister.

Ad Romanos scribens, Apostolus arguit Judæum quemcumqua, in se confidentem, & dicentem se (s) *eruditorem insipientium, Magistrum infantium &c.* Et ad Timotheum de se ait, quòd in Evangelio positus est *Prædicator,* (t) *& Apostolus, & Magister gentium*: Hortatur præterea eum, ut muniat fideles contra falsos Doctores, prævidens, & scribens, quòd *erit tempus* (u) *cùm* (iidem ad fidem conversi) *sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros prurientes auribus &c.* Et conqueritur cum Hebræis dicens: *Imbecilles facti estis ad audiendum*: (x) *Etenim cum deberetis Magistri esse propter tempus, rursum indigetis, ut vos doceamini, quæ sint elementa exordii sermonum Dei &c.* Et D. Jacobus ad fideles scribit. (y) *Nolite plures Magistri fieri, fratres mei, scientes, quoniam majus judicium sumitis.* Et Petrus, Apostolorum Princeps, ad eosdem inquit: *Fuerunt verè, & Pseudoprophetæ in populo, sicut & in vobis erunt,* (z) *Magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, & eum, qui emit eos, Dominum negant, superducentes sibi celerem perditionem &c.* Et hæc de dictione *Magister* habemus; pro quâ vide etiam *Rabbi: Rabboni.*

Rom. 2, 20.
(s) Judæus, se Magistrum dicens, arguitur.
2. Tim. 1. 11.
(t) Paulus Magister gentium.
- 4. 3.
(u) Ad magistros prurientes auribus fideles vertendi.
Hebr. 5, 11.
- - 12.
(x) Hebræi Magistri, indigentes doceri.
Jac. 3, 1.
(y) Fideles ne plures fiant Magistri.
2. Pet. 2, 1.
(z) Magistri mendaces futuri.

Myst. *Doctores errorum: Heretici: Vitia capitalia,* designantur in magistris operum, quos Pharao ad affligendos filios Israël constituit; ut notat Beda.

Bed. f. Exod. 1.

Pater cælestis, cunctos instruens, verè Magister dici debet, juxta D. Hieronymum.

D. Hier. f. Is. 30.

Virgo Maria vocatur Magistra humilitatis à D. Ambrosio. Magistra gentium à D. Augustino. Magistra Apostolorum ab Idiota, nec non Evangelistarum, & Prædicatorum. Magistra Innocentiæ à Ruperto. Magistra novi testamenti à Richardo à S. Laurentio. Magistra perfectionis ab Alberto Magno. Magistra loquendi à D. Laurentio Justiniano.

D. Ambr. l. 2. f. Luc.
D. Aug. ser. 6. de Tem.
Idiot. p. 6. Cont. 20.
Rup. f. Cant. l. 3.
Ric. à S. L. de laud. V. L. 10.
Alb. M. f. missest.
D. Laur. Just. in lig. vitæ de Spe c. 3.

Vitia capitalia. V. Doctores errorum.

Magistratus.

Hist.

Hæc dictio eos significat, (a) *apud quos rerum omnium in urbe, in regno, summa potestas est simpliciter;* seu etiam eos, *qui in aliquâ determinata potestate sunt constituti;* sive pariter eos, *qui publicam gerunt potestatem.* Et aliquando sumitur *pro ipsa potestate; proq; ipso munere, & officio.*

(a) Quid est hæc vox, cujus textûs nocis non signantur, ubi non est locus.

In dispositione, & distributione Cantorum, Psaltum, & Citharœdorum per viginta quatuor familias sub Davide Rege, notatur; quòd (b) *David, & Magistratus exercitûs segregaverunt in ministerium filios Asaph, & Heman, & Idithun.* In matrimoniis, contractis à Judæis transmigrationia, cum gentibus, notatur, quòd (c) *manus etiam Principum, & Magistratuum fuit in transgressione hac prima,* q. d. etiam Magistratus, qui inobservantiam legis debebant arcere, ipsi iidem hujusmodi transgressioni manûs dederunt. Nehemias, missus ad instaurationem Jerosolymæ, narrat se multa fecisse, observando plura iena, rediens; & addit: (d) *Magistratûs autem nesciebant, quò abissem, aut quid ego facerem: Sed & Judæis, & Sacerdotibus, & Optimatibus, & Magistratibus, & reliquis, qui faciebant opus, usque ad id loci, nihil indicaveram.* Ipse idem Nehemias Optimates, Magistrâtus, & populum Judæorum confortavit contra gentes, volentes murorum ædificationem impedire: Increpuit Optimates item, & Magistratûs, circa usuras, quæ fiebant: Ipséque in summâ terræ fame Judæos, & Magistratua, aliosque plurimos in mensâ suâ nutriebat. Ita Optimates, Magistratûs, & Judæorum vulgus congregavit, ut eos recenseret. Et quando facta est dedicatio muri Jerusalem, dimidia pars Magistratuum erat cum eo: (e) Alteráque vice cùm fuisset Babylonia, & deinde redisset Jerusalem cùm multa mala Magistratuum culpâ, venisse videret, ait: *Egi causam adversus Magistratus &c.* De Holoferne, misso à Nabuchodonosor, (f) ut regiones in circuitu Domino suo subjugaret, scribitur, quòd, vocatis Ducibus, & Magistratibus virtutis Assyriorum, exercitûs sui copias dinumeravit. Comminatio & prænuntiatio, immò & ostensio potentiæ Domini est apud Isaiam contra Judæos idololatras diruendos: (g) *Suscitavi ab Aquilone* (Chaldæum Nabuchodonosor), *& veniet ab ortu solis,* (alter, nempe Cyrus) *vocabit nomen meum,* (uterque enim Deum cognovit) *& adducet Magistratus quasi lutum, & velut plastes conculcans humum;* & tamen (ex textibus subsequentibus eruitur) hæc idola non prænontiaverunt. Et apud Jeremiam contra Babylonem prænuntiat Dominus: (h) *Collidam in te Duces, & Magistratus.* Hinc

1. Paral. 25, 1.
(b) Magistratus segregans filios Asaph, & Heman.
1. Esdr. 9, 2.
(c) Magistratûs etiam consentientes ad matrimonia Judæorum cum gentibus.
2. Esd. 2, 16.
(d) Magistratus nihil scientes de Nehemiæ cogitationibus.
- 4, 14.
- - 19.
- 5, 7.
- - 17.
- 7, 5.
- 12, 39.
(e) Nehemias contra culpabiles Magistratus causas agens.
- 13, 11.
Judith. 2, 7.
(f) Holofernes, Magistratibus exercitûs sui vocatis, copias numerans.
Isai. 41, 25.
(g) Magistratus Judæorum conculcandi.
Jer. 51, 23.
(h) Magistratus Babyl. puniendi.

Medos

Jerem. 51, 28. Hinc Medos contra eam excitans ait: *Sanctificate contra eam gentes, Reges Mediæ, Duces ejus, & universos Magistratûs ejus, cunctamq; terram potestatis ejus.* Ubi ly sanctificate idem est, ac *con-*
- - 57. *vocate.* Adduntque de Babylone: *Inebriabo Principes ejus, & Sapientes ejus, & Duces ejus, & Magistratûs ejus, & fortes ejus, & dormient somnum sempiternum, & non expergiscentur, ait Rex, Dominus exercituum nomen ejus.* De Samariâ, sub nomine Oollæ meretricis, conqueritur Dominus, quòd ab eo fornicata sit ad amatores
Ezech. 23, 6. (i) Samaria ad Assyrios Magistratûs fornicata, ubi supr. text. Assyrios, (i) *vestitos hyacintho, Principes & Magistratûs, juvenes cupidines &c.* h. e. ad variam idololatriam Assyriorum descenderit. Item & de Jerusalem, sub nomine Oolibæ, sororis Oollæ, dicens, sub eâdem figurâ, quòd (k) *ad filios As-*
- - 12. (k) Item Jerusalem. *syriorum præbuit impudenter, Ducibus, & Magistratibus ad se venientibus indutis veste variâ &c.* quapropter contra Oolibam minatur, se suscitaturum (l) *filios Babylonis, & universos Chaldæos,*
- - 23. (l) Magistratus Babyl. infestandi contra Jerusalem. *- - - omnes filios Assyriorum, juvenes formâ egregiâ, Duces, & Magistratûs universos &c.* Nabuchodonosor, auditâ à Daniele interpretatione
Dan. 2, 48. somnii de statuâ, eum statuit *Præfectum Magistratuum super cunctos Sapientes Babylonis.* Ma-
- 3. 2. gistratûs omnes congregavit idem Nabuchodonosor (m) pro adoratione statuæ suæ, quam ere-
- - 3. (m) Magistratûs congregati à Nabuch. pro adoratione statuæ. xerat; & cùm Sidrach, Misach, & Abdenago non comburerentur in fornace, congregati sunt pariter (n) Magistratûs, qui eos admirantes vi-
- - 94. (n) Item ad videndum tres pueros intactos ab igne fornacis. derunt intactos ad vocem Nabuchodonosor egredientes. Post annos septem, cùm Regno pulsus fuisset Nabuchodonosor, (o) narratur,
- - 4. 33. (o) Magistratûs revocantes ad Regnum Nabuchodonosor. quòd Magistratûs iterùm eum vocaverunt ad Regnum, juxta Danielis Prophetiam; & pro Danielis ruina Principes, & Satrapæ Medi, & Persæ repræsentârunt Dario (p) Regi, quòd Princi-
- 6, 7. (p) Consilium Magistratuum in ruinam Danielis. pum, & Magistratuum consilium fuerat, quatenus edictum prodiret de alio non adorando nisi Rege. (V. *Daniel*) In libris Machabæorum no-
1 Mach. 8. 16. (q) Magistratûs Romanus uni homini commendatus. tatur, quòd Romani committebant (q) *uni homini Magistratum suum per singulos annos dominari universa terra sua* (Consuli videlicet, qui Romæ residebat).

In Evangelio Christus Dominus hortabatur
Luc. 21, 12. (r) Discipuli Christi coram Magistratibus non timeant. suos, cùm ducerentur (r) *ad Magistratûs, & Potestates*, ut eis prædicebat, ne timerent; quandoquidem solicitudinem omnem respondendi auferret Spiritus Sanctus, docens eos eâ ipsâ horâ;
- 22, 4. quid dicere oporteret. Cùm Principibus, & Magistratibus Judæorum egit Judas de modô
- - 52. (s) Magistratûs Templi ad capiendum Jesum. prodendi Jesum: ad eos autem Principes Sacerdotum, (s) & Magistratûs Templi, & Seniores, qui venerant ad eum capiendum, dixit idem Jesus, quòd cum esset quotidie apud ipsos, non erat opus ad ipsum exire armatos, ut comprehende-
- 23, 13. (t) Pilatus coram Magistratibus Christi innocentiam protestans. rent: Et Pilatus, (t) coram Principibus Sacerdotum, Magistratibus, & plebe convocatis protestatus est, nullam causam criminis in Jesu invenire. (u) Magistratûs Templi manûs injecerunt
Actor. 4. 1. (u) Magistratûs Templi capientes Petrum, & Joannem. in Petrum, & Joannem, prædicantes Christum. Cùmque aliquandò iterùm Apostolos conclusissent, eisdem Magistratibus nuntiatum est, eos
- 5. 24. - - 26. clauso carcere abiisse; quapropter *Magistratus cum Ministris* denuò ad Tribunal eos adduxit, sed sine vi; & hoc Jerosolymis evenit. Philippis autem Paulus, & Sila tanquam perturbatores civitatis capti, oblati sunt Magistratibus;
- 16, 20. eosque Magistratus virgis cædi jusserunt; car-
- - 22. cerique datis, alterâ die, ut abirent, nuntiaverunt
- - 35.
- - 36. per lictores: at monitus de hâc veniâ Paulus,

Romanum se esse prodidit; quæ audientes Ma- Actor. 16, 38.
gistratûs timuerunt, *& venientes deprecati sunt* - - 39.
eos, & educentes rogabant, ut egrederentur de urbe.

Hæretici, & Philosophi vani repræsentantur Myst.
per Magistratûs, quos adducit Deus quasi lu- D. Hier. L. Isai. 41.
tum; ut notat D. Hieronymus.

Magnalia.

Quòd (a) *simul magnum, & mirabile* est, Hist.
numero multitudinis refertur per nomen, & di- (a) Quid est hæc vox, cujus textus notantur, ubi locus a citationibus.
ctionem Magnalia. Timentibus sibi Judæis mortem à persequentibus Ægyptiis, dixit Moyses: *Nolite timere:* (b) *state, & videte magnalia*
Exod. 14. 13. (b) Deus magnalia fecit, & faciens. *Domini, quæ facturus est hodie.* Et de Deo eis alibi dicebat: *Ipse est laus tua, & Deus tuus, qui fecit tibi hæc magnalia* (beneficia scilicet varia)
Deut. 10, 21. *& terribilia, quæ viderunt oculi tui.* Cogno-
- 11. 2. *scite hodie, quæ ignorant filii vestri, qui non viderunt disciplinam Domini Dei vestri, magnalia ejus, & robustam manum, extentúmque brachium.* Et David Domino dicebat: *Propter*
2. Reg. 7, 21. 1. Par. 17, 19. *verbum tuum, & secundùm cor tuum fecisti* (mihi) *omnia magnalia hæc* (magna videlicet, & mirabilia beneficia), *ita ut notum faceres servo tuo;* & subinde gentem non esse asserebat, cui
2. Reg. 7, 23. magnalia talia, qualia populo Judaico fecit, faceret Deus. Notantur pariter magnalia, quæ
4 Reg. 8, 4. operatus est Elisæus. (Vid. *Elisæus.*)

In Psalmis dicit David Domino: *Deus, ne*
Psal. 70, 18. - - 19. *derelinquas me, donec annuntiem - - - quæ fecisti magnalia &c.* *Obliti sunt* (filii Israel)
- - 20. - 105, 21. *Deum, qui salvavit eos, qui fecit magnalia in Ægypto.* De Aaron, deprecante pro populo, & iram Dei avertente, dicitur in libro Sapien-
Sap. 18, 24. (c) Magnalia in veste Aaron, ubi explicatur. tiæ: *In veste enim poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum: (c) & parentum magnalia* (hoc est, exhibita magna parentibus beneficia; seu præclaræ duodecim Patriarcharum actiones, aut gloriosa nomina) *in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta &c.*

Eccli. 1, 25. In Ecclesiastico legimus: *Quibus apparuerit in visu* (Sapientia), *diligunt eam in visione, &*
- 17, 7. *in agnitione magnalium suorum.* *Posuit* (Dominus) *oculum suum super corda illorum* (primo-
(d) Magnalia Dei ostensa primis parentibus. rum scilicet parentum) *ostendere* (d) *illis magnalia operum suorum, ut nomen sanctificationis collaudent; & gloriari in mirabilibus illius, ut*
- - 8. - - 11. *magnalia enarrent operum illius.* *Magnalia honoris ejus vidit oculus illorum, & honorem vocis audierunt aures illorum, & dixit illis: attendite ab omni iniquo.* Et postquam Ecclesia-
- 18, 3. sticus interrogavit: *Quis investigabit magnalia*
- - 5. (e) Eadem inenarrabilia. *ejus?* (scilicet Domini) respondet; (e) *Non est minuere, neque adjicere, nec est invenire magnalia Dei.* Itemque orat Dominum: *Immit-*
- 36, 1. *te timorem tuum super gentes, quæ non exquisierunt te, ut cognoscant, quia non est Deus, nisi tu, (f) & enarrent magnalia tua.* Congre-
(f) Eadem enarranda. - - 13. *ga omnes Tribûs Jacob, ut cognoscant, quia non est Deus nisi tu, & enarrent magnalia tua: & hæreditabis eos, sicut ab initio.* Et de ipsomet
- 42, 21. Deo dicit: *Magnalia sapientiæ suæ decoravit; qui est ante sæculum, & usque in sæculum &c.* Cælestes juvenes, qui Heliodorum percusserant, cessantes à plagis propter Oniæ summi Sacerdotis preces, eidem Heliodoro dixerunt:
2. Mach. 3, 33. - - 34. *Oniæ Sacerdoti gratias age: nam propter eum Dominus tibi vitam donavit: Tu autem à Deo flagellatus, (g) nuntia omnibus magnalia*
(g) Heliodorus Dei magnalia narraturus. *Dei, & potestatem.* Advenæ omnes qui

Actor. 2, 11. (h) Apostoli variis linguis loquentes magnalia Dei.

erant Jerosulymis, audientes Apostolos, post adventum Spiritus Sancti super eos, loquentes eorum linguis variis (h) megnelie Dei, stupehant omnes, & mirabantur.

Magnanimus.

Hist. (a) Quid est. Judic. 5, 15. (b) Contentio magnanimorum, ubi explicatur.

Qui (a) *magni animi*, hoc est, *heroici*, est, ipse Magnanimus dicitur. In cantico triomphali Debboræ, & Barac, dum laudentur Tribûs, quæ strenuo bello interfuere, dicitur, quòd (h) *magnanimorum reperta est contentio*; ii enim, qui magni, ac generosi enimi erant, contendebant, quis eorum fortiùs pugnaret; aliquæ eutem Tribus, ut Ruben, Den, Aser &c. non pooutur ioter hos magnanimos, quie bellu hujusmodi armis non estitere.

Magnates, Magnatus.

Hist. (a) Quid sint hæ voces, quæ notantur ad marginem, citationibus locum non dantibus. Judith. 5, 26.

Nobiles, (e) *& Potentes* Magnates dicuntur numero multitudinis; sicuti etiam Magnati à dictione *Magnatus* numero singulari prolata. Contra Achior, qui enarreverat mirahilie Dei erga populum Israel, *irati sunt omnes Magnates Holofernis*, & cogitabent interficere eum. (Vid. *Achior*).

Eccli. 4, 7. - 8, 10. - 12, 2. - 20, 29. - - 30. - 23, 18. - 28, 13. - 32, 13. - 33, 19. - 38, 3. - 39, 4.

Apud Ecclesiasticum legimus: *Magnato humilia caput tuum. Ab ipsis* (Preshyteris sapientibus) *disces sapientiam, & doctrinam intellectûs, & servire magnatis sine querelâ. Sapientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio Magnatorum consedere illum faciet. Sapiens in verbis producet se ipsum, & homo prudens placebit Magnatis. Qui operatur terram suam, inaltabit atervum frugum, - - - - qui verè placet Magnatis, effugiet iniquitatem. Memento patris, & matris tuæ, in medio enim Magnatorum consistis.* (Lingua tertia) *domos Magnatorum effodit. In medio Magnatorum non præsumas, Audite me Magnates, & omnes populi, & Rectores Ecclesiæ auribus percipite. Disciplina Medici exaltabit caput illius; & in conspectu Magnatorum collaudabitur.* (Sapiens) *in medio Magnatorum ministrabit, & in conspectu Præsidis apparebit.*

Myst. Gloss. ordin. c. Judith. 5.

Hæresiarchæ, ministri diaboli repræsententur in Magnetihus Holofernis; ex Glossâ ordinaria.

Magnificans.

Hist. (a) Quid est.

Participium (e) ectivum est præsentis temporis à *magnifico*, quòd est *magnum facio: gloriosum facio &c.* & aliquando sonet: *Laudo: extollo &c.* Paralyticus jussus à Christo Domino lectum suum tollere, & ire in dumum suam, id fecit, (h) *magnificans Deum.* Uous ex decem leprosis, qoos mundevit Jesus, *ut vidit, quia mundatus est*, (c) *regressus est, cum magnâ voce magnificans Deum.* Cæcus item, factus videns à Christo secùs viam, (d) *sequebatur illum, magnificans Deum.* Dum Petrus Apostulorum Princeps Cæsareæ, io domo Cornelii Centurionis, Christum prædiceret, cecidit Spiritus Sanctus (e) super omnes, qui eodiebant verbum, & facti sunt *loquentes linguis, & magnificantes Deum.* Et hæc omnia in novo Testamento sunt; cum hæc dictio in veteri semel tantùm ponatur in cantico gratiarum Devid, ed Dominum dicentis: *Nomini*

Luc. 5, 25. (b) Paralyticus magnificans Deum sanatus. - 17, 15. (c) Item leprosus. - 18, 43. (d) Item cæcus. Actor. 10, 46. (e) Item familia Corn. Centurionis. 2. Reg. 22, 51.

tuo cantabo, (f) *magnificans salutes Regis sui, & faciens misericordiam Christo suo David, & semini ejus in sempiternum.*

(f) David magnificans gratias sibi a Deo factas.

Magnificentia. Vid. post Magnificus.

Magnificus, a, um. Magnificè.

Hist. (a) Quid Magnificus.

I. Quòd (a) *splendidum, dignum, illustre, sumptuosum* est, Magnificum dicitur, & eccipitur etiam in humioe pro *liberali.* Quin etiam *lautum, & honorificum* dicitur Magnificum. Ita & *quid magnum, sive in bonum, sive in malum.* Io cantico gratiarum Moysi ad Dominum pro Pharaone submerso est: *Quis similis tui in fortibus, Domine? Quis* (h) *similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis, atque laudabilis, faciens mirabilia?* Philisthiim, (c) cùm convenissent, *ut immolarent hostias magnificas Dagon Deo suo*, lætantes super captum Samsonem, & fecientes convivia, & eundem, ut luderet vocantes, ab eodem unà secum interempti sunt. (Vid. *Samson.*) Samuel hortabatur populum, ut Deo in veritate, & ex corde serviret, addens; (d) *Vidistis enim magnifica, quæ in vobis gesserit.*

Exod. 15, 11. (b) Deus magnificus in sanctitate. Judic. 16, 23. (c) Hostiæ magnificæ oblatæ Dagon. 1. Reg. 12, 24. (d) Deus magnifica faciens.

Apud Isaiam dicit Domious, se visitaturum (e) *super fructum magnifici cordis Regis Assur, & super gloriam altitudinis oculorum ejus.* De Deo epud eundem Prophetam dicitur, quòd est *scrutans murum &* (f) *magnificus super montem*; hoc est, debellator, & triumphator Jerusalem. Et alibi, uhi agitur de liberatiooe Sion, futuræ omni favore divino commendahilis, ponitur: (g) *Solummodo ibi magnificus est Dominus noster*; huc est, ibi tantùm in eo speratur, is ametur &c. cùm cæteræ nationes in eum non credant, oon sperent, non ament.

Isai. 10, 12. (e) Cor Assur magnificum. - 22, 5. (f) Deus magnificus super montem; ubi explicatur. - 33, 21. (g) Deus tantùm magnificus in Sion; ubi explicatur.

In Threnis Jeremiæ dolens Jeruselem deserta inquit: (h) *Abstulit omnes Magnificos meos Dominus de medio mei.* Apud Deoielem de Rege Tyranno, quem futurum propheiat, habetur, (i) qoòd *adversùs Deum Deorum* (hoc est, Dominum cæli) *loquetur magnifica*; scilicet superbe, & contemnendo. Ubi male prædicuutur, adhuc venture Judæis, apud Zachariam dicitur: (k) *Ulula abies* (Libani, pro quo metaphoricè sumitur urbs metropolis; prout pro abiete venit Senator urbis, & Magistratus quicumque), *quia cecidit Cedrus, quoniam Magnifici* (hoc est, potentiores) *vastati sunt.* Judæi Nicanoris erme timentes Deum rogabant, ut eos ah illius furoro liberaret, (l) *propter invocationem sanctì, & magnifici nominis ejus super ipsos.* Petrus in suê secundé epistolâ narrat vocem delepsam esse è cælo, dicens: (m) *Voce delapsâ ad eum*, nempe Jesum, *hujuscemodi à magnificâ gloriâ*; erat autem hæc vox: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite*; & quidem æterni vox Patris fuit.

Thren. 1, 15. (h) Magnifici Jerusalem sublati. Dan. 11, 36. (i) Rex Tyrannus locuturus magnifica contra Deum. Zach. 11, 2. (k) Magnifici Judæorum vastati; ubi explicatur. 2. Mach. 8, 15. (l) Nomen Domini magnificum. 2. Petr. 1, 17. (m) Magnifica gloria visa in Thabor.

II. Est (n) à Magnifico *Magnificè* adverbium, quod idem est ec *sumptuose, liberaliter, splendide, honorificè &c.* Balec iratus contre Balaam, quòd non malediceret, sed benedicere Judæis, ei dixit: (n) *Revertere ad locum tuum; decreveram quidem magnificè honorare te, sed Dominus privavit te honore disposito.* In can-

(n) Quid Magnificè. Num. 24, 11. (n) Balac volens honorare magnificè Balaam.

Isai. 12. 5. (p) Deum magnificè faciens.

Zach. 12. 7. (q) Non gloriatura domus Juda magnificè.

In cantico laodis ad Deum, qood est apud Isaiam, dicitur: *Cantate Domino*, (p) *quoniam magnificè fecit: annunciate hoc in universâ terrâ.* Propbetat Zacharias bona Judæis dicens: *Salvabit Dominus tabernacula Juda, sicut in principio;* (attamen taliter,) (q) *at non magnificè glorietur* (viribus scilicet suis) *domus David, & gloria habitantium Jerusalem* (non sit) *contra Judam.*

2. Mach. 1, 11. (r) Judæi magnificè Deo gratias agentes.

- 2, 9. (s) Salomon sapientiam tradans magnificè.

- 4, 22. (t) Antiochus Epiph. magnificè à Jasone susceptus.

- 15, 27. (u) Judæi præsentiâ Dei magnificè delectati.

- - 32. (x) Manus Nicanoris contra Templum magnificè extensa.

Scriptor libri secundi Machabæorum refert litteras, quæ scribebantur à Jodæis, Jerosolymam habitantibus, ad Judæos in Ægypto commorantes; & in iis est: (r) *De magnis periculis à Deo liberati, magnificè gratias agimus ipsi, utpote, qui adversùs talem Regem* (Antiochum Sedetem intelligunt communiter interpretes sacri) *dimicavimus.* De Salomone item ibi dicitur, quòd (s) *magnificè sapientiam tractabat &c.* De Antiocho Epiphane scribitor, quòd Jerusalem veniens, (t) *magnificè ab Jasone, & civitate susceptus cum facularum luminibus, & laudibus ingressus est.* Scribitur item, (u) quòd *præsentia Dei magnificè delectati*, Judæi, sub Jodâ Machabæo pugnantes, non minus 35. m. pognatorum Nicanoris gentium Ducis prostraverunt; quinimmò, morti dato Nicanore, Jodas Jerosolymam cum pervenisset, *ostenso capite Nicanoris, & manu* (x) *nefariâ, quam extendens contra domum sanctam omnipotentis Dei, magnificè* (hìc in malam partem sumitur, h. e. superbè) *gloriatus est*; omnes ad benedicendum Domino excitavit.

Magnificentia,

Hist.

(a) Quid hæc vox, cujus text. notis non figuratur; ubi non est locus.

(a) *Splendor: Honorificentia: Liberalitas: Sumptuositas: Honor: Laus: Gloria: Domorum multiplicitas: gratiarum affluentia: dignitas ornatûs*; & *quicquid hominem magnum facit, & æstimabilem in agendo, conversando, possidendo &c.* Magnificentia est. In cantico Moysi divina referentis beneficia est: *Date magnificentiam Deo nostro.* Idemque de Deo in benedictione Tribûs Aser dicebat: (b) *Magnificentiâ ejus discurrunt nubes.* Et David, constitotâ Arcâ jam in Tabernaculo fœderis, de eodem Deo canebat: *Confessio, & magnificentia coram eo*; eidemque gratias agens, dicebat: *Domine; propter famulum tuum juxta cor tuum fecisti omnem magnificentiam hanc, & nota esse voluisti omnia magnalia. Tua est Domine* (c) *magnificentia, & potentia, & gloria, atque victoria; & tibi laus &c.* In solemni Assueri convivio notatur, quòd (d) *vinum quoque, ut magnificentiâ Regiâ dignum erat, abundans, & præcipuum ponebatur.* Idemque jussit præparari permagnificum convivium in nuptiis Esther; (e) *& dedit requiem universis Provinciis, ac dona largitus est juxta magnificentiam principalem.*

Deut. 32, 3.

- 33. 26. (b) Nubes ex Dei magnificentiâ discurrentes.

1. Par. 16, 27.

- 17, 19.

- 29, 11. (c) Dei est magnificentia.

Esth. 1, 7. (d) Vinum Regiâ dignum magnificentiâ in convivio Assueri.

- 2, 18. (e) Idem donans juxta magnificentiam Regiam.

In Psalmis haber ad Deum, & de Deo David: *Elevata est* (f) *magnificentia tua super cælos. Vox Domini in magnificentiâ. Magnificentia ejus, & virtus ejus in nubibus. Multiplicasti* (Domine) *magnificentiam tuam, & conversus consolatus es me. Sanctimonia & magnificentia in sanctificatione ejus. Confessio, & magnificentia opus ejus. Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ* (Domine, generatio, & generatio) *loquentur - - -, ut notam faciant* (sancti tui) *filiis hominum potentiam tuam, & gloriam magnificentiæ Regni tui.* Et in libro Sapientiæ, ubi sermo est de vestibus summi Sacerdotis, dicitur Domino: *Magnificentia tua in diademate capitis illius sculpta erat.*

Psalm. 8. 2.
- 28. 4.
- 67. 35.
- 70. 21.
(f) Magnificentia Dei.
- 95. 6.
- 110. 3.
- 144. 5.
- - 12.

Sap. 18, 24.

Apud Ecclesiasticum habetur: *Date nomini ejus* (Domini) *magnificentiam &c. Glorificantes Dominum, quantumcunque potueritis,* (g) *supervalebit enim adhuc, & admirabilis magnificentia ejus. Multam gloriam fecit Dominus magnificentiâ suâ à saculo.* Pro exaltatione Jerusalem, mysticè Ecclesiæ, est apud Isaiam: (h) *In die illa erit germen Domini in magnificentia, & gloria &c.* Post septem annos, quibus à solio depulsus fuit Nabuchodonosor, juxta interpretationem, & Propbetiam Danielis, idem Nabuchodonosor testabatur: (i) *Magnificentia amplior addita est mihi.* Ad Baltassar, Nabuchodonosoris filium, Daniel, interpretans scriptoram in pariete, memorabat, quòd pater ejus Nabochodonosor honorem, & magnificentiam, & gloriam habuit à Deo altissimo; propter quam magnificentiam ab omnibus timebatur; at quando superbiit, in miserias projectus est.

Eccli. 39. 20.
- 43. 32.
- 44. 2. (g) Magnificentia Dei.

Isai. 4. 2. (h) Germen Domini in magnificentiâ futurum.

Dan. 4. 33 (i) Magnificentia addita Regi Nabuchod.

- 5. 18.
- - 19.

Zacharias, prænuntians mala Judæis, dicebat: *Vox ululatus pastorum,* (k) *quia vastata est magnificentia eorum.* Et Jodas Apostolus epistolam suam catholicam concludit: (l) *Soli Deo Salvatori nostro, per Jesum Christum Dominum nostrum gloria, & magnificentia, imperium, & potestas ante omne saculum, & nunc, & in omnia sacula saculorum. Amen.*

Zach. 11. 3. (k) Magnificentia Pastorum vastata.

Jud. v. 25. (l) Deo magnificentia soli.

Myst.

Templum Judaorum erat magnificentia pastorum; ot notat D. Hieronymus.

D. Hier. s. Zach. 11.

Magniloquus.

Hist.

(a) Quid est.

Hoc est: (a) *Qui magna loquitur*; potestque sumi in bonum, & in malum. In Psalmis est: (b) *Disperdat Dominus universa labia dolosa, & linguam magniloquam.* Et apod Sophoniam dicitur pro Jerusalem à Domino: (c) *Tunc* (scilicet cum reversa fueris ad me) *auferam de medio tui magniloquos superbia tua, & non adjicies exaltari amplius in monte sancto meo.*

Psalm. 11. 4. (b) Lingua magniloqua disperdenda.

Soph. 3. 11. (c) Magniloqui de Jerusalem auferendi.

Magnitudo.

Hist.

(a) Quid est.

(a) *Amplitudo: Sublimitas: Potestas: Dilatatio: Potentia: Vis &c.* veniunt nomine Magnitudinis. (b) *Præ amoris magnitudine*, quo afficiebatur in Rachelem Jacob, videbantur ei pauci septem anni, quibus iterùm servivit Laban. Inopiæ magnitudine perdendam esse ubertatis magnitudinem prædixit ex somnio Pharaonis, quod interpretatus est, Joseph in Ægypto; (c) ubi postea *præ magnitudine famis* omnes possessiones suas vendiderunt, eodem Joseph pro Pharaone emente. In cantico Moysi, post transitum maris rubri, est: *Irruat super eos* (gentes scilicet, ò Domine) (d) *formido, & pavor in magnitudine brachii tui.* Idem Moyses, rogans Dominum, ut parceret populo, obmurmuranti in deserto, dicebat: (e) *Dimitte, obsecro, peccatum populi hujus secundùm magnitudinem misericordiæ tua &c.* Et in pugnâ contra Basan, postquam potiti foot victoriâ Judæi, rogabat Moyses, ot posset terram appromissam ingredi, dicens: (f) *Domine Deus, tu cæpisti ostendere servo tuo magnitudinem tuam, manumque fortissimam &c.* Et

Genes. 29. 20. (b) Magnitudo amoris Jacob in Rachelem.

- 41. 31.

- 47. 20. (c) Magnitudo famis in Ægypto.

Exod. 15. 16. (d) Magnitudo brachii Dei implorata.

Num. 14. 19. (e) Magnitudo misericordiæ Dei implorata.

Deut. 3. 24. (f) Magnitudo Dei ostensa Moysi, & populo.

 explicatis

explicatis Domini mandatis ad populum, dixit: *Ecce, ostendit nobis Dominus Deus noster majestatem, & magnitudinem suam.* Memoravitque alibi orationes suas ad Dominum, ut liberaret ipsum populum à pœnis, quas merebatur, unde est oratio hæc posita: *Domine Deus, ne disperdas populum tuum, & hæreditatem tuam, quam redemisti* (g) *in magnitudine tuâ, quos eduxisti de Ægypto in manu forti.* Remissæ ad suam possessionem, trans Jordanem, Tribus Ruben, & Gad, & dimidia Tribus Manasse, ad tumulos Jordanis in memoriam rerum gestarum, & perpetuæ correspondentiæ, & fraternitatis cum iis, qui cis Jordanem remanserant (h) *ædificaverunt juxta Jordanem altare infinitæ magnitudinis.*

Deut. 5, 24.
- 9, 26.
(g) Deus redimens in magnitudine suâ populum suum.
Jos. 22, 10.
(h) Altare infinitæ magnitudinis ad ripam Jordanis erectum.

David, gratias agens Deo, & bonitatem ejus, ex beneficiis, extollens, dicebat: *Quis est alius, ut populus tuus Israel,* (i) *gens una in terrâ, ad quam perrexit Deus, ut liberaret, & faceret populum sibi, & magnitudine suâ, atque terroribus ejiceres nationes à facie ejus, quem de Ægypto liberabat?* In pestilentiâ, quâ percussit Israël Dominus, sub David Rege, dicitur, quòd misertus Dominus (k) *super magnitudine mali,* præcepit Angelo percussori in Jerusalem, ut à percussione cessaret. In præparatione necessariorum, ad Templi ædificationem factâ per David, notatur, quòd æris & ferri non erat pondus, subditurque: *Vincitur enim numerus magnitudine*; & benedicens Domino idem David ajebat: (l) *In manu tua magnitudo, & imperium omnium.* Josaphat Rex Juda vicit, & disperdidit Ammonitas, Moabitas, & Syros, tantaque fuit ex eis præda, ut non possent *per tres dies spolia auferre* (m) *præ prædæ magnitudine.* *Ut ostenderet* (n) *- - - magnitudinem, atque jactantiam potentiæ suæ*, fecit Assuerus convivium nobilissimum. Aman, (o) cum amicis, & uxore, gloriabatur in magnitudine divitiarum suarum &c. & cruciabatur, eò quòd à Mardochæo non adorabatur. Ideoque machinam adornavit contra omnes Judæos, quâ omnes ab hostibus eorum occiderentur; at res inverso modo successit; *nullusque ausus est resistere,* (p) *eò quòd omnes populos magnitudinis eorum formido penetrârat.* (V. *Mardochæus.*) Pro insidiis autem Aman contra Judæos, expeditæ fuerant litteræ Regiæ, & in iis Rex Assuerus dicebat, se noluisse (q) unquam *abuti potentiæ magnitudine, sed clementiâ, & lenitate gubernare subjectos.* Job de incomprehensibili Dei potentiâ dicebat: (r) *Cum vix parvam stillam sermonis ejus audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?* Eliu hortans Job ad resipiscentiam, dicebat ei pariter; (s) *Depone magnitudinem tuam absque tribulatione*, h. e. superbiam animi tui spontaneè; supponebat enim Job esse alicujus criminis reum, & ideò à Domino percussum. Et ubi mirabilia Dei exprimit, ajebat: *Post eum rugiet sonitus,* (t) *tonabit voce magnitudinis suæ: & non investigabitur, cùm audita fuerit vox ejus.* In Psalmis dicit David: (u) *Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam* (Domine), *totâ die magnitudinem tuam.* (x) *Secundùm magnitudinem brachii tui* (Domine), *posside filios mortificatorum*; h. e. fac tuos fili[illegible]orum, qui mortificati sunt, ex quibus succrescâ: deinde populus tuus, id est Ecclesia. (y) *Magnus Dominus, & laudabilis nimis: & magnitudinis ejus non est finis. Magnitudinem tuam* (Domine) *narrabunt* (generatio, & generatio.) *Laudate eum,* (nempe Dominum) *secundùm multitudinem magnitudinis ejus.*

1. Par. 17, 21.
(i) Dei magnitudo ejiciens nationes.
- 21, 15
(k) Dominus misertus super magnitudine mali in Judam.
- 22, 14.
- 29, 10.
(l) In manu Dei magnitudo.
2. Par. 20, 25.
(m) Prædæ magnitudo.
Esth. 1, 4.
(n) Magnitudo Assueri.
- 5, 11.
(o) Magnitudo divitiarum Aman.
- 9, 2.
(p) Magnitudo Judæorum.
- 13, 2.
(q) Assuerus non abusus potentiæ magnitudine.
Job. 26, 14.
(r) Tonitruum magnitudinis Dei, quale.
- 36, 19.
(s) Eliu hortans Job ad deponendam magnitudinem, ubi explicatur.
- 37, 4.
(t) Vox magnitudinis Dei.
Psal. 70, 8.
(u) Magnitudo Dei
- 78, 11.
(x) Filii mortificatorum juxta magnitudinem brachii Dei possidendi, ubi explicatur.
- 144, 3.
(y) Magnitudo Dei laudanda, & quæ sit.
- - 6.
- 150, 2.

In libro Sapientiæ dicitur, dum suadentur omnes ad eam, cum justitiâ, sectandam, quoniam (z) *non subtrahet personam cujusquam Deus, nec verebitur magnitudinem cujusquam &c.* Orat item sapiens Deum dicens: (aa) *Mitte illam* (sapientiam) *de cælis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ, ut mecum sit, & mecum laboret, ut sciam quid acceptum sit apud te.* Item dicitur: (ab) *A magnitudine speciei, & creaturæ,* (h. e. à pulcbritudine creaturæ) *cognoscibiliter poterit Creator horum videri.* Et ad Deum est confidentiæ vox fidelium: *Si peccaverimus, tui sumus,* (ac) *scientes magnitudinem tuam: & si non peccaverimus, scimus, quoniam apud te sumus computati.* In Ecclesiastico habetur: (ad) *Secundùm magnitudinem ipsius* (Dei), *sic & misericordia illius cum ipso est. Virtutem magnitudinis ejus* (Dei) *quis enuntiabit? In magnitudine suâ posuit* (Deus) *nubes, & confracti sunt lapides grandinis.* Comminatio est apud Isaiam contra Regnum Israël, cujus populi, (ae) *in superbiâ, & magnitudine cordis*, h. e. vanè gloriabantur, & sperabant, seu potiùs præsumebant. Contra Moabitas est: (af) *Secundùm magnitudinem operis* (mali) *eorum, &* (h. e. ita erit) *visitatio* (videlicet punitio) *eorum.* Apud Baruch legitur: (ag) *Anima, quæ tristis est super magnitudine mali, & incedit curva, & infirma, & oculi deficientes, & anima esuriens dat tibi gloriam, & justitiam Domino.* Dum apud Ezechielem vult Dominus intimare exitium Pharaoni, ita incipit: *[illegible] hominis, dic Pharaoni, Regi Ægypti,* (ah) *& populo ejus: cui similis factus es in magnitudine tuâ? &c.* Et afferens similitudinem Assur, qui *erat pulcherrimus* (quasi arbor) *in magnitudine suâ, & in dilatatione arbustorum suorum &c.* & dejectus est; similem ei prænontiat dejectionem. Somnium de excelsâ arbore interpretans Daniel (ai) Regi Nabuchodonosor, eum arbori assimilat, cujus magnitudo crevit &c. Et alibi prophetat, quòd (ak) *Regnum, potestas, & magnitudo Regni, quæ est subter omne cælum,* dabitur, *populo Sanctorum Altissimi.* In primo libro Machabæorum, post narratam Judæ Machabæi mortem, & fletum super eum, notatur, (al) quòd *cætera verba bellorum Judæ, & virtutum, quas fecit, & magnitudinis ejus, non sunt descripta; multa enim erant valdè.* De Nicanore, gentium Duce, scribitur, quòd *audiens* (am) *virtutem comitum Judæ, & animi magnitudinem, quam pro patria certaminibus habebant, sanguine judicium facere metuebat.* Contra ipsum autem pugnaturus, Judas orabat ad Dominum, dicens: (an) *Nunc, Dominator cælorum, mitte Angelum tuum bonum ante nos, in timore, & tremore magnitudinis brachii tui.*

Sapient. 6, 8.
(z) Nullius magnitudinem verens sapientia.
- 9, 10.
(aa) A sede magnitudinis Dei sapientia veniens.
- 13, 5.
(ab) A magnitudine speciei, & creaturæ Deus cognosci potest.
- 15, 2.
(ac) Magnitudo (misericordiæ Dei) erga peccatores.
Eccli. 2, 23.
- 18, 4.
- 43, 16.
(ad) Magnitudo Dei quæ; & quanta faciat.
Isai. 9, 9.
(ae) Magnitudo cordis Isr. facta præsumptio; ubi expl. text.
- 15, 7.
(af) Pœna juxta magnitudinem culpæ.
Bar. 2, 18.
(ag) Anima tristis super magnitudine mali, ad Deum recurrens.
Ezech. 31, 2. 7.
(ah) Pharao similis factus in magnitudine Assur, dejecto in magnitudine sua.
Dan. 4, 19.
(ai) Arbori, cujus magnitudo crevit, similis est Nabuchod.
- 7, 27.
(ak) Magnitudo omnis Regni danda populo Sanctorum altissimi.
1. Mach. 9, 22.
(al) Verba magnitudinis Judæ Mach. non omnia descripta.
- 14, 18
(am) Magnitudo animi Judæ Mach. hostibus timorem incutiens.
- 15, 23.
(an) Magnitudo brachii Dei invocata.

Dum ad preces Patris Jesus à puero dæmonium ejecit, (ao) *stupebant omnes in magnitudine* (mirabilium scilicet) *Dei.* Ad Corinthios scribens, Apostolus ait: (ap) *Ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus satanæ, qui me colaphizet.* Ad Ephesios protestatur, se Deum rogare, ut sciant, (aq) *quæ sit supereminens magnitudo virtutis ejus in nos, qui credimus secundùm operationem potentiæ virtutis ejus &c.* Atque de Christo ad Hebræos: *Talem habemus Pontificem, qui* (ar) *consedit in dextera sedis magnitudinis in cælis, Sanctorum minister &c.* Et Petrus ad fideles scribit: *Non doctas fabulas secuti, notam fecimus vobis Domini nostri Jesu Christi virtutem, & præsentiam; sed speculatores* (as) *facti illius magnitudinis,*

Luc. 9, 44.
(ao) Magnitudo mirabilium Dei in Christo.
- 12, 7.
(ap) Paulus in tentationibus, ne revelationum magnitudine extollatur.
Ephes. 1, 19.
(aq) Magnitudo virtutis Dei supereminens.
Hebr. 8, 1.
(ar) Christus sedens in cælis in dextera sedis magnitudinis.
2. Petr. 1, 16.
(as) Petrus speculator magnitudinis Christi.

Virgo

Myst. D. Bonav. 10 Ps. b. B. V.

Virgo Maria vocatur magnitudo charitatis à D. Bonaventurâ.

Magnoperè.

Hist. (a) Quid est. 2. Reg. 18. 3. (b) Vita David magnopere valens.

Adverbium (a) est sonans; *Valdè*; *multùm*; sic populus negans Regi David, ut exiret in prælium contra Absalom, dicebat, (b) *non magnopere* ad se pertinere, si media pars exercitûs concideret; at multùm valere, si Rex ipse periret.

Magnus, a, um.

Major. Maximus.

Hist. (a) Quid vox primo, cujus textûs, ac loci deficientiâ, notis non signantur. Exod. 18. 11. & alibi. (b) Deus magnus ubique. Genel. 26. 13. (c) Isaac magnus factus in Geraris. Deut. 1, 17. (d) Magnus, & parvus à judice audiendus. 1. Reg. 30, 1. (e) Siceleg percussa à minimo ad magnum. - - 19. (f) Præda à David reducta à parvo ad magnum. 4. Reg 23, 2. (g) Deuteronomium coram omnibus lectum à parvo ad magnum. - 25. 26. (h) Reliquiæ Judæ in Ægyptum fugientes à parvo ad magnum. 1. Par. 26, 13. 1. Esdr. 4, 30. Tob. 5, 18.

I. Idem est Magnus, (a) ac *grandis*; *excelsus &c.* aliquâ in re, puta staturâ, divitiis, virtute, litteris &c. Hoc titulo (b) *Magnus* sæpè Deus vocatur, ut qui omnes superat magnitudine esse, & attributorum divinorum suorum; cujus quidem magnitudo magna nimis dici potest. Isaac (c) dicitur in Geraris locupletatus, & magnus effectus vehementer nempè opibus. Constitutis judicibus in Israël dixit Moyses: (d) *Nulla erit distantia personarum, ita parvum audietis, ut magnum &c.* Amalecitæ percussam Siceleg in absentia Davidis Regis succenderunt igni, (e) & *a minimo usque ad magnum* omnes captivos abduxerunt; reduxit autem victor David omnes; (f) *nec defuit quicquam à parvo usque ad magnum tam de filiis, quàm de filiabus, & de spoliis &c.* Congregato, sub Josiâ Rege Juda, (g) omni populo, *à parvo usque ad magnum* lectum est Deuteronomium. Percusso jam Godoliâ, omnis populus, qui erat in terrâ Juda, (h) *à parvo usque ad magnum* confugit in Ægyptum, propter timorem Chaldæorum. In assignatione variarum classium pro janitoribus Templi sub David; *Missæ sunt sortes ex æquo & parvis, & magnis per familias suas in unamquamque portarum.* Asenaphar vocatur magnus, potentiâ scilicet. Item Ananias magnus ponitur. (Vid. *Raphael.*) In cantico Judith dicitur ad Deum: *Qui timent te, magni erunt apud te per omnia.* Et de ipsa Judith scribitur, quòd *magna facta est* (gloriâ scilicet) *in Bethulia.* De Mardochæo est, quòd fuit *magnus apud Judæos*; item *vir magnus, & inter primos aulæ Regiæ.* Et de Job ponitur, quòd erat *vir ille magnus inter omnes Orientales.* De iis, qui mortui sunt loquens Job ipse, ait: *Parvus, & magnus ibi sunt.* De Deo ait Eliphaz, quòd ipse est, *qui facit magna, & inscrutabilia, & mirabilia absque numero.* Et Job idem ajebat, quòd Deus est, (i) *qui facit magna, & incomprehensibilia, & mirabilia, quorum non est numerus*; qui textûs idem per omnia dicunt. Ipsi Job idem Eliphaz, qui supra, ajebat, quasi eum arguens jactantiæ: (k) *Quid te elevat cor tuum, & quasi magna cogitans, attonitos habes oculos?* Eliu item repetit de Deo, quòd ipse est, *qui facit magna, & mirabilia*; & quod est (l) *magnus fortitudine, & judicio, & justitia, & enarrari non potest.*

Judith. 16, 19. - - 23. Esth. 10, 3. - 11, 3. Job. 1, 3. - 3, 19. - 5, 9. - 9, 10. (i) Deus faciens magna. - 15, 12. (k) Job redargutus, quasi magna cogitans. - 37, 5. - - 23. (l) Deus magnus in pluribus.

Psalm. 34, 26. - 37, 17.

In Psalmis dicit David: *Induantur confusione, & reverentia, qui magna* (h. e. terribilia) *loquuntur super me*, hoc est, contra me: seque commendat Deo, quia inimici, inquit, *super me magna locuti sunt.* Itemque habet; *Magnus Dominus, & laudabilis nimis in civitate Dei nostri, in monte sancto ejus. Si is, qui oderat me super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Quis Deus magnus, sicut Deus noster? Magnus es tu* (Domine) *& faciens mirabilia. Deus - - - magnus, & terribilis super omnes Deos: Deus magnus Dominus, & Rex magnus super omnes Deos. Magnus Dominus, & laudabilis nimis &c. Dominus in Sion magnus.* (Non) *ambulavi in magnis* (hoc est, vanitate, & superbiâ) *neque in mirabilibus super me. Ego cognovi, quoniam magnus est Dominus; & Deus noster præ omnibus diis. Magnus Dominus noster, & magna virtus ejus.*

Psalm. 47, 2. - 54, 13. - 76, 14. - 85, 10. - 88, 8. - 94, 3. - 95, 4. & alibi. - 98, 2. - 130, 1. - 134, 5. - 146, 5.

In libro Sapientiæ dicitur de Deo, *quoniam pusillum, & magnum ipse fecit.* Prologus Ecclesiastici hoc habet initium sui: *Multorum nobis, & magnorum, per legem, & prophetas, aliosque, qui secuti sunt illos, sapientia demonstrata est.*

Sap. 6, 8. Prol. Eccli.

Apud ipsum Ecclesiasticum legitur: *Quantò magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam. Justifica pusillum, & magnum similiter. Magnus & judex, & potens est in honore; & non est major illo, qui timet Deum. Quam magnus, qui invenit sapientiam, & scientiam! sed non est super timentem Dominum. Minimum pro magno placeat tibi, & improperium peregrinationis non audies. Si Dominus magnus voluerit, Spiritu intelligentiæ replebit illum* (quærentem scilicet sapientiam.) *Magnus Dominus, qui fecit illum* (solem.) *Terribilis Dominus, & magnus vehementer &c.* Abraham dicitur *magnus Pater multitudinis gentium.* Josue ponitur, quòd *fuit magnus secundùm nomen suum*; & quòd *audivit illum magnus, & sanctus Deus in saxis grandinis virtutis valdè fortis.* Isaias vocatur *Propheta magnus.* Et Deus dicitur, *qui magna fecit in omni terra.*

Eccli. 3, 20. - 5, 18. - 10, 27. - 25, 13. - 29, 18. - 39, 8. - 43, 5. - - 31. - 44, 20. - 46, 1. - - 6. - 48, 25. - 50, 24.

Apud Isaiam est: *Exulta, & lauda habitatio Sion, quia magnus in medio tui Sanctus Israel. Fortissime,* (m) *magne, & potens, Dominus exercituum nomen tibi. Magnus consilio, & incomprehensibilis cogitatu*, ait Jeremias; qui missus à Domino ad prophetandum vocavit *universum populum à minimo usque ad magnum*, prænuntians, quòd, si remanerent in Judæa reliquiæ Judæorum, salvæ fierent. Contra Chaldæos exitium prophetat item, (o) *quoniam* (inquit) *exultatis, & magna loquimini, diripientes hæreditatem meam* (Domini scilicet.) Et ly *magna loquimini*, idem est, ac nimiùm jactantes estis; ubi notanda est phrasis sæpè audita: *loqui magna super aliquem*, hoc est, multa jactare contra aliquem, quasi eum punire volendo; & demonstrando superioritatem, & comminando, & vituperando, seu blasphemando.

Isai. 12, 6. Jerem. 32, 18. - - 19. (m) Deus magnus, quod pluribi repetitur. - 42, 8. (n) Jeremias alloquens populum à minimo ad magnum. - 50, 11. (o) Chaldæi magna loquentes; cum expl. text.

Apud Baruch dicitur, quòd locus possessionis Dei *magnus est, & non habet finem; excelsus, & immensus.*

Baruch. 3, 25.

Apud Danielem sæpè Deus vocatur *Magnus.* Et *Michaël Princeps magnus, qui stat pro filiis populi Israël*, dicitur. De ipso Daniele, postquam judicium de Susannâ fecit, ponitur quòd (p) *factus est magnus in conspectu populi, à die illa, & deinceps.* Idemque Rex, qui magnum Bel vocaverat, postea per Danielem Sacerdotum illius dolos cognoscens, & ipsum Danielem ab ore leonum illæsum audiens, & videns, exclama-

Dan. 2, 45. & alibi. - 12, 1. - 13, 64. (p) Daniel magnus factus. - 14, 17.

Dan. 14. 40.
(q) Deus magnus, quod sæpè dictum.

exclamavit: (q) *Magnus es Domine Deus Danielis.* (Vid. *Daniel.*) Michæas dolens omnes esse impios, dicit inter reliqua: (r) *Magnus* (h.e. dives, & potens) *locutus est* (subintellige: ad judices) *desiderium* (non jus, & quod honestum erat) *animæ suæ*; *&* (Judices) *conturbaverunt eam* (terram scilicet injustitiâ.)

Mich. 7. 3.
(r) Magnus exauditus à judicibus, ubi expl. text.

In Nahum Dominus appellatur *patiens*, *& magnus fortitudine.*

Nahum. 1, 3.

Mathathiæ, patri Judæ Machabæi dictum est: (s) *Princeps, & clarissimus, & magnus es in hac civitate, & ornatus filiis, & fratribus, ergo accede prior, & fac jussum Regis*; hoc autem erat idolis immolare, quod negavit Mathathias agere. (Vid. *Mathathias.*)

1. Mach. 2, 17.
(s) Mathathias magnus in civitate.
- 8, 6.

De Antiocho Magno Rege Asiæ etiam mentio est. (Vid. *Antiochus.*) Simon Machabæus dicitur summus Sacerdos, magnus Dux, & Princeps Judæorum. (Vid *Simon.*) Magnus Deus dicitur Deus verus, & sic antonomasticè ponitur; Ita dicitur: Magnus Dominus; magnus mundi Princeps; itemque laudatur quòd *magna fecit in Israel.*

- 13, 42.
2. Mach. 2, 8. & alibi.
- 3, 16.
- 21, 13.
- 20, 38.

Matth. 5, 19.
(t) Qui Magnus in Regno cælorum.

Apud Evangelistas ait Jesus: (t) *Qui fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno cælorum.* De Joanne Baptista prædictum est ab Angelo, quòd *erit magnus coram Domino.* De Christo. quòd (u) *erit magnus, & filius altissimi vocabitur.* Virgo Maria, invisens cognatam suam Elisabeth, in suo cantico dixit, se beatam dicendam per omnes generationes, *quia* (inquit) *fecit mihi magna, qui potens est* (Deus scilicet).

Luc. 1, 15.
- - 32.
(u) Christus magnus.
- - 49.

De Simone mago scribitur, quòd gentem Samariæ seducens, dicebat; (x) *se esse aliquem magnum.*

Actor. 8, 9.
(x) Simon magus se magnum dicens.

Cùm Agrippa ad Paulum diceret: *In modico suades me Christianum fieri*; reposuit Paulus: (y) *Opto apud Deum & in modico, & in magno, non tantùm te, sed etiam omnes, qui audiunt, hodie fieri tales, qualis & ego sum, exceptis vinculis his.*

- 26, 29.
(y) Paulus & in modico, & in magno omnes cupiens Evangelium cognoscere.

Ad Corinthios autem scribens, Apostolus habet: (z) *Si nos vobis spiritualia seminavimus: magnum est, si nos carnalia vestra* (h.e. victum, vestitum &c) *metamus?* & alibi de iniquis Pseudoapostolis loquens, & dicens, satanam se in Angelum lucis transfigurare, subdit: (aa) *Non est ergo magnum, si ministri ejus transfigurentur, velut ministri justitiæ; quorum finis erit secundùm opera ipsorum.*

1. Cor. 9, 11.
(z) Quid Magnum sit, metere temporalia, ubi spiritualia seminantur; ubi expl. text.
2. Cor. 11, 15.
(aa) Non est magnum ministros satanæ se transfigurare &c.

Ad Titum scribit, quòd gratia Dei apparuit nobis, erudiens nos, ut vivamus justè, *expectantes beatam spem, & adventum gloriæ magni Dei, & Salvatoris nostri Jesu Christi.*

Tit. 2, 13.

De linguâ ait Jacobus, quòd (ab) *modicum membrum est, & magna exaltat.*

Jacob. 3, 5.
(ab) Lingua magna exaltans.

In Apocalypsi viginti quatuor Seniores adoraverunt Deum, gratias agentes, quòd tempus advenerat, quo dabatur (ac) *reddere mercedem servis* (ejus) *Prophetis, & Sanctis, & timentibus nomen* (ejus) *pusillis, & magnis &c.*

Apoc. 11, 18.
(ac) Merces reddita pusillis, & magnis.

De Bestia ascendente de mari, de quâ sermo pariter est in Apocalypsi, scribitur, quòd *datum est ei os loquens magna*; & hic in malum accipitur, h.e. horrenda. Et de alterâ bestiâ, primæ favente, scribitur, quòd *faciet omnes* (ae) *pusillos, & magnos - - - habere characterem* (bestiæ primæ) *in dextera manu sua, aut in frontibus suis.*

- 13, 5.
(ad) Bestia in Apoc loquens magna; ubi expl. text.
- - 16.
(ae) Pusilli, & magni cum charactere bestiæ.

Post judicium meretricis in Apocalypsi, laudem dantibus Deo viginti quatuor Senioribus, *vox de throno exivit, dicens:* (af) *Laudem dicite Deo nostro omnes servi ejus: & qui timetis eum, pusilli, & magni.* Et ante pugnam faciendam contra bestiam Angelus, in sole stans, invitavit aves cæli ad edendas carnes *pusillorum, & magnorum &c.*

- 19, 5.
(af) Pusilli, & magni ad laudes Dei invitati.
- - 18.

II. *Major, Majus:* (ag) Voces sunt comparativæ à *magnus.* De quibus hæc ex sacris litteris notamus.

(ag) Quid hæ voces, de quorum textibus, ut supra.

Major filia (ah) Lot dormivit cum patre suo ebrio, & alterâ die etiam minorem ad id adduxit; (vid. *Lot*;) & de patre suo filios pepererunt.

Gen. 19, 31. &c.
(ah) Filia major Lot cum patre dormiens ebrio, etiam ad id minorem inducit.

Cùm Rebecca duplici fœtu tumeret, & collliderentur in utero ejus parvuli, consultus Dominus respondit: *Duæ gentes sunt in* (ai) *utero tuo, & duo populi ex ventre tuo dividentur, populusq; populum superabit, & major serviet minori.* (Esau scilicet Jacob.)

- 25, 23.
(ai) Frater major serviturus minori, ubi expl. text.

A (ak) *majore usque ad minimum* scrutatus est saccos fratrum Joseph, ille domûs ejusdem dispensator, qui missus fuit post eos. (Vid. *Joseph.*)

- 44, 12.
(ak) Sacci fratrum Joseph à majore ad minimum revisi.

Benedicens Jacob filiis suis, pro Rubeo dicebat: (al) *Prior in donis* (est), *major in imperio.*

- - 49, 3.
(al) Ruben major in imperio.

Ad sepeliendum Jacob vitâ functum iverunt etiam omnes (am) *majores natu terræ Ægypti*; cùm autem sæpè in sacris litteris habeatur ea vox: *Major natu*, h.e. qui primò natus est, scilicet senior; & ita majores natu in natione, in urbe &c. sunt illius urbis, nationis &c. Seniores.

- 50, 7.
(am) Majores natu ex Ægyptiis euntes ad sepeliendum Jacob.

Ita ergo, *majoribus natu* in Israël convocatis, jussa Dei manifestavit Moyses ad Sinai. Coram eis consecratus est Aaron. Iidem sæpè cum Moyse erant testes actionum ejus, Consiliarii ejus &c.

Exod. 19, 7.
Levit. 9, 1.
Num. 11, 30. & alibi.

Balac super timore, quem habebat de Israël, consuluit (an) majores natu Madian, eosque, habentes divinationis pretium in manibus (munera scilicet) ad vocandum Balaam misit, qui veniret ad maledicendum populo Israël.

- 22, 4.
- - 7.
(an) Majores natu Madian vocantes Balaam.

Super homicidium occultum majores natu civitatis super vitulâ cæsâ jurabant, se de homicidâ, & homicidiô illô nihil scire. (Vid. *Interfectus.*)

Deut. 21, 6.

(ao) Mulier, cujus mortui mariti frater nolebat eam accipere uxorem, interpellabat super hoc majores natu civitatis; item majores (ap) natu à Moyse convocati sunt, ad feriendum pactum, cum Domino, propè Horeb. Quòd pariter factum est, cùm idem Moyses Deuteronomium scripsit, & in Arcâ servandum posuit.

- 25, 7.
(ao) Interpellatio viduæ apud majores civitatis.
- 29, 10.
(ap) Plura acta coram majoribus natu.
- 31, 28.

Item quando, erecto altare lapideo, super lapides scripsit Josue idem Deuteronomium: Sicuti & quando ante mortem postrema sua verba protulit de factis populo beneficiis à Deo; necnon de fœdere cum ipso inito.

Jos. 8, 33.
- 24, 1.

Majores natu de Galaad Jephthe in Ducem elegerunt contra Ammonitas.

Judic. 11, 5.

Booz coram majoribus natu accepit possessionem Elimelech, & Ruth in uxorem. (Vid. *Booz.*)

Ruth. 4, 4.
- - 9. &c.

Cùm percussi essent à Philisthæis Judæi, majores natu de Israël quærebant de hac re causam, & arcam Domini de Silo in castra sua transtulerunt. (aq) Item congregati majores natu Israël petierunt Regem dari populo.

1. Reg. 4, 3.
- 8, 4.
(aq) Majores natu Judæorum petunt habere Regem.

Placuit consilium Achitophel, quod dederat Absalom, cunctis majoribus natu Israël; at dissipatum est à Chusai. (ar) Ad majores natu Juda misit David Sacerdotes Sadoc, & Abjathar, ut venirent ad eum reducendum in Jerusalem, post victum Absalom.

2. Reg. 17, 4.
- 19, 11.
(ar) Majores natu Juda invitati ad reducendum David.

Quando introducta fuit à Salomone Arca Dei in Templum, *congregati sunt omnes majores natu Israël &c.*

3. Reg. 8, 1.
2. Par. 5, 2.

Regi Achab consilium dederunt majores natu Israël, ne audiret petitiones Benadad Regis Syriæ.

3. Reg. 20, 8.

Cives Jezrahel, majores natu, Jezabeli præcipienti obedientes, contra Naboth injustè, operati sunt. (Vid. *Naboth.*)

- 21, 11.

(as) Majores natu Israël miserunt ad Jehu in Regem destinatum, obedientiam ei despondentes; & is ab ipsis, & nutritiis Regiorum filiorum, petiit horum capita, prout fecerunt.

4. Reg. 10, 5.
(as) Majores natu Isr. obedientes Jehu.

In libris

In libris Dierum, seo Paralipomenon est, quòd (at) *venerunt omnes majores natu Israel ad Regem* (David) *in Hebron* (post mortem Saul;) & unxerunt eum Regem super Israël, inito cum eo fœdere. Cum eodem David ierunt majores nato Israël ad deportandam arcam fœderis de domo Obededom. Idem David, cum majoribus natu, vestitus Cilieiis, pronus in terram rogavit Dominum, pro eliberatione Jerusalem à pestileutiâ. Majores natu Ochoziæ Regis Juda à latronibus Arabum interfecti sunt. Josias Rex Juda, (au) *convocatis universis majoribus natu Juda, & Jerusalem*, legit librum legis, & percussit fœdus cum Domino. Nabuchodonosor, de quo memoria est in libro Judith, coram omoibus majoribus natu ad se vocatis, aperuit sensum suum, videlieet, quòd *omnem terram suo subjugare vellet imperio*. Et in Ecclesiastico dicitur: *Loquere major natu: decet enim te.* Apostolus Paulus, *à Mileto* (ax) *mittens Ephesum, vocavit majores natu Ecclesiæ*, quos hortatus est, ot vigilarent in regendâ Ecclesiâ, eisque prædixit se ab ipsis non amplius esse videndum. Et alibi Apostolus, rationem sui reddens asserebat super bis, quæ dicebant, (ay) sibi à Principe Sacerdotum testimoonium reddi, & ab omnibua majoribus natu.

At textibus, quibus majores nato nominantur, hucusque adductis, jam alios textus quos reliquimus super hac dictione *major*, seu *majus*, quæ postrema neutrius Generis est, adeamus, & elucidando, si opos est, referamus. Monuit Dominus populum Israël, quòd in terrâ apromissâ invenisset septem gentes (ax) multò majoris numeri se, quibuscum non debebat societatem inire; & in populum ipsum murmorantem indignatus Dominos, jam (ba) Moysen constituere volebat super Gentem majorem, & fortiorem filiis Israël. In Cantico Moysi, quo divina memorabantur beneficia, canebatur: (bb) *Interroga -- -- majores tuos, & dicent tibi*; h. e. ætate seniorea. Et hic ponimus, quòd magistratus à Moyse in deserto constituti ad jodicandum populo, minora jodicabant; *quicquid* autem *majus* erat, referebant ad eum. (bc) Possessio filiorum Juda, quia major erat, admisit in medio sui partem hæreditatis terræ, videlicet Tribus Simeon. Dum arca Dei circumducebatur per orbes Philisthiim *percutiebat* (bd) (Domious) *viros uniuscujusque urbis à parvo usque ad majorem, & computrescebant prominentes extales eorum*: David à patre missus fuit, ad invisendos tres fratres suos majores in exercitu Saul. Idem David audivit Nathan corripientem & memorantem, tanquàm ingrato (be) beneficia collata à Deo, promittente etiam multò majora, Salomon, audiens sibi exquiri, pro parte Adoniæ, Abisag Sunamitidem, quæ fuerat copulata Regi David, dixit matri Bethsabee, petenti: (bf) *Postula ei & Regnum; ipse est enim frater meus major me &c.* suspicatus etenim fuit, ne hoc medio vellet sibi partes augere ad occupandum thronum, ut aliàs tentaverat. Rex Syriæ, bellans contra Regem Israël, Principibus suis præcapit: *Non pugnabitis contra minorem, & majorem quempiam, nisi contra Regem Israel solum.* (Achab.) Cum Majoribus suis scribitur sepultus Azarias Rex Juda. Pro distributione familiarum, & vicum inter Levitas pro ministerio templi, (bh) *miserunt sortes per vices suas, ex æquo tam major, quàm minor, doctus pariter, & indoctus.* Exequiæ non factæ sunt à populo Joram, Regi Juda, defuncto, *Sicut fecerat majoribus ejus.* Ezechias, Rex Juda statuit, qui partes distribuerent Levitis fratribus *majoribus, atque minoribus. Multò majora deliquit* Amnon, Manasse filius, quàm commiserat Pater ejus. (bi) *Majores exercitûs Regis Assyriorum*, egredientibos Judæis de Bethuliâ post Holofernem occisum, jusserunt, rei non conscii, Holofernem per cubicularios à somno excitari. Sapientes, qui sciebant (bk) *Leges ac jura majorum*, interrogavit Assuerus quid fieri deberet de Vasthi inobediente, (Vid. *Vasthi*,) & decisum est Vasthi è solio regio detrudendam, & hoc in vastissimum ejus promulgari imperium, ut *cunctæ uxores tam majorum, quàm minorum* (deferrent) *maritis suis honorem*, scientes (bl) *esse viros Principes ac majores in domibus suis.* Orans Esther, dicebat Deo, qood audierat ipsum liberâsse à Geotium potestate populum suum, & Patres suoa *ex omnibus retro majoribus* eorum. Quod *major sit Deus homine* ostendere nitebatur Jobo Elio. Io Proverbiis est: *Qui sapiens est corde, appellabitur prudens*: (bm) *& qui dulcis eloquio, majora percipiet.* In Ecclesiaste legitur: *Quid necesse est homini majora se quærere? &c.* Apud Ecclesiasticum est: *Non est major illo, qui timet Dominum.* Et, narratis pluribus mirabilibus Dei operibus, habetur: *Multa abscondita sunt majora his; pauca enim vidimus operum ejus.* Apud Isaiam dicitur: *Non vocabitur ultra is, qui insipiens est Princeps; neque fraudulentus appellabitur major.* Apud Jeremiam legitur: (bn) *A minore usque ad majorem omnes avaritiæ student.* Et ad siccitatem monstrandam propter peccata, dicit: (bo) *Majores miserunt minores suos ad aquam, venerunt ad hauriendum, non invenerunt aquam, reportaverunt vasa sua vacua &c.* Prædicante Jonâ, & prædicente Ninivitis futurum excidium, (bp) *crediderunt viri Ninivitæ in Deum, & prædicaverunt jejunium, & vestiti sunt saccis à majore usq; ad minorem.* Antiochum Eup. stimulantes contra Machabæos aliqui, ei repræsentabant plura mala dicentes: *& nisi* (bq) *præveneris eos velociùs, majora, quam hæc facient, & non poteris abstinere eos.* Idem postea Antiochus, pacem iniens cum Judæis, eis templum concessit, *ut agerent secundùm suorum majorum consuetudinem.*

De Joanne Baptista dixit JEsus: (br) *Non surrexit inter natos mulierum major, Joanne Baptistâ: qui autem minor est in regno cælorum, major est illo.* Et se templo (bs) majorem inquit, excusans suos, quòd Sabbato vellerent spicas, q. d. Si David esuriens adhuc panes propositionis comedit, quid non possunt hi Sabbato spicas vellere ad manducandum? Sabbata violant Sacerdotes in templo, numquid hoc facere etiam discipuli mei non poterunt (h. e. laborare, ut Sacerdotes in Templo,) cùm hic præsens sit, qui major templo est? quæsitus JEsus à discipulis: (bt) *Quis putas major est in regno cælorum?* parvulum statuens in medio eorum, inter alia dixit: *Amen dico vobis nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum. Quicunque ergo humiliaverit se, sicut parvulus iste, hic est major in regno cælorum.* Notatur autem, quòd *in via inter se disputaverant, quis eorum major esset*; intrante in eorum cor hujusmodi cogitatione. Cùm audiraot Apostoli petitionea doorum filiorum Zebedæi, ut scilicet, prout expostulabat eorom major, uoos ad dexteram esset,

1. Par. 11, 3. (at) Majores natu Israel ungentes David in Regem.
— 15, 25.
— 21, 16.
2. Par. 22, 1.
— 34, 29. (au) Fœdus perculsum cum Deo a Josia Rege Juda, coram majoribus natu.
Judith. 2, 4.
Eccli. 32, 3.
Actor. 20, 17. (ax) Majores natu Epheso ad se vocat Paulus.
— 22, 5. (ay) Majores natu de Paulo testantes.
Deut. 7, 1. & alibi. (ax) Gentes majores Judæis ab eis inveniendæ.
— 9, 14. (ba) Deus constituere volens Moysen super Gentem majorem Judæis.
— 32, 7. (bb) Majores interrogandi de beneficiis Dei.
Exod. 18, 22.
Jos. 19, 9. (bc) Possessio fil. Juda major cæteris.
1. Reg. 5. 9. (bd) Philisthiim a parvo ad majorem à Domino percussi.
— 17, 13.
— — 14.
2. Reg. 12, 8. (be) Deus majora appromittens David beneficia
3. Reg. 2, 22. (bf) Adonias frater major Salomonis.
— 22, 31.
4. Reg. 15. 7. Azarias R. Juda cum majoribus suis sepultus.
1. Par. 25, 8. (bh) Tam major, quàm minor sortem mittentes.
2. Par. 21, 19.
— 31, 15.
— 33, 23.
Judith. 14, 11. (bi) Majores exercitus Regis Assyriorum jubentes excitari Holofernem.
Esther. 1, 13. (bk) Scientes jura majorum interrogati ab Assuero de Vasthi.
— — 20.
— — 22. (bl) Mariti sunt majores in domibus suis.
— 14, 5.
Job. 33, 12.
Prov. 16, 21. (bm) Dulcis eloquio majora percipit.
Eccle. 7, 1.
Eccli. 10, 27.
— 43, 36.
Isai. 32, 5.
Jerem. 6, 13. (bn) Judæi avari omne a minore ad majorem.
— 14, 3. (bo) Majores mittentes minores ad quærendam aquam.
Jon. 3, 5. (bp) Ninivitæ pœnitentes a minore ad majorem.
1 Mach. 6, 27. (bq) Majora mala futura aliqui ostendebant Antiocho Eup. nisi præsto esset.
2 Mach. 11, 25.
Matth. 11, 11.
Luc. 7, 28. (br) Nullus natus major Joan. Baptista.
Matth. 12, 6. (bs) JEsus se templo majorem dicens; ubi expl.
— 18, 1. (bt) Quis major in Regno cælorum.
— — 3.
— — 4.
Marc. 9, 33.
Luc. 9, 46, &c.

alius ad sinistram JEsu in regno ejus, & indignarentur idcircò, *Jesus vocavit eos ad se, & ait: Scitis, quia Principes Gentium dominantur eorum, & qui majores sunt, potestatem exercent in eos; non ita erit inter vos; sed quicumque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister &c.* & subditur apud Lucam; *nam quis major est? qui recumbit, an qui ministrat? nonne qui recumbit? ego autem in medio vestrum sum, sicut qui ministrat.* Item humilitatem insinuans suis, dicebat: *Qui major est vestrum, erit minister vester.* Stultos item vocat Pharisæos, eos interrogans: *Quid majus est, aurum an templum, quod sanctificat aurum?* itemque cæcos, iterum eos interrogans: (bx) *Quid majus est? donum, an altare, quod sanctificat donum?* item eorum avaritiam, & alienationem à divinis rebus redarguens. Dicebat item JEsus: (by) *Qui fidelis est in minimo, & in majori fidelis est; & qui in modico iniquus est, in majori iniquus est.* Samaritana mulier ad puteum Jacob, audiens Jesum promittentem vitæ aquam, ei dixit: (bz) *Numquid tamen major es Patre nostro Jacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filii ejus, & pecora ejus?* Paulus, etiam Agrippâ causam suam defendens, & de se rationem reddens, ajebat: (ca) *Auxilio adjutus Dei usque in hodiernum diem sto, testificans minori, atque majori; nihil extra dicens, quàm ea, quæ Prophetæ locuti sunt, futura esse, & Moyses &c.* Et ad Romanos scribens, applicat Synagogæ illud: *Major serviet minori*; respectu Ecclesiæ; seu etiam filiis Israël respectu gentium; de quo Gen. 25. supra retulimus. Et ad Corinthios habet: (cb) *Major est, qui prophetat, quàm qui loquitur linguis; nisi fortè interpretetur, ut Ecclesia ædificationem accipiat.* Ad Hebræos ait: (cc) *Abrahæ promittens Deus, quoniam neminem habuit: per quem juraret majorem, juravit per semetipsum &c.* & infra habet: *Homines per majorem sui jurant.* Et ostendit N. Testamenti necessitatem, in quo omnes credent, ut cognoscatur Dominus, dicens: *Quoniam omnes scient me à minore usque ad majorem.* In primâ Joannis Apostoli epistolâ est: *Si reprehenderit nos cor nostrum, major est Deus corde nostro, & novit omnia. Vos ex Deo estis, filioli, & vicistis eum* (Antichristum, diabolum;) (cd) *quoniam major est, qui in vobis est,* (Deus) *quàm qui in mundo est.*

III. *Maximus* (ce) dictio est superlativa à *Magnus*. De ipsâ notamus, quòd Sodomitas, qui foris erant à domo Lot, percusserunt Angeli, qui in eâ hospitabantur, *cæcitate, à minimo* (cf) *usque ad maximum, ita ut ostium invenire non possent.* De occiso Abner à Joab dixit David ad servos suos: *Num ignoratis, quoniam Princeps, & maximus cecidit hodie in Israel?* (cg) Maximus de Principibus Gad, qui venerunt ad David in Siceleg præerat mille hominibus. Rex Syriæ, pugnans contra Achab, Regem Israël, *præceperat ducibus equitatus sui dicens: ne* (ch) *pugnetis contra minimum, aut contra maximum, nisi contra solum Regem Israel.* Ad Judith, reversam à campo Holofernis, concurrerunt omnes (ci) *à minimo usque ad maximum; quoniam sperabant, eam jam non esse venturam.* Et de iis, qui ab eodem campo in fugam verso, victores redierunt, habet, quòd tantam secum retulerunt prædam, (ck) *ut à minimo usque ad maximum omnes divites fierent de prædationibus eorum* (h.e. Assyriorum.) Assuerus ad suum celebre convivium (cl) *invitavit omnem populum, qui inventus est in Susan, à maximo usque ad minimum.* Idem vocat in suis epistolis Judæos *filios Altissimi, & maximi, semperq; viventis Dei.* De Josue scribitur in Ecclesiastico, (cm) quòd fuit *maximus in salutem electorum Dei, expugnare insurgentes hostes, ut consequeretur hæreditatem Israel.* Mala Judæis prophetantur apud Jeremiam, & adducitur causa; *quia à minimo usque ad maximum omnes avaritiam sequuntur.* Et de Judæorum reliquiis confugientibus in Ægyptum prænuntiatur: (cn) *consumentur à minimo usque ad maximum, in gladio, & in fame morientur.* Baruch librum suum legit ad aures omnium Judæorum, (co) *à minimo usque ad maximum eorum omnium habitantium in Babylonia, ad flumen Sodi.* Judas Machabæus congregatus omnes Judæos, (cp) *qui erant in Galaaditide, à minimo usque ad maximum, reduxit in terram Juda.* Simoni Mago scribitur, quòd *auscultabant omnes* (cq) *à minimo usque ad maximum, dicentes: Hic est virtus Dei, quæ vocatur magna.* Et Petrus Apostolorum Princeps scribit, quòd per Christum (cr) *maxima & pretiosa nobis promissa donavit* Deus &c. Hæc autem sunt, quæ selegimus referenda circa tres hujusmodi dictiones; quandoquidem cùm adjectivæ sint voces, semper cum aliquo substantivo junguntur; quapropter sequentes substantivæ dictiones videantur, in quibus etiam legentur textus ad eas ipsas dictiones: *Magnus, Major, Maximus*, pertinentes; sunt autem (cs) *Abyssus, acervus, Adam, admiratio, ædificatio, abominatio, ala, arbor, Artaxerxes, Assuerus, atrium, altare, afflictio, animal, Apostolus, Bel, beneficium, bestia, bellum, blasphemia, Babylon, bonum, bonitas, campus, civitas, clamor, cura, cædes, cisterna, concio, chorus, cœna, convivium, charitas, chaos, certamen, caro, constantia, confusio, contritio, commotio, cœtus, cedrus, crepido, cornu, classis, columna, clypeus, conventus, cor, consuetudo, clados, cœnaculum, damnatio, delictum, deus, decor, deceptio, divitiæ, domus, draco, dies, decor, dilectio, Diana, dissensio, David, effectus, Esau, ejulatus, eremus, Eliab, Ecclesia, exemplum, exercitus, Emath, evidentia, elephas, Ephraim, frater, fertilitas, fortitudo, flumen, fluvius, fragor, filius, fames, fletus, furor, fiducia, fides, fraudulentus, fuga, fluxus, febris, gens, genus, gaudium, gloria, gratia, grex, grando, gladius, Heber, homo, horror, honor, hircus, horreum, holocautoma, ignis, imperium, impetus, indignatio, iniquitas, interfectio, inimicitia, instantia, insipiens, ira, iracundia, jubilum, languor, lapis, Lia, lætitia, laqueus, linteus, luminare, lux: luctus, luxuria, locus, Manasses, mandatum, malitia, malum, merces, mensa, Merob, metus, meretrix, mare, manus, mirabile, misericordia, miseratio, modius, mors, mons, mortuus, motus, mulier, multitudo, Moyses, natio, navis, Ninive, nomen, nubes, numerus, nuptiæ, odium, occupatio, occisio, oleo, opera, opes, opus, Oolla, os, ostium, pars, pax, pastor, peccatum, persecutio, pestilentia, planctus, plaga, ploratus, periculum, procella, Propheta, pressura, piscis, prodigium, præda, præparatio, pondus, porticus, populus, perditio, pretium, potentia, potestas, puteus, princeps, possessio, Pontifex, quercus, quæstus, Rex, res,*

regnum,

Math. 20, 25. – – 26. Marc. 10, 43. Luc. 22, 25. &c. – – 27. (bu) Major recumbens ministrante, juxta legem mundi. Math. 23, 11. – – 17. – – 19. (bx) Quid majus? donum an altare, quod sanctificat donum? Luc. 16, 10. (by) Fidelis, aut iniquus in minimo, talis in majori. Joan. 4, 12. (bz) Interrogatio ad Jesum an major esset Jacob. Actor. 26, 22. (ca) Paulus minori, & majori vera testificans. Rom. 9, 13. 1. Cor. 14, 5. (cb) Majus donum Prophetiæ dono linguarum. Hebr. 6, 13. (cc) Deus omnibus major. – – 16. – 8, 11. 1. Joan. 3, 20. – 4, 4. (cd) Deus major Antichristo, Diabolo, &c. (ce) Quid Maximus. Gen. 19, 11. (cf) Sodomitæ à minore ad maximum cæci facti. 2. Reg. 3, 38. 1. Par. 12, 14. (cg) Copia maximi de Gad Principibus pro David, quanta. 2. Par. 18, 30. (ch) Pugna Syrorum contra solum Achab, relictis minimo, & maximo. Judith. 13, 15. (ci) Bethulienses à minimo ad maximum ad Judith reducem currunt. – 15, 8. (ck) Iidem à minimo ad maximum de prædâ hostium divites facti. Esther. 1, 5. (cl) Omnes à minimo ad maximum ad convivium Assueri vocati. – 16, 16. Eccl. 46, 2. (cm) Josue maximus in salutem electorum Dei. Jerem. 8, 10. – 44, 12. (cn) Judæi à minimo ad maximum in Ægypto consumendi. Baruch. 1, 4. (co) Liber Baruch lectus omnibus Judæis à minimo ad maximum. 1. Mach. 5, 45. (cp) Judæi à minimo ad maximum reducti à Juda Machab. Actor. 8, 10. (cq) Omnes à minimo ad maximum Simoni Mago attendentes. 2. Petr. 1, 4. (cr) Deus per Jes. Christum nobis maxima donans. (cs) Cætera seminare.

regnum, retributio, reverentia, ramus, remuneratio, ruina, robur, sacerdos, sacramentum, salus, sepulchrum, semita, servus, servitus, saxum, Sidon, silva, similitudo, silentium, sinapis, signum, scissura, solicitudo, sonitus, soror, Spiritus, statura, statua, superbia, stupor, tentatio, testimonium, tempestas, templum, terræ motus, thesaurus, terror, tonitruum, timor, tributum, tranquillitas, tristitia, tribulatio, tumultus, turris, tuba, turbo, tormentum, vas, ventus, vis, virtus, visio, ululatus, vociferatio, vox, victima, ultio, vir, urbs, votum, zelus, &c.

Magog, vir, regio, populus.

Hist. Gen. 10, 2. 1. Par. 1, 5. (a) Vir fuit Magog. Ezech. 38, 2. (b) Regio item fuit, & quæ, & expl. text. – 39, 6. (c) Ignis in Magog immittendus. Apoc. 20, 7. (d) Gentes super angulos terræ Magog. Lubin. h. v. (e) Populus etiam eit, & qualis. (f) Nominis signific.

Inter *filios* (a) *Japheth* locum habet secundum Magog; ex quo certè est, quòd populi plures venerunt; & præcisè Scythæ. Hinc cùm apud Ezechielem nominetur Magog; ubi ipsi dicitur, *Fili hominis, pone faciem tuam contra Gog, terram Magog*, jam habes Magog, (b) *terram*, seu *regionem* esse, quam dicimus Scythiam facilè, & juxta omnium esse consensum; cùm subintelligatur post ly *contra Gog*: qui possidet, *terram Magog*. Et ubi habetur à Domino: (c) *Immittam ignem in Magog, & in his, qui habitant in insulis confidenter*. Jam etiam hic videmus ad oculum regionem per Magog intelligi. Remanet adhuc textus Apocalypsis, ubi nominantur (d) *Gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ Gog, & Magog*; qui locus quidem satis, ut credimus, elucidatus est in dictione *Gog*, ad quam pro omnimodâ etiam elucidatione dictionis hujus, remittimus lectorem. Hic autem ea ipsa verba Pat. Lubin, quæ in tabulis sacris Geographicis habet, ponere visum est; & sunt " Magog. Ezech. 38, v. 2. terra Magog. (e) Gens futura, ut prædicit Ezechiel; cujus, sicut & Gog, nondum certa potest esse sedes: de his plurimæ auctorum sententiæ, seu potiùs conjecturæ. Regiones Jagog, & Magog sub climate quinto, parte 10. reponit Nubiensis; subditque de his fabulosa ". Sunt, qui nomine Magog Massagetas, & Scythas Europæos assumant, seu Sarmatas. Nominis (f) interpretatio est: *Tegens: Regulaes; Tabefactus: Liquefactus*,

Myst. Idem ponitur pro Magog, quod positum est pro Gog; quare vid. *Gog*.

Magron.

Hist. (a) Quid Magron. 1. Reg. 14, 2. (b) Saul in Magron. Isai. 10, 27. (c) Assyrii fugientes in Magron transituri. (d) Lect. LXX. (e) Nom. interpr.

Circa (a) Gabaa, & sic in *Tribu Benjamin*, erat Magron; aliquibus *Crossas*; aliquibus *vastus ager*, in extremâ parte Gabaa, h. e. Territorii Gabaa, (b) ubi sub malogranato morabatur Saul, quando Jonathas, filius ejus, cum solo armigero suo in Philisthæos desæviit, & eos magnâ percussit plagâ. Et apud Isaiam de Assyriis, cum eorum describitur futura fuga, dicitur, quod ipsorum exercitus, fugiens, (c) *veniet in Ajath, transibit te Magron &c.* Notat P. Lubin. quòd (d) apud Septuaginta in textu libri Regum ponitur: μαγδὼν, *Magdon*, & in textu Isaiæ μαγγεδὼ. *Maggedo*, in Volgatâ editione, itemque malum granatum fuisse in summitate collis. (e) Sonat: *Timor: Horreum, de Gutture*. Legunt Hebræi *Migron*.

Magus.

Hist. In re satis longâ brevem me non puto futurum; ubi præcipuè de hac dictione tot variæ habentur apud Scriptores sententiæ, quot capita; nec non in bonam aliquando; & aliquando in malam dictio hujusmodi partem sumitur. Ad rem autem loquendo, notamus, quòd (a) Magus ex se vox Persica est; & quos Magos, seu Magusæos Persæ; Philosophos, seu Sophos Græci, Brachmanos, seu Gymnusophistas Indi; Sapientes Latini; Druidas Galli; Prophetas, sive Sacerdotes Ægyptii; Hebræi הרטומים *harthomim*; Assyrii Chaldæos vocant. Ex hac ultimâ Assyriorum denominatione, nomen inditum, nobis ansam præbet, ut illud exponamus, quod è Chaldæâ viri sapientes præcipuè in Assyriorum aulâ degebant; unde & apud quosdam Scriptores invaluit opinio, quod magus, (b) non officii, non muneris nomen sit, sed patriæ, sed regionis; & Stephanus de urbibus verbo *Magia* ait, quod sunt " Magi gens circa Mediam ", & Ptolemæus Regionem particularem Magis facit in Arabiâ, eis in Arabico sinu, è Regione Sabæ, insulam assignans. At ad vocem ipsam, & ejus indicationem revertentes, Magos dicimus (c) *viros* fuisse *apud Persas potissimum Deorum cultus vacare solitos, qui postea* in vanitatem adducti, *syderum observatione futura prædicere gestiebant*; Cùmque apud Chaldæos Syderum observatio plurimum valeret, factum est, ut hujusmodi viros præcipuè Chaldæa enutriret, qui austerioris vitæ cultum recipientes, ut faciliùs ad cælestium rerum forsitan primò in bonum rem aggredientes, quæ ut rerum vicissitudo humanarum sæpè sæpiùs affert, in malum declinavit) meditationi, & contemplationi se darent, à Div. Hieronymo, Laërtio, & aliis, oleribus contenti, vinu, & venere abstinentes describuntur. Hinc (d) variæ, quales sunt apud nostres Claustrales, datâ rerum proportione, ortæ classes, seu apud illos sectæ; Magorum primi, viri, quoad sæculum, sapientissimi, & hi quidem, de quibus Div. Hieronymus loquitur cum aliis, austeriorem sequuti vitam, rebus animatis non vescebantur, neque vitâ animalia ulla spoliabant; ex quo suspicio mihi inuritur, quod metempsichoseos Pythagoricæ cultores essent, & quidem quales apud Indos hodie Brachmani habentur, haberentur; Alii domesticis, & cicuribus abstinebant, cæteris tamen vescentes; Alii sine delectu carnibus vescebantur, ab aliquibus tantùm se temperantes; & sic de variis varia referuntur, ut ita dicam, instituta; unde etiam varia nomina orta fuêre; dictique aliqui sunt pro sectarum ratione *Orcheni*, sive à saltationibus, quas apud hujusmodi populos orientales potissimùm scimus solemnes haberi in Deorum cultu; sive à testiculis, ac si castratos voluntarios eos dicas, quos Venere abstinuisse ex professione intelligis: Quidam *Borsipeni* ab abstinentia à cibo; & sic de reliquis.

(a) Nomen Magorum pud diversas nationes; cùm cæteroquin vox Persica sit. (b) Nomen non officii, sed provinciæ putatur; & sic Magi populi. (c) Quid Magus propriè & primorum Magorum vivendi methodus. D. Hieron. l. 2. in Jon. Laert. l. 1. c. 7. Cl. Alex. Strom. l. 3. (d) Diversæ Magorum classes, & in vivendo instituta varia, & varia eorum ex his nomina. Porphyr. l. 3.

Cùm autem Magi hujusmodi Astrologiæ (e) præsertim addicerentur, & Astronomiæ, nec non cæteris Mathematicis artibus operam darent,

(e) Cur nomen Chaldæorum datum Magis.

quibus satis valebant Chaldæi, & quæ in Chaldæâ florebant; quicumque has artes profiterentur, quamvis in se junctissimis à Chaldæâ regionibus orti essent, Chaldæi appellati sunt; Hincque sub tali numine admissi sunt in aulis: & proinde factum est, quòd plures in eâdem professione fingentes, seu eandem professionem simulantes, (f) ac scientiam affectantes, non solùm sydetom observatione futuras temporum mutationes prædicere conati, verùm alias artes etiam maleficas, & superstitiosas secuti per Dæmonum invocationem, & dolos, nec non per maleficia scire se omnia, & facere posse meditati sunt, & ostendere; proinde, quod religiosum & respectabile nomen erat, *Magus*, commune factum est etiam maleficis, incantatoribus, somniorum interpretibus, signorum apparentium in cælo, in avibus, in igne &c. ut fuêre quondam augures apud Romanos &c. Ita & Philosophis, & Mathematicis; de qua re agens Div. Hieronymus ponit ad rerum hujuscemodi explicationem; quod magorum nomen in eos derivavit, qui de signia philosophabantur: Incantatores autem ii erant, qui rem verbis peragebant: sicuti malefici, qui sanguine utebantur, & victimis; nec non sæpiùs mortuorum corpora contingebant. Et his omnibus Magus nomen Gentium est.

(f) Magorum declinatio in malum; unde & malefici magi dicti.

D. Hier. in Dan. - 5.

In Levitico ergo de Magis, prout Incantatoribus, maleficis, & auguribus sermo est, cùm exponitur illud Domini præceptum: (g) *Non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid sciscitemini, ut polluamini per eos: Ego Dominus Deus vester*; & intimatur à Domino pœna declinantium ad Magos per ea ejusdem Domini verba: *Anima*, (h) *quæ declinaverit ad magos, & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi sui.* In eodem quoque sensu habemus, quòd (i) *Saul abstulit magos, & ariolos de terrâ*; ita ut eos erasisse de terra dictum fuerit à Pythonissa. (vid. *Python*). Et de Manasse notatur, quòd *observabat somnia*, (k) *sequebatur auguria, maleficis artibus inserviebat, habebat secum magos, & incantatores &c.* quæ omnia ad irritandum Deum erant aptissima.

Lev. 19. 31. (g) Ad magos non declinandum.

- 20. 6. (h) Declinantium ad magos pœna.

1. Reg. 28. 3. (i) Saul magos abstulit.

- - 9.

2. Par. 33. 6. (k) Manasse habens secum magos.

In libro hinc, seu Prophetia Daniells, cum Daniel ipse, & socii ejus Ananias, Misael, Azarias starent in conspectu Nabuchodonosor, Chaldæorum Regis, factum est à Domino, quòd *omne verbum sapientiæ, & intellectus, quod* (l) *sciscitatus est ab eis rex (invenit) in eis decuplum, super cunctos ariolos, & magos, qui erant in universo regno ejus.* Super quibus verbis non incongrua erit observatio, quod apud Assyrios, Chaldæos, Persas, Iudos, cæterosque Asiæ populos, potissimùm in usu fuit (qui etiam hodiedum viget, & quidem præcisè ex modernis relationibus habemus apud Persas, Arabes, Sinenses, ut in aulis, & ad aulæ obsequia Astronomorum, & Astrologorum greges nutrirentur, ut nihil penitùs eorum populorum Reges facere auderent, quin ab Astrologo petitâ prius veniâ, quærentes an bonus, malusve astrorum esset aspectus, certos quodammodò se de rerum eventu efficerent. Horum quoque, utpote sapientum, seu potius sapientiam deinde per malas artes affectantium fuit, somnia, & res difficiles divinari, & solvere; quæ professio in æstimatione erat. Quibus sanè observatis, cum pleni essent divina sapientiâ Daniel, & socii ejus decuplum super cunctos ariolos, & magos universi regni reperti sunt in factis interrogationibus; propositisque quæstionibus: Deo namque iis mysteria, & abscondita revelante, deinde evenit, quòd dum convocati arioli, magi, malefici, & Chaldæi somnium Regis conjectare nequeunt, & protestantur nullum conjectare posse, Daniel conjectavit, indicavit, aperiens Regi Nabuchodonosor somnium de excelsa statua, ejusq; declarationem super quatuor futuris regnis exposuit; sicuti & ariolis, magis, aruspicibus somnium de excelsa arbore interpretari eisdem Nabuchodonosor nescientibus, Baltassar, h. e. Daniel ariolorum Princeps (non enim distinguebat Rex divinam illius per Dominum revelationem à terrena, imò & infernâ aliorum arte) solus interpretatus est. Ita & Magis, Chaldæis, & aruspicibus scripturam, in pariete factam coram Baltassare Rege, convivante, legere ignorantibus, Daniel (ut ajebat regina Baltassaris uxor) vir Spiritum Deorum sanctorum in se habens, in quo scientia, & sapientia inventæ fuerant, Princeps magorum, incantatorum, Chaldæorum, & Aruspicum constitutus; in quo repertus fuit Spiritus amplior, & prudentia, intelligentia, & interpretatio somniorum, & ostensio secretorum, & solutio ligatorum; hic, inquam, vir introductus legit, explanavit; & *jubente rege indutus est Daniel purpurâ, & circumdata est torques aurea collo ejus; & prædicatum est de eo, quòd haberet potestatem tertius in regno suo.*

Dan. 1. 20. (l) Daniel, & socii ejus decuplo sapientiores magis, ubi e. t. cum annotatione.

Dan. 2. 2. - - 10. - - 27. - 4. 4. - 5. 7. - - 11, &c. - - 29.

In Actibus Apostolorum mentio est de quodam viro Simone dicto, (m) *qui ante fuerat in civitate magus* (puta Jerosolymis,) *seducente Gentem Samariæ*; & dicente, *se esse aliquem magnum*; eique omnes attendentes assserebant ab eodem dementati: *Hic est virtus Dei, quæ vocatur magna*; & hic prædicante Philippo, baptizatus est, eidemque adhærebat Philippo, & *videns signa, & virtutes maximas fieri, stupens admirabatur.* Hunc autem, dubium non est, ex iis fuisse magis præstigiatoribus, & incantatoribus, quibus Dæmon ductor, & doctor est: qui probè miraculosas advertens à Deo operationes longè satis dæmoniacis artibus prævalere, in Christi discipulis, dationem Spiritûs Sancti, per quem, & cujus virtute ea omnia patrabantur, pecuniâ emere voluit; rejectus ideò cum pecunia à Petro, Apostolorum Principe. (Vid. *Simon.*) Hujus est item fursuris homo, quem describunt Acta Apostolorum à Paulo, & Barnaba in urbe Papho inventum (n) *virum magum Pseudoprophetam, Judæum, cui nomen erat Bar-Jesu, qui erat cum proconsule Sergio Paulo, viro prudente*: & cùm *hic accersitis Barnabâ, & Saulo* (hic erat Paulus Apostolus. Vid. *Paulus,*) desideraret *audire verbum Dei, resistebat - - - illis Elymas magus: sic enim interpretatur nomen ejus*; & hic idem est, ac Bar-Jesu;) *quærens avertere Proconsulem à fide.* Et hujus quidem hominis eventus vide in dictionibus: *Bar-Jesu: Elymas.*

Actor. 8. 9. (m) Simon magus magicus, &c. - - 10, &c.

- 13. 6. (n) Item Bar-Jesu, seu Elymas. - - 7. - - 8.

Restat in præsentiarum locus, seu textus evangelicus, qui legitur apud Matthæum, qui est de magis, qui ad Christum puerum in Deum

um, hominemque, Regemque recognoscendum & adotandum venerunt: Habetut nemque:

Math. 2, 1.
Cùm (o) *natus esset JEsus in Bethlehem in diebus Herodis Regis, ecce Magi ab oriente vene-*
- - 2.
(o) Jesus natus quæsitus à magis
runt Jerosolymam, dicentes: Ubi est, qui natus est Rex Judeorum? vidimus enim stellam ejus in oriente, & venimus adorare eum: hinc notatut, quod Herodes, horum edveotu, cum urbe Jerosolymâ turbatus nativitatis Christi locum à sapientibus sciscitans, audiensque in Bethlehem Judæ locum datum esse à Ptophetis,
- - 7.
clàm vocatis, (p) *magis, diligenter didicit ab ejs*
(p) Iidem Magi interrogati ab Herode circa natum infantem &c.
tempus stella, quæ apparuit eis, eosque misit Bethlehem, eâ cooditione, ut revertentes, quæ de novo neto puero vidissent, eudivissent, referrent. Abierunt ergo magi, (q) *& ecce stella, quam*
- - 9.
(q) Iidem Christum infantem in præsepe adorant, munera ferentes.
viderant in oriente, antecedebat eos, usque dum veniens staret supra, ubi erat puer: videntes autem stellam, gavisi sunt gaudio magno valdè:
- - 10.
& intrantes domum, invenerunt puerum cum
- - 11.
Maria Matre ejus, & procidentes adoraverunt eum: & apertis thesauris suis obtulerunt ei
- 12.
munera, aurum, thus, & myrrham. Et responso accepto in somnis, ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam. Ex his igitur, quæ sacer nerrat historicus, & io quibus verificatæ fuêre Prophetarum prædictiooes videlicet: (t) *Coram illo procident Æ-*

(t) Prophetiæ de adoratione Christi JEsu à Magis.
thiopes - - - - Reges Tharsis, & insulæ munera offerent; Reges Arabum, & Saba dona adducent: & adorabunt eum omnes Reges terræ &c. ut habetur *in Psalmo* 71, *v.* 9. 10. 11. *Inundatio camelorum operiet Te* (Jerusalem): *Dromedarii Madian, & Epha: omnes de Saba venient, aurum, & thus deferentes, & laudem Domino annuntiantes*; ut notatur *apud Isaiam cap.* 60, *v.* 6. ansa perhibetur explicandi, qui fuerint hi Magi, unde venerint; nec non circumstentias alias euferendi, ex quibus mysterium pateat gloriosissimum, & manifestatio Christi Domini Messiæ explicetur.

(s) De Magis, qui Jesum Christum adoraverunt, brevis dissertatio.

Videndum ergo est, an Reges, & qui Reges fuerint? an Æthiopes? quomodo ab oriente? quomodo Tharsis, Insulæ, de Saba, Arabum, Madian, & Epha; quæ Saba dona ettulerint? & hujusmodi alia ad tem pertinentia: supet quibus etiam perpendetur quinam Magi fueriot, eo è Regiooe majorum, en magi præstigietores, malefici, incantatores, & id generis? an verò sapientes? Ao tres, vel plures? aliæque hujus rationis quæstiones solventur.

(t) An ii Reges fuerint.

Quòd (t) Reges, ut ponitur, & supponitor ex Scripturis essent, traditio ipsa nos docet; præcipuè cùm in Asie Reges frequentissimos fuisse habeamus, ita ut in elique regione tot Reges numeratentur, quot urbes; satisque esset una, vel altera urbs ad Regem constituendum; & super hac ipsa materia sunt, qui scripserunt, vel etiam ex Heterodoxis, quod plures fuêre in Perside Reges, Parthis subditi; qui scilicet, quamvis alii subordinarentur, ettemen regium non amittebant nomen; unde indubium sempet apud venerabilem antiquitatem fuit, Magos ad Christi infantis venerationem, stellâ duce, edductos, regiâ splenduisse dignitate, & nomine. Quin etiem D. Joennes Chrysostomus inter ipsos Persarum Regem ponit; facilè tamen ex Perside aliqoem. Nomine (u) eorum traduntur à Petro de Natalibus: *Latinè*:

(u) Nomina Magorum adorantium Jes. Christum, ex Petr. Nat. Cote. Sanct. l. 2. cap. 48

Melchiot, Caspat; Balthassar. *Græcè*; Apellius, Americus, Damascus. *Hebraicè*: Galgelath, Malgalath, Satiachin. Cujus autem Regionis, (x) locive Reges fuerint, quærendum; super quo alii eos Persas, alii Tertaros, elii Chaldæos, alii Arabas faciunt; & cùm Arabia in sinu Persico sit, sæpè pro Persia venit Arebie; & sic vicissim, ut Cyrillus notat cum aliis, accipitur. Etecce, Reges Arebum, & Madian, & Epha; quandoquidem Arabiæ conterminæ hujusmodi, cum ipsâ confunduntur. At quomodo, *Tharsis, & Insulæ*? Jam ex supre relatis eudivimus à Ptolemæo in Arabie magis è regione Sabæ insulam essignetem: at melius tem videmus, & concordamus, si cum Bellarmino dicamus, quod eò, quia Arabia, & regiones Madian, & epha separatæ sunt omninò, ratione maris, & circumsistentium desertorum &c. veniunt sub nomine Iosulæ. Pro ly *Tharsis* notandum censeo, quod auctor interpretationum nominuoi Hebræorum, Chaldæotum, Græcorum, & Latinorum pooit Tharsum in Cilicia scribi debere sioe espiratione; ex quo putavi non ebs re hoc sctiptum, nisi ad differentiam alterius loci; quinam eutem hic alius locus? Bellarminus ait, pro ly Tharsis, Indiam venire, unde ad Salomonem vehebaotur pretiose; & sic jam habes, quomodo Magi dicaotur Reges, & quidem Tharsis, Insulæ, Arabum, Madian, Epha; & cum Madianitæ Æthiopes sint, patet etiam, quòd hi Æthiopes sunt, de quibus prophetatum est, quod coram Christo procident. De Saba autem veoisse, & Saba dona adduxisse apparet; eò quòd Saba in Media Arabia est; quam circa tegio Thurifera est, myrrhamque producit præstantissimam; & epud Arabas aurum. Diodoro Sieulo teste, è cuniculis, nulle arte factis, exprimitur, non igne, sed suê ipsâ naturâ purum effusum. Hæ eutem regiones omnes, de quibus diximus, ed Orientem Judææ suot, & ecce, quomodo eb Oriente venisse dicantur, & Sabe done edducentes, aorum, thus, & myrrham Regi, Deo, obtulisse. Ex his autem tribus donis argumeotati sunt aliqui eos tres fuisse; ita ut unusquisque donum suum distinctæ materiei attulerit; et cur non unusquisque potuerit omnia hæc afferre proportionaliter io thesauris suis, ut legitur? Tres fuisse traditio nos docet, & antiquissimæ picturæ, quæ etiam duos colore albos repræsentant, tertium subnigrum; unde invaluit sententie, quod duo ex Arabia, tertius ex Indie venerint. (y) At restat adhuc quomodo Magi dicantur, & qui Magi; quâ in re, constitutâ jam eorum regione, de qua hucusque diximus, dicimus cum SS. PP. hos megos fuisse Astronomiæ addictos, & sapieotes, syderum observatores, à voce Hebraica, seu radice הגה *Haga*, & sic *meditantes, speculantes, eloquentes*, ut Genebrardo placet; & sic stellarum ioterpretes, ut vocat eos Tertullianus, quibus stella appaiuit nati Salvatoris (V. *Stella.*) fueoorque in eo sensu aliqui ex SS. PP. quòd Magi hi de stirpe Balaam Mathematici fuerunt; illius scilicet, qoi prædixit: *Orietur stella ex Jacob, Num.* 23. *c.* 17. (Vid. *Incantator: Maleficus &c.*) Pluribi enim in sacris litteris habeotur ectiones mejorum, sed sub elio nomine; ut fuerunt incantatores, & malefici Pharaonis, qui signa etiam ipsi edere

(x) Ex qua, & ex qua regione fuerint.

Bellarm. in Psalm 71.

Idem in Ps. 47.

Diod. Sic. l. 3. c. 8.

(y) Ex qua Magorum classe essent.

Tert. de Idol.

D 3 jussi

jussi sunt coram Moyse, & Aaron. Magorum autem, ad Christum qui venerunt, acta, vide in historiâ Ecclesiasticâ.

Myst. D. Hilar. f. Matt. Can. 2.

Gentes, mox ad discipulorum Christi prædicationem crediturae, præfiguratæ sunt in Magis, Christum adorantibus, & per stellam eum cognoscentibus; ex D. Hilario.

Philon. de Migr. Abr.

Sophista, qui rationes falsas pro veris afferunt, repræsentantur in Magis Pharaonis; ex Philone,

Magia.

Hist. (a) Quid est, & varietas ipsius.

Dictio (a) hæc pronuntiatur cum accentu in penultimâ; duplicemque habet significationem; quarum prima est à Persis, quorum vox est, nempe *sapientia, & nominalium rerum cognitio*; consummatus scilicet naturalis Philosophiæ apex,; unde prisci Philosophi ejus amota commoti, eam improbo sanè studio conquisiverunt, per assiduos, diu, noctuque, labores, longasque regionum variarum peregrinationes. Altera vero Græcè *Goëtia*, Γοητεία; seu etiam *Theurgia*, Θεουργία; *ars* quidem *detestabilis, irrita, & inanis, in qua per dæmonum invocationem, infandas præstigias, & horrendas incantationes, qui eandem sequuntur artem, rerum veritatem mentiuntur, hominúmque mentes dolosâ perstringunt fallaciâ.* Hujus autem præcipuæ species, & quæ ad divinationem apprimè pertinent, sunt: (b) *Axiomantia*; quæ securibus, & dolabris fit: *Capnomantia*, quæ ex directione fumi habetur: *Catoptromantia*, quæ per speculum exercetur, sive in speculo: *Chiromantia*, quæ per manuum delineamenta exprimitur: *Coscinomantia*, quæ in cribro divinatur, ad res ablatas reperiendas: *Geomantia*, quæ in terrâ per puncta divinari studet: *Hydromantia*, quæ in aquâ præsagit. Huic affinis est *Lecanomantia*, quæ fit in pelvibus: *Metoscopia*, quæ per lineas frontis: *Necromantia*, sive *Necyomantia*, quæ exercetur per umbrarum evocationes, & per colloquia inferorum; & ab hac Necromantici nomen habent, quorum est incantamentis mortuorum cadavera excitare, & ab iis responsiones ad quæsita recipere; & per ea divinare; has autem Necromantiam scilicet, & Necyomantiam distinguunt aliqui ratione aliquarum circumstantiarum. *Pedomantia* à lineamentis, quæ sub plantâ pedis sunt præsagire tentans: *Pyromantia*, quæ divinationes sumit ab igne: *Sciomantia*, quæ pars Necromantiæ est: *Scribomantia*, quæ à characterum formatione homini futura prædicere affectat, & hujusmodi probè infinitæ aliæ species; per quas inducuntur spectra, figuræ, imaginationes falsæ, hominesque falluntur; & divinæ substrahitur venerationi, quam ipsi debemus Deo, dum quærens homo, quæ non oportet, diabolo adhæret, & dementatus circa hæc, alios dementat; (c) ut magiis suis reperimus in sacris litteris, quòd Simon Magus populos Samariæ dementâtat.

(b) Species ejusdem ad divinationem pertinentes.

Actor. 8, 11. (c) Simon magus suis Samaritanos dementans.

Magicus, a, um.

Hist. (a) Quid signif.

Quòd ad (a) *magiam pertinet*, Magicum est. Sic in libro Sapientiæ, dum notantur Ægyptiorum plagæ, à quibus immunes erant Judæi, in Ægypto habitantes, implicita etiam mentio est de magicis artibus frustra adhibitis; ubi dicitur: (b) *Magicæ artis appositi erant derisus, & arrogantiæ jactantiæ correptio cum contumeliâ*; h.e. Magorum Pharaonis illusiones, & præstigiæ, quibus ei illuserant, nihil, cum derisu, poterant, & contumeliosè redarguta est illorum gloriosa sapientia, quæ non vera, sed magica.

Sap. 17. 7. (b) Magicæ artes Magorum Pharaonis illusoriæ factæ à Moyse.

Mahalath.

Fuit (a) mulier *neptis David*, quia filia Jerimoth, qui ipsum David habuit patrem; & nupta est Roboam Regi Juda. Sonat; *Chorus*: *Infirmitas*. Syriacè: *Venia*.

Hist. 2. Par. 11, 18. (a) Quæ fit, & quid sonat.

Mahalon.

Filius (a) fuit *Elimelech, & Noëmi*, cui nupsit Moabitis Ruth. in sacris litteris celeberrima. Sonat; ut *Mahalath*.

Hist. Ruth. 1. 2. 5. — 4. 9. 10. (a) Quis est, & quid significat.

Mahanaim.

Abiens (a) Jacob à loco, ubi collocutus fuerat cum Laban persequente, obvios habuit deinde in itinere Angelos, *quos cum vidisset, ait: castra Dei sunt hæc, & appellavit nomen loci illius Mahanaim, id est, castra.* (Vid. *Manaim.*)

Hist. Genes. 32, 2. (a) Quid est, & nom. signif.

Maharai.

Unus (a) *ex fortioribus Regis* David fuit Maharai Netophathites. Et ejus interpretatio est: *Acceleratus: Dotatus: Montanus: De monte meo.*

Hist. 2. Reg. 23, 28. 1. Par. 11, 30. (a) Quis est, & interpr. nom.

Mahath.

I. Inter (a) Levitas fuit pater Elcana, & *filius Amasai*, temporibus David proximus.

II. Alius item est pariter (b) *filius Amasai*, Levita, adhibitus ab Ezechiâ Rege Juda in divini cultûs restitutione; crediturque idem esse in duplici loco nominatus, in quorum postremo est unus ax deputatis ad recipiendum primitias, & decimas.

III. Alius pariter ex Tribu Juda (c) ponitur in progenie Joseph patris putativi Jesûs; & hic fuit *filius Mathathia*, & pater Nagge. Significat: *Abstergens*: *Delens*; *Confringens*; *Formidans*. Syriacè: *Percussio*.

Hist. 1. Par. 6, 35. (a) Quis primus. 2. Par. 29, 12. — 31, 13. (b) Quis secundus. Luc. 3. 26. (c) Quis tertius, & nom. etym.

Mahazioth.

Levita (a) ex stirpe Heman fuit, cujus familia habuit sortem, seu vicem vigesimam tertiam in ministerio Templi. Ejus etymon est: *Videns signum*; *videns litteram*.

Hist. 1. Par. 25, 4. 30. (a) Quis est, & sign. nom.

Maheleth.

Filia (a) *Ismaelis*, soror Nabaoth, & uxor Esau fuit Maheleth. Hæc vox etiam præscribitur Psalmo 87, ubi habetur: (b) *Canticum Psalmi, filiis Core, in finem, pro Maheleth ad respondendum, intellectus Eman Ezrahitæ*; quæ verba ad hunc sensum reddit Bellarminus: «Canticum Psalmi, filiis Core datum, ad canendum, « & frequentandum, usque in finem super choro, « vel super instrumento, Maheleth appellato, ad « respondendum, alternatim canendo; in quo ex- « plicatur eruditio, sive intelligentia, mysterio « plena, Eman Ezraitæ, sive ipse, sive David in « ejus personâ Psalmum composuerit.» At cæteris admissis, cùm ego omnes Psalmos, ut in dictione *Psalmus* apponam, à Davide compositos fuisse dicturus sim; ly *intellectus Eman*, accipio ego, inquam, pro modulatione factâ hujus Psalmi ab Eman; ubi verba omnia Davidis sunt; modula-

Hist. Genes. 28, 9. (a) Quæ sit. Psalm. 87, 1. (b) Vox eadem diversè significans; cum expl. text.

(c) Interpretatio vocis.

modulationes Psalmorum, & verborum sunt diversorum. Hæc autem vox, (c) quæ eadem est cum *Maeleth*, positâ in Psalmo 52. sonat: *Chorus: Cithara*; vel etiam *Infirmitas*. Syriacè: *Venia*.

Mahida.

Hist.
1.Esd. 2, 52.
2.Esd. 7, 54.
(a) Quis est, & vocis etymologia.

Ex Nathinæis, (a) qui venerunt cum Zorobabele de captivitate, fuerunt de filiis Mahida, quòd nomen sonat: *Ænigma: Acumen: Radens manum: Abstergens manum*. Syriacè: *Percussa manus*.

Mahir.

Hist.
1.Par. 4, 11.
(a) Quis est, & quid sonat.

Ex (a) Tribu Juda, *genitus à Caleb*, fuit Mahir, idem, ac *pretium*.

Mahol.

Hist.
(a) Quis est.
3.Reg. 4. 31.
(b) Signif. nom.

Pater (a) filiorum sapientum, quibus tamen sapientior reputatus est Salomon. Erat autem, ut notatur à pluribus, ex pronepotibus Patriarchæ Juda. Sonat: (b) *Chorus*; *Cithara*: *Arenosus*: *Infirmitas*. Syriacè: *Venia*.

Mahumites.

Hist.
(a) Quid signif.
2.Par. 11, 46.
(b) Nom. etym.

Nomen (a) hujusmodi patrium esse putamus; at ubi sit Mahum facilè urbs, seu locus hujusmodi, nescimus; datur cuidam Eliel posito inter fortes David. (b) Ejus etymon est: *Nuntians: Delens: Radens: Medulla*.

Majestas,

Hist.
(a) Quid sit.

A (a) *majoritate*, quam quis præ cæteris habet, Majestas dicta est: Quæ si consideretur in Principibus, *decus* significat, *amplitudinem*, *& dignitatem*, *& quemdam venerabundum animi terrorem erga ipsos in aliis conceptum*. Si in privatis, *decorem*, *excellentiam in repræsentando*, *in agendo*; *& gravitatem in loquendo*. Si in rebus inanimatis, puta Templis, ædibus, urbibus, *præstantiam artis*, *magnitudinem &c.* Universaliter autem etiam sumitur *pro pulchritudine aspectûs*, *optimâq; partium*, *eum decere*, *dispositione*, *quæ aliquid magnum ostendat*. In sacris litteris sæpè de Majestate sermo est; & quidem de majestate Dei, quô nihil majus, præstantius, excellentius, plausibilius. Sic (b) *majestate Domini coruscante*, dum nubes operiebat Tabernaculum testimonii, dicitur, quòd Moyses illud ingredi non poterat. De Israëlitis, qui viderant (c) majestatem Domini in deserto, magnitudinem scilicet, & præstantiam miraculorum ejus, & adhuc tentaverunt eum, dixit idem Dominus, quòd terram appromissam non ingrederentur, nec viderent. Ii (d) autem valdè timuisse scribuntur, cum majestatem, & magnitudinem Domini (vocem scilicet ejus inter flammas, & de medio ignis exeuntem) audierunt, viderunt.

Exod. 40, 33.
(b) Majestas Domini coruscans Moysen ab ingressu Templi deterrebat.
Num. 14, 22.
(c) Eandem videntes filii Isr. & adhuc Deum tentantes, non ingressi sunt terram Chanaan.
Deut. 5, 24.
(d) Eandem iidem videntes, & timentes.

Post Salomonis preces in Templo, ab eodem fabricato, consumptis igne victimis, (e) *majestas Domini implevit domum*. Tobias senior, benediceos Domino, in captivitate suâ, & propherans restitutionem, & felicitatem futuram Jerusalem, dicebat: (f) *Ego autem in terra captivitatis meæ confitebor illi: quoniam ostendit majestatem suam in gentem peccatricem.*

2.Par. 7, 1.
(e) Majestas Domini replens Templum.
Tob. 13. 7.
(f) Deus majestatem suam in peccatores ostendens.

Et Mardochæus pariter dicebat Domino: (g) *Dominus omnium es, nec est, qui resistat majestati tuæ.*

Esth. 13, 11.
(g) Majestati Dei nihil resistit.

In Psalmis dicitur: (h) *Vox Domini super aquas, Dominus majestatis intonuit.* (Vid. *Vox.*) *Benedictum* (i) *nomen majestatis ejus in æternum: & replebitur majestate ejus omnis terra: fiat, fiat*; (h. e. terrore, & magnitudine).

Psal. 28. 3.
(h) Dominus majestatis Deus.
- 71, 19.
(i) Nomen majestatis Dei benedictum.

In Proverbiis est: (k) *Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum: sic qui scrutator est majestatis, opprimetur à gloriâ.* De Sapientiâ legitur, quòd est *candor lucis æternæ, & speculum* (l) *sine maculâ Dei majestatis, & imago bonitatis illius.* Per Sarcasmum insultat populo Judaico Isaias prædicens Chaldaicum excidium; scilicet à Chaldæis, eique dicens: (m) *Ingredere in petram, & abscondere in fossa humo à facie timoris Domini, & à gloria Majestatis ejus*; & proinde subdit, quòd Judæi idololatræ puniti *introibunt in speluncas petrarum, & in voragines terræ, à facie formidinis Domini, & à gloria majestatis ejus, cum surrexerit percutere terram. Ruit enim Jerusalem, & Judas concidit*: (n) *quia lingua eorum, & adinventiones eorum contra Dominum, ut provocarent oculos majestatis ejus.* Et ubi Sion (mysticè Ecclesia) ad exultationem excitatur, dicitur à Domino: (o) *Offerentur* (pecus Cedar, arietes Nabajoth) *super placabili altari meo, & domum majestatis meæ glorificabo.* Et Deus dicitur eduxisse (p) *ad dexteram Moysen brachio majestatis suæ, qui scidit aquas ante eos*, (Judæos scilicet), *ut faceret sibi nomen sempiternum.* Apud Baruch jubetur Jerusalem luctum exuere, & dicitur, quòd (q) *adducet Deus Israel cum jucunditate in lumine majestatis suæ, cum misericordia, & justitia, quæ est ex ipso.* In visione, quam habuit Ezechiel, gloriâ Dei apparente, *vox erat ei quasi vox aquarum multarum, &* (r) *terra splendebat à majestate ejus*; & subsequenter ponitur: (s) *Majestas Domini ingressa est Templum per viam portæ* (Templi visi), *quæ respiciebat ad orientem.* In libro Machabæorum notatur ex descriptionibus Jeremiæ, (t) quòd prophetavit apparituram majestatem Domini, post scilicet Babylonicam captivitatem, sicut Moysi manifestabatur.

Prov. 25, 27.
(k) Scrutator majestatis Dei, à gloriâ opprimendus.
Sap. 7, 26.
(l) Sapientia speculum Dei majestatis.
Isai. 2, 10.
(m) Terror in Judæis futurus à gloriâ majestatis Dei.
- - 19.
- 3, 8.
(n) Iidem provocantes oculos majestatis Dei.
- 60, 7.
(o) Domus majestatis Dei glorificanda.
- 63, 12.
(p) Deus brachio majestatis suæ educens Moysen &c.
Bar. 5. 9.
(q) Idem in lumine majestatis suæ adducturus Israëlem.
Ezech. 43, 2.
(r) Terra splendens à majestate gloriæ Dei.
- - 4.
(s) Majestas Domini Templum ingressa.
2.Mach. 2, 8.
(t) Majestas Dei appariture.

Petro, nomine Apostolorum dicenti: *Ecce, nos reliquimus omnia &c.* respondit Jesus: (u) *Amen dico vobis, quòd vos, qui secuti estis me, in regeneratione, cùm sederit filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, judicantes duodecim Tribus Israel.* Et de adventu suo loquens Jesus, & adducens signa præcessura, ponit quòd homines postea (x) *videbunt filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa, & majestate*; & alibi habet, quòd, *cùm venerit filius hominis in majestate sua, & omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem majestatis suæ.* Horum autem aliqua apud diversos Evangelistas habentur si non eisdem verbis, eodem tamen sensu. Item habebat Jesus: *Qui me erubuerit, & meos sermones, hunc filius hominis erubescet, cùm venerit in majestate sua, & Patris, & Sanctorum Angelorum.* In transfiguratione ejusdem Domini Jesu, visi sunt cum ipso duo viri, Moyses, & Elias (y) *in majestate.* Et Petrus cum Joanne, & Jacobo, *evigilantes viderunt majestatem ejus, & duos viros, qui stabant cum illo.* Ephesi Demetrius quidam argentarius

Matth. 19. 28.
(u) Apostoli sessuri cum Christo sedente in sede majestatis suæ.
- 24. 30.
Luc. 21, 27.
(x) Idem venturus cum majestate.
Matth. 25, 31.
Luc. 9, 26.
- - 31.
- - 32.
(y) Majestas Christi visa in transfiguratione.

argenterius conclamevit contre Paulum & socios ejus, eò quòd eotum prædicatione Dienæ cultus minorabatur, (z) *& destrui* (ajebat) *incipiet majestas ejus, quam tota Asia, & orbis colit.* Idem Peulus ed Hebræos (ea) scribit de Jesu, Dei Filio, quòd *sedet ad dexteram majestatis* (gloriæ scilicet Pattis) *in excelsis.* De impiis ait Judas in suâ cathulicâ, (ab) quòd *majestatem* (h. e. Deum) *blasphemant.*

Actor. 19. 27.
(z) Demetrius ti-menti majesta-tem Dianæ peri-turam.
Hebr. 1, 3.
(aa) Filius Dei sedens ad dexte-ram majestatis Patris.
Jud v. 8.
(ab) Majestatem Dei blasphemant impii.
Apoc. 15. 8.
(ac) Templum majestate Dei repletum.
(ad) Aliæ hujus vocis significa-tiones.

In Apocalypsi epposinis septem phielis irâ Dei plenis, notatur, quòd (ac) *impletum est Templum fumo à majestate Dei, & de virtute ejus.* In bis eutem, quæ attulimus notandum etiam est, quòd nomen majestatis sumitur pro (ad) *potentiâ, virtute, terrore, pro afferente terrorem, & pro iis, quæ terrifica sunt*: sic *tonitrua, fulgura, nubes, ignis &c.* Majestatis nomine sæpè significantur. Præterea, ut videmus in textibus Hebr. 1. v. 3. & Jud. v. 8. nuper ellatis, pet majestetis nomen absolutè significatur *Deus.* Inter Principes tertæ Regibus hoc nomen enalogicè, à Deo primâ omnium Majestate, triboitur io titulum honoris.

Myst. *Gloria Dei*, in cælestibus splendens, repræsentetur in mejestate ejus, replente domum; ex Origene.

Orig. l. Jo. h. 1.

Maiman.

Hist. Sortem (a) sextem in ministetio Sacerdoteli Templi habuit familia Maiman. Sonat: *Dexter: Aquas præparans.*

1. Par. 24, 9.
(a) Quis est, & quid sonat.

Major. Vid. Magnus.

Malachias.

Hist. In (a) utbe Sopha natus dicitur Melachias Prophete, inter minores postremus positus; & epud Hebræos nominetur *Malachi*; sonatque nomen ejus: *Angelus meus*: *Nuntius meus*: h. e. Domini; non ex eo quòd Angelus esset naturâ, ut malè Origenes, & Tertullianus tradiderunt; sed (si à simplici nominis significatione in motum, vitæque ejus sanctitatem derivare illud velimus) à probitate potiùs vitæ, à designato eidem officio, morumque puritate. E Tribu Zabulon fuit, lucemque vidit post teditum à captivitate, prophetare incipiens post cœptam à Zorobabel Templi restitutionem, reflorente Judæorum Synagogâ; satis quidem (b) differens, & diversus ab Esdrâ Sacerdote, & Scribé, qui de Tribu Levi fuit, & Senex valdè mortuus est; ubi Malechias de Tribu Zabulon, ut innuimus, juvenis viam universæ cetnis ingressus est: unde errâsse cognoscuntut, qui Malachiam, & Esdram confundere præsumpserunt. Hic ergo Malechias noster, quem præsedisse Concilio Judaico cum Daniele, Aggæo, Zachariâ, in quo Esdras Secreterii functus est munere, circa sacrarum Scripturarum Canonem Genebrardus tradit, tempote Darii Hystaspis vivens, ed ennum Regni ejus secundum mortuus in egello majorum suorum, apud eosdem sepulturæ datus est; deque eo (c) meminit mattyrologiom Romanom ad diem decimam-quartam Januarii.

(a) Quis est, & nominis significatio, & rejectio sententiæ Origenis, & Tertulliani.
(b) Diversus ab Esdrâ.
(c) Memoria de ipso in Mart. Rom.

Extat ejusdem Propbetia, (d) quæ quetuot divisa est capitibus, in quotum primo redarguuntut, tanquam ingrati Judæi, eorumque
Principes erga Deum; itemque Sacerdotes, penem pollutum, & oblationes immundas offerentes; unde, rejectis eorum sacrificiis, prænuntiatur elios loco eorum sorrogendos Sacerdotes, eliem purissimam hostiam, & sacrifi-
cie; & in secundo contta Sacerdotes malos ser- Malach. 2.
monem prosequens, comminetur eis egestatem propter eorum in divino cultu incurias; itémque maledictionem, & infemiam: Hinc redargutio est propter elienigenes uxores, à Judæis essumptes, repudietis iis nationis pro-
priæ. Prædicit in tertio subsequenter Messiæ - 3.
adventum, cujus præcursorem meminit futurum; & mox à primo Messiæ edvento, ed secundum ejusdem adventuoi pronuntiandum, & enuntiandum procedit; cujus alium præcurso-
rem in quarto capite facit Eliam, describendo - 4.
diem Domini, diem extremom, diem judicii inflammaturum omnes facientes iniquitatem, oriente sole Deum timeotibus, qui impios calcabunt.

Malach. 1.
(d) Compendium Prophetiæ Malachiæ.

De hoc Prophetâ D. Hierunymus ad Peulinum scribit: (e) »Malachias epertè, & in fine« omnium Prophetarum, de abjectione Isteël,« & vocatione gentium: (Subintellige: Pro-« phetans) Non est mihi, eit, voluntas in vo-« bis, dicit Dominus exercituum: & munus non« suscipiam de manu vestrâ. Ab orto enim so-« lis, usque ed occasum, megnum est nomen« meum in gentibus: & in omui loco sacrifica-« tur, & offertur nomini meo oblatio munda.» Græcè (f) Sonat: *Debilitas*: *Languor*: *Mollities*: *Res mollis.*

(e) Testificatio D. Hieronymi de Malachia.
(f) Quid sonat Græcè.

Malachim. Vid. Rex.

Malagma.

Quod hodie dicimus *unguentum*, antiquitùs malagme dicebetur, quod etiam significare dicitur: *Emplastrum*; sive *fomentum*, quo ed emolliendos tumores medicina uti consuescit. Ubi in libro Sapientiæ mentio est de Judæis, à serpentum morsu sanatis in deserto, dicitur: *Neque herba, neque malagma sanavit eos, sed tuus, Domine, sermo, qui sanat omnia.* Hist.

Sap. 16, 12.

Verba, quæ edhibentut ad mitigandos animi effectus, figutantur in malagmate; ex Glossê ordineriâ. Myst.

Glass. ord. l. c.

Malalai.

Inter (c) *filios Sacerdotum*, qui cum Zorobebel è captivitate venernnt, est Malalai; cujus etymon est: *Circumcisio mea*: *Locutio mea.* Hist.

2. Esd. 12, 35.
(a) Quis est, & nom. sign.

Malaleel.

I. Filius (e) Cainan est Malaleel, qui, eonos quinque supta sexaginta numerans, genuit Jared; postee edhuc vivens octiogentis triginta annis, gignens filios, & filias; ita ot in totum vixerit octingentis nonagiote quinque annis; & notatur à D. Lucâ in progenie Joseph pattis putativi Christi Domini. Hist.

Gen. 5, 12. &c.
1. Par. 1, 2.
(a) Quis primus.
Luc. 3. 37.

II. Alius est in Tribu Juda peter Saphatiæ. (b) Sonat: *Laudans Deum*: *Illuminatio Dei.*

2. Esd. 11, 4.
(b) Quis secundus, & signif. vocis.

Malasar.

Malasar.

Hist.

(a) Quis est.

Constitutus (a) hic fuerat à Principe eunuchorum (& facilè ipse etiam eunuchus; sive nomen sit officii, sive mutilationis.) (Vid. *Eunuchus*) Super Danielem, Ananiam, Misaëlem, & Azariam, pueros Judæos de semine Regio,

Dan. 1, 11. &c. (b) Idem Danielem cum sociis curans &c.

& Tyrannorum; (b) apud quem institit Daniel nomine etiam aliorum, quatenùs non eos cibo Regio nutriret, præberetque eis legumina, & aquam; horrebant quippe servi Dei profanis vesci cibis; utque faciliùs petitionem suam obtineret, quam Princeps eunuchorum exequi negaverat, dixit eidem Malasar, ut hoc faceret saltem per decem dies, ad tentandum, utrumne post hos dies vultus eorum apparerent, sicut vultus puerorum, qui vescebantur cibo Regio;

- - 15. & cùm hoc fecisset Malasar, *post dies decem, apparuerunt vultus eorum meliores, & corpulentiores præ omnibus pueris, qui vescebantur cibo Re-*

- - 16. *gio. Porrò Malasar tollebat cibaria, & vinum potûs eorum: dabatq; eis legumina*; deditque insuper Deus illis scientiam, disciplinam, intelligentiam &c. Hoc autem evenit in captivitate

(c) Sign. nom. Chaldaicâ. (Vid. *Daniel.*) Significat: (c) *Circumcisio angustia, vinculi: Dispensator.*

Malchus.

Hist. Inter turbas, quæ iverunt, ad capiendum Christum Dominum, in hortum Gethsemani,

(a) Quis est. Jo. 18, 10.

erat quidam (a) *servus Pontificis.* In hunc, nomine Malchum, facilè præ cæteris, Domini sui authoritati ionixum, arrogantem irruit, educto gladio, Petrus, & amputavit auriculam ejus;

(b) Huic amputatur auricula à D. Petro. Luc. 22, 51. (c) Nom. etym.

(b) quòd videns Jesus reprehendit primò Petrum; & cùm tetigisset servi auriculam, sanavit eum. Etymologia est: (c) *Rex: Regnum: Consiliarius.*

Male.

Hist. *Adverbium* est, (a) sed de quo notandi sunt

(a) Quid est; cujus vocis textus non omnes notis signantur, nisi ubi locus. Gen. 4, 7.

textus; idemque significat, ac: *non benè.* Irato Cain, eò quòd Deus Abel munera respiceret, non autem quæ ipse offerebat, idem Dominus dixit: *Cur concidit facies tua? nonne, si benè egeris, recipies: Sin autem malè, statim in foribus peccatum aderit? &c.* Pœnitentia pro peccato injun-

Lev. 5, 4. gitur juranti, *ut vel malè quid faceret, vel benè*; si postea oblita sit. Jephte ad Ammonitas, sub

Judic. 11, 27. nomine Ammon dicebat: *Tu contra me malè agis, indicens mihi bella non justa.* In Psalmis

Psalm. 77, 19. de Israëlitis est: *Malè locuti sunt de Deo.* In

Sap. 14, 29. libro Sapientiæ de idololatris ponitur: *Dum*

- - 30. *confidunt in idolis, quæ sine animâ sunt*, (b) *malè*

(b) Malè jurantes noceri se non sperant.

jurantes noceri se non sperant; *utraque ergo* (mala scilicet mentis, & corporis) *illis evenient dignè, quoniam malè senserunt de Deo, attendentes idolis &c.* Apud Ecclesiasticum legitur: *Cor du-*

Eccli. 3, 27. *rum habebit malè in novissimo &c.* *Non com-*

- 8, 5. *munices homini indocto, ne malè de progenie tuâ loquatur.* Et de Jeremiâ dicitur, quòd malè tra-

- 49, 9. ctatus fuit à Regibus Juda. Irridens Isaias idola,

Isai. 41, 23. cum iis loquens, habet: *Benè - - -, aut ma-*

Jerem. 10, 5. *lè, si potestis, facite.* Et de iis ait Jeremias: *Nolite timere ea, quia nec malè possunt facere, nec benè.* Convictis duobus senibus, Susannæ ac-

Dan. 13, 61. cusatoribus, fecit populus, *sicut malè egerant adversùs proximum*; & interfecerunt eos. Visitationem, & pœnam minatur Dominus dicenti-

Soph. 1, 12. bus in cordibus suis: *Non faciet benè Dominus, & non faciet malè,* Judas Machabæus rogabat Dominum, ut exercitum Nicanoris contereret,

1. Mach. 7, 42. addebatque: *Et sciant cæteri, quia malè locutus est super Sancta tua: judica illum secundum*

2. Mach. 4, 1. *malitiam illius.* Quia Simon *malè loquebatur de Oniâ*, multorum fuit causa malorum.

Matth. 4, 24. - 8, 16. & alibi sæpè ejusque apud alios Evang.

In novo Testamento habemus multos *malè habentes*, h. e. aliquâ pressos infirmitate, Christo Domino oblatos, quos sanitati restituit. Quòd Christus ad curandum puerum Centurionis pa-

- 8, 6. Luc. 7, 2. (c) Puer Centurionis malè tortus &c.

ralyticum, & qui (c) malè torquebatur invitatus, solo verbo etiam absens curavit. Pharisæis obmurmurantibus, quòd Jesus cum publicanis, & peccatoribus manducaret, respondit idem:

Matth. 9, 12. Marc. 2, 17. & alibi. Matth. 14, 35. - 17, 14. (d) Filia Chananææ à dæmone malè torta.

Non est opus valentibus medicus, sed malè habentibus. Etiam tangentes tantùm fimbriam vestimenti Jesu, malè habentes, salvi facti sunt. Mulier (d) Chananæa repræsentabat eidem Christo Jesu, quòd filia sua malè à dæmone torquebatur; & eam Dominus Jesus sanavit absens. De vinitoribus iniquis dictum est, quòd Dominus vineæ

- 21, 41. (e) Dominus malos vinitores malè perditurus.

(e) *malos malè perdet, & vineam suam locabit aliis agricolis.* (Vid. *Vinea.*) Cùm Jesus curâsset habentem manum aridam sabbato, observantibus illum, an eâdie curaret, dixit: (f) *Licet sab-*

Marc. 3, 4. Luc. 6, 9. (f) Christus quærens an malè, vel benè facere sabbatis liceret.

batis benefacere, an malè? animam salvam facere, an perdere? at illi tacebant. Cùm Joannes Apostolus ei diceret, quod prohibuerant quendam facientem in nomine ejus prodigia, ejicientem nempe dæmones, & qui non erat ex ejus

- 9, 38. (g) Faciens virtutem in nomine Jesu, non potest malè loqui de ipso.

sequelâ, respondit: *Nolite prohibere eum: (g) Nemo est enim, qui faciat virtutem in nomine meo, & possit citò malè loqui de me.* Apud Joannem habemus Dominum Jesum, docentem: *Omnis,*

Jo. 3, 20. (h) Malè agens odit lucem.

qui (h) *malè agit, odit lucem; & non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus.* Alapâ idem Jesus percussus coram Annâ, Pontificis socero,

- 18, 23. (i) Jesus, an malè locutus sit, petens.

dixit: (i) *Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis?* Stephanus coram Principe Sacerdotum loquens,

Actor. 7, 6. memoravit prædictionem factam Abrahæ, quòd scilicet in terrâ alienâ esse debebat semen ejus, & malè tractandum quadringentis annis. Ad Timotheum scribens Apostolus ait, se laborare in

2. Tim. 2, 9. Evangelio usque ad vincula *quasi malè* operan-

Jacob. 4, 3. (k) Malè petentes non accipiunt. (l) Vocis significationes.

tem. Et fideles admonet Jacobus: *Petitis, & non accipitis: (k) eò quòd malè petatis; ut in concupiscentiis vestris insumatis.* Idem malè, (l) ac *vitiosè; turpiter; pravè; dolorosè &c.*

Maledicens, Maledictus.

Hist.

(a) Quid est, & vocum textus ad margineas notas signant, ubi locus.

A (a) *maledico*, quod est *maledictis afficio: maledicta conjicio*, venit Maledicens præsentis temporis participium activum; & Maledictus præteriti temporis participium passivum.

Gen. 12, 3. (b) Deus maledicens maledicentibus Abraham.

Pro dictione *Maledicens* habemus, quòd Dominus dixit Abram: (b) *Benedicam benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atque in te benedicentur universæ cognationes terræ.* Semei obvius factus Davidi fugienti

2. Reg. 16, 13. (c) Semei maledicens Davidi.

ab Absalom, (c) *contra illum gradiebatur maledicens, & mittens lapides adversùs eum, terramq; spargens.* Job, se purgans, dicebat: *Non dedi*

Job. 31, 30.

ad peccandum guttur meum, ut expeterem maledicens animam ejus (odientis scilicet me.) In

Psalm. 36, 22. Psalmis est: *Benedicentes ei* (Deo) *hæreditabunt terram: maledicentes autem ei disperibunt.* In

Prov. 27, 14. (d) Benedicens voce grandi maledicenti similis.

Proverbiis est: (d) *Qui benedicit proximo suo voce grandi, de nocte consurgens maledicenti similis erit.* Apud Ecclesiasten habetur: (e) *Cunctis*

Eccle. 7, 22. (e) Cavendum, ne servum maledicentem audiamus.

sermonibus, qui dicuntur, ne accommodes cor tuum; ne fortè audias servum tuum maledicentem

Eccli. 4, 6. *tibi.* Apud Ecclesiasticum dicitur: *Maledi-*
centis (inopis) *tibi in amaritudine animæ, exau-*
dietur deprecatio illius: exaudiet autem eum, qui
- 34, 19. *fecit illum.* Et ipse interrogat: (f) *Unus orans,*
(f) Benedicens, & maledicens, quomodò exaudiendus. *& unus maledicens: cujus vocem exaudiet Deus?*
q. d. si quis orat nunc, paulò post maledicit,
quomodò exaudiendus est. Et Christus Do-
Luc. 6, 28. minus dicebat: (g) *Benedicite maledicentibus*
(g) Benedicendum maledicentibus. *vobis, & orate pro calumniantibus vos.* Paulus
Ephesi prædicans, ab aliquibus, qui erant (h)
Actor. 19, 9. *maledicentes viam Domini,* recessit, & segre-
(h) Paulus secedens à maledicentibus viam Domini. gavit discipulos.
Pro dictione: *Maledictus,* habetur, quòd
Deus serpenti, qui Evam decepit, dixit: *Quia*
Genes. 3, 14. (i) *fecisti hoc, maledictus es inter omnia animan-*
(i) Serpens maledictus. *tia, & bestias terræ &c.* Et Adæ dictum est,
- - 17. (k) quia comedit fructum vetitum: *Maledicta*
(k) Item terra. *terra in opere tuo &c.* Et Cain occisori fratris
- 4, 11. sui Abel dictum est: (l) *Nunc maledictus eris su-*
(l) Item Cain. *per terram, quæ aperuit os suum, & suscepit san-*
guinem fratris tui de manu tuâ &c. Noë ma-
ledicens Cham, & semini ejus Chanaan, ait:
- 9, 25. (m) *Maledictus Chanaan, servus servorum erit*
(m) Item Chanaan. *fratribus suis.* Benedicens Isaac Jacob, quem
- 27, 29. putabat esse Esau, inter cætera dicebat: (n) *Qui*
(n) Item maledicens Jacob maledictus. *maledixerit tibi sit ille maledictus: & qui benedi-*
xerit tibi, benedictionibus repleatur. Cùm be-
nediceret Jacob filiis suis Simeon, & Levi, recor-
datus, quæ fecerint contrà Sichimitas, ajebat:
- - 49, 7. (o) *Maledictus furor eorum, quia pertinax; &*
(o) Furor Simeon, & Levi maledictus. *indignatio eorum, quia dura &c.* Dum maledi-
cebatur mulier, adulterii suspecta, quatenùs su-
Num. 5, 22. spicio vera esset, & justa, dicebatur ei: (p) *In-*
(p) Aquæ maledictæ in zelotypia. *grediantur aqua maledictæ* (amaræ scilicet: Vid.
Aqua) *in ventrem tuum, & utero tumescente*
putrescat femur. Balac Moabitarum Rex insta-
- 22, 6. bat apud Balaam, (q) ut malediceret Israëli, di-
(q) Balac instans, ut maledictus esset Isr. cens: novi quod benedictus sit, cui benedixe-
ris, & maledictus, in quem maledicta congesse-
Deut. 21, 23. ris. In Deuteronomio scribitur: (r) *Maledi-*
(r) Maledictus pendens in ligno, ubi expl. text. *ctus à Deo est, qui pendet in ligno,* h. e. in patibulo
propter infamiam &c. pro quo textu, adhibito
ab Apostolo ad Galatas insinuatur, quòd Chri-
Galat. 3, 13. stus *factus* (s) fuit *pro nobis maledictum,* in se
(s) Christus maledictum factus pro nobis, in quo expl. text. omnium suscipiens crimina, ut nos redimeret.
Maledictionum impiorum formulæ assignatæ à
Domino, à Levitis recitandæ populo, superatô
Deut. 27, 15. Jordane fuêre: (t) *Maledictus homo, qui facit*
(t) Maledicti varii facientes varia crimina. *sculptile, & conflatile, abominationem Domini,*
opus manuum artificum, ponetq; illud in abscondi-
to: & his dictis, sicuti & post alias maledictio-
nes prolatas respondebat, dicebatque populus:
- - 16. *Amen.* Item sequitur: *Maledictus, qui non ho-*
- - 17. *norat patrem suum, & matrem - - Maledictus,*
- - 18. *qui transfert terminos proximi sui - - - Maledi-*
- - 19. *ctus, qui errare facit cæcum in itinere - - Male-*
dictus, qui pervertit judicium advenæ, pupilli, &
- - 20. *viduæ - - - Maledictus, qui dormit cum uxore*
patris sui, & revelat operimentum lectuli ejus - -
- - 21. *Maledictus, qui dormit cum omni jumento - - -*
- - 22. *Maledictus, qui dormit cum sorore suâ, filia patris*
- - 23. *sui, vel matris suæ - - Maledictus, qui dormit*
- - 24. *cum socru suâ - - Maledictus, qui clàm percus-*
- - 25. *serit proximum suum - - Maledictus, qui accipit*
munera, ut percutiat animam sanguinis innocen-
- - 26. *tis - - Maledictus, qui non permanet in sermoni-*
bus legis hujus, nec eos opere perficit. Insuper
- 28, 16. inobservanti legem dicitur: *Maledictus eris in*
- - 17. *civitate, maledictus in agro. Maledictum hor-*
- - 18. *reum tuum, & maledictæ reliquiæ tuæ. Maledi-*
ctus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, ar-
menta boum tuorum, & greges ovium tuarum.
Maledictus eris ingrediens, & maledictus egre- Deut. 28, 19.
diens. Super urbem Jericho, destructam, im-
precatus Josue ait: (u) *Maledictus vir coram* Jos. 6, 26.
Domino, qui suscitaverit, & ædificaverit civita- (u) Maledictus fulciens urbem
tem Jericho. In primogenito suo fundamenta Jericho.
illius jaciat; & in novissimo liberorum ponat por-
tas ejus; quòd evenit. (Vid. *Jericho.*) Destru-
ctâ ferè Tribu Benjamin ob scelus Gabaonita-
rum; (vid. *Benjamin*) aliæ Tribus dixerunt:
Maledictus, qui dederit de filiabus suis uxorem Judic. 21, 18.
Benjamin. Saul, pugnaturus contra Philisthæos,
edixit: (x) *Maledictus vir, qui comederit panem* 1. Reg. 14, 24.
usque ad vesperam, donec ulciscar de inimicis (x) Maledictus comedens ante
meis. (Vid. *Jonathas.* David, pacare tentans ultionem de Philisthæis.
Saulem, dicebat ei, quem potens dormientem
occidere, non læserat: (y) *Si filii hominum* (in- - 26, 19.
citant te adversùm me), *maledicti sunt in conspe-* (y) Maledicti incitantes in Dominum Saulem.
ctu Domini &c. Prophetans Tobias senior fu-
turam gloriam, & fælicitatem Jerusalem, eam
alloquens, ajebat: *Maledicti erunt, qui contem-* Tob. 13, 16.
pserint te. De adultero, loquens Job, dicebat:
(z) *Maledicta sit pars ejus in terrâ, nec ambulet* Job. 24, 18.
per viam vinearum; h. e. latam, & fertilem, q. (z) Maledicta pars adulteri,
d. angustietur, & fertilitate non fruatur. (Vid. cum expl. text.
Vinea) In Psalmis ad Dominum ait David:
Maledicti, qui declinant à mandatis tuis. Circà Psal. 118, 21.
(aa) impios legimus in libro Sapientiæ: *Male-* Sapient. 3, 13.
dicta creatura eorum; quoniam felix est (respe- (aa) Maledicta creatura impiorum.
ctu scilicet eorum) *sterilis &c.* Ita ponitur,
quòd non poterat cogitatio eorum mutari, quo-
niam, *semen* (eorundem scilicet impiorum; & - 12, 11.
sermo est de Chananæis) *erat maledictum ab*
initio. Et de idolis est: *Per manus quod fit ido-* - 14, 8.
lum, maledictum est & ipsum, & qui fecit il-
lud &c.
Apud Ecclesiasticum habetur: *Est maledi-* Eccli. 3, 18.
ctus à Deo, qui exasperat matrem. (ab) *Susurro,* - 28, 15.
& bilinguis maledictus; multos enim turbabit pa- (ab) Maledictus susurro.
cem habentes. De felicitate Judæorum futurâ
prophetans Isaias dicebat: (ac) *Peccator* (sup- Isai. 65, 20.
ple: etsi) *centum annorum* (h. e. valdè exper- (ac) Peccator maledictus; ubi
tus, & divitias habens acquisitas &c) *maledictus* expl. text.
erit. Jeremias de mandatis Domini ajebat:
Maledictus vir, qui non audierit verba pacti Jerem. 11, 3.
hujus (facti scilicet cum Domino, seu faciendi.)
(ad) *Maledictus homo, qui confidit in homine, &* - 17, 5.
ponit carnem brachium suum, & à Domino re- (ad) Maledictus homo confidens
cedit cor ejus. Et dum conqueritur se irrideri, in homine.
habet: (ae) *Maledicta dies, in quâ natus sum* - - 14.
(fuit scilicet; & maledictus hìc idem est, ac (ae) Maledictus dies nativitatis
infelix), *dies, in quâ peperit me mater mea non* Jeremiæ; ubi
sit benedicta. (h. e. non ponatur inter dies feli- expl. text.
ces.) (af) *Maledictus vir, qui annunciavit* - - 15.
patri meo, dicens: Natus est tibi puer masculus: (af) Maledictus annunciator nativitatis Jeremiæ;
& quasi gaudio lætificavit illum. (h. e. non fuit ubi expl. text.
felix nuncius &c.) Et cùm exponat Moabita-
rum excidium à Deo præceptum, subdit: (ag) - 48, 10.
Maledictus, qui facit opus Dei fraudulenter: & (ag) Maledictus faciens opus Dei
maledictus, qui prohibet gladium suum à sanguine negligenter.
(Moabitarum.) Et Malachias habet: (ah) *Ma-* Malach. 1, 14.
ledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, (ah) Maledictus dolosus.
& votum faciens immolat debile Domino, quia
Rex magnus ego, dicit Dominus exercituum, &
nomen meum horribile in gentibus. Idemque
Dominus apud Malachiam ipsum dicit populo
Judaico: (al) *In penuriâ vos maledicti* (infelices - 3, 9.
scilicet) *estis, & me vos configitis gens tota;* q. d. (al) Judæi maledicti in penuria.
si me omnes configitis peccatis vestris, quid mi-
tum est, quòd penuriâ laboretis?

In die

Matth. 25. 41.

Io die judiciû his, qui à finistris erunt, dicetur à Christo Domino: *Discedite à me, maledicti, in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & Angelis ejus &c.*

Jo. 7. 49. (am) Maledicti credentes Christo à Pharisæis.

Pharisæi, de Christo loquentes, dicebant: (am) *Turba hæc* (designabant eos, qui crediderant in eum), *quæ non novit legem, maledicti sunt.*

Gal. 3. 10. (ao) Maledictus non manens in observantiâ legis.

Ad Galatas scribens, Paulus dicebat: (an) *Scriptum est; maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea*; itemque ea replicat, quæ diximus superius hic ad text. Deut. 21, 23.

(au) Significationes vocis Maledictus.

Notandum est autem, quòd Maledictus, nedum, ut vidimus ex diversis textibus, rationem habet participii, sed etiam adjectivi simpliciter; & tunc sonat: (au) *Infelix: Miser; Expers nominis &c.*

Maledictio.

Hist.

(a) Quid significat hæc vox, cujus textus notis signantur, ubi locus.

A *maledico* (a) nomen verbale est Maledictio; & sumitur pro *contumeliâ, probro, convicio* illato alicui; sic idem est ac *maledicentia, & obtrectatio*; quin etiam sumitur pro *infelicitate, miseriâ, infortunio &c.* itemque pro *inauguratione infelicitatis, miseria, infortunii &c.*

Gen. 24. 41. (b) Servus Abrahæ innocens futurus a maledictione Abraham.

Servo Abrahæ, quem idem misit ad quærendam uxorem filio suo Isaac, ipsemet dixit: (b) *Innocens eris à maledictione meâ, cùm veneris ad propinquos meos, & non dederint tibi* (ex eorum progeneratione suâ scilicet uxorem pro filio meo.)

- 27. 12. - - 13. (c) Jacob timens patris maledictionem.

Timuit Jacob, fingens se Esao, inducere super se (c) *maledictionem, pro benedictione*, at mater Rebecca: *In me sit, ait, ista maledictio, fili mi &c.*

Num. 5. 21. (d) Maledictiones in adulteram.

Mulieri de adulterio suspectæ ad Sacerdotem adductæ, quatenùs verum esset adulterium, dicebat Sacerdos: (d) *His maledictionibus subjacebis: det te Dominus in maledictionem, exemplumque cunctorum in populo suo: putrescere faciat femur tuum, & tumens uterus tuus disrumpatur.*

- - 22.

Ingrediantur aquæ maledictæ in ventrem tuum, & utero tumescente, putrescat femur. Et respondebat mulier: *Amen, Amen.* (Vid. *Maledictum.*) Bibebat autem aquas ad hoc paratas, & si fuerat adultera, verificabatur in eâ illud:

- - 27. (e) Aquæ maledictionis in zelotypiâ.

(e) *Pertransibant eam aquæ maledictionis, & inflato ventre putrescet femur: eritque mulier in maledictionem, & in exemplum omni populo.*

- 24. 9. (f) Maledictio contra maledicentem Isr.

Benedicens Balaam populo Israël ajebat: (f) *Qui benedixerit tibi, erit & ipse benedictus: qui maledixerit, in maledictione reputabitur.*

- - 26. - - 27. (g) Maledictio contra inobedientes legi Dei.

A Moyse dictum est Judæis: (g) *En propono in conspectu vestro hodie benedictionem, & maledictionem, Benedictionem, si obedieritis mandatis Domini Dei vestri, quæ ego hodie præcipio vobis: Maledictionem, si non obedieritis mandatis Domini Dei vestri, sed recesseritis de viâ, quam ego nunc ostendo vobis, & ambulaveritis post Deos alienos, quos ignoratis.*

- - 28.

- - 29.

Cùm verò introduxerit te Dominus Deus tuus in terram, ad quam pergis habitandam, pones benedictionem super montem Garizim, maledictionem super montem Hebal; & hæc executioni mandata sunt sub

Jos. 8. 34. (h) Maledictiones in volumine legis positæ.

Josue, cùm in montibus prædictis lecta sunt (h) *omnia verba benedictionis, & maledictionis, & cuncta, quæ scripta erant in volumine legis.*

Deut. 23. 5. (i) Maledictio Balaam in benedictionem versa.

Circa Balaam, de quo in textu hìc allato *num.* 24. memoratur, quòd Dominus (i) *vertit maledictionem ejus in benedictionem* (populi), eò quòd ipsum diligeret populum.

- 28. 15. (k) Maledictiones contra non servantes mandata.

In capite 28. Deuteronomii dictum est populo Israel: (k) *Si audire nolueris vocem Domini Dei tui, ut custodias, & facias omnia mandata ejus, & cæremonias, quas ego præcipio tibi hodie, venient super te omnes maledictiones istæ, & apprehendent te.* Sunt autem maledictiones ex ipsæ, quæ afferuntur sub dictione: *Maledictus, ad text. hunc Deut. 28.* aliisque multis miseriarum inaugurationibus, quæ in capite ipso leguntur *usque ad vers.* 45. ubi ponitur:

Deut. 28. 45.

Et venient super te omnes maledictiones istæ, & persequentes apprehendent te, donec intereas, quia non audisti vocem Domini Dei tui, nec servasti mandata ejus, & cæremonias, quas præcepit tibi; & subsequenter usque ad vers. 68. finem videlicet capitis nova infelicia ponuntur, quibus subjicientur inobservantes.

- 29. 21. (l) Maledictio in fœdifragum.

Ita adversùs fœdifragum Domino est: (l) *Consumat eum* (Dominus) *in perditionem ex omnibus Tribubus Israel, juxta maledictiones, quæ in libro legis hujus, ac fœderis continentur.*

- 30. 1.

Sive autem benedictio, sive maledictio venerit super Israël, pœnitentiâ hominum dicitur, quòd placatur Deus; & quòd

- - 7. (m) Maledictiones super inimicos venerdæ.

(m) *omnes maledictiones has convertet super inimicos* (ejus), *& eos, qui oderunt* (eum), *& persequuntur.*

- 19. (n) Benedictio, & maledictio proposita a Moyse.

Et protestatus ait Moyses: (n) *Testes invoco hodie cælum, & terram, quòd proposuerim vobis vitam, & mortem, benedictionem, & maledictionem.*

Jos. 9. 23. (o) Gabaonitæ sub maledictione.

Ad Gabaonitas, qui Judæos deceperant, dixit Josue: (o) *Sub maledictione eritis; & non deficiet de stirpe vestrâ ligna cædens, aquasque comportans in domum Dei mei.*

Judic. 9. 57.

De Sichimitis scribitur, quòd *venit super eos maledictio Joatham* (Vid. *Sichimitæ.*)

- 21. 18. (p) Sub maledictione jurârunt Tribus filias suas non dare Benjamitis.

Omnes Tribus, ex scelere à Gabaitis patrato (vid. *Benjamin*), astrictæ sunt juramento, (p) & maledictione, quòd non darent filias suas filiis Benjamin.

2. Reg. 14. 17. (q) David nec benedictione, nec maledictione motus.

Mulier Thecuites loquens ad David pro Absalom, dicebat ei: (q) *Sicut Angelus Dei, sic est Dominus meus Rex, ut nec benedictione, nec maledictione moveatur &c.*

- 16. 11. - - 12. (r) David expectans bonum pro maledictione.

Et ipse David, vetans Semei occidi, dixit Abisai: (r) *Dimitte eum, ut maledicat juxta præceptum Domini; si fortè respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac hodiernâ*;

3. Reg. 2. 8. (s) Semei maledicens David maledictione pessimâ.

moriturus autem dixit Salomoni: (s) *Habes apud te Semei filium Gera filii Jemini de Bahurim, qui maledixit mihi maledictione pessimâ, quando ibam ad castra &c.* & præcepit eidem Salomoni, ut de eo ultionem sumeret.

2. Esdr. 13. 2.

De maledictione Balaam, conversâ in benedictionem super Judæis, mentio est in secundo libro Esdræ.

Ill. Psal. 10. 7. - - 13. 3. - 108. 18. (t) Peccator maledictionem amans.

In Psalmis de peccatore dicitur, quòd os (ejus) *maledictione plenum est, & amaritudine, & dolo*; quod idem repetitur alibi: ita etiam, quòd (t) *dilexit maledictionem & veniet ei: & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo; & induit maledictionem, sicut vestimentum, & intravit, sicut aqua in interiora ejus, & sicut oleum in ossibus ejus.*

Eccli. 3. 11.

Apud Ecclesiasticum habemus: *Benedictio patris firmat domos filiorum, maledictio autem matris eradicat fundamenta.*

- 27. 16. - 41. 12. (u) Pars impii in maledictione.

Effusio sanguinis in rixa superborum: & maledictio illorum auditus gravis. Si nati fueritis (u) (viri impii), *in maledictione nascemini: & si mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra.*

Isai. 24. 6.

Propter peccata ait Isaias, *maledictio vorabit terram &c.*

Jerem. 23. 10. (x) Terra luget à facie maledictionis.

Apud Jeremiam mala prædicuntur Judæis. & conqueritur Dominus, quòd (x) *adulteris repleta est terra, quia à facie maledictionis luxit terra, arefacta sunt arva deserti.*

- 24. 9. - 25. 18.

Et de Judæis, qui in Ægyptum profugerant, ait idem Dominus: *Dabo eos - - - - in maledictionem in universis locis, ad quæ ejeci eos.* Sic Propheta idem ait, se propinasse calicem furoris

Jerem. 19, 18. Domini Regibus, & civitatibus Juda, ut *in maledictionem* darentur, cum Jerusalem; de cujus excidio dicit ex ore Domini:
- 26, 6. (y) Jerusalem danda in maledictionem.
Dabo domum istam, sicut Silo, & urbem (y) *hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ.* Et de Achab, & Sedeciâ Pseudoprophetis, dandis à Domino in manum Nabuchodonosor, Regis Babylonis, ponitur:
- 29, 22. (z) Maledictum ex Pseudoprophetis.
(z) *Assumetur ex eis maledictio omni transmigrationi Juda, quæ est in Babylone, dicentium: Ponat te Dominus, sicut Sedeciam, & sicut Achab, quos frixit Rex Babylonis in igne.* Iterùm de Judæis, in Ægyptum qui confugerant, ait, quòd illuc ingressi erant,
- 44. 8. (a a) Judæi futuri in maledictionem.
(a a) ut essent *in maledictionem, & in opprobrium cunctis gentibus terræ; & quòd erunt in jusjurandum, & miraculum, & in maledictionem, & in opprobrium.* Et contra Idumæos est:
- 49, 13. (a b) Bosra futura in maledictionem.
Per memetipsum juravi, dicit Dominus, quòd (ab) *in solitudinem, & in opprobrium, & in desertum, & in maledictionem erit Besra.* Judæi, à Babylone ad eos, qui in Jerusalem erant, scribentes apud Baruch, ajebant:
Baruch, 1, 20. (a c) Maledictiones Judæis adhæsæ.
(a c) *Adhæserunt nobis multa mala, & maledictiones, quas constituit Dominus Moysi servo suo.* Dominus, demonstrans Danieli futura, ei dixit:
Dan. 8, 19. (a d) Visio futurorum in novissimo maledictionis.
(a d) *Ego ostendam tibi, quæ futura sunt in novissimo maledictionis*; ultionis nempe divinæ, & miseriarum, quæ evenêre sub Antiocho. Et orans, idem Daniel, ad Dominum, ait:
- 9, 11. (a e) Maledictio super Judæos.
(a e) *Stillavit super nos maledictio, & detestatio, quæ scripta est in libro Moysi servi Dei, quia peccavimus ei.* Zachariæ Prophetæ, videnti volumen volans, dictum est:
Zach. 5, 3. (a f) Maledictum volumen volans.
(a f) *Hæc est maledictio, quæ egreditur super faciem omnis terræ*; eo enim iniqui judicandi erant. Et prædicit Judæis, qui Deo servient, ex ore ipsiusmet Dei, bona dicentis:
- 8, 13. (a g) Judæi maledictio in gentibus.
(a g) *Et erit, sicut eratis maledictio in gentibus domus Juda, & domus Israel: sic salvabo vos, & eritis benedictio &c.*

Applicat Apostolus, ad Romanos scribens, peccatoribus illud Psalmi:
Rom. 3, 14.
Quorum os maledictione, & amaritudine plenum est. Jacobus scribit:
Jacob. 3, 10.
Ex ipso ore procedit benedictio, & maledictio. Et Petrus de iniquis habet, quòd sunt
2 Petr. 2, 14. (a h) Iniqui maledictionis filii.
(a h) *pellicientes animas instabiles, cor exercitatum avaritiâ habentes, maledictionis filii.*

Maledictum.

Hist. (a) Quid est hæc vox, cujus textus omnis signantur ubi locus.
Idem est, (a) ac *Probrum: Convicium: Malorum augurium: Imprecatio*, & hujusmodi. Aquæ amarissimæ, in quas maledicta congesserat Sacerdos, non nocebant mulieri innocenti, quæ de adulterio insimulabatur,
Num. 5, 19. - - 23. (b) Maledicta in judicio zelotypiæ.
(b) ea autem maledicta scribebat Sacerdos in libello, & eadem aquis amarissimis ipsis delebat, in quas maledicta congesserat. Balac vocavit Balaam ad maledicendum Israëli, dicens:
- 22, 6.
Novi, quod benedictus sit, cui benedixeris, & maledictus in quem maledicta congesseris. Contra fœdifragam in fœdere Domini dicitur:
Deut. 29, 20. (c) Maledicta contra fœdifragum.
(c) *Sedeant super eum omnia maledicta, quæ scripta sunt in hoc volumine*; In Deuteronomio scilicet; & propter idololatriam notatur, quòd
- - 27.
iccircò iratus est furor Domini contra terram istam (scilicet Judæorum), *ut induceret*
(d) Maledicta contra idololatras.
(d) *super eam omnia maledicta, quæ in hoc volumine scripta sunt.* Josiæ Regi Juda, eò quòd fleverit audiens, quòd prophetatum erat contra Jerusalem, & Juda, quòd scilicet *fierent in stuporem, & in maledictum*, prædictum est, quòd ipse in pace moreretur.
4 Reg. 22, 19. 2 Par. 6, 22. (e) Deus in Templo auditurus confirmgentem se maledicto.
Salomon (e) oravit in Templo: *Si quis se maledicto constrinxerit eorum altari in domo istâ; tu audies de cælo* (Domine).
- 34, 24.
Maledicta plura lecta sunt in libro legis coram Josiâ, ventura super Jerusalem. In libro Proverbiorum est:
Prov. 26, 2. (f) Maledictum frustra prolatum, contra proferentem est; ubi expl. text.
(f) *Sicut avis ad alia transvolans; & passer quolibet vadens, sic maledictum frustra prolatum in quempiam superveniet* (illi, qui protulit). In Ecclesiastico legitur:
Eccli. 10, 13.
Qui tenuerit (superbiam), *adimplebitur maledictis, & subvertet eum in finem.*
- 22, 30. (g) Maledicta sanguinem præcedunt.
(g) *Ante ignem camini vapor, & fumus ignis inaltatur: sic & ante sanguinem maledicta, & contumeliæ, & minæ. Derelinquet* (adulterium)
- 23, 36. (h) Memoria adulteræ in maledictum.
(h) *in maledictum memoriam ejus* (adulteræ mulieris; sive vice versâ, h. e. derelinquet adultera in maledictum memoriam adulteri) *& dedecus illius non delebitur. Maledicti est*
- 27, 25. (i) Expl. text.
(i) *concordatio*, h. e. post jurgium sæpè concordia fit.
- 29, 9.
Convicia, & maledicta reddet (homo fallax benefactori); *& pro honore, & beneficio reddet illi contumeliam. Omnia, quæ de terrâ sunt,*
- 41, 13. (k) Impii a maledicto in perditionem ibunt.
(k) *in terram convertentur; sic impii à maledicto in perditionem.* Jeremias, ex ore Domini prophetavit, fugientes in Ægyptum Judæos, dando se esse *in maledictum,*
Jerem. 42, 18.
& in opprobrium. Sic dicitur terra Judæorum propter eorum scelera data *in desolationem, & in stuporem, & in maledictum*;
- 44, 22.
& in captivitate Judæi positi fatebantur se dispersos *in improperium, & in maledictum &c.* propter iniquitates suas.
Baruch. 3, 8.
Et in Osee contra Judæos est:
Osee. 4, 2. (l) Maledictum inundans.
(l) *Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundaverunt, & sanguis sanguinem tetigit; propter hoc lugebit terra &c.* Qui erant in Casphin
2 Mach. 12, 14. (m) Judas Mach. lacessitus maledictis.
(m) maledictis lacessebant Judam Machabæum obsidentem.

Ad Galatas scribens, Apostolus inquit:
Galat. 3, 10. 13. (n) Expectantes salutem ex operibus tantum veteris legis, sub maledicto sunt; ubi expl. text.
(n) *Quicunque ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim: maledictus omnis, qui non permanserit in omnibus, quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, quia scriptum est: Maledictus omnis, qui pendet in ligno*; super quibus textibus, ii dicuntur esse sub maledicto, quicunque ex operibus tantùm legis salutem sibi putant venturam; & maledictum legis erant quæ intimabantur pœnæ cæremonias legis non observantibus. Et ad Timotheum dicit:
1 Tim. 5, 14. (o) Viduæ juniores caveant adversario occasionem dare maledicti gratiâ.
(o) *Volo juniores* (viduas) *nubere, filios procreare, matres familias esse, nullam occasionem dare adversario maledicti gratiâ.* Et ad Hebræos inquit: (Terra)
Hebr. 6, 8. (p) Terra infelix maledicto proxima.
(p) *proferens spinas, ac tribulos reproba est, & maledicto proxima; cujus consummatio in combustionem*; quæ per allegoriam dicta sunt. Petrus, Apostolorum Princeps, hortatur conjuges, ut sint inter se
1 Petr. 3, 9. (q) Conjuges non reddant maledictum pro maledicto.
(q) *non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto.* In Apocalypsi dictum est de novâ Sanctâ civitate Jerusalem, quòd
Apoc. 22, 3. (r) Maledictum non erit in sanctâ Jerusalem.
(r) *omne maledictum non erit ampliùs; sed sedes Dei, & agni in illâ erunt, & servi ejus servient illi.*

Maledicus, a, um.

Hist. (a) Quid est.
Is, (a) *qui maledicit*, Maledicus vocatur. In libro Sapientiæ est:
Sap. 1, 6. (b) Spiritus Sapientiæ non liberans maledicum; ubi expl. text.
(b) *Benignus est Spiritus sapientiæ, & non liberabit* (h. e. non excusabit) *maledicum a labiis suis.* Apud Ecclesiasticum est:
Eccli. 23, 8. (c) Maledicus operibus peccatoris detrahens.
(c) *In vanitate suâ apprehendetur peccator, & superbus, & maledicus scandalizabitur in illis:* (scilicet operibus.) Judas Machabæus, contra eos, qui in præsidio Gazaræ claudebantur,
2 Mach. 10, 36. (d) Judas Mach. concrematurus maledicos.
irruens (d) *ipsos maledicos vivos concremare* aggressus est. Ad Corinthios scribens Apostolus, eos hortatur,
1 Cor. 5, 11. (e) Cum maledico non comedendum.
(e) ne cibum quidem sumant cum maledico:
- 6, 10. (f) Maledici exclusi a Regno Dei.
(f) Eisque silet, quòd maledici non possidebunt Regnum Dei.

Petrus

1 Petr. 4, 15. 16. (g) Nullus ut maledicus patiatur.

Petrus ad fideles scribit: (g) *Nemo vestrûm patiatur, ut homicida, aut fur, aut maledicus, aut alienorum appetitor; si autem ut Christianus, non erubescat &c.*

Malefaciens.

Hist. (a) Quid sonet.

Qui (a) *mala opera facit*, ille malefaciens est, & est hæc vox participium activum præsentis temporis, à *malefacio*.

Eccli. 2. 14. (b) Væ manibus malefacientibus.

In Ecclesiastico est: (b) *Væ duplici corde, & labiis sceleftis, & manibus malefacientibus, & peccatori terram ingredienti duabus viis. Divinatio erroris, & auguria mendacia*, (c) *somnia malefacientium vanitas est.*

- 34. 5. (c) Somnia malefacientium vanitas.

Et Apostolorum Princeps scribit ad fideles: (d) *Melius est benefacientes, si voluntas Dei velit, pati, quàm malefacientes.*

1. Petr. 3, 17. (d) Melius est benefacientes pati, quam malefacientes.

Malefactor.

Hist. (a) Quid est.

Idem est, (a) ac *qui malefacit*; & *qui malefecit*. Cùm Pilatus peteret à Judæis, quam accusationem afferrent adversùs Jesum, responsum ei est iniquè: (b) *Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissemus eum.* Petrus Apostolorum Princeps rogat fideles, ut sint, *conversationem* (ait) *vestram inter gentes habentes bonam: ut in eo, quod detrectant de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes, glorificent Deum in die visitationis. Subjecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum: sive Regi, quasi præcellenti*; (d) *sive Ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum.*

Jo. 18. 30. (b) Jesus Christus malefactor dictus.

1. Petr. 2, 12. (c) Iniqui detrahentes bonis, ut malefactoribus.

- - 13.

- - 14. (d) Reges & Duces dati ad vindictam malefactorum.

Maleficium.

Hist. (a) Quid est.

Idem est, (a) ac *malefactum, injuria, facinus*; & sumitur pro *quâdam specie incantationis*, quæ, ut ait D. Hieronymus, victimis, & sanguine conficiebatur. Isaias prædicit Babylonis excidium (b) *propter multitudinem maleficiorum ejus.* Et Ironicè ei dicitur: *Sta cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficiorum tuorum, in quibus laborasti ab adolescentiâ tuâ, si fortè quid prosit tibi, aut si possis fieri fortior.* Et contra Jerusalem apud Michæam ait Dominus: (c) *Perdam civitates terræ tuæ, & destruam omnes munitiones tuas, & auferam maleficia de manu tuâ, & divinationes non erunt in te*; quæ ultima verba respiciunt destructionem gentium, Judæam incolentium. Contra Niniven autem est in Nahum væ, eidem urbi dictum (d) *propter multitudinem fornicationum* (ipsiusmet Ninivis) *meretricis speciosæ, & gratæ, & habentis maleficia, quæ vendidit gentes in fornicationibus suis, & familias in maleficiis suis.*

Isai. 47, 9. (b) Maleficia Babyl.

- - 12.

Mich. 5, 11. (c) Maleficia de Jerusalem auferenda.

Nah. 3. 4. (d) Maleficia Ninivis.

Maleficus, a, um.

Hist. (a) Quid est hæc vox, cujus textus, ubi locus, notis signantur.

Juxta Div. Hieronymum propriè & substantivè est *is*, (a) *qui in incantationibus sanguine, & victimis utebatur.* Sumitur autem Maleficus pro *quocunque incantatore*; nec non pro *venefico*; pro *perniciosô quocumque, & damnum inferente.* Pharao habuit suos incantatores, & (b) maleficos, qui per incantationes Ægyptiacas arcana quædam fecerunt, projicientes virgas suas coram Moyse, & Aaron, quæ in dracones versæ sunt; at *devoravit virga Aaron virgas eorum.* (Vid. *Aaron: Moyses.*) Similiter & in sanguinem aquam incantationibus suis verterunt, ranas excitaverunt; at cum sciniphes educere non possent, dixerunt Pharaoni de portentosis Moysi, & Aaron operibus: *Digitus Dei est hic.* Et cùm ulceribus percuteretur Ægyptus, non poterant stare malefici hujusmodi *coram Moyse propter ulcera, quæ in illis erant.* Judæis autem præceptum est: (c) *Maleficos non patieris vivere*; prohibitúmque est eis, maleficos habere inter se. Jeremias Propheta alloquens Judæos, eis dicebat: (d) *Nolite audire - - - - maleficos, qui dicunt vobis: non servietis Regi Babylonis.* Nabuchodonosor, habitô somniô de statuâ, cujus oblitus fuerat, jussit convocari Ariolos, Magos, Chaldæos, (e) maleficos, qui somnium ei indicarent. Et apud Malachiam, ubi agitur de futuro hominum judicio, ait Dominus: (f) *Accedam ad vos in judicio, & ero testis velox maleficis, & adulteris, & perjuris &c.*

Exod. 7, 11. (b) Malefici Pharaonis.

Exod. 7, 12.

- - 22.

- 8. 7.

- - 18.

- - 19.

- 9. 11.

- 22. 18.

Deut. 18. 10. (c) Malefici auferendi.

Jerem. 27, 9. (d) Iidem non audiendi.

Dan. 2. 2. (e) Malefici Nabuchod.

Malach. 3, 5. (f) Deus affuturus in judicio contra maleficos.

Sumitur etiam præcisè adjectivè hæc dictio pro *nocente*; deque Manasse Rege Juda dicitur, quòd (g) *maleficis artibus inserviebat*; nota tamen, quòd hic pro artibus incantatorum accipitur.

2. Par. 33, 6. (g) Manasse maleficis artibus inserviens.

Malevolus.

Hist. (a) Quid est.

Idem, (a) ac *malum volens* est; sumitúrque pro eo, *qui paratô semper est animô in malum, ad nocendum &c.* Quòd in (b) *malevolam animam non introibit sapientia*, scribitur, & quod debeatur (c) *servo malevolo tortura, & compedes*; additúrque: *Mitte illum in operationem, ne vacet: Multam enim malitiam docuit otiositas.* Accipitur etiam pro *invido*.

Sapient. 1. 4. (b) Malevolus sine Sapientiâ.

Eccli. 33. 28. (c) Servus malevolus puniendus.

- - 29.

Malignans.

Hist. (a) Quid est, & ubi nam est locus, textûs notis non signati.

Participium est (a) præsentis temporis à *malignor*, quod est *animo depravato, & perverso operor.*

In Psalmis conqueritur David (mysticè Christus): *Consilium malignantium obsedit me.* Et alibi ait: *Odivi Ecclesiam malignantium, & cum impiis non sedebo. Noli* (b) *æmulari in malignantibus; neque zelaveris facientes iniquitatem.* Et gratias agit Deo dicens: *Protexisti me Deus à conventu malignantium, à multitudine operantium iniquitatem.* Item habet: *In insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea* (nuntium scilicet interitûs eorum.) (c) *Quis consurget mihi adversùs malignantes? aut quis stabit mecum adversùs operantes iniquitatem?*

Psal. 21, 17.

- 25. 5.

- 36. 1. (b) Non æmulandum in malignantibus.

- 63. 3.

- 91. 12.

- 93. 16. (c) Adversùs malignantes auxilium quæsitum.

Malignè.

Hist. (a) Quid est.

Adverbium (a) est; & sonat: *Perversè, invidè, malevolè.* Apud Ecclesiasticum monetur homo; (b) ut simplici corde ambulet coram Deo, ne in medio Synagogæ elidatur ab ipso, quia ad eum malignè, hoc est, perversè, & animô depravatô, accessit.

Eccli. 1. 40. (b) Malignè ad Deum accedens elidendus.

Malignitas.

Hist. (a) Quid est.

Mala, (a) *& perversa voluntas* est. De iniquis loquens David, ait ad Dominum:

Pfalm. 34. 17. (b) Auxilium quæsitum contra malignitatem impiorum. (b) *Restituit animam meam à malignitate eorum &c.* Et in libro Sapientiæ edducuntur
iniqui, de se ipsis dicentes: (c) *In malignitate nostra consumpti sumus.* Itemque dicitur,
Sap. 5, 13. (c) Malignitas consumens. quòd (d) *malignitas evertet sedes potentium.*
Apud Baruch Judæi in captivitate petunt à Deo,
- - 24. (d) Eadem evertens sedes potentium. flentes, executionem promissorum, quibus iis
dixerat: (e) *Avertent se à dorso suo duro, & à*
Baruch. 2, 33. (e) Judæi petentes à malignitatibus averti. *malignitatibus suis.* Ad Romanos scribens,
Apostolus eis ait, quòd colentes creaturam pro
Deo, repleti sunt (f) *homicidio, contentione,*
Rom. 1, 29. (f) Idololatræ malignitate repleti. *dolo, malignitate, &c.*

Malignus, a, um.

Hist. (a) *Invidus: Malevolus: Perversus.* In
(a) Quid hæc vox cujus textus notis signatur, ubi locus. Job legimus ab Eliphaz dictum de Deo, quòd
ipse est, *qui dissipat cogitationes malignorum, ne*
possint implere manus eorum, quod ceperant. Et
Job. 5, 12. Baldad ajebat: *Deus non projiciet simplicem, nec*
- 8, 20. *porriget manum malignis.* Deo dicit David:
Psal. 5, 6. *Non habitabit juxta te malignus.* Contere bra-
- 10, 15. *chium peccatoris, & maligni;* & asserit, quòd
- 14, 4. *ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus.* Et de se ait: *Declinantem a me malignum*
- 100, 4. *non cognoscebam.* Insuper habet: *Declinate à*
- 118, 115. *me maligni; & scrutabor mandata Dei mei.*
Laudansque Deum, eum dicit esse, (b) *qui re-*
- 143, 10. (b) Deus liberans David de gladio maligno. *demisti David servum tuum de gladio maligno.*
Apud Baruch Judæi in captivitate fassi sunt:
Baruch. 1, 22. (c) Cor Judæorum malignum. (c) *Abivimus unusquisque in sensu cordis nostri*
maligni, operari Diis alienis, facientes mala ante
oculos Domini Dei nostri. (d) Spiritus maligni,
Luc. 8, 2. (d) Liberatæ mulieres per J. Ch. à Spiritibus malignis. dæmones nuncupantur, & ab iis liberatas mu-
lieres aliquas à Domino Christo habemus. Ja-
cobus, scribens iis, qui in superbiis suis exulta-
Jac. 4, 16. bant, ait: *Omnis exultatio talis maligna est,*
h. e. mala, & depravata. Joannes item scribens
1. Joan. 2, 13. (e) Diabolus antonomasticè dictus malignus, ubi expl. text. ad fideles, adolescentibus dicit: (e) *Scribo*
vobis, adolescentes, quoniam vicistis malignum;
diabolum nempe, qui talis antonomasticè vo-
- - 14. (f) Et idem victus ab adolescentibus, & juvenibus. catur. Et juvenibus: (f) *Scribo vobis, juvenes, quoniam fortes estis, & verbum Dei manet in vobis, & vicistis malignum;* diabolum
scilicet, ut supra. Et monens fideles, ut sese in-
vicem ament, subdit: (g) *Non sicut Cain, qui ex*
- 3, 12. (g) Cain ex maligno, & opera ejus maligna. *maligno erat, & occidit fratrem suum. Et*
propter quid occidit eum? quoniam opera ejus
maligna erant: fratris autem ejus justa. Item
- 5, 18. (h) Malignus non tangit natum ex Deo. ponit: *Scimus,* (h) *quia omnis, qui natus est*
ex Deo, non peccat: sed generatio Dei conservat eum, & malignus non tangit eum. Scimus
- - 19. (i) Mundus totus in maligno positus. *quoniam ex Deo sumus:* (i) *& mundus totus*
in maligno (sumitur hic substantivè pro *malignitate,*) *positus est.* Et de quocunque hæretico
2. Joan. v. 11. dicit: *Qui dicit illi ave, communicat operibus*
ejus malignis. Et de Diotrephe inquit: *Si venero, commovebo ejus opera, quæ facit,* (k) *ver-*
3. Joan. v. 10. (k) Diotrephes verbis malignis garriens. *bis malignis garriens in nos. &c.*

Malitia.

Perversitas (a) *illa, quæ contraria est vir-*
Hist. *tuti, & bonitati,* malitia propriè dicitur; & a-
(a) Quid hæc vox, cujus textus, notis signantur, ubi locus. liquando sumitur pro *prava illa intentione, quâ*
quis datâ operâ malè agit; item pro *Versutia;*
unde interdum apud antiquos videtur hæc di-
ctio in malam modò in bonam partem
sumpta. Ab homine metaphoricè derivat ad
alia, & solet sumi pro *mala qualitate,* pu-
ta aëris, loci, animalis &c. Sic dicitur cæ-
li malitia; aëris, terræ &c. malitia.

Ita & accipitur pro *afflictione & pœna.* Deus
videns, quod *multa malitia hominum esset in ter-* Gen. 6, 5.
ra, diluvium misit in terram. Jacob, mori-
ens filio suo Joseph dixit: *Obsecro, ut obliviscaris sceleris fratrum tuorum, & peccati, atque* - 50, 17.
malitiæ, quam exercuerunt in te. Samuel Ju-
dæis dixit: *Si perseveraveritis in malitia: &* 1. Reg. 12, 25.
vos, & Rex vester pariter peribitis. David ro-
gans Jonatham, ut verba faceret de se Patri e-
jus, dedit ei signum: (b) *Si* (Saul) *dixerit: benè,* - 20, 7.
pax erit servo tuo; si autem fuerit iratus, scito, (b) David timens malitiam Saul.
quia completa est malitia ejus; promisitque Jo-
nathas ipsi David: (fieri non potest,) *ut si cer-* - - 9.
tè cognovero completam esse patris mei mali-
tiam contra te, non annuntiem tibi. Si (c) *per-* - - 13.
severaverit Patris mei malitia adversùm te, re- (c) Malitia Saul in Davidem revelanda à Jonatha.
velabo aurem tuam, & dimittam te, ut vadas
in pace &c. Abigail, monita, quòd in virum
suum Nabal David iratus esset; (d) essetque - 25, 17.
completa malitia ejusdem David (h. e. mala (d) Malitia David in Nabal completa.
voluntas) adversùs illum, munera ipsi David
præparavit (vid. *Nabal: Abigail.*) & tulit, ro-
gans eum: (e) *Malitia non inveniatur in te omni-* - - 28.
bus diebus vitæ tuæ, mala scilicet voluntas, & (e) Eadem per Abigail ablata, ubi expl. text.
intentio contra virum meum: Cùm autem ter-
rore, & timore Nabal obiisset, David dixit:
Malitiam Nabal reddidit Dominus in caput e- - - 39.
jus; h. e. iniquitatem. De filiis Sarviæ alibi
conquerens autem ait: *Viri isti filii Sarviæ du-*
ri sunt mihi: (f) retribuat Dominus facienti 2. Reg. 3, 39.
malum, juxta malitiam suam. Salomon, damna- (f) Malitia filiorum Sarviæ.
turus morte Semei, ei memorans, quæ Davidi
fecerat, addidit: *Reddidit Dominus malitiam* 3. Reg. 2, 44.
tuam in caput tuum. (Vid. Semei.) Jabes Deum 1. Par. 4, 10.
Israel rogabat, ne faceret eum à malitiâ op-
primi.

Esther, procidens ad pedes Assueri, oravit,
flens, (g) *ut malitiam Aman Agagitæ, & ma-* Esther. 8, 3.
chinationes ejus pessimas, quas excogitaverat con- (g) Malitia Aman irritanda.
tra Judæos, juberet irritas fieri. Eliphaz argu-
ens Job, ei dicebat: *Numquid timens arguet te* Job. 22, 4.
(Dominus,) *& veniet tecum in judicium, & non* - - 5.
propter malitiam tuam plurimam, & infinitas ini-
quitates tuas? De injusto dicitur in Psalmis,
quòd *malitiam non odivit.* Et peccatori asser- Psal. 35, 5.
tur Deum dixisse: *Os tuum abundavit mali-* - 49, 19.
tiâ, &c. Ita in iniquo dicitur: *Quid gloria-* - 51, 3.
ris in malitia, qui potens es in iniquitate. Di- - - 5.
lexisti malitiam super benignitatem. Et poni-
tur, quòd Deus *in malitia eorum disperdet* (pec- - 93, 23.
catores) quòd *posuit terram fructiferam in sal-* - 106, 34.
suginem, a malitia inhabitantium in ea. Et ad
Dominum sit David: *Non declines cor meum* - 140, 4.
in verba malitiæ, ad excusandas excusationes
in peccatis.

In Proverbiis est: *In malitia sua expelletur* Prov. 14, 32.
impius: sperat autem justus in morte sua. Qui - 26, 26.
operit odium fraudulenter, revelabitur malitia
ejus in concilio. Eccl. habet: *Hæc quoque vidi* Eccle. 7, 16.
in diebus vanitatis meæ: (h) justus perit in justitiâ (h) Impius vivens in malitia sua.
suâ, & impius multo vivit tempore in malitia
sua. Corda filiorum hominum implentur mali- - 9, 3.
tia, & contemptu in vita sua, & post hæc ad infe-
ros deducentur. Aufer (juvenis) *iram in corde* - 11, 10.
tuo, & amove malitiam à carne tua. De im-
piis est in libro Sapientiæ, quòd *excæcavit illos* Sap. 2, 21.
malitia eorum contra justum. De Justo, mor-
te præoccupato, ponitur, quòd *raptus est, ne* - 4, 11.
malitia mutaret intellectum ejus &c. & quòd
inconstantia concupiscentiæ transvertit sensum, - - 12.
sine

Sap. 7. 30. *sine malitia*, h. e. advertentiâ; Item quòd *sapi-
entiam non vincit malitia.* Et quòd Deus er-
- 12. 2. rantes monet, ut *relictâ malitiâ* in se ipsum
- - 10. Deum credant; dabatque *locum pœnitentiæ non
ignorans, quoniam nequam est natio eorum, &
- - 20. naturalis malitia ipsorum*; Ipsis *dans tempus,
& locum per quæ possent mutari à malitia.* Et
- 16. 14. tandem, quòd *homo* (i) *occidit quidem per mali-*
(i) Homo occidit per malitiam. *tiam, & cùm exierit Spiritus, non revertetur,
nec revocabit animam, quæ recepta est.*

Eccli. 9. 1. In libro Ecclesiastici scribitur: *Non zeles
mulierem sinûs tui, ne ostendat super te malitiam
- 18. 29. doctrinæ nequam. Malitia horæ oblivionem fa-
cit luxuriæ magnæ, & in fine hominis denudatio
- 12. 8. operum illius. Non agnoscetur in bonis amicus,
& non abscondetur in malis inimicus, in bonis
- - 9. viri, inimici illius in tristitia: & in malitia il-
lius, amicus agnitus est.* (Vid. *Amicus: Inimi-
- 13. 15. cus:*) *Immitis animus* (potentioris) *conserva-
bit verba tua: & non parcet de malitia, & de
- 14. 6. vinculis. Qui sibi invidet, nihil est illo nequius,
- - 7. & hæc redditio est malitiæ illius. Et si benefe-*
(k) Invidens sibi ultimò malitiam suam ostendit. *cerit, ignoranter, & non volens facit:* (k) *& in
novissimo manifestat malitiam suam. Non omnia
- 17. 29. possunt esse in hominibus, quoniam non est immor-
talis filius hominis, & in vanitate malitiæ placue-
- 19. 5. runt. Qui gaudet iniquitate, denotabitur; &
qui odit correptionem, minuetur vita; & qui o-
- - 6. dit loquacitatem, extinguit malitiam. Qui
peccat in animam suam, pœnitebit; & qui ju-
- 25. 17. cundatur in malitia, denotabitur. Omnis pla-
ga, tristitia cordis est: & omnis malitia, ne-
- - 26. quitia mulieris. Brevis omnis malitia super
malitiam mulieris, sors peccatorum cadat super
- 30. 14. illam. Melior est pauper sanus, & fortis viri-
bus, quàm dives imbecillis, & flagellatus malitia.
- 33. 29. Multam malitiam docuit otiositas. Qui non est
- 34. 10. expertus, pauca recognoscit: qui autem in mul-
- 37. 3. tis factus est, multiplicat malitiam. O præsum-*
(l) Terra cooperta malitiâ. *ptio nequissima, unde creata es* (l) *cooperire aridam
malitia, & dolositate illius* (h. e ficti amici.) Et de
- 46. 9. Josue dicitur, quòd (m) *in diebus Moysi miseri-*
(m) Josue & Caleb perstringentes murmur malitiæ *cordiam fecit ipse, & Caleb filius Jephone, stare
contra hostem, & prohibere gentem à peccatis, &
perfringere murmur malitiæ.*

Isai. 40. 2. Apud Isaiam habetur consolatio Jerusalem,
cujus malitia dicitur jam completa, h. e. finita.
- 47. 10. Et contra Babylonem est comminatio, quia fi-
duciam habuit in malitia sua. Itemque dicitur,
- 57. 1. quòd *à facie malitiæ collectus est justus.*

Jerem. 1. 16. Apud Jeremiam dicit Dominus, locutu-
rum se judicia *super omnem malitiam eorum*, qui
- 2. 19. ipsum dereliquerunt. Et contrà Israël ait: *Ar-
guet te malitia tua, & aversio tua increpabit te.
- - 33. Quid niteris bonam ostendere viam tuam, ad
quærendam dilectionem, quæ insuper & malitias
- 3. 2. tuas docuisti vias tuas &c. Polluisti terram in*
(n) Synagoga in suis malitiis terram polluens. *fornicationibus tuis,* (n) *& in malitiis tuis*; hinc
hortatur Judam, & Jerusalem, ut se convertant,
ne egrediatur inextinguibilis indignatio ejus
- 4. 4. *propter malitiam* (inquit) *cogitationum vestra-
- - 14. rum.* Et addit: *Lava à malitia cor tuum Je-
- - 18. rusalem, ut salva fias &c. Viæ tuæ & cogitationes
tuæ fecerunt hæc* (male) *tibi: ista malitia tua,
- 6. 7. quia amara, quia tetigit cor tuum. Sicut frigidam*
(perennem intellige) *fecit cisterna aquam suam*
(o) Malitia Jerusalem perennis, ubi expl. text. (o) *sic frigidam* (perennem) *fecit* (Jerusalem) *ma-
litiam suam. Malitia eorum* (Principum Jerosol.)
- - 19. *non sunt consumptæ*, h. e. non adhuc purgatæ
- 7. 12. sunt. *Ite ad locum meum in Silo, ubi habitavit
nomen meum à principio, & videte, quæ fecerim*

ei propter malitiam populi mei Israël. Quid est Jerem. 11. 15.
quod dilectus meus in domo mea fecit scelera (p) Malitia Jerusalem non tollenda per sacrificia.
multa? numquid carnes sanctæ (h. e. immolatæ:
nempe sacrificia) *auferent à te malitias tuas, in
quibus gloriata es? Usquequò lugebit terra, &* - 12. 4.
herba omnis (q) *regionis siccabitur propter mali-* (q) Punitio terræ propter habitantium malitiam.
tiam habitantium in ea? Hortatur item, ut re-
sipiscant à malis, ne accendatur inextinguibilis
indignatio Dei *propter malitiam* (ait) *studiorum* - 21. 12.
vestrorum. Insuper habet ad Judæam, & Je-
rusalem: *Omnes pastores tuos pascet ventus, &* - 22. 22.
*amatores tui in captivitatem ibunt: & tunc con-
fusa eris, & erubesces ab omni malitia tua.
Ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum ve-* - 23. 2.
strorum. In Prophetis Jerusalem vidi similitudinem - - 14.
*adulterantium, & iter mendacii, & confortaverunt
manus pessimorum,* (r) *ut non converteretur u-* (r) Malitia in Jerusalem.
nusquisque à malitia sua. Sic iterùm hortatur
Judæos Dominus, ut resipiscant, ut scilicet, in- - 26. 3.
quit, *pœniteat me mali, quod cogito facere eis propter
malitiam studiorum eorum*: sic *propter malitiam* - 32. 32.
filiorum Israel, & filiorum Juda, se provocatum
ad indignationem, dicit Deus; seque abscon- - 33. 5.
disse à Jerusalem faciem suam; nec non indu- - 44. 3.
xisse malum super eam; ac terram in desola- - - 22.
tionem fecisse.

Apud Ezechielem intimatur væ Jerusalem Ezech. 16. 23.
(s) *propter omnem malitiam* ejus; post enim o- (s) Væ Jerusalem propter malitiam ejus.
mnem malitiam suam iterum in mala pejora
collapsa est: & ei exprobrans Dominus, dicit: - - 57.
(t) *Non fuit Sodoma soror tua audita in ore tuo* (t) Malitia Jerusalem duplò major malitia Sodomæ; cum etc.
(q.d. nihil curasti de Sodomâ castigatâ loqui)
in die superbiæ tuæ, antequam revelaretur (&
nota fieret duplò major) *malitia tua.* Cùm
tamen Judæis appromittat, se eos ex captivita-
te reducturum, ait: (u) *Displicebitis vobis in* - 20. 43.
conspectu vestro in omnibus malitiis vestris, quas (u) Displicentia futura Judæorum in malitiis suis.
fecistis. Daniel, orans, & confitens in captivita-
te peccata populi sui, dicebat: (x) *Vigilavit Do-* Dan. 9. 14.
minus super malitiam, & adduxit eam super nos. (x) Deus malitiam Judæorum super eos adducens.
Apud Oseë legitur: (y) *Cùm sanare vellem Israel, re-* Osee. 7. 1.
velata est iniquitas Ephraim, & malitia Samariæ, (y) Malitia Samariæ.
*quia operati sunt mendacium; & fur ingressus
est spolians, latrunculus foris. Et ne fortè dicant* - - 2.
*in cordibus suis omnem malitiam eorum me recor-
datum: nunc circumdederunt eos adinventiones* - - 3.
*suæ, coram facie mea factæ sunt. In malitia sua
lætificaverunt Regem; & in mendaciis suis Prin-
cipes. Ego erudivi eos, & confortavi brachia eo-* - - 15.
rum: & in me cogitaverunt malitiam. (z) *Propter* - 9. 15.
malitiam adinventionum eorum, de domo mea eji- (z) Judæi ejiciendi de domo Dei propter malitiam eorum.
ciam eos; &c. Minaturque eis Dominus facien-
dum esse, sicuti in Bethel *à facie malitiæ nequitia-* - 10. 15.
rum (eorum.) Joël hortatur Judæos ad pœni-
tentiam, addens: *quia benignus, & misericors,* Joel. 2. 13.
(ea) est (Dominus,) *patiens, & multæ misericor-* (aa) Deus præstabilis super malitia.
diæ, & præstabilis super malitia. Et ubi dicit Do-
minus, se gentes, affligentes Judæos, judicaturum,
habetur: *Mittite falces, quoniam maturavit mes-* - 3. 13.
sis: venite, & descendite, quia plenum est torcular, (ab) Malitia Gentium multiplicata.
exuberant torcularia: (ab) *quia multiplicata est
malitia eorum.* Jonæ dictum est à Domino: Jon. 1. 2.
Surge, & vade in Niniven, civitatem grandem, & (ac) Malitia Ninivis coram Deo ascendens.
prædica in ea, (ae) *quia ascendit malitia ejus co-
ràm me*; & cùm vidisset Deus, quòd Ninivitæ - 3. 10.
conversi essent à malo, notatur, quòd *misertus est
- - - super malitiam, quam locutus fuerat, ut
faceret eis, & non fecit:* Orans autem Jonas su-
per hoc, dicebat Domino: *Scio,* (ed) *quia tu* - 4. 2.
Deus clemens & misericors es, patiens, & multæ (ad) Deus ignoscens super malitia.
miserationis, & ignoscens super malitia.

Apud

Nahum. 1, 11. — 3, 19. (ae) Malitia Ninivis super omnes transiens.

Apud Nahum dicitur : *Ex te* (ô Ninive) *exibit cogitans contra Dominum malitiam*; ejusdem autem urbi vastationem prædicit Propheta; *quia* (inquit)(ae) *super quem non transiit malitia tua semper?*

1. Mach. 5, 4. (af) Malitia filiorum Bean. — 7, 42. (ag) Nicanor judicandus secundum malitiam ejus. — 9, 61. (ah) Principes malitiæ contra Judam Machab. occisi. — 10, 46. (ai) Malitia magna Demetrii in Israel. — 13, 46.

Judas Machabæus *recordatus* (af) *malitiam filiorum Bean, qui erant populo in laqueum, & in scandalum, insidiantes ei in via*, illos debellavit, & perdidit. Orans idem Dominum, jamjam congressurus cum Nicanore, blasphemo, dicebat : (ag) *Judica illum secundùm malitiam illius*. Bacchides, vocatus ab iniquis Judæis, ut apprehenderet Jonathan Machabæum, cùm evanuisset hujusmodi consilium, (ah) *apprehendit de viris regionis, qui Principes erant malitiæ, quinquaginta viros, & occidit eos.* Idem Jonathas, & populus Alexandri Regis partes secuti sunt, non adhærentes Demetrio, *quia recordati* (ai) *sunt malitiæ magnæ, quam fecerat in Israel, & tribulaverat eos valdè.* Simone Machabæo, debellante Gazam, qui erant in civitate, clamaverunt precantes: *Non nobis reddas secundùm malitias nostras, sed secundùm misericordias tuas.*

2. Mach. 3, 32. (ak) Heliodorus punitus sine Judæorum malitiâ. — 4, 4. (al) Malitia Simonis contra Oniam. — 41. — 50. (am) Menelaus crescens in malitiâ. — 7, 31. (an) Antiochus Epiph. inventor omnis malitiæ. — 9, 6. (ao) Idem non cessans à malitiâ punitus.

Summus Sacerdos Onias, *ne Rex suspicaretur* (ak) *malitiam aliquam ex Judæis circa Heliodorum* (ab Angelis percussum), *obtulit pro salute viri hostiam salutarem.* Notatur, quòd Apollonius (al) ad augendam malitiam Simonis, qui accusabat Oniam apud Antiochum Epiphanem, ferè insaniebat. Item, quòd Menelaus, etiamsi convictus apud eundem Regem esset, & universæ esset malitiæ reus; attamen pecuniâ mediante, absolutus est, deinde (am) *crescens in malitia ad insidias civium.* Septem fratrum Machabæorum martyrum minimus ad Antiochum Epiphanem ajebat : (an) *Tu, qui inventor omnis malitiæ factus es in Hebræos, non effugies manum Dei.* De hoc autem Rege scribitur, quòd non cessans ullo modo (ao) *à sua malitia*, maximis percussus viscerum doloribus obiit.

Matth. 6, 34. (ap) Sufficit diei malitia sua; ubi expl. text. Rom. 1, 29. (aq) Gentes repletæ malitiâ. 1. Cor. 5, 8. (ar) Pascha celebrandum non in fermento malitiæ. — 14, 20.

JEsus suis dicebat : Nolite soliciti esse in crastinum: *Crastinus* (ap) *enim dies solicitus erit sibi ipsi; sufficit diei malitia* (h. e. afflictio) *sua.* De Gentibus scribit ad Romanos Paulus, quòd (aq) repletæ sunt omni iniquitate, & malitiâ. Corinthios monet, ut veteri expurgato vitiorum fermento, Pascha puri celebrent, *non in fermento veteri*, (ar) *neque in fermento malitiæ, & nequitiæ; sed in azymis sinceritatis, & veritatis.* Ita eis dicit : *Nolite pueri effici sensibus, sed malitiâ parvuli estote : sensibus autem perfecti estote.*

Ephes. 4, 31. (as) Malitia omnis auferenda. Coloss. 3, 8. (at) Eadem deponenda. Tit. 3, 3.

Ad Ephesios habet : (as) *Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis, cum omni malitia.* Ita ad Colossenses habet : *Nunc autem deponite & vos omnia : iram, indignationem*, (at) *malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro.* Ad Titum verò dicit : *Eramus aliquando & nos insipientes - - - in malitia, & invidia agentes &c.*

Jacob. 1, 21. (au) Eadem abjicienda. 1 Petr. 2, 1. (ax) Item deponenda. — 2, 16. (ay) Fideles sint, non quasi velamen habentes libertatem.

Jacobus ad fideles scribit : *Abjicientes omnem immunditiam, &* (au) *abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest salvare animas vestras.* Et Petrus (ax) ait : *Deponentes omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & invidias, & omnes detractiones, sicut modò geniti infantes, rationabile, sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis in salutem.* Sic vult ut obtumescere faciant *imprudentium hominum ignorantiam*, (ay) *quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut servi Dei.*

Malitiosè.

Hist. (a) Quid est. Dan. 13, 43. (b) Susanna malitiosè accusata.

Idem est, (a) ac *pravè, & perversè.* Susanna falsò accusata, clamabat ad Dominum : *Ecce morior, cùm nihil horum fecerim, (b) quæ isti malitiosè composuerunt adversùm me* (Senes scilicet). Vid. *Susanna.*

Malitiosus.

Hist. (a) Quid est. 1 Reg. 25, 3. (b) Nabal vir malitiosus.

(a) *Pravus, dolosus, & perversus*; qualis erat Nabal, maritus Abigail, vir *durus*, (b) *& pessimus, & malitiosus.*

Malleator.

Hist. (a) Quis sit. Gen. 4, 22. (b) Tubalcain malleator. Job. 41, 15. (c) Cor Leviathan, ut incus malleatoris.

Qui (a) *malleo utitur* ad operandum Malleator dicitur, & *Faber* eo nomine venit, viderturque præcipuè venire *Faber ferrarius.* Tubalcain, (b) filius Sella, *fuit malleator, & faber in cuncta opera æris, & ferri.* De Leviathan dicitur in Job : *Cor ejus indurabitur, tanquam lapis, &* (c) *stringetur quasi malleatoris incus.*

Malleus. Malleolus.

Hist. (a) Quid hæ voces, quarum sensus sine notis ponuntur, ubi non est locus.

Instrumentum (a) *fabrile notissimum, ita dictum, quòd res duras molliat; quasi molleus,* Malleus est; Cujus dictionis diminutiva est *Malleolus* h. e. *parvus malleus*; in sacrâ tamen Scripturâ non sumitur Malleolus pro parvo malleo, sed pro *vitis palmite, seu surculo utrinque ad modum mallei capitulato*; unde *vitis sarmentum*, quod deciditur, significat; nisi tamen significare velis numero multitudinis *fasciculos ex pice, sulphure, aliisq́; hujusmodi incendii fomitibus compositos*; & sic sive sarmentum sit malleolus, sive fasciculos prædictos referat, semper ad incendium paratam, & idoneam exhibet in suâ significatione materiam, ac si ad emolliendum res igne promptam.

Judic. 4, 21. — 5, 26. (b) Malleo clavus infixus cerebro Sisaræ. 3 Reg. 6, 7. (c) Malleus non auditus in Templo, cùm ædificaretur, ubi e. c. Job. 41, 20. Prov. 19, 29. (d) Mallei parati in stultos. Eccli. 38, 30. (e) Vox mallei in auribus fabri. Isai. 41, 7. (f) Idolum malleo cusum. — 44, 12. Jerem. 10, 4.

Pro dictione *Malleus*, legimus in sacris litteris, quòd Jahel (b) malleo clavum infixit cerebro Sisaræ dormienti. (Vid. *Jahel: Sisara:*) quod deinde cecinerunt Barac, & Debbora. Mirum est, quod scribitur de templo à Salomone fabricato, scilicet, quòd *&* (c) *malleus, & securis, & omne ferramentum non sunt audita in domo, cùm ædificaretur*; afferebantur enim lapides è lapidicinis quadrati, dolati, & in eâ domo, seu templo tantùm suis locis aptabantur. De Leviathan apud Job legitur, quòd *quasi stipulam æstimabit malleum, & deridebit vibrantem hastam.* In Proverbiis ponitur : *Parata sunt derisoribus judicia* : (d) *& mallei percutientes stultorum corporibus.* Et in Ecclesiastico de fabro ferrario est : *Vox mallei* (e) *innovat aurem ejus, & contra similitudinem vasis oculus ejus.* Apud Isaiam disceptans Dominus de vanitate Idolorum cum idololatris, fabri ærarii (f) exhibet artem percutientem malleo idolum, quod cudebat; & fabri ferrarii, *qui limâ operatus est in prunis, & in malleis formavit illud &c.* Idem est apud Jeremiam, ubi dicitur, quòd artifex *clavis, & malleis compegit* (idolum,) *ut non dissolvatur.* Et ubi Domini commina-

Jerem. 23. 29. (g) Verba Domini, ut malleus conterens petram.

minatio est ad pastores, inquit: *Numquid non verba mea sunt, quasi ignis, — & quasi* (g) *malleus conterens petram?* Et alibi ponitur de Babylone, quæ afflixerat populum Israël, vastatâ, super eâ admiratio dicentium: *quomodo* (h) *confractus est, & contritus malleus universæ terræ?*

— 50. 23. (h) Malleus terræ Babylon.

Pro dictione *Malleolus*. Apud Danielem legimus, quòd dum tres pueri Sidrach, Misach, Abdenago, erant in fornace Babylonicâ, *non cessabant*, (i) *qui miserant eos ministri Regis succendere fornacem Naphthâ, & stuppâ, & pice, & malleolis, &c.*

Dan. 3. 46. (i) Fornax Babylonica succensa malleolis.

Myst. *Satan*: *Dæmon* malleus universæ terræ dici potest; ex Origene.

Orig. ∫. Jer. hom. 3.

Sermo Dei, seu *Ultio divina* malleus est, conterens vitia, conterens peccatores; ex D. Gregor. Magn.

D. Greg. 34. m. 6.

Tentatio, *Tribulatio* malleus est, & malleo assimilatur, quo conteritur homo: & cùm in cælo, cujus figura est templum, nulla sit tentatio, nulla tribulatio, benè dictum, & factum est, quod in templo malleus non sit auditus; ex Ruperto.

Ruper. de glor. Trin. 6.

Timor Domini, quo percutitur & conteritur diabolus, in Jahelis malleo, quo teritur Sisara, repræsentatur; ex eodem Ruperto.

Idem ∫. Judic. 7.

Tribulatio. Vid. *Tentatio*.

Ultio divina. Vid. *Sermo Dei*.

Mallotæ.

Hist. (a) *Civitas Ciliciæ*, cui nomen Mallus, *cives* sunt, maritimæ ad ostia Pyrami fluvii positæ, olim episcopalis sub Tharsensi Archiepiscopo; hodie *malo* dictæ in Caramaniâ. Hi contra Antiochum (b) Eupatorem *seditionem* unà cum Tharsensibus *movere*, *eò quòd Antiochidi Regis concubinæ dono essent datæ*. Sonat hæc dictio: *Adimplentes*: *Adimpleti*.

(a) Quid significat hæc vox.

2. Mac. 4. 30. (b) Mallotæ seditionem contra Ant. Eupatorem moventes; & vocis signific.

Maloch.

Hist. I. *Filius* (a) *Hasabiæ*, & pater Abdi fuit Maloch in Tribu Levi.

1. Par. 6. 44. (a) Quis primus.

II. Alius ejusdem nominis fuit (b) *de filiis Harem*, & qui, alienigenam uxorem cùm duxisset, eam debuit repudiare sub Esdra. Significat: *Regnans*: *Consulens*.

1. Esdr. 10. 32. (b) Quis secundus.

Malogranatum, arbor, fructus.

Hist. *Malum* (a) *granatum* propriè dicitur, & nomen hoc habet, eò quòd granis abundat in se rubicundis; sive quòd in illa Hispaniæ parte, quæ Bætica dicitur, & *Granata* nominatur, frequens sit hoc malum, sive arbor hæc; quæ etiam dicitur cum fructu suo *malum punicum*, seu *malus punica* respectivè, quòd à Punicâ Carthaginensi Regione in Europam transtulerit quis. (b) Arbor non multum procera est, angusta habens folia, viroris quidem nitidi, & expoliti, at levioris, florem gignens, qui in sativa, seu domestica arbore *Cytinus* dicitur; in silvestri *Balaustium*, puniceo quidem colore, inde rubicundum producit pomum duro contectum cortice, tegmine, aut putamine fere coriaceo quod, florem ipsum in supremâ habens parte, coronatum apparet: Grana habet hoc pomum intùs ruboris exuberantissimi, succulenta, angulosa, & congerie numerosâ inter se arctissimè compacta, membranis ea variis, septis veluti, aut loculis, flavi coloris distinguentibus. Cortex amarus est: Grana verò in aliquibus dulcia sunt, in aliis acida, in aliis medii saporis, (c) semper tamen vinosa, mitigandæ siti, & refrigerando hepati accommoda, cruentis, ac dysentericis fluxionibus curandis apta; & acida quidem ventris profluvia prohibere habentia, & affectam partem corroborare: Ita semi apertum dum ex arbore pendet, ut solet, pomum miro oculis blanditur modo speciosum; collectumque gustum saluberrimi succi sapore suavissimo delectat.

(a) Quid est; & causa nominis; & alia ejus nomina.

(b) Descriptio arboris, & fructûs hujus.

(c) Usus in Medicina.

Hinc in sacris litteris habemus, (d) quòd ad pomi Malogranati similitudinem jussit Dominus orbiculata confici poma, ac tintinnabula foraminosa in formam mali punici, in quibus jucundum illud appareret granorum blandimentum; & hæc in extrema parte tunicæ sacerdotali per gyrum appendi; vocanturque absolutè in sacra pagina malogranata, inter quæ ponebantur aurea tintinnabula. Eodem modo, in ornamentis duarum columnarum de mandato Salomonis fabrefactarum Jachin, & Booz, (e) malogranata ærea posita sunt, quorum *ducenti ordines erant in circuitu capitelli secundi*, eranque *malogranata quadringenta in duobus retiaculis*: *duos versus malogranatorum in retiaculis singulis ad operiendos funiculos capitellorum*, qui erant super capita columnarum: quæ postea omnia cesserunt tractu temporis in prædam Regis Babylonis. Hæc eadem malogranata describuntur in variis sacræ Scripturæ locis (f) modò centena, modò ducenta, modò quadringenta numero posita, modo nonaginta sex pendentia; at respectus debet haberi eorum dispositioni in hujusmodi columnis, quæ varios ordines habebat; unde modò quæ in uno, modò quæ in altero ordine erant, numerantur; sic modò quæ hunc, modò quæ illum efficiebant ornatum; & aliquando omnia simul. Sic ergo malogranata ærea fuerunt in similitudine verorum. Vid. *infrà*.

Exod. 39. 23. (d) Malogranata in tunica Aaron.

3. Reg. 7. 18. 20. & 42. 4. Reg. 25. 17. (e) Malogranata ærea in capitibus columnarum Booz, & Jachin.

2. Par. 3. 16. — 4. 13. Jer. 52. 22. — — 23. (f) Explicatio.

In aliis autem textibus de malagranato sive arbore, sive fructu vero mentio est: & primò videtur Ægyptus malogranatis abundâsse, ubi murmurantes in deserto Judæi adversùs Moysen, & Aaron dicebant: *Quare nos fecisti ascendere de Ægypto, & adduxistis in locum istum pessimum, qui seri non potest, qui nec ficum gignit, nec vineas*, (g) *nec malogranata, insuper, & aquam non habet ad bibendum?* abundabat & terra Chanaan; ubi legimus inter dotes (h) terræ promissionis, quòd esset terra, *in qua ficus, & malogranata, & oliveta nascuntur*. Et in Magron (i) malogranatum erat, sub quo morabatur Saul, cùm in campo esset contra Philisthæos ad bellandum. (V. *Magron*.) Joël vaticinando contra Judæos, dicebat: *Vinea confusa est, & ficus elanguit*: (k) *Malogranatum, & palma, & malum, & omnia ligna agri aruerunt; quia confusum est gaudium à filiis hominum*. Et apud Aggæum appromittens Dominus Judæis, post inceptam Templi ædificationem, omnia futura prospera, dicit: *Numquid jam semen in germine est: & adhuc vinea, & ficus, & (l) malogranatum, & lignum olivæ non floruit? ex die ista benedicam*.

Num. 20. 5. (g) Judæi conquerentes, quòd in deserto non gignerent malogranata.

Deut. 8. 8. (h) Eadem erant in Chanaan.

1. Reg. 14. 2. (i) Saul sub malogranato in Magron.

Joel. 1. 12. (k) Malogranatum arescens pro vaslitate designanda.

Agg. 2. 20. (l) Item idem florescens signum abundantiæ, &c.

Exod. 28. 33.
- - 34.
- 39. 22.
- - 24.
(m) Mala punica in tunica sacerdotali ex hyacintho, cocco, &c.
Cant. 4. 3.
- - 13.
(n) Genæ Sponsæ mysticæ, ut cortex mali punici, &c.
- 6. 6.
- - 10.
(o) Mala punica in horto ejusdem

Porrò cùm idem sit malo granatum, ac *malum punicum*, hic etiam eos textus apponere, quæ ad hanc secundam pertinent denominationem visum est, ut unà simul omnia congesta habeantur, quæ eandem significationem induunt. Explicatur materia malo granatorum, de quibus supra meminimus, per tunicæ sacerdotalis circuitum apponendorum immixtis tintinnabulis; ut scilicet (m) mala punica essent ex hyacintho, purpurâ, & cocco bis tincto; *ita ut tintinnabulum* (esset) *aureum, & malum punicum: rursumq; tintinnabulum aliud aureum, & malum punicum*; ut factum est. Sponsus mysticus sponsæ suæ laudes afferens ait: *sicut* (n) *fragmen mali punici, ita genæ tuæ, absque eo, quod intrinsecus latet. Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum, cum pomorum fructibus. Sicut cortex mali punici, sic genæ tuæ absq; occultis suis.* Et Sponsa dicit: *Descendi in hortum nucum, ut* (o) *---- inspicerem, si ---- germinassent mala punica.* Et ad Sponsum ait: *Manè surgamus ad vineas, videamus, si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica, &c.*

Myst.

Ph. de vita Moysis

Aqua, ex Philone, designatur in malis punicis, quæ erant in veste sacerdotali.

D. Greg. M. l. 2. Reg. 14.

Christus, sub cujus umbra moratur, quicumque dæmonem oppugnat, figuratur in malo granato, sub cujus umbra quiescit, & morator Saul, oppugnans Philisthæos. Ex Div. Greg. Magno.

D. Hier. de mansion.

Consonantia, & varietas virtutum repræsentatur in malo granato, quod intra unum corticem multiplicia claudit grana; ex Div. Hier.

D. Ambr. Hexaem. 13.

Ecclesia, quæ quasi in cortice, in una scilicet congregatione credentium turbam tegit, malo granato assimilari potest, granorum multitudinem claudente; ex D. Ambrosio.

Elementum aqua. Vid. *Aqua.*

D. Hier. de vest. sac.

Fulgura in aere symbolizantur in malogranatis, in veste sacerdotali appensis; ex Div. Hieronymo.

Rup. l. 3. Reg.

Martyres, qui virtutum multitudinem congregant, dum pro Christo sanguinem suum fundere non dubitant, exprimuntur optimè in malo granato, succum habente ad effundendum, & grana plurima optimi saporis continente; ex Ruperto.

D. Greg. 3. Past. 4

Prædicatio unitatis sub uno charitatis cortice notatur in malis punicis, quæ juncta sunt tintinnabulis in veste sacerdotali; ex Div. Greg. Magno.

Rup. l. Cant. 3. 4. &c.

Verecundia denotatur in rubore granorum malogranati; inque eorum ordine, & distributione, *virtutum ordo, & gradûs*; ex Ruperto.

Varietas virtutum. V. *Concordia virtutum.*

Virtutes. V. *Concordia virtutum: Verecundia.*

D. Greg. l. Cant. 4

Vitium proximi, non detegendum, exhibetur in malogranatis vestis sacerdotalis, quæ tintinnabulis mixta non resonant. ex D. Greg. M.

Malum, subst.

Hist.

(a) Quid sonat, & quam varie hæc vox accipiatur, cujus textus notis non signantur, ubi non est locus.

Quod (a) *bono contrarium* est Malum dicitur, & sumitur pro *damno, infirmitate, miseria, opprobrio, periculo &c.* Ita datur *malum corporis*; & *malum animi*; *malum inhonestum*, scilicet *culpa*; *malum, quod opponitur delectabili*, videlicet *pœna*; *malum, quod opponitur utili*, quod est *damnum*; & *damnum in re.*

Gen. 2. 9. & 17.
(b) Lignum scientiæ boni, & mali in Paradiso.
- 3. 5.
- - 22.
(c) Adam sciens bonum, & malum.
- 6. 5.
- 8. 21.
(d) Homo in malum pronus.
- 19. 7. & 8.
(e) Lot dehortans à malo Sodomitas.
- - 19.
- 26. 29.
(f) Isaac rogatus, ne malum causaret Regi Geraræ.
- 31. 29.
(g) Laban prohibitus ne malum faceret Jacob.
- - 52.
- 39. 9.
- 41. 57.
(h) Malum inopiæ temperatum escarum emptione.
- 42. 4.
(i) Jacob cavens malum à Benjamin.
- - 11.
(k) Fratres Joseph protestati coram eo, se nihil mali machinari.
- - 36.
(l) Mala affligentia Jacob.
- 44. 4.
(m) Fratres Joseph inculati uti malum reddentes pro bono.
- 48. 16.
(n) Jacob à cunctis malis erutus.
- 50. 15.
(o) Fratres Joseph malum sibi ab eo timentes.
- - 20.
(p) Malum cogitatum contra Joseph, ei in bonum versum est.

In sacrâ paginâ habemus, quod Dominus posuit in medio *Paradisi* (b) *lignum scientiæ boni, & mali*; de quo comedendum esse præcepit Adam, at cum dæmon Evæ insinuaret, quòd si comedissent futuri essent sicuti Dii, *scientes bonum, & malum*; ideòque ipsa comedisset, & deinde viro suo dedisset, Deus dicens: (c) *Ecce Adam, quasi unus ex nobis factus est, sciens bonum, & malum*, è paradiso voluptatis ambos emisit; qui verè bonum, quod amiserant, & malum, quod acquisierant, cognovêre. Diluvium missum à Deo scimus, cùm vidisset, quòd hominum *cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore*; post quod, grata habens holocausta à Noë oblata, ait: (d) *Nequaquam ultra maledicam terræ propter homines: sensus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua.* Lot hortatur Sodomitas, ne Angelos, hospitio susceptos, violare tentarent, eis dicens: *Nolite quæso, fratres mei,* (e) *nolite malum hoc facere*; & dummodò nihil mali illis facerent, offerebat illis duas filias suas; timuit autem, ab imminenti pœnâ super Sodomis fugiens, in montem statim ascendere, ne apprehenderetur à malo, & moreretur. Rex Geraræ Abimelech, cum Magnatibus suis, rogavit Isaac, (f) ne faceret, h. e. causaret eis quicquam mali, videns Deum esse cum ipso. Laban iratus contra Jacob, è domo ejus abeuntem insalutati, cum persequens, & deinde consecutus, sic locutus est: *Valet manus* (g) *mea reddere tibi malum, sed Deus Patris vestri heri dixit mihi: Cave, ne loquaris contra Jacob quicquam durius*; proinde fœdus jurarunt, ne quis alteri in posterum malum inferret. Tentatus Joseph à Dominâ suâ, se ab eâ retrahebat dicens: *quomodo possum hoc malum facere, & peccare in Deum meum?* Sub eodem Joseph, Ægypti Prorege, *Omnes provinciæ veniebant in Ægyptum,* (h) *ut emerent escas, & malum inopiæ temperarent.* Benjamin non missus fuit cum fratribus à Jacob Patre in Ægyptum, *ne* (i) *forte* (ut parvulus) *in itinere quicquam* (pateretur) *mali.* Et ii protestati (k) sunt coram Joseph, se nihil mali machinari. Et cùm audiret Jacob, quod adhuc Benjamin, de mandato Proregis, debebant in Ægyptum adducere, considerans, quòd, ut retulerant, Joseph erat mortuus, Simeon erat in vinculis, Benjamin abducebatur, dixit: (l) *In me hæc omnia mala reciderunt.* Joseph recuperaturus ablatum sibi scyphum argenteum à fratribus suis, quem abscondi fecerat in sacco Benjamin, dispensatorem domûs post eos misit, qui apprehensis diceret: (m) *Quare reddidistis malum pro bono?* & captivum eum, apud quem repetisset, reduceret. Jacob, filius Joseph benedicturus, ita ortus est: (n) *Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis.* Timentes fratres Joseph, ne mortuo Patre Jacob, idem Joseph (o) redderet eis malum, quod fecerant, eum proni adoraverunt rogantes, ut oblivisceretur injuriæ (vid. *Joseph*:) At Joseph audierunt dicentem: *Vos* (p) *cogitastis de me malum; sed Deus vertit illud in bonum, ut exaltaret me &c.* Et eos non timere jussit. Pharaone premente Judæos, ob petitionem sibi factam, dimittendi eos, scribitur, quòd, ob negatas paleas in labore lateritio, non eis diminuto, *videbant se præpositi filiorum Israel in malo.* Lex præscripta Judicibus erat: *Non se-*

Exod. 5. 19.

queris

queris turbam ad faciendum malum. Orante Moyse pro populo idololatrâ, (q) *placatus est Dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat adversùs populum suum*; quod sæpè accidit. Excusavit autem se Aaron, quod idololatriæ populi assensus esset, dicens Moysi, objurganti: *Nosti populum istum, quod pronus sit ad malum.* Idem Moyses, (r) ne malis afficeretur, quibus angebatur ob assiduas, & varias murmurantium Judæorum petitiones, interfici potiùs expostulabat à Domino. Balaam, vocatus à Balac, & promissis stimulatus, ad maledicendum Israël respondit; quòd etiamsi domus plena argento sibi daretur, non poterat præterire sermonem Dei, (s) *ut vel boni quid, vel mali* proferret ex corde suo, præter id, quod ei dicebatur à Domino. Iratus Dominus contra Israël, scribitur circumduxisse eum quadraginta annis per desertum, *donec consumeretur universa generatio*, (t) *quæ fecerat malum in conspectu ejus*; & iis dictum est idcircò terram appromissam, quòd ingredientur *parvuli vestri, de quibus dixistis, quòd captivi ducerentur, & filii*, (u) *qui hodie boni, ac mali ignorant distantiam*, h.e. qui usûs rationis non capaces sunt. Caventur Judæi, ne fscientes sibi similitudinem aliquam, patrent (x) malum coram Domino, h.e. idololatriam committant; super quo notandum censeo, quod *patrare malum*; *facere malum* phrasis est sacræ paginæ, quâ innotescit ut plurimùm idololatria, & idem est, ac dicere, *idolis servire*; potest autem & ad alias significationes se extendere, ita ut unum determinatum facere crimen includat, & aliud indeterminatum non excludat: Hincque est, quòd sæpè sæpiùs reperiuntur hujusmodi dicendi modi in eadem sacrâ pagina, quorum loca (y) non afferenda, omnia esse putamus, si enim afferrentur, essent ad chartæ potiùs repletionem, quàm ad sacram eruditionem, ubi necesse non est; cùm etiam in variis dictionibus ii, qui malum fecerint, & patraverint coram Domino, notentur; unde nostrum erit, quos magis ad finem nostrum conducere dijudicamus, textus tantùm notare; interim addendo, quòd dum Judæi caventur à malo patrando, faciendo coram Domino, pœnis etiam terrentur. Ubi Pseudopropheta, à Deo avertens, jubetur occidi, additur populo, qui occiderit: & (z) *auferes malum de medio tui*; & hæc est alia phrasis in sacrâ Scripturâ solemnis: *auferre malum de Israël*: *auferre malum de medio, &c.* quâ quidem denotatur, quòd hæc, vel illa faciens, rectum amplectens, vitium vitans, & quæ mala sunt, tollens, & destruens, sive peccatum aufert, seu occasionem peccati, seu causam pœnæ, & castigationis, & iræ divinæ. Cùmque eadem sæpè repetatur, (aa) nos ea tantùm loca seligemus hîc notanda, quæ aliquam particularem sacram eruditionem habere censebimus, cæteris non rescriptis; quæ tamen vel in unâ, vel in altera dictione ponuntur. Homini à Deo dicitur (ab) præparata in præceptis ejus vita, & bonum; & è contrario mors, & malum; ita ut si servaverit præcepta, habebit prima; si non servaverit, secunda; & sic de idololatra Judæo, & fœdus cum Domino irritante, dicitur, quòd *invenient eum omnia mala, & afflictiones*; & quòd abscondetur ab eo facies Domini *propter omnia mala, quæ fecit, quia secutus est Deos alienos*; & additur, quod, (ac) *postquam invenerint eum ma-*

Exod. 32, 8.
- 32, 14. (q) Deus à Moyse orante placatus, ne malum faceret Israëli.
- - 22.
Num. 11, 15. (r) Moyses quærens se à malis eximere.
- 24, 13. (s) Balaam nihil mali potens dicere contra Is.
- 32, 13. (t) Judæi malum facientes coram Deo.
Deut. 1, 39. (u) Pueri Judæorum nescientes distantiam boni, ac mali; ubi expl. text.
- 4, 25. & alibi. (x) Caventur Judæi à faciendo malo; ubi e. t.
(y) Textus aliqui non afferendi in hac Phrasi.
- 13, 5. & alibi. (z) Malum auferendum de medio populi, ubi expl. text.
(aa) Textus aliqui in hac phrasi non afferendi.
- 30, 15. (ab) Malum paratum inobservantibus præcepta.
- 31, 17.
- - 18.
- - 20.
(ac) Mala super

la multa, & afflictiones, respondebit ei canticum (scilicet scripta in Deuteronomio monimenta) *pro testimonio, quod nulla delebit oblivio ex ore seminis sui.* Hæc autem omnia dicebat Moyses populo, cognoscens, quod post mortem ejus, Judæi iniquè agerent; unde ajebat: *Et occurrent vobis mala in extremo tempore, quando feceritis malum in conspectu Domini, ut irritetis eum per opera manuum vestrarum*: Canticum verò supra notatum concinit Moyses, & in eo observantibus legem ait Dominus: *Congregabo* (ad) *super eos mala, & sagittas meas complebo in eis.* Et Josue, moriturus, monuit eosdem Judæos, ut se in Dei mandatis omninò servarent, secus ac ajebat: *Sicut implevit opere, quod promisit, & prospera cuncta venerunt: sic adducet super vos quidquid malorum comminatus est, donec vos auferat, atque disperdat de terra hac optima, quam tradidit vobis &c.* Et similiter dicens eis: (ae) *Si malum vobis videtur, ut Domino serviatis, optio vobis datur*, serviendi videlicet diis alienis; cùm respondissent Judæi: *Absit à nobis, ut relinquamus Dominum, & serviamus diis alienis*, percussit nomine omnium fœdus cum Domino. In libro Judicum notatis pluribus vicibus, quibus Judæi malum fecerunt, idololatrando, coram Domino, & in conspectu ejus, ponitur occisio Abimelech, cui (af) *reddidit Deus malum, quod fecerat* - - - - *contra patrem suum, interfectis septuaginta fratribus suis.* Item notatur, quod Samson iratus de uxore sua alteri traditâ, protestatus est: (ag) *Ab hac die non erit culpa in me contra Philisthæos: faciam enim vobis mala.* Quòd senex, apud quem hospitabatur cum uxore sua Levita in Gabaa, cives hortabatur ut abstinerent à vi inferendâ uxori ejusdem Levitæ, dicens: (ah) *Nolite, fratres, nolite facere malum hoc &c.* Et sic memorabat eis hospitalem legem, & offerebat filiam suam. (*V. Benjamin*) Hinc cum auferretur malum ab Israël, sese univerunt Tribus aliæ, & armis oppugnaverunt Tribum Benjamin; & *factum est hoc malum in populo* - - - - *ut* - - - *una Tribus auferretur &c.* Philisthæi arcam Dei retinentes, malum grande passi sunt. Judæi Deum projecisse visi sunt à se, qui de universis malis eos liberavit, cùm Regem peterent; quòd grande malum reputatum est, aliis peccatis eorum additum, dictumque est universum malum, quasi de Deo, eorum Rege, diffiderent. Malum fecisse coram Domino accusatus est Saul, servans Amalec Regem, & partem prædæ ex Amalec habitæ. Jonathas, (ai) ut David certum faceret, an quicquam mali esset contra eum apud Saulem dedit signum quoddam sagittarum, ultra puerum emissarum (*V. Jonathas: Sagitta.*) Idem David, audito, quòd præpararet Saul adversùs eum clam malum, consulto (ak) oraculô, abiit Ceila. Idem, de spelunca Engaddi prosiliens, & Saulem, quem occidere poterat, & abstinuit, alloquens, dicebat: *Quare audis* (al) *verba hominum loquentium: David quærit malum adversùm te, &c.* Et narranti omnia, quæ evenerant, respondit Saul: (am) *Justior tu es, quàm ego; tu enim tribuisti mihi bona: ego autem reddidi tibi mala.* Conquestus item est David de Nabal, negante ei subsidium, qui illius omnia servaverat, dicens: *Reddidit mihi malum pro bono.* At Abigail eum pacavit, inter cætera ad pedes ejus ei dicens: *Fiant* (an) *sicut Nabal inimici tui; & qui quærunt Domino meo* (id est,

Judæos idololatras, & fœdifragos ventura.
- - 29.
- 32, 23. (ad) Idem super inobservantes legem.
Jos. 23, 15.
- 24, 15. (ae) Malum Deo non servire.
- - 16.
Judic. 2, 11, & alibi.
- 9, 56. (af) Deus malum reddens Abimelech, quod fecerat.
- 15, 3. (ag) Mala indicta à Samsone Philisthæis.
- 19, 23. (ah) Hospes Levitæ in Gabaa dehortans à malo Gabaitas.
- 20, 13.
- 21, 3.
1. Reg. 6, 9.
- 10, 19.
- 12, 19.
- - 19.
- - 20.
- 15, 19.
- 20, 13. (ai) Jonathas, ut David ab aliquo malo imminente salvaret, agens.
- 23, 9. (ak) David malum sibi cavens.
- 24, 10. (al) Idem dicens malum quærere contra Saulem.
- - 18. (am) Saul Davidi fatens, se ei pro bono reddere malum.
- 25, 21.
- - 26. (an) Abigail malum imprecans hostibus David.

1\. Reg. 25, 34. (id est, ipsi David) *malum.* Unde pacatus, gra-
tias Deo egit, qui eum prohibuerat ne malum
- - 39. ei faceret, custodiens eum à malo, (ao) quod
(ao) Malum in caput Nahal conversum. postea vertit idem Dominus in caput Nahal,
qui paulò post mortuus est. Aliâ vice David,
ad Gabaa Hachila, Saulem allocutus est, quem
- 26, 18. adhuc dormientem, servaverat illæsum: *Quam
ob causam Dominus meus persequitur servum
suum? quid feci? aut quod est malum in manu*
- 27, 11. *mea?* De Rege Achis scribitur, quòd credebat
Davidem multa operatum fuisse mala in popu-
- 28. 10. lum suum Israël (Vid. *Achis.*) Pythonissam, ad
(ap) Nullum malum Pythonissæ futurum promisit Saul. quam (ap) recurrit Saul, secoram idem fecit,
quod ipsi non evenisset quicquam mali. (Vid.
Pythonissa.) Achis, de quo supra, apud quem
David manebat, fugiens à facie Saul, ipsum Da-
vid à se recedere jussit, ita Satrapis volentibus,
protestans tamen, quòd non invenisset in eo
- 29. 6. *quicquam mali.* De filiis Sarviæ conquerens
2\. Reg. 3. 39. idem David: (aq) *Viri isti* (inquit) *filii Sarviæ*
(aq) Deus malum retribuens, juxta malitiam. *duri sunt mihi; retribuat Dominus facienti
malum, juxta malitiam suam.* Nathan, corri-
piens Davidem, post adulterium patratum, &
homicidium Uriæ, dicebat ei, ex ore Domini:
- 12. 9. *Quare contempsisti verbum Domini, ut faceres
malum in conspectu meo, &c. Ecce, ego suscitabo*
- - 11. *super te* (ar) *malum de domo tua, & tollam uxo-*
(ar) Malum futurum super David ex adulterio. *res tuas in oculis tuis, & dabo proximo tuo, &
dormiet cum uxoribus tuis in oculis solis hujus
&c.* Thamar, stupro infecta ab Amnon fra-
tre, & deinde exosa, expulsa inquiebat ad eum:
- 13. 16. (as) *Majus est hoc malum, quod nunc agis adver-*
(as) Malum Amnon erga Thamar. *sùm me, quàm quod antè fecisti, expellens me.*
Cùmque Absalom, quæ evenerant eidem Tha-
- - 22. mar, audisset, non est locutus ad Amnon (at)
(at) Absalom nec bonum, nec malum locutus ad Amnon super sororis stupro. *nec malum, nec bonum;* at in corde suo ultio-
nem meditatus est. Semei objurgans Davidem,
fugientem à facie Absalom, ei dixit: (au) *Ecce,*
- 16, 8. *premunt te mala tua, quoniam vir sanguinum es.*
(au) Mala super David, ei improperata. De consilio, ab Achitophel dato ad Absalum,
scribitur, quòd Domini nutu dissipatum est,
- 17. 14. (ax) *ut induceret Dominus super Absalom malum.*
(ax) Deus inducturus malum super Absalom. Petenti David à Chusi, qui à prælio venerat con-
tra Absalom, respondit idem Chusi: *Fiant, sic-*
- 18. 32. *ut puer* (Absalom) *inimici Domini mei, & univer-*
(ay) Mala consurgentibus in malum contra David. *si, qui consurgunt adversùs eum in malum.* Au-
ditâ ergo Absalom morte, amarè flevit Rex Da-
vid; at Joab verbis debuit à fletu surgere,
quippe ei dixit, quòd si non cessaret, & populum
non alloqueretur, omnes abirent ab eo, addi-
- 19. 7. ditque (az) *& pejus erit hoc tibi, quàm omnia*
(az) Joab malum comminatus Davidi non cessanti à fletu propter Absalom. *mala, quæ venerunt super te ab adolescentia tua
usque in præsens.*

Salomon Adoniam securum fecit, de eo
3\. Reg. 1, 52. dicens, quòd, (ba) si fuisset vir bonus, neque
(ba) Adonias salvus futurus, non patrans malum. læderetur capillo; sin autem malum inventum
fuisset in eo, moreretur. Idem ad Semei, qui
urbe exierat, ideòque reus erat, dixit: *Tu nôsti*
- 2. 44. (bb) *omne malum, cujus tibi conscium est cor*
(bb) Dominus malum reddens Semei, juxta malitiam ejus. *tuum, quod fecisti David Patri meo: reddidit
Dominus malitiam tuam in caput tuum.* Et
- 3. 9. (bc) ipsemet petiit à Deo cor docile, ad dis-
(bc) Cor docile ad discernendum bonum, & malum à Salomone quæsitum. cernendum *inter bonum, & malum.* Dominus
eidem Salomoni apparens, pronuntiavit, quòd
propter legis inobservantiam, & idololatriam
- 9. 9. induceret omne malum super Judæos, factos
2\. Par. 7. 22. ideircò in opprobrium aliarum gentium. *De*
3\. Reg. 11. 25. Adad notatur, quòd *erat adversarius Israeli*
(bd) Malum Adad unde venerit. *cunctis diebus Salomonis:* (bd) *& hoc est ma-
lum Adad, & odium contra Israel, regnavitque in*

Syria. (Vid *Razon.*) Mala (be) super domum 3. Reg. 14. 9.
Jeroboam se inducturum dixit Dominus per - - 10.
Ahiam Prophetam, eo quòd ille mala opera- (be) Mala ventura in domum Jeroboam male facientis.
tus esset, super omnes, qui fuerant ante eum.
Jehu, filius Hanani, Propheta occisus est, quia
in manu ejus factum fuit verbum Domini *contrà
omne malum, quod fecerat* (idem Baasa) *coràm* - 16. 7.
Domino. Interroganti Achab Eliam: *Num in-
venisti me inimicum tibi?* (bf) respondit Elias: - 21. 20.
Inveni, eò quod venundatus sis, ut faceres ma- (bf) Mala futura super Achab venundatum, ut faceret malum.
lum in conspectu Domini: Ecce, ego inducam (ita
addidit ex ore Domini) *super te malum, & de-* - - 21.
*metam posteriora tua, & interficiam de Achab
mingentem ad parietem, & clausum, & ultimum
in Israel;* dictusque est, venundatus Achab, *ut* - - 25.
*faceret malum in conspectu Domini; concitavit
enim eum Jezabel uxor sua.* Cùm autem humi-
liatus fuisset coram Domino, dixit Dominus:
Non inducam (bg) *malum in diebus ejus, sed in* - - 29.
diebus filii sui inferam malum Domui ejus. Idem (bg) Malum inferendum filio Achab.
Achab de Michæa, filio Jemla, Prophetâ dixit
Regi Juda Josaphat: *Ego odi eum, quia non pro-* - 22. 8.
phetat mihi bonum, sed malum; & cùm idem 2. Par. 18. 7.
propheraret, ut recederent à pugna adversùs Sy-
ros, dixit Achab ad Josaphat: (bh) *Numquid* 3. Reg. 22. 18.
non dixi tibi, quia non prophetat mihi bonum, sed 2. Par. 18. 17.
malum? at Dominus de eo mala locutus erat; - - 23.
quamvis Pseudoprophetæ prophetarent bona. E- (bh) Michæas mala prophetans ad Achab.
lisæus, apparente nuntio Regis Israel, qui venie-
bat, ut præcideret caput ejus, ait: (bi) *Ecce,* 4. Reg. 6. 33.
tantum malum à Domino est: quid amplius ex- (bi) Malum imminens Elisæo.
pectabo à Domino? (Vid. *Elisæus.* Idem flens co-
ram Hazaële interrogatus ab eo, cur fleret, re-
spondit: *quia scio, quæ facturus sis filiis Israel* - 8. 12.
mala. Joas, Rex Israël, incitatus ad bellum à
Rege Juda, Amasiâ, dicebat ei: (bk) *Quare* - 14. 10.
provocas malum, ut cadas tu, & Judas tecum? 2. Par. 25. 19.
Sub Manasse (qui inter cæteros Reges Juda, (bk) Amasias R. Juda malum sibi provocans.
qui etiam cum pluribus Regibus Israël fecerunt
malum coram Domino, idololatra fuit) sedu- 4. Reg. 21. 9.
cti Judæi fecerunt malum etiam super Gentes 2. Par. 33. 2. &c.
à Domino contritas; unde Dominus, in manu
Prophetarum locutus, dixit: (bl) *Ecce, ego in-* 4. Reg. 21. 16. &c.
ducam mala super Jerusalem, & Judam; ut qui- (bl) Mala inducenda à Domino super Jerusalem, & Judam.
cumque audierit, tinniant aures ejus. Beria, fi-
lius Ephraim, hoc nomine vocatus est, quod so-
nat: (bm) *In malo, in ululatione &c.* eò quòd 1. Par. 7. 23.
in malis domûs ejus ortus esset, h. e. dum flε- (bm) Beria in malis domûs suæ ortus ubi a text.
rentur infortunia familiæ ejus. Cùm Dominus,
Davide regnante, misisset pestilentiam in Israël,
& perculeretur populus, (bn) *misertus est super* - 21. 15.
magnitudinem mali; Davidque orans Dominum (bn) Malum pestis in Israel Davidi.
dicebat: *Ego* (sum,) *qui malum feci; iste grex
quid commeruit?* (V. *David.*) Josaphat, Rex Juda, - - 17.
adversùs Gentes rogans Dominum, ut liberare-
tur ab illis, memorabat eidem Domino promis-
siones, & confidentiam Patrum suorum, (bo) qui 2. Par. 20. 9.
etiam malis irruentibus super se, stare coram (bo) Judæi, malis etiam irruentibus, sperantes in Domino.
Domino non dimittebant in templo sperantes
misericordiam. Prophetavit missus ad Ama-
siam, Regem Juda, Propheta, quòd occideretur, - 25. 16.
quia fecerat malum coram Domino, h. e. idolo-
latriam commiserat. Mala inducenda (bp) super - 34. 24.
Jerusalem prophetavit Olda prophetissa; Josiam - - 28.
autem Regem ea non visurum (Vid. *Josias.*) (bp) Mala super Jerusalem inducenda.

Accusatores Judæorum, qui scilicet con-
tra eos scripserunt Artaxerxi Regi, ne vellet
permittere ædificationem urbis Jerusalem, ur-
bis semper rebellis Regibus suis, extorse-
runt sibi directas litteras, in quibus, inter
reliqua,

1.Esdr. 4, 21. reliqua, legebantur hæc; *Prohibeatis viros il-*
los, ut urbs illa non ædificetur, donec, si fortè à
- - 22. *me jussum fuerit. Videte, ne negligenter hoc*
(bq) Reædificatio Jerusalem reputata malum contra Reges. *impleatis, & (bq) paulatim crescat malum*
contra Reges. (Vid. *Zorobabel.*) Videns Ar-
taxerxes Nehemiam, ministrantem sibi, vultu
tristem, de tali tristitiâ eum interrogavit, ad-
2.Esdr. 2, 2. dens: (br) *Non est hoc frustra, sed malum*
(br) Artaxerxes nescit quid mali videns in corde Nehemiæ. *nescio quod in corde tuo est.* Missus verò Ne-
hemias deinde ad instaurationem Jerusalem in-
vitatus fuit eb inimicis Judæorum, ad ferien-
- 6, 2. dum fœdus eum iis; (bs) *Ipsi autem cogitabant,*
(bs) Inimici Judæorum cogitantes malum inferre Nehemiæ. *ut facerent (illi) malum.* Et nolentem fœdus
percutere insidiis circumdederunt, ut territus
faceret, vel fugeret; *& haberent malum, quod*
- - 13. *exprobrarent* (ei). (Vid. *Esdras.*) Dum Le-
vitæ confiterentur mirabilia Dei in populo
- 9, 28. Israël, post lectionem legis, sub Esdrâ fateban-
tur mala eidem illata à Domino, eò quòd ma-
- 13, 7. lum etiam ipsi coram illo fecissent. Idem vi-
- - 8. dens, quòd Eliasib Sacerdos (bt) fecerat the-
(bt) Malum à Nehemia reputatum thesaurus Tobiæ in vestibulis Templi. saurum Tobiæ in vestibulis domûs Dei, hoc
malum valdè reputavit: Item prohibuit opera
servilia sabbati, considerans, ob hoc Domi-
- - 18. num adduxisse malum in Jerusalem, & popu-
lum; & eodem modo objurgavit ducentes
- - 27. uxores alienigenas, (bu) sciens hoc malum,
(bu) Malum in oculis Domini alienigenas ducere uxores. grande in oculis Domini, sæpiùs eum excitasse
ad iracundiam, & ultionem in populum
suum.

Bethulienses desperantes ad Oziam populi
Judith. 7, 23. Principem dixerunt: *Judicet Deus inter (bx)*
(bx) Bethulienses inculsantes Oziam de malis imminentibus. *nos, & te, quoniam fecisti in nos mala, nolens*
loqui pacificè cum Assyriis &c. & ita instabant,
ut traderet Holoferni civitatem. Esther, re-
præsentans periculum sui, & populi sui ipsius
Esth. 7, 4. Assuero, dicebat: *Utinam in servos, & famu-*
las venderemur, esset tolerabile malum &c.
- - 9. Amanque accusatus *intellexit à Rege sibi para-*
- 9, 24. *tum malum.* Ipse enim cogitaverat (by) ma-
(by) Aman cogitans malum in Judæos. lum contra Judæos, *ut occideret illos, atque*
deleret; eodemque Esther rogavit Regem, ut
- - 25. hujusmodi (bz) *malum, quod contra Judæos cogi-*
(bz) Malum cogitatum ab Aman, in caput ejus reversurum. *taverat, reverteretur in caput ejus.* Et sic inter-
pretatus est somnium suum Mardochæus, quo
- 10, 9. ipsi ostensum est, quòd Judæos *ab omnibus ma-*
- 11, 9. *lis* liberavit Dominus, quibus conturbata fuerat
gens justorum.

Job. 1, 1. De Job scribitur, quòd erat vir, *recedens*
- 2, 9. *à malo;* qui infortuniis pressus oxori suæ ob-
- - 10. jurganti dicebat: *Si bona suscepimus de manu*
Dei, mala quare non suscipiamus? Amici au-
- - 11. tem ejus, (ca) audientes mala, quæ ei evene-
(ca) Mala Job audita. rant, ad eum visitandum, & consolandum
venerunt. Cùm autem doleret, & quereretur,
erat maledicens nocti, in quâ natus fuerat;
- 3, 10. (cb) *Quia non conclusit ostia ventris, qui por-*
(cb) Nox nativitatis Job infelix, quod ab eo mala non abstulit. *tavit* (eum), *nec abstulit mala ab oculis* (ejus).
Eliphaz, unus ex amicis ejus, arguens eum
iniquitatis, hortabatur ad pœnitentiam, &
- 5, 19. dicebat: *In sex tribulationibus liberabit te*
(cc) In septimâ tribulatione Job à malo liberandus. (Deus), (cc) *& in septimâ non tanget te ma-*
lum: Numerat autem deinde tribulationes,
quas vid. verbo: *Tribulatio.* Sophar, alter ami-
- 20, 12. cus Job, de impio dicebat: *Cùm dulce fuerit*
in ore ejus malum, abscondet illud sub linguâ
- 28, 28. *suâ.* Et ipse Job ajebat: *Ecce, - - - recedere*
à malo (est) *intelligentia;* & plangens suam fe-
- 30, 26. licitatem addebat: *Expectabam bona, & vene-*
runt mihi mala; Et protestabatur, quod non
erat gavisus ad ruinam illius, qui eum oderet, Job. 31, 29.
& non exultaverat, (cd) quòd invenisset illum (cd) Job non gavisus, quòd malum invenerit proximum, etsi inimicum.
malum. Inter tot autem mala, divinam tan-
dem consolationem expertus est, & venientes
ed eum omnes propinqui ejus, *consolati sunt* - 42, 11.
eum super omni malo, quòd intulerat Do-
minus.

In Psalmis (ce) ait David: *Si reddidi re-* Psalm. 7, 5.
tribuentibus mihi mala, decidam meritò ab ini- (ce) Varia de hac voce in Psalmis.
micis meis inanis. Non movebor (ait peccator)
à generatione in generationem sine malo. (Qui) Ib. - 10, 6.
non fecit proximo suo malum (habitabit in Ta- - 14, 3.
bernaculo tuo, Domine.) *Declinaverunt* - 20, 12.
(inimici tui, Domine,) *in te mala. Si ambula-* - 22, 4.
vero in medio umbræ mortis (sub tuâ prote-
ctione, Domine,) *non timebo mala, quoniam tu*
mecum es. In die malorum protexit me (Do- - 26, 5.
minus) *in abscondito Tabernaculi sui. Ne simul* - 27, 3.
trahas me cum (iis, Domine,) - - - *qui loquun-*
tur pacem cum proximo suo, mala autem in
cordibus eorum. Prohibe linguam tuam à ma- - 33, 14.
lo, & labia tua non loquantur dolum. Diverte - - 15.
à malo, & fac bonum: inquire pacem, & per-
sequere eam. Vultus Domini super facientes - - 17.
mala, ut perdat de terrâ memoriam eorum.
Avertantur retrorsùm, & confundantur cogi- - 34, 4.
tantes mihi mala. (Iniqui) *retribuebant mihi* - - 12.
mala pro bonis. Erubescant, & revereantur - - 26.
simul, qui gratulantur malis meis. Declina - 36, 27.
à malo, & fac bonum: & inhabita in sæculum
sæculi. Qui inquirebant mala mihi, locuti sunt - 37, 13.
vanitates. Qui retribuunt mala pro bonis, de- - - 21.
trahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem.
Circumdederunt me mala, quorum non est nu- - 39, 13.
merus. Convertantur retrorsùm, & reverean- - - 15.
tur, qui volunt mihi mala. Inimici mei dixe- - 40, 6.
runt mala mihi - - - -; adversùm me cogita- - - 8.
bant mala mihi. Tibi soli (Domine) *peccavi,* - 50, 6.
& malum coràm te feci. Averte (Domine) - 53, 7.
mala inimicis meis, & in veritate tuâ disperde
illos. Adversùm me omnes cogitationes eorum - 55, 6.
(inimicorum scilicet) *in malum. Avertantur* - 69, 4.
retrorsùm, & erubescant, qui volunt mihi mala.
Operiantur confusione, & pudore, qui quærunt - 70, 13.
mala mihi. Lingua mea totâ die meditabitur - - 24.
justitiam tuam (Domine): *cùm confusi, & re-*
veriti fuerint, qui quærunt mala mihi. Repleta - 87, 4.
est malis anima mea. Lætati sumus (Domine) - 89, 15.
pro diebus, quibus nos humiliasti; annis, qui-
bus vidimus mala. Non accedet ad te (prote- - 90, 10.
ctum à Domino) *malum. Qui diligitis Domi-* - 96, 10.
num, odite malum. Anima eorum (procellâ - 106, 26.
percussorum) *in malis tabescebat. Vexati* - - 39.
(peccatores) *à tribulatione malorum, & dolore.*
Posuerunt (iidem peccatores, & dolosi) *ad-* - 108, 5.
versùm me mala pro bonis &c. Hoc opus eorum - - 20.
(scilicet miseriæ), *qui detrahunt mihi apud*
Dominum; & qui loquuntur mala adversùs ani-
mam meam. In memoria æterna erit justus, ab - 111, 7.
auditione mala non timebit. Dominus custodit te - 120, 7.
(Israël) *ab omni malo: custodiat animam tuam*
Dominus. Virum injustum mala capient in - 139, 12.
interitu.

In Proverbiis est: (cf) *Pedes illorum* Prov. 1, 16.
(peccatorum) *ad malum currunt, & festinant,* (cf) Item in Proverb.
ut effundant sanguinem. Qui me audierit (ait - - 33.
Sapientia) *absque terrore requiescet, & abun-*
dantia perfruetur, timore malorum sublato.
Time Deum, & recede à malo. Ne moliaris - 3, 7.
amico tuo malum, cùm ille in te habeat fiduciam. - - 29.

Prov. 3. 30. Ne contendas adversùm hominem frustra, cùm
- 4. 27. ipse tibi nihil mali fecerit. Averte pedem tuum
- 5. 14. à malo. Penè fui (voces sunt gementis ado-
lescentis, meretrice capti) in omni malo in me-
- 6. 14. dio Ecclesiæ, & Synagogæ. Pravo corde (homo
apostata) machinatur malum, & omni tempore
- - 18. jurgia seminat. Pedes veloces ad currendum in
- 8. 13. malum (odit Dominus). Timor Domini odit
- 9. 12. malum. Si sapiens fueris, tibimetipsi eris: si au-
- 10. 29. tem illusor, solus portabis malum. Fortitudo
simplicis via Domini; & pavor his, qui operantur
- 11. 15. malum. Affligetur malo, qui fidem facit pro ex-
- - 27. traneo. Bene consurgit diluculò, qui quærit bona:
Qui autem investigator malorum est, opprimetur
- 12. 13. ab eis. Propter peccata labiorum ruina proximat
- - 20. malo. Dolus in corde cogitantium mala: qui au-
tem pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium.
- - 21. Non contristabit justum, quicquid ei acciderit:
- 13. 3. impii autem replebuntur malo. Qui inconsidera-
- - 17. tus est ad loquendum, sentiet mala. Nuntius im-
pii cadet in malum; legatus autem fidelis sanitas.
- - 19. Detestantur stulti eos, qui fugiunt mala. Pecca-
- - 21. tores persequitur malum, & justis retribuentur
- 14. 16. bona. Sapiens timet, & declinat à malo: stultus
- - 22. transilit, & confidit. Errant, qui operantur ma-
- 15. 27. lum. Per timorem Domini declinat omnis à
- - 28. malo. Mens justi meditatur obedientiam: os
- 16. 6. impiorum redundat malis. In timore Domini
- - 17. declinatur à malo. Semita justorum declinat
- - 27. mala. Vir impius fodit malum, & in labiis ejus
- - 30. ignis ardescit. Qui attonitis oculis cogitat pra-
- 17. 13. va, mordens labia sua perficit malum. Qui red-
dit mala pro bonis, non recedet malum de domo
- - 16. ejus. Qui evitat discere, incidet in mala. Qui
- - 20. perversi cordis est; non inveniet bonum: & qui
- 20. 8. vertit linguam, incidet in malum. Rex, qui
sedet in solio judicii, dissipat omne malum intuitu
- - 14. suo. Malum est, malum est, dicit omnis emptor:
- - 22. & cum recesserit, tunc gloriabitur. Ne dicas:
reddam malum: expecta Dominum, & liberabit
- - 30. te. Livor vulneris absterget mala: & plaga in
- 21. 10. secretioribus ventris. Anima impii desiderat
- - 12. malum, non miserebitur proximo suo. Excogitat
justus de domo impii, ut detrahat impios à malo.
- 22. 3. Callidus vidit malum, & abscondit se: innocens
- - 8. pertransiit, & afflictus est damno. Qui seminat
iniquitatem, metet mala, & virgâ iræ suæ con-
- 24. 8. summabitur. Qui cogitat mala facere, stultus
- - 16. vocabitur. Septies cadet justus, & resurget:
- 27. 12. impii autem corruent in malum. Astutus vi-
dens malum, absconditus est: parvuli transeun-
- - 22. tes sustinuerunt dispendia. Cor iniqui inquirit
mala, cor autem rectum inquirit scientiam.
- 28. 14. Beatus homo, qui semper est pavidus: qui verò
- 30. 20. mentis est duræ, corruet in malum. Non sum
- 31. 12. operata malum (ait adultera). Reddet ei (viro
suo mulier fortis) bonum, & non malum, omni-
bus diebus vitæ suæ.

Eccle. 2. 17. Apud Ecclesiasten ponitur: (cg) Tæduit
(cg) Item in Ecclesiaste, & aliis. me vitæ meæ, videntem mala universa esse sub
sole, & cuncta vanitatem, & afflictionem spiri-
- - 21. tûs &c. Cùm alius laboret in sapientia, & do-
ctrina, & solicitudine, homini otioso quæsita di-
mittit: & hoc ergò, vanitas, & magnum ma-
- 4. 3. lum. Feliciorem utroque (mortuo, & viven-
te), judicavi, qui necdum natus est, nec vidit
- - 17. mala, quæ sub sole fiunt. Multò melior est obe-
dientia, quàm stultorum victimæ, qui nesciunt,
- 5. 12. quid faciunt mali. Est & alia infirmitas pessi-
ma, quam vidi sub sole: divitiæ conservatæ in

malum Domini sui. Est & aliud malum, quod Eccl. 6. 1.
vidi sub sole, & quidem frequens apud homines
(extraneum scilicet frui bonis alterius.) Non - - 5.
vidit solem, neque cognovit distantiam boni, &
mali (qui non utitur bonis substantiæ suæ).
Qui custodit præceptum, non experietur quic- - 8. 5.
quam mali. Interdum dominatur homo homini - - 9.
in malum suum. Quia non profertur citò contra - - 11.
(ch) malos sententia, absque timore ullo filii ho- (ch) Mali malè facientes.
minum perpetrant mala; attamen peccator ex eo, - - 12.
quod centies facit malum, & per patientiam susten-
tatur, ego cognovi, quod erit bonum timentibus
Deum, qui verentur faciem ejus. Est & alia va- - - 14.
nitas, quæ fit super terram: sunt justi, (ci) quibus (ci) Justis aliquando mala provenientia.
mala proveniunt, quasi opera egerint impiorum: (&
impii viceversâ) Est malum, quod vidi sub sole, - 10. 5.
quasi per errorem, egrediens a facie Principis; po- - - 6.
situm stultum in dignitate sublimi, & divites se-
dere deorsùm. Da partem septem (egenis,) nec- - 11. 2.
non & octo; quia ignoras quid futurum sit mali
super terram. Cuncta quæ fiunt, (ck) adducet - 12. 14.
Deus in judicium, pro omni errato, sive bonum, (ck) Mala adducenda in judicium.
sive malum illud sit.

In libro Sapientiæ dicitur: (Impii) in ma- Sap. 14. 22.
gno viventes inscientiæ bello, tot, & tam magna
mala (quæ homini scilicet eveniunt) pacem ap-
pellant. Infandorum idolorum cultura, omnis - - 27.
mali causa est, & initium, & finis. Malorum ama- - 15. 6.
tores, digni sunt, qui spem habeant in talibus, &
qui faciunt illos, & qui diligunt, & qui colunt.
Æstimaverunt (mali) - - - oportere undecumque - - 12.
etiam ex malo acquirere. In hoc ostendisti (Domi- - 16. 8.
ne Deus) inimicis nostris, quia tu es, qui liberas
ab omni malo. (Disposuerunt Judæi, in te fiden- - 18. 9.
tes, Domine) (cl) similiter & bona, & mala re- (cl) Bona & mala recipienda à Domino.
cepturos justos, patrum jam decantantes (hoc est,
memorantes) laudes. (cm) Visiones, quæ illos - - 19.
(Ægyptios scilicet) turbaverunt, hæc præmone- (cm) Ægypti inscii, quia mala patiebantur.
bant, ne inscii, quare mala patiebantur, perirent.

In Ecclesiastico habetur: Fili conserva tem- Eccli. 4. 23.
pus, & devita à malo. Noli facere mala, & - 7. 1.
non te apprehendent. Discede ab iniquo, & de- - - 2.
ficient mala abs te. Cum audace non eas in - 8. 18.
viâ, ne fortè gravet mala sua in te &c. Bona, - 11. 14.
& mala, vita, & mors, paupertas, & hone-
stas à Deo sunt. Qui exultant in malis, con- - - 16.
senescunt in malo. In die bonorum ne immemor - - 27.
sis malorum: & in die malorum ne immemor
sis bonorum. Bona in mala convertens (cor su- - - 33.
perborum) insidiatur, & in electis imponet ma-
culam. Attende tibi à pestifero; fabricat enim - - 35.
mala; ne fortè inducat super te subsannationem
in perpetuum. Non est ei benè, qui assiduus est - 12. 3.
in malis &c. Duplicia mala invenies in omni- - - 7.
bus bonis, quæcunque feceris illi (impio scilicet).
Non agnoscetur in bonis amicus, & non abscon- - - 8.
detur in malis inimicus. Si incurrerint tibi - - 17.
mala, invenies eum (inimicum tuum) illic prio-
rem. Cor hominis immutat faciem illius, sive - 13. 31.
in bona, sive in mala. Oculus malus ad ma- - 14. 10.
la &c. Ante hominem vita, & mors; bonum, - 15. 18.
& malum; quod placuerit ei, dabitur illi. Ma- - 17. 6.
la & bona ostendit illis: (protoparentibus scili-
cet nostris Dominus.) Est processio in malis vi- - 20. 9.
ro indisciplinato, & est inventio in detrimentum.
Est sapientia (quædam ficta), quæ abundat in ma- - 21. 15.
lo. Si mala mihi evenerint per illum (amicum vi- - 22. 31.
delicet), sustinebo. Conclude eleemosynam in - 29. 15.
corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni
malo. Qui potuit transgredi, & non est - 31. 10.
trans-

transgressus, facere mala, & non fecit (laude
Eccli. 33. 1. dignua est &c.) *Timenti Dominum non occurrent*
mala, sed in tentatione Deus illum conservabit, &
- - 15. *liberabit à malis. Contra malum bonum est, &*
contra mortem vita, & contra virum justum pec-
- 37. 21. *cator. Verbum nequam immutabit cor: ex quo*
(c n) Dominatrix mali assidua lingua. *partes quatuor oriuntur, bonum, &* (c n) *malum,*
vita, & mors; & dominatrix illorum est assidua
- 39. 5. *lingua. In terram alienigenarum gentium per-*
transiet: bona enim & mala in hominibus tentabit.
- - 30. *Bona bonis creata sunt ab initio; sic nequissimis*
- - 32. *bona, & mala. Hæc omnia* (scilicet enomerata
(c o) Quæ dantur pus in vitam, sunt impiis in mala. ad vitam) (c o) *sanctis in bona, sic & impiis, &*
peccatoribus in mala convertentur.

Isai. 1, 16. In Isaiâ adhortatio est ad Judæos: *Lava-*
(c p) Malum cogitationum auferendum. *mini, mundi estote,* (c p) *auferte malum cogitatio-*
num vestrarum ab oculis meis; quiescite agere
perversè, discite benefacere &c. Contra autem
- 3. 9. eosdem peccantes habetur: *Væ animæ eorum,*
- - 11. *quoniam reddita sunt eis mala. Væ impio in ma-*
- 5. 20. *lum: retributio enim manuum ejus fiet ei. Væ qui*
dicitis malum bonum, & bonum malum &c. Pro-
phetavit item, Regi Jerusalem, Achaz, Isaias, ne
- 7. 5. timeret eò, quòd contra ipsum *in malum* conju-
rasset Syria, & Israël; & prophetavit Messiam
- - 15. venturum, de eo dicens, quòd *butyrum, & mel*
- - 16. *comedet,* (c q) *ut sciat reprobare malum, & elige-*
(c q) Messias sciens reprobare malum; ubi expl. text. *re bonum; quia antequam sciet puer reprobare ma-*
lum (h. e. ad ætatem pervenerit, quâ per expe-
rimentalem scientiam possit hoc habere), *&*
eligere bonum, derelinquetur terra, quam tu (do-
mus David) *detestaris, à facie duorum Regum suo-*
rum. Et contra Babylonios ait Dominus:
- 13. 11. (c r) *Visitabo super orbis mala, & contra impios*
(c r) Dominus visitaturus super orbis mala. *iniquitatem eorum, & quiescere faciam superbiam*
infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo. Et
contra Judæos, qui ad Ægyptios confugiebant,
- 31. 2. est: (c s) *Ipse* (Deus) *sapiens adduxit malum, &*
(c s) Idem adducens aliquando malum. *verba sua non abstulit.* Et contra impios, &
persecutores dicitur, habitaturum esse cum gente
- 33. 15. impiâ in ardoribus sempiternis, eum, *qui claudit*
oculos suos, ne videat malum (pauperis, & egeni.)
- 45. 7. Et de Deo dicitur, quòd ipse est: (c t) *Formans*
(c t) Idem creans malum. *lucem, & creans tenebras; faciens pacem, & cre-*
ans malum, hoc est, permittens, immittens &c.
- 47. 11. Contra Babylonem item est: *Veniet super te ma-*
- 58, 2. *lum, & nescies ortum ejus.* Item habetur: *Beatus*
vir - - -, custodiens manus suas, ne faciat omne
- 59. 7. *malum.* De iniquis Judæis ponitur, (c u) quòd
(c u) Pedes Judæorum currentes ad malum. *pedes eorum ad malum currunt, & festinant, ut*
effundant sanguinem innocentem &c. Et quòd
- - 15. apud viros hujusmodi; (c x) *qui recessit à ma-*
(c x) Recedens à malo, inter iniquos prædæ patens. *lo, prædæ patuit.* Et eodem modo dicit Deus,
se iniquos Judæos numeraturum in gladio,
- 65, 12. quia ipsum allocutum non audierint, (d a) &
- 66. 4. faciebant malum in oculis ejus; & quæ ille no-
(d a) Judæi facientes mala in oculis Dei. lebat, elegerunt.

Jeremias vaticinatur destructionem Jeru-
Jerem. 1, 14. salem à Babyloniis, dicens ex ore Domini: *Ab*
aquilone pandetur omne malum; aquilonaris enim
est Babylo respectu Judææ. Et contra Judæos
- 2, 3. habet: *Mala venient super eos.* Aitque Dominus,
- - 13. quòd *duo mala fecit* populus Israël, eum de-
relinquens, & idola sequens; eique addit:
- - 19. *Scito, & vide, quia malum, & amarum est*
reliquisse te Dominum Deum tuum &c. Et
- 3. 5. cum Synagogâ loquitur: (d b) *Ecce locuta es*
(d b) Synagoga mala faciens contra promissionem factam. (emendationem promittens), *& fecisti* (tamen)
mala, & potuisti. Hinc monet Judæos, ut
caveant à veniente Nabochodonosor, dicens:
- 4. 6. (d e) *Levate signum in Sion. Confortamini.*
(d e) Deus malum

Nolite stare; quia malum ego adduco ab Aqui- adducturus ab Aquilone.
lone, & contritionem magnam; deque iisdem
dicit: *Sapientes sunt, ut faciant mala, benè au-* Jerem. 4. 22.
tem facere nescierunt. Negaverunt Dominum, - 5. 12.
& dixerunt: Non est ipse: neque veniet super nos
malum. Et contra eos addit: *Malum visum* - 6. 1.
est ab Aquilone, & contritio magna. Ecce, ego - - 19.
adducam mala super populum istum, fructum co-
gitationum ejus. Insuper eisdem intimat: (Si) - 7. 6.
(d d) *post Deos alienos non ambulaveritis in ma-* (d d) Judæi in malum suum idololatriam.
lum vobismetipsis, habitabo vobiscum in loco isto
(scilicet in Templo.) Conqueritur autem dicens:
Quia fecerunt filii Juda malum in oculis meis. - - 30.
Confortati sunt in terra, quia de malo ad malum - 9. 3.
egressi sunt, & me non cognoverunt. Et alibi
minatur, inquiens: (d c) *Ecce, ego inducam su-* - 11. 11.
per eos mala, de quibus exire non poterunt &c. (d c) Deus mala in Judæos inducturus.
unde dicitur eidem populo, olivæ olim fructife-
ræ comparato: (d f) *Dominus exercituum, qui* - - 17.
plantavit te, locutus est super te malum, pro malis (d f) Idem malum locutus super Judæos.
domûs Israel, & domûs Juda, quæ fecerunt sibi
ad irritandum me, libantes Baalim. Et pro-
sequens Dominus ait: (d g) *Inducam malum* - - 23.
super viros Anathoth, annum visitationis eorum. (d g) Idem inducturus malum super filios Anathoth.
Et de Judæorum obstinatione in malo ponitur
ad eos: *Si mutare potest Æthiops pellem suam,* - 13, 23.
aut pardus varietates suas: & vos poteritis bene-
facere. (dh) *cùm didiceritis malum;* ideóque ite- (d h) Judæi malum discentes.
rùm est comminatio à Domino: *Effundam super* - 14. 16.
eos malum suum. Hinc grande (d i) hujus- - 16, 10.
modi malum, quod Dominus populo suo im- (d i) Malum magnum immissum à Deo propter idololatriam.
mittit, vult idem, quod immissum dicatur pro-
pter idololatriam ab eodem patratam; cui ta-
men, resipiscentiam habenti, suspensio malo-
rum promittitur, cum dicatur: (d k) *Si pœni-* - 18, 8
tentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus (d k) Mala suspendenda pœnitenti de malo.
sum adversùs eam; agam & ego pœnitentiam
super malo, quod cogitavi, ut facerem ei. Et - - 9.
subitò loquar de gente, & de Regno, ut ædifi-
cem, & plantem illud. Si fecerit (d l) *malum* - - 10.
in oculis meis, ut non audiat vocem meam; pœ- (d l) Facienti mala, sed, condonentur bona.
nitentiam agam super bono, quod locutus sum,
ut facerem ei: Nunc ergo dic viro Juda, & ha- - - 11.
bitatoribus Jerusalem, dicens: Hæc dicit Domi-
nus: Ecce, ego (d m) *fingo contra vos malum,* (d m) Dominus fingens malum in Judæos, & hortans eos, ut recedant à via mala.
& cogito contra vos cogitationem: revertatur
unusquisque à viâ suâ malâ, & dirigite vias ve-
stras, & studia vestra; quæ omnia referens
Jeremias, conspirationem passus à Judæis, di-
cebat Domino: (d n) *Numquid redditur pro* - - 20.
bono malum, quia foderunt foveam animæ meæ. (d n) Jeremias dolens de malo reddito pro bono.
Idemque prophetat: *Hæc dicit Dominus exer-*
cituum Deus Israel: (d o) *Ecce, ego inducam* - 19. 15.
super civitatem hanc (Jerusalem), *& super omnes* (d o) Dominus mala inducturus super Jerusalem &c.
urbes ejus, universa mala, quæ locutus sum ad-
versùm eam &c. Posui faciem meam super ci-
vitatem hanc in malum, & non in bonum &c. - 21, 10.
Idémque Dominus ait: *Propheta, & Sacerdos* - 23. 11.
polluti sunt, & in domo meâ inveni malum eorum
- - - - afferam enim super eos mala, annum - - 12.
visitationis eorum. Pseudoprophetis autem di-
centibus: *Non veniet super vos malum,* illudit - - 17.
Dominus; qui cum Judæis conqueritur dicens:
Non audistis me, ut me ad iracundiam (d p) *pro-* - 25. 7.
vocaretis in operibus manuum vestrarum, in ma- (d p) Judæi provocantes iram Dei in malum suum.
lum vestrum. Et alibi excitat Jeremiam, ut
Judæos alloquatur: (d q) *Si fortè* (inquit Do- - 26, 3.
minus) *audiant, & convertantur unusquisque* (d q) Cura Dei ut à via mala converterentur Judæi; ne eis mala faceret.
à viâ suâ malâ; & pœniteat me mali, quod
cogito facere eis propter malitiam studiorum
eorum. Unde Propheta ejebat: *Nunc ergo*
bonas - - 13.

bonas facite vias vestras, & studia vestra, &
audite vocem Domini Dei vestri; & pœnitebit
Dominum mali, quod locutus est adversum vos.
Cùm autem Jeremias peteretur ad mortem, li-
beratus est à Senioribus, exemplo Michææ
Prophetæ, mala prophetantis, nec tamen oc-
cisi, cùm pœnituisset Dominum mali; unde
Jerem. 26, 19. (d r) Malum grande facturum, si Jeremias occideretur. timuerunt (d r) facere hoc malum grande, si,
scilicet, occideretur Jeremias. Hic autem
orans Dominum dicebat, de Judæis: *Omnia*
quæ mandasti eis, ut facerent, non fecerunt,
- 32, 23. (ds) Mala Judæis Deo non obedientibus. (d s) *& evenerunt eis omnia mala hæc.* De iis
verò conqueritur Dominus dicens: (d t) *Erant*
filii Israel, & filii Juda jugiter facientes malum
- - 30. (dt) Iidem facientes mala in oculis Domini. *in oculis meis ab adolescentiâ suâ;* pro quibus
tamen pœnitentibus ait: *Sicut adduxi super po-*
- - 42. (du) Malum grande (captivitas) adductum in Judæos. *pulum istum omne malum hoc grande* (captivi-
tatem): *sic adducam super eos omne bonum, quod*
ego loquor ad eos. Librum commitationum,
mandante Domino, misit Jeremias, legendum
- 36, 3. (dx) Cura Dei, ut à viis malis converterentur Judæi, ne mala eis faceret. coràm omni populo, *si forte* (dicebat Dominus)
audiente domo Juda universa mala, quæ ego cogi-
to facere eis, revertatur unusquisque à viâ suâ
pessimâ; & propitius ero iniquitati, & peccato
- - 31. (d y) Dominus omne malum adducturus super Jerusalem &c. *eorum*: contra verò Joachim Regem, qui li-
brum igni dedit, iratus Dominus, omne ma-
lum se adducturum super populum Jerusalem,
minatus, & protestatus est. Et perseverans Je-
remias in prophetando captivitatem, quæsitus
est ad mortem à Principibus Jerusalem, apud
- 38, 4. (d z) Jeremias incusatus, quòd malum inquireret populo. Regem dicentibus: (d z) *Siquidem homo iste*
non quærit pacem populo, sed malum. Ad Na-
buzardan Magistro militum præcepit Nabu-
chodonosor de Jeremiâ: (e a) *Tolle illum, &*
- 39, 12. (e a) Nabuzardan jussus nihil mali facere Jeremiæ. *pone super illum oculos tuos, nihilque ei mali fa-*
cias: sed, ut volueris, sic facias ei. Et ipse
Jeremias nuntiavit Abdemelech Æthiopi, quòd,
- - 16. (e b) Achimelech inter mala Jerusalem servandus immunis. inducente Domino (e b) sermones suos in ma-
lum super Jerusalem, liberaretur idem ipse
Achimelech ab omni periculo; sicuti & libe-
ratus fuit etiam ipse Jeremias à Principe mili-
- 40, 2. tiæ, qui dixit, Dominum malum adduxisse su-
per Jerusalem, ob peccata Judæorum. Ma-
- 41, 11. lum fecit autem Ismahel filius Nathaniæ, oc-
(e c) Ismahel malum faciens occidens Godoliam. cidens (e c) Godoliam Præfectum Judæis à Re-
ge Babylonis, & hoc displicuit Johanan, &
eliis bellatorum Principibus, qui cum eo erant.
Reliquiæ Judæorum, post abductos in capti-
vitatem Assyriorum, dicebant Jeremiæ, ut
pro iis consuleret Dominum, promittentes:
- 42, 6. (e d) Reliquiæ Judæorum spondentes, se voci Dei parituras. (e d) *Sive bonum est, sive malum, voci Do-*
mini Dei nostri, ad quem mittimus te, obedie-
mus; qui respondit, ipsos salvos fore, si in
- - 10. Judæâ manerent, addens: *Jam enim placatus*
sum super malo, quod feci vobis. Si in Ægy-
- - 17. (e e) Reliquiis Judæorum in Ægyptum fugientibus indicuntur mala. ptum verò quis transiret, addidit: (e e) *Nec*
effugiet faciem mali, quod ego afferam super eos.
Cùm autem adhuc in Ægyptum voluissent per-
transire obstinati, Deus ante oculos eorum po-
- 44, 2. suit mala, quæ induxerat super Juda, & Jeru-
- - 5. salem, quærens ut *converterentur à malis suis;*
- - 7. reprehenditque quòd *malum grande* patrent,
- - 9. diis Ægyptiorum sacrificantes; iterùmque eis
memorat mala eorum patrum, mala Regum
Juda, mala ipsorum, mala uxorum &c. qui-
- - 11. bus adhuc non mundati erant; dicitque: *Ecce,*
(e f) Mala indicta Judæis idololatris. (e f) *ego ponam faciem meam in vobis in ma-*
lum, & disperdam omnem Judam. Sed ii hæc
omnia parvi facientes, Jeremiæ hæc ea ipsa illis
- - 17. referenti, inter multa alia, responderunt: *Sa-*
turati sumus panibus, & bene nobis erat, ma-

lùmque non vidimus. At reponebat Jeremias Jerem. 44, 23.
ea, quæ passi fuerant mala, propter legis inob-
servantiam; ac repetebat divinam commina-
tionem, dicentem: *Ecce, ego vigilabo super eos* - - 27.
in malum, & non in bonum: & consummatio-
nis sermonum suorum contra eos in malum de- - - 29.
bat signum Dominus, traditionem scilicet
Pharaonis Regis in manum inimicorum ejus,
(e g) Baruch promittitur, quòd, adducente - 45, 5.
Domino malum super omnes, ipse salvus erit. (e g) Baruch inter mala populi salvus futurus.
Prophetans contra Moab Jeremias, dicit quòd
(Chaldæi) *cogitaverunt malum;* & quòd *ma-* - 48, 2.
lum ejus velociter accurret nimis. Ite malum - - 16.
prædicit eventurum Ælam, seu Persis. Et - 49, 37.
contra Babylonem, & Chaldæos, ex ore Do-
mini, habet: (e h) *Reddam Babyloni, & cun-* - 51, 24.
ctis habitatoribus Chaldæa omne malum suum, (e h) Dominus Babyloni malum redditurus &c.
quod fecerunt in Sion, in oculis vestris (Judæo-
rum videlicet). Notaturque: (e i) *Et scripsit*
Jeremias omne malum, quod venturum erat su- - - 60.
per Babylonem, in libro uno &c. In Threnis (e i) Malum Babyloni futurum scripsit Jeremias.
ejusdem Prophetæ inducitur Jerusalem, vastata,
ad Deum plorans, & dicens: (e k) *Omnes ini-* Thren. 1, 21.
mici mei audierunt malum meum, lætati sunt, - - 22.
quoniam tu fecisti - - - Ingrediatur omne malum (e k) Lætitia inimicorum super mala Jerusalem.
eorum coràm te: & vindemia eos, sicut vinde-
miasti me propter omnes iniquitates meas. Et dum
interrogat idem Propheta super iis, quæ evenére
urbi Jerusalem, testatur omnia mala, & bona - 3, 38.
procedere ex ore Altissimi.

Apud Baruch fatentur Judæi, in captivi- Baruch. 1, 20.
tate positi, quòd multis malis fuêre subjecti, - - 22.
propter mala, quæ fecerant; quòd sæpè sub - 2, 2. &c.
diversâ phrasi repetunt, pro misericordiâ Deum
obsecrantes, cui demonstrant: *Agglutinata sunt* - 3, 4.
nobis mala. Et Jerusalem inducitur eos conso-
lans, & dicens: (e l) *Qui adduxit super vos* - 4, 18.
mala, ipse vos eripiet de manibus inimicorum - - 29.
vestrorum. Qui induxit vobis mala, ipse rur- (e l) Deus inducens mala, bona inde ducturus.
sum adducet vobis sempiternam jucunditatem,
cum salute vestrâ. Caventur autem Judæi, ne
se idolorum cultu maculent, quæ, si quid mali - 6, 33.
patiuntur, vel si quid boni recipiunt ab aliquo,
ei retribuere non possunt; *neque dare divitias,* - - 34.
- - - - neque malum retribuere; & cùm su- - - 48.
pervenerint iis ipsis mala, cogitant eorum Sa-
cerdotes, ubi se abscondant cum illis; unde ad-
ditur: (e m) *Quomodò ergo sentiri debeant, quo-* - - 49.
niam dii sunt, qui nec de bello se liberant, neque (e m) Idola se de malis non eripientia.
de malis se eripiunt?

In Ezechiele de filiis Israël, diruendis, ha-
betur: (e n) *Displicebunt sibimet super malis, quæ* Ezech. 6, 9.
fecerunt in universis abominationibus suis. Et - - 10.
scient, quia ego Dominus non frustrà locutus sum, (e e) Deus mala inducens filiis Israël.
ut facerem eis malum hoc. Hæc dicit Dominus - - 11.
Deus: percute manum tuam, & allide pedem
tuum, & dic: Heu, ad omnes abominationes ma-
lorum domûs Israël: quia gladiò, fame, & peste
ruituri sunt. Et habetur etiam consolatio re-
liquiarum Judæorum, quibus dicitur: (e o) *Con-* - 14, 22.
solabimini super malo, quod induxi in Jerusalem (e o) Judæi consolationem habituri super malo in ipsos inducto.
in omnibus, quæ importavi super eam. & ubi
Propheta monet, quod unusquisque iniquita-
tem suam portabit, ponitur: (e p) *Pater ejus,* - 18, 18.
(puta alicujus viventis) *quia calumniatus est, &* (e p) Malum operans in sua morietur iniquitate.
vim fecit fratri, & malum operatus est in me-
dio populi sui, ecce mortuus est in iniquitate
suâ.

Apud

Apud Danielem habetur, quod stans in medio flammæ Azarias cum sociis orabat Dominum, & inter cætera dicebat:
Dan. 3. 44. (e q) Ostendentes servis Dei mala confundendi. (e q) *Confundantur omnes, qui ostendunt servis tuis mala, confundantur in omni potentiâ tuâ, & robur eorum conteratur.* Et Daniel confitebatur propter peccata
- 9. 12. Israël superinductum esse in Judæos *magnum malum*, vastationis scilicet, & captivitatis, *quale*
- - 13. *nunquam fuit sub omni cælo*; quòd *omne malum* venit super eos.

Amos 3. 6. Amos interrogans asserit non esse *malum in civitate, quòd Dominus non fecerit*, castigationes nempe immittendo. Et ad populum habet:
- 5. 14. *Quærite bonum, & non malum, ut vivatis: & erit Dominus Deus exercituum vobiscum, sicut dixi-*
- - 15. *stis. Odite* (e r) *malum, & diligite bonum, &*
(e r) Malum odio habendum. *constituite in portâ judicium; si fortè misereatur Dominus Deus exercituum reliquiis Joseph.* Et
- 6. 4. contra impios, ex ore Domini ait: *Ponam ocu-*
- - 10. *los meos super eos in malum, & non in bonum. In gladio morientur omnes peccatores populi mei, qui*
(e s) Peccatores, malum non venturum dicentes, morte puniendi. (e s) *dicunt: non appropinquabit, & non veniet super nos malum.* Contra Idumæam dicitur apud
Abd. v. 13. Abdiam: *Neque ingredieris portam populi mei in*
(e t) Judæa non despicienda in malis ejus. *die ruina eorum:* (e t) *neque despicies & tu in malis ejus in die vastitatis illius, & non emittêris adversus exercitum ejus in die vastitatis illius.* Et apud Jonam, cùm super eum cecidisset sors in tempestate ortâ, dum navigaret, quæ-
Jon. 1. 7. rentibus nautis sciret: Quare *hoc malum* esset in
- - 8. iis; quæsierunt iidemmet nautæ ab ipso: *Indica nobis, cujus causâ malum istud sit nobis.*

Apud Michæam de Jerusalem, exitio tradendâ, dicitur:
Mich. 1. 12. (e u) Malum super Jerusalem à Domino. (e u) *Quia infirmata est in bonum, quæ habitat in amaritudinibus* (à Sennachetib afflicta): *quia descendit malum à Domino in portam Jerusalem.* Et Judæi reprehen-
- 2. 1. duntur, dum dicitur: *Væ qui cogitatis inutile,*
- - 3. *& operamini malum in cubilibus vestris. Icircò hæc dicit Dominus: ecce, ego cogito super fa-*
- 3. 2. *miliam istam malum.* Et denuntiatur exitium his, qui odio habent bonum, & diligunt ma-
- - 11. lum; & Pseudoprophetis, dicentibus: *Non venient super nos mala*; doletque Propheta
- 7. 3. dari iniquos, qui *malum manuum suarum dicunt bonum.*

In Habacuc mirante impium prosperari, & prævalere adversùs justum, est ad Dominum
Habac. 1. 13. quasi querela: *Mundi sunt oculi tui, ne videant malum? &c.* Et responsionem habens postea,
- 2. 9. notat: (e x) *Væ qui congregat avaritiam malam*
(e x) Væ malum congregans avaritiam, ut liberetur à malo. *domui suæ, ut sit in excelso nidus ejus, & liberari se putat de manu mali.*

Apud Sophoniam pro denotandâ felicita-
Soph. 3. 15. te novæ legis ponitur: *Rex Israel Dominus in medio tui* (Sion): *non timebis malum ultrà.*

Zach. 1. 15. In Zachariâ verba Domini sunt: *Irâ ma-*
(e y) Ira Dei in gentes malum operatas. *gnâ ego irascor super gentes opulentas:* (e y) *Quia ego iratus sum parùm, ipsi verò adjuverunt in malum.* Et, dum suadentur Judæi ad resi-
- 7. 10. piscentiam, eis dicitur: *Malum vir fratri suo*
- 8. 17. *non cogitet in corde suo. Unusquisque* (e z) *ma-*
(e z) Malum non cogitandum contra amicum. *lum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris.*

Apud Malachiam conquerens Dominus de Judæis, ipsum non debito modo honoran-
Malach. 1. 8. (fa) Malum est Domino offerre cæcum, & languidum. tibus, ait: (f a) *Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum est? & si offeratis claudum, & languidum, nonne malum est? offer illud duci tuo, si placuerit ei, aut si susceperit*
- 2. 17. *faciem tuam.* Et ita etiam dicit: *Laborare fe-*

cistis Dominum in sermonibus vestris, (f b) *& dixistis: In quo eum fecimus laborare? In eo* (fb) Qui facit malum, non bonus est.
quòd dicitis, omnis, qui facit malum, bonus est in conspectu Domini, & tales ei placent: aut certè ubi est Deus judicii?

In libris Machabæorum notantur *mala* 1. Mach. 1. 10.
multiplicata in terrâ Judæorum sub Græcis.
Et (f c) iniquorum Judæorum voces, dicen- (fc) Judæorum deceptio.
tium: *Ex quo recessimus ab eis* (gentibus sci-
licet), *invenerunt nos multa mala*; qui pro- - - 12.
pterea dicuntur venumdati, *ut facerent mala*; - - 16.
& his plures alii adhæserunt, & (f d) *& fecerunt* - - 53.
mala super terram, à Deo recedentes, idolo- (fd) Iidem facientes mala.
latrantes &c. Mathathias autem, & filii ejus
Machabæi, (f e) *viderunt mala, quæ fiebant in* - 2. 6.
populo Juda, & in Jerusalem, dolentes. Et (fe) Machabæi, videntes mala, dolentes.
ipse idem, cum suis, surgens in legis defensionem, cum multis aliis, reliquit civitatem, in
montes secedendo, *quoniam inundaverunt su-* - - 30.
per eos mala. Immò *& omnes, qui fugie-* - - 43.
bant à malis, additi sunt ad eos, & facti sunt
illis ad firmamentum. Cumque gentes in - 3. 42.
Judæos armis irruerent, (f f) multiplicave- (ff) Mala à gentibus multiplicata in Judæis.
runt in iis mala; & Judas Machabæus separavit ad prælium, cum suis, dicentibus:
(f g) *Melius est nos mori in bello, quam videre* - - 59.
mala gentis nostræ. Antiochus Epiphanes, (fg) Judas Machabæus potiùs mori in bello, quàm videre mala gentis suæ.
à Deo percussus incurabili morbo, dicebat,
se recordari malorum, quæ fecerat in Jeru-
salem; propter quæ patiebatur & ipse mala - 6. 12.
à Domino. Sub hæc, qui erant in arce - - 13.
Jerusalem gentes, quærebant semper mala Ju-
dæis. Alcimus, Assidæos decipiens, dice-
bat illis, jurans: *Non inferemus vobis ma-* - - 18.
lum, neque amicis vestris; at fide cessit im- - 7. 15.
pios; *& vidit Judas omnia mala,* (f h) *quæ* - - 23.
fecit Alcimus (hic erat Judæus, & de ge- (fh) Idem videns mala ab Alcimo facta.
nere Sacerdotali, cum gentibus conjunctus),
& qui cum eo erant, filiis Israel, multò plus,
quàm gentes. De malis, quæ Demetrius - 8. 31.
Rex fecit in Judæos, Romani eidem scripse-
re. Bacchides se componens cum Jonathâ,
(f i) *juravit, se nihil facturum ei mali omni-* - 9. 71.
bus diebus vitæ ejus. (Vid. *Bacchides.*) De- (fi) Bacchides jurans se mala non facturum Jonathæ Mach.
metrius Soter cum Jonathâ eodem pacem ini-
re quæsivit, dum timebat, (f k) Jonathan
recordaturum malorum ab eo factorum in - 10. 5.
fratrem suum Judam. (Vid. *Demetrius.*) (fk) Mala facta à Demetrio Sotere in Judam Mach.
Antiochus Sedetes Tryphonem insecutus est,
fugientem, qui relictus ab exercitu benè no- - 15. 12.
vit congregata esse in se mala. Romani pro - - 19.
Judæis iterùm Regibus, & Regionibus scri-
psere, ne inferrent illis mala. Et de Pto-
lemæo, Simonis genero, & doloso interfecto-
re, scribitur, quòd *fecit deceptionem magnam* - 16. 17.
in Israel, (f l) *& reddidit mala pro bonis.* (fl) Ptolemæus mala pro bonis reddens.
Notatur in libro secundo Machabæorum ora-
tio Nehemiæ, in quâ Deo dicitur: *Qui liberas* 2. Mach. 1. 25.
Israel de omni malo. Dicitur item, quòd sub
Oniâ Sacerdote inhabitabatur cum omni pace
Jerusalem propter ejusdem *Oniæ Pontificis pie-* - 3. 1.
tatem, & animos odio habentes mala. A Si-
mone autem (f m) accusatus est Onias idem - 4. 1.
tanquam *incentor malorum*, quæ evenerant (fm) Onias incusatus falsò, ut malorum incentor.
Heliodoro. (Vid. *Heliodorus.*) De Jasone
ambitioso, & contra suosmet gentes excitante,
(f n) ponitur, quòd *non cogitabat prosperitatem* - 5. 6.
adversùm cognatos malum esse maximum &c. (fn) Jason malum non reputans cognatos persequi.
Scribitur pariter, quòd propter gentem malam
Judæorum *ipse* (etiam) *locus* (nempe Templum) - - 20.

particeps factus est populi malorum; Templo autem à gentibus polluto, *pessima, & universis gravis erat malorum incursio.* Cùmque purgatum fuisset à Judâ Machabæo, (fo) *rogabant Dominum* (Judæi) *prostrati in terram, ne amplius talibus malis inciderent.* Et in libro eodem Machabæorum secundo breviter referuntur (fp) *mala, quæ in bellis gesta sunt*, sub Antiocho Eupatore, seu potiùs referri incipiunt. Suggerente Lysiâ, Menelaum (fq) *causam* esse *omnium malorum*, Antiochi ejusdem Eupatoris jussu morti datus est. Judas Machabæus, cavens sibi à Nicanoris insidiis, locis opportunis armatos disponebat, *ne fortè ab hostibus repentè mali aliquid oreretur.*

At ad textus jam novi Testamenti gradum faciamus. Inter beatitudines à Christo Domino prolatas est: (fr) *Beati estis, cùm maledixerint vobis, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum, adversùm vos mentientes, propter me.* Item monemur: (fs) *Sit sermo vester: est, est: non, non: quod autem his abundantiùs est, à malo est - - - - audistis quia dictum est: oculum pro oculo, & dentem pro dente; Ego autem dico vobis, non resistere malo &c.* Et in oratione Dominicali ad Patrem habet Christus: *Sed libera nos à malo.* Scribis, intra se murmurantibus, Jesus cogitationes eorum videns, (ft) cùm paralyticus ei offerretur, dixit eis: *Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris?* contra Pharisæos autem loquens, inter cætera dicebat: *Malus homo de malo thesauro profert mala:* Pilatus succlamantibus Judæis contra Christum petebat: *Quid mali fecit?* Declarans aliquando Christus: quæ hominem coinquinabant, post enumerata plura crimina, puta furta, avaritiam, dolum &c. subdidit: *Omnia* (fu) *hæc mala ab intùs procedunt, & communicant hominem.* De Joanne Baptistâ scribitur, quòd Herodem Tetrarcham corripiebat de Herodiade, uxore fratris ejus, (fx) *& de omnibus malis, quæ fecit Herodes.* In historiâ, seu parabolâ de Epulone, Abraham inducitur, dicens Epuloni, misericordiam petenti: *Fili: recordare, quia recepisti* (fy) *bona in vita tua; & Lazarus similiter mala.* Alter latronum, in cruce cum Christo pendens, & à maledictis alterius latronis ipsum Christum defendens, dicebat: (fz) *Nos quidem justè* (damnamur); *nam digna factis recipimus: hic verò nihil mali gessit.* Ubi de judicii universalis die mentio est in sacris Evangeliis; deque bonis prædicitur, qualis sit futura sors, & malis esseritur, quòd (ga) *procedent qui bona fecerunt in vitam æternam; qui verò mala egerunt, in resurrectionem judicii.* Rogans Christus Jesus pro discipulis suis, & pro futuris credentibus Patrem, dicebat: (gb) *Non rogo, ut tollas eos à malo.* Idem, percussus alapâ à ministro Pontificis, ei dixit: (gc) *Si malè locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem benè, quid me cædis?* Ananias Damasci, monitus à Deo, de adventu Pauli, ut eum quæreret, respondit ei: (gd) *Domine, audivi à multis de viro hoc, quanta mala fecerit Sanctis tuis in Jerusalem.* Philippis in Macedoniâ, cùm, facto terræmotu, aperta essent ostia carceris, & soluta vincula Pauli, unde expergefactus carceris custos æstimans, vinctos fugisse, manus sibi inferre volebat, *clamavit Paulus voce magnâ dicens:*

2.Mach. 6, 3.
- - 10, 4.
(fo) Judæi rogantes, ut mala averterentur.
- - 20.
(fp) Mala sub Antiocho Eup.
- 13, 4.
(fq) Menelaus, causa malorum, morti datus.
- 14, 21.
Matth. 5, 11.
(fr) Beati, adversus quos falsò dicitur omne malum.
- - 37.
(fs) Præter Est, & non, in sermone, reliquum malum est.
- - 39.
- 6, 13.
(ft) Mala in cordibus Scribarum videns Jesus Christus.
- 9, 4.
- 12, 35.
Luc. 6, 45.
Matth. 27, 23.
Marc. 15, 14.
Luc. 23, 22.
Marc. 7, 23.
(fu) Vitia mala sunt ab intus procedentia.
Luc. 3, 19.
(fx) Herodes Tetr. à Jo. Bapt. malorum redarguitur.
- 16, 25.
(fy) Lazarus mala in vita recipiens.
- 23, 41.
(fz) Jesus Christus nihil mali gessit, ait latro in cruce.
Jo. 5, 29.
(ga) Qui mala egerunt procedent in resurrectionem judicii.
- 17, 15.
(gb) Jesus Christus rogans Patrem, ut à malo servet discipulos suos.
- 18, 23.
(gc) Jesus Christus petens à percussore, quòd perhiberet testimonium de malo.
Actor. 9, 13.
(gd) Mala facta per Paulum audita ab Anania.
- 16, 28.

(ge) *Nihil tibi mali feceris; universi enim hic sumus.* Cum idem Paulus coràm concilio, se Pharisæum esse, diceret, & de resurrectione judicari, *factus est clamor magnus. Et surgentes quidam* (gf) *Pharisæorum, pugnabant dicentes: nihil mali invenimus in homine isto: quid si spiritus locutus est ei, aut Angelus?* Festus, loquens de Paulo cum Agrippâ Rege, dicebat: *Cùm stetissent* (de eo scilicet coram me) (gg) *accusatores, nullam causam deferebant, de quibus ego suspicabar malum.* Morsus in insulâ Melitæ à viperâ Paulus, *excutiens bestiam in ignem*, (gh) *nihil mali passus est*; cùm tamen alii eum moriturum putarent brevi, qui posteà *nihil in eo mali fieri* observârunt: Et Judæi, qui Romæ erant, (gi) testificati sunt eidem Paulo, quòd nullus locutus erat eis malum de illo.

In Epistolâ ad Romanos, notat Paulus, quòd idolorum cultores, pleni vitiis facti sunt, & *malorum inventores.* Item, quòd reddetur (gk) *tribulatio, & angustia in animam hominis operantis malum, Judæi primùm, & Græci.* Et hìc primùm dicitur *Judæi*, utpote qui legem habebant. Insuper monitum dat: *Non faciamus mala, ut eveniant bona*; & pugnam carnis contra spiritum describens, ait: *Quod operor, non intelligo: Non enim quod volo bonum, hoc ago; sed quod odi malum, hoc facio &c.* idemque repetit paulò post; & dicit: (gl) *Invenio legem volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adjacet &c.* Et de Jacob, & Esau (in quibus aliquando sacræ litteræ Judæos, & gentes designant, seu etiam figurant Ecclesiam, & Synagogam) habes, loquendo de misericordiâ Dei prædestinante: (gm) *Cùm nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali (ut secundùm electionem propositum Dei maneret), non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei: Quia major serviet minori, sicut scriptum est: Jacob dilexi; Esau autem odio habui.* Instruit pariter Romanos, ut sint *odientes malum, adhærentes bono. Nulli malum pro malo reddentes*; & tradit eis documentum: *Noli vinci à* (gn) *malo, sed vince in bono malum.* Item suadet fideles, ut Principibus obtemperent, additque *Principes non sunt timori boni operis,* (go) *sed mali; - - - - si malum feceris, time; non enim sine causa gladium portat* (Princeps). *Dei enim minister est: vindex in iram ei, qui malum agit.* Et subsequenter ponit: *Dilectio proximi malum non operatur &c. Malum est homini, qui per offendiculum manducat. Volo vos sapientes esse in bono, & simplices in malo.*

Ad Corinthios scribit: (gp) *Auferte malum ex vobis ipsis.* Commemorat proinde varias Judæorum afflictiones, iis jure inflictas ob varia peccata, & subdit: *Hæc autem in figura facta sunt nostri, ut non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt.* Et ait, quòd *charitas - - - non cogitat malum.* Item quod *omnes nos manifestari oportet* (gq) *ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum*: & alibi scribit: *Oramus autem Deum, ut* (gr) *nihil mali faciatis, non ut nos probati appareamus, sed ut vos, quod bonum est, faciatis: nos autem ut reprobi simus.* Ad Thessalonicenses ait: *Videte,* (gs) *ne quis malum pro malo alicui reddat,*

(ge) Paulus vitans ne malum sibi faceret custos carceris.
Actor. 23, 9.
(gf) Paulus à Pharisæis dictus nihil mali fecisse.
- 25, 18.
(gg) Item à Festo.
- 28, 5.
(gh) Paulus non passus malum à morsu viperæ.
- - 6.
- - 21.
(gi) Nullus locutus malum de Paulo cum Judæis Romæ.
Rom. 1, 30.
- 2, 9.
(gk) Tribulatio super operante malum futura.
- 3, 8.
- 7, 15.
- - 19.
- - 21.
(gl) Malum homini adjacens.
- 9, 11.
(gm) Prædeterminatio de Jacob, & Esau, antequàm bonum, vel malum fecissent.
- - 12.
- - 13.
- 12, 9.
- - 17.
- - 21.
(gn) Vincendum in bono malum.
- 13, 3.
- - 4.
(go) Principes contra malum facientes sunt.
- - 10.
- 14, 20.
- 16, 19.
1.Cor. 5, 13.
(gp) Malum à se auferendum.
- 10, 6.
- 13, 5.
2.Cor. 5, 10.
(gq) Ante Christi Tribunal sive bonum, sive malum nostrum apparebit.
- 13, 7.
(gr) Paulus orans, ut sine malo appareamus.
1.Thess. 5, 15.
(gs) Malum non reddendum pro malo.

reddat, sed semper quod bonum est, sectamini in invicem, & in omnes. Fideiis Deus est, qui confirmabit vos, & custodiet à malo. Ad Timotheum autem habet: *Radix omnium malorum est cupiditas &c. Alexander ærarius* (g t) *multa mala mihi ostendit: reddet illi Dominus secundùm opera ejus.* Titum hortatur, ut talis sit, *ut is, qui ex adverso est, vereatur, nihil habens malum dicere de nobis.* Et ad Hebræos dicit: *Perfectorum est solidus cibus;* (g u) *eorum qui pro consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni, ac mali.*

1.Thess. 5, 3.
1.Tim. 6, 10.
2.Tim. 4, 14.
(g t) Alexander ærarius mala ostendens Paulo.
Tit. 2, 8.
Hebr. 5, 14.
(g u) Solidus cibus datur discernentibus bonum, & malum.

Jacobus in suâ Catholicâ ait: (g x) *Nemo, cùm tentatur, dicat, quoniam à Deo tentatur; Deus enim intentator malorum est; ipse autem neminem tentat. Linguam nullus hominum domare potest:* (g y) *inquietum malum; plena veneno mortifero.*

Jacob. 1, 13.
(g x) Deus malorum intentator.
- 3. 8.
(g y) Lingua inquietum malum.

Petrus vult, ut fideles sint (g z) *non reddentes malum pro malo - - - Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos,* (h a) *coerceat linguam suam à malo, & labia ne loquantur dolum. Declinet à malo, & faciat bonum &c. - - - Vultus Domini super facientes mala.*

1.Petr. 3, 9.
- - 10.
(g z) Malum non reddendum pro malo.
- - 11.
- - 12.
(h a) Lingua coërcenda a malo, a quo declinandum.

Et Joannes Apostolus ad Gajum scribit: (h b) *Charissime, noli imitari malum, sed quod bonum est.*

3.Jo. v. 11.
(h b) Malum non imitemur.

Malum, Fructus. Vid. Malus, Arbor.

Malus, a, um.

Hist.
(a) Quid est hæc vox, cujus terminus fuctis non signantur, ubi non est locus; & quæ duplici modo sumitur.

Idem est, (a) ac *perversus*; sive etiam *non bonus*; ubi valet Philosophicum axioma: *Bonum ex integrâ causâ; malum ex quocunque defectu*; venitque etiam Malus pro *damnosus*. Sumiturque hoc nomen, quod adjectivum est, aliquando substantivè, significans eum, *qui malè agit*.

Quatenùs *adjectivè* sumitur, habemus, quòd Jacob respondens Pharaoni, interroganti, quot vitæ annos haberet, respondit: (b) *Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum sunt, parvi, & mali*, h. e. pleni afflictionibus. Habemus item in Levitico, quòd animal votum Domino mutari non poterat *nec melius malo, nec pejus bono*; quod si mutaretur, *& ipsum quod mutatum est*, consecrabatur Domino; judicabatur autem utrum bonum, an malum esset; quod item fiebat de domo, Domino Deo consecratâ. Sic in decimis animalium, quæ sub pastoris virgâ transibant, non eligebatur *nec bonum, nec malum*. Misit Moyses exploratores in terram Chanaan, qui viderent si *ipsa terra bona, an mala esset*; cùm autem reversi detraherent *terræ, quòd esset mala* (exceptis Josue, & Caleb) *mortui sunt, atque percussi in conspectu Domini.*

Gen. 47, 9.
(b) Anni Jacob parvi, & mali; ubi expl. sent.
Levit. 27, 10.
- - 12.
- - 14.
- - 33.
Num. 13, 20.
- 14, 36.
- - 37.

In Deuteronomio est; (c) *Quando egressus fueris adversùs hostes tuos in pugnam, custodies te ab omni re malâ.* Pro inobservantiâ legis Esdras Optimates redarguens, (d) dicebat eis: *Quæ est hæc res mala, quam vos facitis, & profanatis diem sabbati?*

Deut. 23, 9.
(c) Judæi in bello ab omni re malâ se custodiunto.
2.Esdr. 13, 17.
(d) Optimates Judæorum rem malam facientes.

In Psalmis legimus: *Beatus, qui intelligit super egenum, & pauperem, in die malâ liberabit eum Dominus. Cur timebo in die malâ? Iniquitas calcanei mei circumdabit me. Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tuâ docueris eum; ut mitiges ei à diebus malis: donec fodiatur peccatori fovea. Eripe me, Domine, ab homine malo.* In Proverbiis legitur;

Psal. 40, 2.
- 48, 6.
- 93, 12.
- - 13.
- 139, 1.

Universa propter semetipsum operatus est Dominus: impium quoque ad diem malum. Ne æmuleris viros malos, nec desideres esse cum eis. Viri mali non cogitant judicium: qui autem inquirunt Dominum, animadvertunt omnia. Apud Ecclesiasten est: *In die bonâ fruere bonis, & malam diem præcave.* Dominus, comminans superbis apud Amos, eis dicit: *Qui separati estis in diem malum &c.* Ad Pharisæos ait Christus Dominus: *Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cùm sitis mali? ex abundantiâ enim cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro profert bona: Et malus homo de malo thesauro profert mala.* Itemque inquit: (e) *Si vos, cùm sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quantò magis Pater vester de cœlo dabit Spiritum bonum petentibus se.* Thessalonicæ zelantes Judæi assumpserunt (f) *de vulgo viros quosdam malos, & turbâ factâ concitaverant civitatem*, contra Paulum, & Silam. Ad Ephesios scribit Paulus idem Apostolus, ut sint *redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare.* Ad Thessalonicenses scribit: *Fratres, orate pro nobis - -, ut liberemur ab importunis, & malis hominibus: non enim omnium est fides.* Ad Timotheum autem inquit: (g) *Mali homines, & seductores proficient in pejus.* Cæterùm pro aliis textibus, hùc non adductis, vid. *Angelus: Arbor: Avaritia: Bestia: Concupiscentia: Conscientia: Consilium: Cor: Cogitatio: Cursus: Diabolus: Doctrina: Exitus: Famu: Fructus: Generatio: Ficus: Her: Jastus: Incredulitas: Inveteratus: Mulier: Nomen: Opus: Occursus: Oculus: Præsumptio: Pravitas: Pauper: Species: Spiritus: Suspicio: Suggestio: Somnium: Sermo: Servus: Tempus: Tribulatio: Thesaurus: Via: Verbum: Sagena: Regnum: Piscis.*

Prov. 16, 4.
- 24, 1.
- 28, 5.
Eccle. 7, 15.
Amos 6, 3.
Matth. 12, 34.
- - 35.
Luc. 6, 45.
- 11, 13.
(e) Deus etiam malis dans bona.
Actor 17, 5.
(f) Judæi malos excitantes in Paulum.
Ephes. 5, 16.
- 6, 13.
2.Thess. 3, 2.
2.Tim. 3, 13.
(g) Mali homines in pejus profecturi; & aliqua remissivè.

Quatenùs *substantivè* habemus apud Job: *In diem perditionis servatur malus, & ad diem furoris ducetur.* Et Eliu, de impiis loquens, dicebat: *Ibi clamabunt, & non exaudiet* (Deus.) *propter superbiam malorum.*

Job. 21, 30.
- 35, 12.

In Proverbiis est: *Clementia præparat vitam: & sectatio malorum mortem. Manus in manu non erit innocens malus. Jacebunt mali ante bonos; & impii ante portas justorum. In omni loco oculi Domini contemplantur bonos, & malos. Malus obedit linguæ iniquæ, & fallax obtemperat labiis mendacibus. Semper jurgia quærit malus; Angelus autem crudelis mittetur contra eum. Non habent futurorum spem mali.*

Prov. 11, 19.
- - 21.
- 14, 19.
- 15, 3.
- 17, 4.
- - 11.
- 24, 20.

Ecclesiastes notat, neminem scire, an Dei odio, vel amore dignus sit, cùm videat homo, quòd (h) *universa æquè eveniant justo, & impio; bono, & malo; mundo, & immundo &c.*

Eccle. 9, 2.
(h) Universa æquè evenientia bono, & malo.

Apud Ecclesiasticum legitur: *Improperium, & contumeliam malus hæreditabit, & omnis peccator invidus, & bilinguis. Exhonoravit Dominus conventus malorum, & destruxit eos usque in finem. Casus malorum festinanter veniet.*

Eccli. 6, 1.
- 10, 16.
- 20, 20.

Jeremias dicit: *Cantate Domino, laudate Dominum: quia liberavit animam pauperis de manu malorum.* De Simone Machabæo scribitur, quòd *abstulit omnem iniquum, & malum.* Christus Dominus, de Patre suo æterno loquens, dicebat, (i) quòd *solem suum oriri facit super bonos, & malos.* Et explicans parabolam seminantis, & seminis

Jerem. 20, 13.
1.Mach. 14, 14.
Matth. 5, 45.
(i) Deus super bonos, & malos solem oriri facit.

Matth. 13, 19.
(k) Malus veniens, & semen rapiens.

ajebat: (k) *Omnis, qui audit verbum Regni, & non intelligit, venit malus, & rapit quod seminatum est in corde ejus: hic est, qui secus viam seminatus est.* Interrogati discipuli, quid faceret Dominus vineæ agricolis, filii ejusdem, servorumque interfectoribus, responderunt: (l) *Males malè perdet &c.* Servi facientis nuptias filio, cùm non adessent convivæ, juxta parabolam allatam à Christo Domino, egressi in vias, *congregaverunt* (m) *omnes, quos invenerunt, malos, & bonos, & impleta sunt nuptia discumbentium.* Ad charitatem cum proximo suademur à Christo Domino, qui subdit: (n) *Et erit merces vestra multa, & eritis filii Altissimi, quia ipse benignus est super ingratos, & malos.* Angelo Ephesi scribere jussus est Joannes à Domino, qui dixit, (o) se ejus patientiam scire, quia non poterat sustinere malos.

- 21, 41. (l) Mali malè perdendi.
- 22, 10. (m) Mali, & boni ad nuptias introducti.
Luc. 6, 35. (n) Deus benignum etiam super ingratos, & malos.
Apoc. 2, 2. (o) Patientia Ephesini Episcopi non potentis sustinere malos.

Malus, Arbor. Malum, Fructus.

Hist. Confusè in sacrâ paginâ, & Malus arbor, & Malum fructus nobis apparent ex casibus obliquis; quapropter & nos confusè hic ponimus. (a) Quatenùs per Malum significetur *arbor*, intelligitur *arbor pomifera*; pro Malo, *fructu* autem accipitur *quodlibet pomum*: Malum enim se habet, tanquam genus ad species; unde habes sub eo Mala punica; mala aurea &c. Et à dictione *Malum*, quod est *crimen, damnum &c.* nec non dictione *Malus*, quìd est *perversus, impius, non bonus &c.* differunt hæ, quas in præsentiarum tractamus, dictiones, propter syllabæ primæ longitudinem. In Proverbiis est: (b) *Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore suo*; q. d. qui loquitur, pro ratione debitâ temporis, jucunditatem affert, sicut mala aurea, suo colore (sive realia sint, & fructus veri; sive ficta, puta ex ligno inaurato &c.) ornant lectum argenteum &c. & laudatur, & placet. Mystica sponsa de (c) Sponso suo ait: *Sicut malus inter ligna sylvarum* (h. e. inter arbores infructiferas), *sic dilectus meus inter filios.* Et subinde amore languens dicit: *Fulcite me floribus, stipate me malis; quia amore langueo.* Et mysticus Sponsus de ipsâ Sponsâ, & ad ipsam Sponsam inquit: *Odor oris tui sicut malorum. Sub* (d) *arbore malo suscitavi te; ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua*; nec displicet interpretatio mystica dicentis, hanc esse locutionem Dei animæ; q. d. sub arbore malo (*malum* enim fructus, sive arbor *malus* volunt quoad nomen commune esse fructibus, & arboribus omnibus fructiferis) peccavit Eva, & tunc suscitavi te, misericordiam scilicet tui habui, ne omnino perires per peccatum parentum tuorum, volens redimere ego ipse te; & sub eâdem quidem arbore, lethifero ubi serpentis venenô corrupta fuit Eva mater, & genitrix tua.

(a) Vocum significationes.
Prov. 25, 11. (b) Mala aurea in lectis argenteis loquens verbum opportunè, ubi expl. text.
Cant. 2, 3. (c) Varia de malis pro Sponso, & Sponsâ mysticis.
- - 5.
- 7, 8.
- 8, 5. (d) Sponsæ myst. mater corrupta sub arbore malo; ubi expl. text.

Joël, prophetans terræ vastitatem, habet: (e) *Vinea confusa est, & ficus elanguit: malogranatum, & palma, & malum, & omnia ligna agri aruerunt; quia confusum est gaudium à filiis hominum.* Vid. etiam *Malogranatum, seu Malum Granatum: Malum Punicum.* (f) Malus ergo arbor est fructifera; Malum est fructus, in rotunditatem (si sumatur pro tali particulari fructu, cùm aliqui velint universaliter sumi pro fructibus quibuscunque) vergens, colorem habens, odorem, saporem. Vid. *Notas mysticas.*

Joël. 1, 12. (e) Malum arescens signum vastitatis.
(f) Quid differt malus, & malum.

Christus, ut malus est inter ligna sylvarum, ex DD. Gregorio Magno, & Bernardo; quæ comparatio ad humanitatem Christi pertinet, non ad divinitatem; quin etiam malum est fructus, ex arbore pendens, prout pependit è cruce; in quo omnis salubritas, & suavitas reperitur; ex Origene.

Myst. D. Greg. s. Cant. D. Bern. s. Cant. 48. Origen. s. Cant. h. 2. s.

Crux Christi arbor est malus, sub quâ suscitatur Sponsa quiescens; ex D. Ambrosio.

Div. Ambros. de Isaac. c. 8.

Fideles perfecti, & fructificantes in Ecclesiâ, mala sunt, quibus stipari vult Sponsa; ut habet Origenes.

Origen. s. Cant. h. 5.

Sensus spirituales, in litterâ legis apparentes, figurantur per mala aurea in lectis argenteis; ut notat Beda.

Bed. s. Prov. 25.

Virgo Maria in malo arbore repræsentatur à Richardo à S. Laurentio, notante; quòd mali arboris flos candidus oritur, purpureus crescit, & roseus; & idem expendit, quòd flos ejus Christus candidus, & rubicundus est.

Rich. à S. Laur. de laud. B. V. l. 12.

Malum Punicum. Vid. Malogranatum.

Malus, Arbor navis.

Habet etiam (a) *Malus, arborem navis* significare; quod facit vel cum addito: Navis; vel sine addito. Dum apud Isaiam prænuntiatur gravis afflictio contra Judæos, profugientes ad Ægyptios, dicitur: *Mille homines à facie terroris unius: & à facie terroris quinque fugietis, donec* (b) *relinquamini, quasi malus navis in vertice montis, & quasi signum super collem*; q. d. sicut malus navis in vertice montis inutilis est; sic quoque & tu fies. Et infra contra Jerusalem ponitur: *Laxati sunt funiculi tui, & non prævalebunt*: (c) *sic erit malus tuus, ut dilatare signum non queas*; laxatis namque funiculis mali, expandi vela nequeunt; & hæc habent inutilitatem, quæ ex vastitate sequitur, denotere. Dum verò narrantur, quæ fuerint Tyri opulentissimæ urbis magnificentiæ, quæ pariter urbs devastationem subire debebat, ei dicitur: (d) *Cedrum de Libano tulerunt, ut facerent tibi malum - - - - Byssus varia de Ægypto texta est tibi in velum, ut poneretur in malo.* Et hæc in sacris litteris. Malus (e) autem lignum est altum; & quidem arbor ipsa levigata, in medio navis positum, cui Antennæ ad velorum expansionem alligantur, quibus ventus inclusus, seu in quæ ventus impingens vim toti navi facit ad iter per undas: quòd si malo navis privetur, inutilis ferè ad iter est; nisi hoc hominum robore fiat remis impingentium, cogentium.

Hist. (a) Quid est.
Isai. 30, 17. (b) Judæi ut malus navis in monte futuri; ubi expl. text.
- - 33, 23. (c) Malus Jerusalem, qualis futurus; ubi expl. text.
Ezech. 27, 5. - - - 7. (d) Cedrus de Libano malus in Tyro &c.
(e) Mali navis descriptio.

Lex, aut *Templum*; quæ quidem secundùm litteram non dilatata sunt, figurantur, ex D. Hieronymo, in malo Jerusalem.

Myst. D. Hier. s. Isai. 33.

Rebelles, post persecutionem, repræsentantur, ex eodem in malo navis, in montis vertice relictâ.

Idem s. Isai. 30.

Templum Jerosolymitanum. Vid. *Lex.*

Mambre.

Vir. Urbs. Convallis. Torrens. Spelunca.

Sive semper veniat in recto; sive aliquando in recto, aliquando in obliquo (a) *vir, urbs, convallis, & torrens*; omnia hæc

Hist. (a) Variæ vocis indicationes.

hæc ſub hâc unicâ dictione comprehendimus, occaſionem ipſâ ſacrâ paginâ præbente.

((b) Quis fuerit vir. Gen. 14, 13. (c) Fœdus habet cum Abraham. - - 14. (d) Urbs, ab eo dicta, quæ fuit. - 31, 27.)

Vir etenim fuit Mambre, (b) *frater Aner, & Eſcol*; Amorrhæus, qui cum iisdem fratribus ſuis in terrâ Chanaan, facile ex Principibus, ſicuti & ipſe Princeps, (c) amicus fuit Abrahæ, & cum eo fœdus pepigit; unde habemus, quòd omnes tres cum eodem Abraham fuêre oppugnante, devincente, ſpoliante quinque Reges Lot abducentes captivum; deque prædâ partem habuerunt. Ab hoc Mambre (d) *Civitas* dicta præſumitur; quæ poſtea fuit *in Tribu Juda*, quæ eadem eſt, ac *Hebron*, & *civitas Arbee*; (Vid. *Arbee*: *Hebron.*) ad quam peregrinatus eſt Abraham, & Iſaac, & tandem Jacob ex Meſopotamia rediens; ibique patrem ſuum Iſaac reperiit, qui centum octoginta completis annis, obiit. Et contra hanc urbem, h.e. eam reſpiciens (e) erat ſpelunca duplex, poſita in campo Ephronis, ab Abraham empto, & in qua ſepelivit Saram; ubi & ipſe ſepultus eſt; ſicuti & Iſaac cum Rebecca, ſicuti & Lia; ſicuti & Jacob, qui inibi ſepeliri mandavit. Circa urbem Mambre (f) convallis erat ab urbe nomen ſibi faciens, juxta quam habitavit Abraham, & ibi altare Domino ædificavit: *Apparuit autem ei Dominus* (g) *in convalle Mambre ſedenti in oſtio tabernaculi ſui, in ipſo fervore diei*; & fuit, quando Angeli ab eodem ſuſcepti hoſpitio fuerunt, qui filium ex Sara promiſerunt. (Vid. *Abraham*): Notabilis ſanè locus, ubi (h) tres videns, & unum adorans Patriarcha, admirabile nobis innuit ſummæ ac tremendæ Trinitatis myſterium. Deſcribitur hæc convallis ab auctoribus fertiliſſima ad duodecim ſtadia lata, longa. In eâ arbor celebris erat (V. *Hebron.*) Et per eam torrens (i) excurrebat, à quo, *uſque quò perveniatur ad mare*, dicitur Holofernes omnes civitates excelſas fregiſſe, quæ erant ibi. (k) Sonat hæc dictio: *Rebellis: Amaru: Commutans: Permutans.* Et etiam ſecundùm aliquos: *Viſio: Perſpicuita.*

((e) Spelunca Mambre, quæ ſit. - 23, 17. - - 19. - 25, 9. - 49, 30. - 50, 13. (f) Convallis Mambre quæ. - 13, 18. - 18. 1. &c. (g) Dominus in convalle Mambre apparens Abrahæ. (h) Trinitatis myſterium indicatum in Deo. (i) Torrens Mambre, qui. Judith. 2, 14. (k) Signif. vocis.)

Myſt. (Phil. de migr. Abrahæ.)

Contemplationi aptus deſignatur per Philonem, in Mambre, qui unitur Abrahæ, viro perfecto.

Mambres.

Hiſt. (2 Tim. 3, 8. (a) Mambres reſiſtens Moyſi. (b) Quis fuit. (c) Nom. interp.)

In Epiſtolâ Divi Pauli ſecundâ ad Timotheum, de hominibus iniquis, ſubvertentibus animos ſimplices futuris loquens, habet: (a) *Quemadmodum autem Jannes, & Mambres reſtiterunt Moyſi: Ita & hi reſiſtunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem &c.* Fuit igitur unus (b) ex incantatoribus, qui apud Pharaonem Moyſi reſtitit; variis editis præſtigiis, ut videre eſt in dictione *Moyſes.* Græcum nomen eſt, ut volunt aliqui: Hebræi tamen interpretantur: (c) *Mare cum egeſtate.*

Mamma.

Hiſt. ((a) Quid eſt. Cant. 4, 10. (b) Mammæ Sponſæ myſt. laudatæ. Thren. 4, 3. (c) Lamiæ nudantes mammam.)

Hoc nomine, (a) *quo ſolent infantes matrem, vel nutricem appellare*, vocatur *receptaculum lactis in fæmina, quæ fœtum educat.* In Canticis myſticus Sponſus ad Sponſam myſticam dicit: (b) *Quam pulchra ſunt mammæ tuæ, Soror mea Sponſa!* De Jeruſalem in Threnis habet Jeremias: (c) *Lamiæ nudaverunt mammam, lactaverunt catulos ſuos: filia populi mei crudelis, quaſi ſtruthio in deſerto.*

(Ezech. 23, 3. (d) Mammæ pubertatis Samariæ, & Jeruſalem contrectæ; ubi expl. text. - - 21. - - 23. (e) Aſſyrii ad cubile mammarum Oolibæ adducti, ubi expl. text.)

Apud Ezechielem, conquerens Dominus de Samariâ & Jeruſalem, ſub figura duarum meretricum, Oollæ, & Oolibæ, de eis dicit: (d) *Fornicatæ ſunt in Ægypto, in adoleſcentiâ ſuâ fornicatæ ſunt: ibi ſubacta ſunt ubera earum; & fractæ ſunt mammæ pubertatis earum*; & ſic Oolibæ dicitur: *Viſitâſti ſcelus adoleſcentiæ tuæ, quando ſubacta ſunt in Ægypto ubera tua, & confractæ ſunt mammæ pubertatis tuæ.* Corruptæ namque fæminæ ſunt ſignum mammæ laxatæ, quod idem eſt, ac ſubactæ. De hac ipſâ Oolibâ notatur: (e) *Cùm veniſſent ad eam filii Babylonis, ad cubile mammarum, polluerunt eam ſtupris ſuis, & polluta eſt ab eis, & ſaturata eſt anima ejus ab illis*; ſuper quibus nota, quòd ratio polluti, ſtuprorum &c. metaphoricè venit pro receſſu à Deo, & adhæſione creaturæ, puta Aſſyriis, cultum deorum ipſorum ſequendo: quò autem ad illud *mammarum*; aliqui transferunt *Amorum*, quandoquidem dictio *Dodim* דודים hoc ſonat; neque ego diſſentio; at in purâ noſtra Vulgatâ ſtans extraneum non judico, ſi mamma hic intelligatur pro matre; & ſic univerſaliter pro fœmina: Sive particulariter; q.d. ad cubile, ubi matres fieri ſolent, quæ fuerant virgines, h. e. pollui; quaſi ad thalamum.

Mammilla.

Hiſt. ((a) Quid eſt. Iſai. 60, 16. (b) Mammillâ Regum lactanda Sion. Apoc. 1, 13. (c) Vir in Apoc. viſus ad mammillas aureâ zonâ cinctus.)

Idem eſt, ac (a) *Mamma*, quatenus *receptaculum lactis eſt in fæminis educantibus fœtum; & protuberantes uberum eminentias indicat*, quaſi in blanditiem, diminutivum illius dictionis nomen. Sion, myſticè Eccleſia ad exultationem invitatur, cui etiam myſticè dicitur: (b) *Suges lac Gentium, & mammillâ Regum lactaberis, &c.* Ubi pro Mammillâ Regum puritatem doctrinæ intellige, juxta communem DD. expoſitionem. Vir (c) ambulans in medio candelabrorum viſus à Joanne in Apocalypſi, erat præcinctus *ad mammillas zonâ aureâ.* Scribitur rectè cum unico *m*; primâ correpta: recentiores tamen aliqui, tanquam derivatum à mamma duplici *m* notantes, in ſuam nos traxêre ſequelam.

Myſt.

Puritas Doctrinæ. Vid. *in notis hiſtoricis.*

Mammona.

Hiſt. ((a) Quid ſonat. Matth. 6, 24. Luc. 16, 13. (b) Deo, & Mammonæ ſerviri non poteſt; ubi expl. text.)

Syriaca dictio eſt, (a) idem notans, ac *Divitias.*

In Evangelio adhibetur, cùm dicitur à Chriſto Domino: (b) *Non poteſtis Deo ſervire & Mammonæ*, h. e. ſæculi hujus divitiis, & deliciis, quæ ex divitiis oriri ſolent. Servire enim volentes utrique, alterum ex iis relinquent, odio habebunt, contemnent. Notabilis eſt autem Parabola de villico, pro diſſipatore, apud Dominum diffamato, qui ad rationem reddendam vocatus, debitoribus Domini ſui conceſſit partem debiti, ut poſteà ab iiſdem ratione beneficii, ſi à villicatione removeretur, reciperetur in domos eorum; quâ uſus eſt Chriſtus Dominus, (c) ut doceret, quamvis per divitias, eleemoſynis redimeremus peccata noſtra: Et ex patratis criminibus acciperemus occaſiones

faciendi bona. Sciens enim Dominus villici,
quod fecerat, laudavit aum : & Christus JEsus
Matth. 6, 9.
(c) Amici faciendi de Mammona iniquitatis, ubi expl. text.
addidit Parabolæ : *Et ego vobis dico*: (c) *Facite*
vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cùm defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.
- - 10. *Qui fidelis est in minimo, & in majori fidelis est,*
& qui in modico iniquus est, & in majori iniquus
- - 15. *est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis : quod vestrum est, quis dabit vobis?*

Mamuchan.

Hist. *Inter* (a) præcipuos *Consiliarios Assueri* Re-
(a) Quis fuerit.
gis locum habuit Mamuchan; hi autem septem
erant Persarom, atque Medorum Duces, qui faciem Regis videbant, & primi post eum residere
Esth. 1, 14. soliti, quos interrogavit Assuerus soper inobedientiâ Reginæ Vasthi, (V. *Vasthi*,) respondítque
- - 16. Mamochan, (b) audiente Rege, atque Principibus: *Non solùm Regem læsit Regina Vasthi, sed*
(b) Sententiam contra Vasthi Reginam profert.
& omnes populos, & Principes, qui sunt in cunctis Provinciis Regis Assueri ; & proinde inobedientiam hujusmodi exaggeraos, unà simul
(c) Malum exemplum damnandum.
(c) cum malo exemplu, qood inde cæterorum uxores suscipere potarant, ad non parendum viris suis, repudium illius Regi ipsi suasit; ut
(d) Nom. signif. factum est. (d) Etymologia nominis est : *Depauperatus* : *Percussus* : *Paratus*: *Cersus*.

Mamzer.

Hist. Hebraica (a) dictio est, idem sonsns, ac *spurius*.
(a) Quid sonat.
Deut. 23, 2.
(b) Mamzer exclusus ab Ecclesia, ubi expl. text.
Io Deoteronomio lex est : (b) *Non ingredietur Mamzer, h. e. de scorte natus, in Ecclesiam Domini, usque ad decimam generationem* : hoc est, *jus civium* non habebit ; non admissus in popolum Judæorum ex alia natiuoa.

Man. Manna. Manhu.

Hist. Tria hæc vocabula unà simul elucidamus, cùm primum, & secundum idem significent; & tertium aliorum fuerit origo. Eorum autem elucidatio, & historia hæc est.

Exod. 16, 1. &c.
(a) Unde hæc nomina, historia.
Duce (a) Moyse, ex Ægypto prætergressi Judæi terram appromissam versùs, præeunte ignis, nubisque columnâ, per deserta properabant; jamque decimo quinto die mensis secuodi egressionis ab Ægypto in desertum Sin cùm pervenissent, inter Elim, & Sinai pervenerant, cum tædio itineris lassi, & ciborum Ægyptiorum reminiscentes, carnesque appetentes, contra Moysen & Aaron obmurmorabant; quasi ad mortem inter deserta adducti ; at apparens Dominus, & Moysi, quæ factorus esset, revelans, caroes appromisit, & panes; Cùmque
- - 13. coturnices castra cooperuissent vesperè, *manè*
- - 14. & 15. *quoque ros jacuit per circuitum castrorum*, ope-
(b) Descriptio Man, & ejus pluvia data in panem Judæis; & supra.
riens soperficiam terræ ; at (b) *apparuit in solitudine minutum, & quasi pilo tusum, in similitudinem pruinæ super terram; quòd cùm vidissent filii Israel dixerunt ad invicem : Manhu? quod significat: quid est hoc? Ignorabant enim quod esset. Quibus ait Moyses : Iste est panis, quem Dominus dedit vobis ad vescendum.* Hujusmodi autem cibum collegit Israel, & ex dicto facilè *Manhu*; ot communiter tradunt omnes, *appel-*
- - 31. *lavit domus Israel nomen ejus Man : quod erat quasi semen coriandri, album, gustusq; ejus quasi simila cum melle.* De hoc igitur jussi sunt Ju-

dæi colligere unusquisqua ax eo, quantum ad — Exod. 16, 16.
- - 18.
vescendum sufficiebat, (c) *Gomor per singula* — (c) Ejus quantitas colligenda in singulos.
capita, — nec qui plus collegerat, habuit amplius; nec qui minus paraverat, reperit minus;
de eo autem nihil relinquendum erat in se- — - - 19.
quentem diem, secus ac scatebat vermibus, — - - 20.
& computrascebat; (d) quod tamen oon eva- — - - 22.
niebat sabbato, quòd cum sanctificandum esset, — (d) Pridie sabbati duplex quantitas Man colligenda.
feriâ antecedenti sextâ duo gomor colligebaotur,
quorum alterum servabatur in ipsum sabbatum
quo die non inveniebatur. - Et manè quidem — - - 21.
colligi debebat, cùm enim incaluisset sol, liquefiebat : In memoriale verò (e) æternum ad fu- — - - 32. &c.
turas Generatiooes Gomor ex eo servatum est — (e) Man servatum in arca.
io vase, quod repositom est in taberoaculo; (f) — - - 34.
& filii Israel comederunt Man quadraginta annos, — (f) Ad quamdiu tempus Man pro cibo fuerit Judæis.
donec venirent in terram habitabilem. Hoc cibo aliti sunt, usquequò tangerent fines terræ Chanaan. Mudus autem comedeodi ex eo, quod (g)
quasi semen coriandri, coloris Bdelii, erat bujus- — Num. 11, 7.
- - 8.
modi: *Circuibat populus, & colligens illud, frangebat molà, sive terrebat in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati*; & cùm de eodem Man sub titulo pa- — (g) Modus parandi Man in comestionem.
nis dicatur in libro Sapientiæ, quod Dominus
dedit populo panem *omne delectamentum in se* — Sap. 16, 20.
habentem, & omnis saporis suavitatem; attameo
populus recordatus pisces, cucometes, pepones,
cæpas, & allia Ægypti, & carnes, aliquando
dixit : (g) *Anima nostra arida est, nihil aliud re-* — Num. 11, 6.
- - 9.
spiciunt oculi nostri, nisi Man ; pertæsique sunt — (g) Tædium Judæorum super Man.
illius, quod, descendenta tote nocte, descendebat soper castra ; & quod sine labore sibi acquirebaot. (Vid. *Coturnix*) ; at saturatus est à Domioo carne populus, & unà simul castigatione plexus.

Hujus Man mentio est sub nomine *Manna* in Deuterooomio, quando dictum est popu-
lo: *Afflixit* (h) *te penuria, & dedit* (Dominus) — Deut. 8, 3.
tibi cibum Manna, quod ignorabas tu, & patres — (h) Memoria de Man dato Judæis.
tui, ut ostenderes tibi, quòd non in solo pane vivat homo, sed in omni verbo, quod egreditur de
ore Dei. Et cibavit (Dominus) *te Mannâ in so-* — - - 16.
litudine, quod nescierant Patres tui. Et in Jo-
sue est, quòd (i) *defecit Manna, postquam comede-* — Jos. 5, 12.
rant frugibus terræ, nec usi sunt ultra cibo illo — (i) Man cessat.
filii Israel, sed comederunt de frugibus præsentis anni (quo scilicet ingressi sunt) *Terræ Chanaan.* Memoratur item hoc beneficium in libris Esdræ,
ubi ad Dominom dicitur à Levitis: (k) *Man-* — 2. Esdr. 9, 20.
na tuum non prohibuisti ab ore eorum (Israëlita- — (k) Memoria de Mandato Judæis.
tum scilicet). Eodemmodo in Psalmis est : *Et* — Psal. 77, 24.
pluit illis (Judæis Dominus) *Manna ad manducandum.*

Petierunt Judæi à Christo Domino signom
aliquod, dicentes ei : (l) *Patres nostri mandu-* — Joan. 6, 31.
caverunt Manna in deserto, sicut scriptum est : — (l) Comparatio inter man datum Judæis, & Christi corpus datum Christianis in cibum.
Panem de cælo dedit eis manducare; Tunc autem promisisrai JEsus panem de cælo ; seque
dixit esse panem vitæ, addens : *Patres vestri*
manducaverunt manna in deserto, & mortui sunt: — - - 49.
Hic est panis de cælo descendens : ut si quis ex — - - 50.
ipse manducaverit, non morietur &c. Hic est — - - 59.
panis, qui de cælo descendit. Non sicut manducaverunt Patres vestri manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, vivet in æternum. Ad Hebræos scribens Apostolus, dicit, quòd in
Tabernaculo erat (m) *urna aurea habens man-* — Hebr. 9. 4.
na ; Gomor scilicet asservatum. Angelo — (m) Man asservatum in Arca.
Pergami scribere jussus est Joannes, cui postea

dixit

dixit filius hominis, ambulans in medio candelabrorum, (n) *Vincenti dabo mannu absconditum, & dabo illi calculum candidum: & in calculo nomen novum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.*

Apoc. 2, 17. (n) Manna absconditum dandum à Deo vincenti.

(o) Nominum hujusmodi significatio.

Man (o) ergo Syriacum potiùs, quàm Hebraicum nomen est, quod Hebraicè *quid?* sonat; (unde Manhu; *quid hoc?* & etiam *munus: donum: præparatio*: Inde Manna idem sonans, ac Man. Sic accepta est vox hæc pro *cibo*; at alicubi aliud significat: Hinc est, quod apud Baruch scribentes Babylone qui erant inibi Judæi, ad Judæos, qui erant Jerosolymis *dixerunt*: (p) *ecce misimus ad vos pecunias, de quibus emite holocautomata, & thus, & facite mannu, & offerte pro peccato ad aram Domini Dei nostri*: in quibus verbis, si pro Manna intelligatur cibus similis à Domino parato in deserti solitudine Israëlitis, sensus nullus est in hoc textu; onde aliud dicendum intelligi: & ecce genuina textûs interpretatio: Manna sonat *munus, donum*; quò circa, dum dicitur: *Emite holocautomata, & thus, & facite munus*, supple: de his. Quale autem munus Domino faciendum erat? id erant victimæ, & hostiæ; id erat oblatio, (q) quæ *Mincha*; & quidem Septuaginta pro Mincha non semel Manna ponunt; unde & noster interpres hìc idem egit. At quomodò ad aram Dei offerre poterant, quibus ademptum erat templum, & altare? ex quo habetur Dan. 3. vers. 38. *Non est in tempore hoc holocaustum, neque sacrificium?* Respondetur dicta Danielis intelligi de holocausto, & sacrificio publico, & solemni; (r) creditur enim clam in furtivo aliquo altari Hebræos, Jerosolymis qui remanserant offerre; sicuti antequam extructum esset Mosaicum Tabernaculum, adhuc altare tribuunt Judæis Liranus; à Lapide &c. Manna hodie dicitur *humor quidem ab incisis quibusdam arboribus, manè summo, cum rore destinens* (ab Ilicibus in Italia, sed non ubique) *& ipse quasi ros melleus ad modum thuris*; ita ut de thure scribentes Manna, & thus interdum confundant, (t) quo ad alvum expurgandam utuntur Medici. Utrum autem idem sit ros, an excitatus à rore humor arborum, in cortice incisarum, quæstio curiosa est; at licèt ipso pro secundâ parte stem, Philosophis hanc remitto aleam.

Baruch. 1, 10. (p) Manna faciendum pro oblatione Domino; ubi expl. text.

(q) Manna pro Mincha positum.

(r) Locus Judæis ad offerendum, cùm non haberent Templum.

(s) Quid hodie vocatur Manna apud Italos.

(t) Usus Mannæ in Medicinâ.

Myst. *Consolationes Spiritûs Sancti* designantur in Man, seu Manna; eis enim sustentat nos Deus in hujus vitæ deserto, viatores ad appromissam beatitudinem; ex Div. Augustino.

D. Aug. f. Apoc. h. 2.

Corpus Christi in Sacramento Eucharistiæ significatur ex Origene, & aliis in Man; quod ex sequenti comparatione apparet.

Orig. f. Matth. h. 35.

Corpus Christi.	*Man.*
Datur nobis viatoribus in sustentationem spiritualis vitæ, nos præservans, & cibans.	Datum est viatoribus per deserta in vitæ sustentationem, & cibum.
Omnem habet saporem, quò scilicet anima fruatur.	Omnem habet saporem, juxta desiderium comedentium.
Panis cæli dicitur.	Panis cæli dictum est.
Dator post purgationem animæ à peccato per exomologesim, liberatâ scilicet animâ à dæmonis captivitate.	Datum est post captivitatem, à quâ liberati sunt ab Ægypto Judæi, directi à Muyse.
Idem Corpus Christi recipit tam qui sub majoribus, quàm qui sub minoribus speciebus illud sumit.	Plus, minusve sumens de Man, idem nutrimentum habebat ex eo.

Doctrina sacra, quæ cælestis est, habetque sensum spiritualem, & gustum similem præbet; ex eodem Man assimilatur. Orig. f. Num. h. 3.

Littera Legis, quæ defecit, adveniente Jesu in mundum; & cùm introducti fuerunt homines in terram appromissam Evangelii, figuratur in Man, quod defecit, cùm Josue & filii Israël terram Chanaan attigerunt; ex D. Cyrillo. Cyr. 3. f. 36. 16

Opera designantur per Man, ex Origene. Orig. f. Psal. 36. h. 3.

Virgo Maria Manna absolutè dicitur à D. Bernardo; itemque à Div. Ambrosio, dicente, quod qui illam manducare neglexerit, vitam in semetipso habere non poterit. Et Richardus à S. Laurentio eam vocat Manna absconditum, quod viventi promittitur, omne delectamentum habens in se, & omnis saporis suavitatem.

D. Bern. serm. 3. in Salv. Regina. D. Amb. in Ps. 35. Rich. à S. Laur. de laud. B. V. l. 4.

Manahat.

Filius (a) *Sobal* hujus nominis est secundus. Hist.
Etymologia est: *Requies*: *Munus*: *Præparata formido*: *Præparata confractio*: *Numerus stuporis*. Et ex Hebræo, & Syriaco simul: *Præparata descensio*: *Numerus descensionis*.

Gen. 36, 23. 1. Par. 1, 40. (a) Quis est, & quid sonat.

Manahath.

In libro Paralipomenon primo, dum sermo est de filiis Ahod in Tribu Benjamin, dicuntur *Principes cognationum habitantium in Gabaâ, qui translati sunt in Manahath.* (a) Utrumne regio sit, an castrum, videtur aliquod dubium inter auctores; at concordantur, si dicatur & regiunculam fuisse, & in eâ *Castrum* sub monte Ephraim, non longè à monte Saron hodie *Cato* dictum, positum *in Tribu Manasse*, cis Jordanem, & scriptum etiam reperitur *Manath*: *Manaath*: *Manathath*; & Septuaginta legunt: *Muchanathi*, Μαχανάθι. Sonat idem, ac (b) *Manahat.*

Hist. 1. Par. 8, 6. (a) Quid est; & Lect. LXX. (b) Nom. sign.

Manahem.

Inter varias revolutionum, rebellionum, Thronique occupationum diversarum vices, quæ in Regno Israël evenerunt, Sellum in Zachariam Regem conjurans, eumque vitâ privans, solio potitus est Regio: vix tamen uno regnavit anno in Samariâ; (a) *Filius* etenim *Gadi de Thersa*, Manahem nomine, vir in Israël potens, & de Magnatibus Regni unus, in Samariam veniens, percussit, & interfecit Sellum, & sese Regni præpositum, & Regem edixit; totusque subigendis applicitus populis, cùm Thapsenses urbis fores ei occlusissent, captam urbem in gladio percussit, tantâ quidem feritate, ut omnes, qui erant in eâ, prægnantibus adhuc utero cæso, interfecerit. Fuit autem regnum ejus ad decennium, & quidem omni plenum iniquitate, & idololatriâ: ex quo permisit Deus, ut Phul Assyriorum Rex armatus in eum descenderet, & dirissimè affligeret; nullusque fuit à vexatione exitus, nisi mille argenti solutis talentis; pro quibus quidem solvendis, *indixit Manahem argentum super Israel cunctis potentibus, & divitibus, ut daret Regi Assyriorum, quinquaginta siclos argenti per singulos.* Successo-

Hist. 4. Reg. 15. 14. &c. (a) Quis hic Regnum Israël occupans; & ejus gesta, & punitio.

cefforem in Regnum habuit Phacejam filium:
fuitque ad fæculum conditi orbis trigefimum
(b) Nom. etym, tertium. Nominis Etymon eft: (b) *Confolator*
eorum: Dučtor eorum: Preparatio caloris: Mu-
nus incenfum: Numerans calefactionem.

Manahen.

Hift. Ad (e) diem Maji Antiochene Ecclefie me-
(a) Quid eft, ejus gefta, & nom. interpr. moriem celebrat Manahen, qui legis Doctor, &
Propheta, h. e. interpres fuit. Hic junctus eft
Actor. 13, 2. in Evangelii prædicatione comes difcipulis Bar-
nabæ, Simoni nigro, Lucio Cyrenenfi, & Sau-
lo: eratque ipfe *Herodis Tetracha collactaneus.*
Interpretationem haber eandem cum *Mana-*
hem.

Manaim.

Hift. Locus (e) hic idem eft, cum *Mahanaim.*
(a) Quid eft, & quid de ea urbe. Id eft: *Caftra Dei*; in quo vifionem habuit Ja-
cob in deferto; ubi poftea ædificata eft urbs,
Jof. 13. 26. quæ fuit in Tribu Gad, cujus eret terminus;
- - 30.
- 21. 37. & poftee affigneta Levitis, *Civitas confugii.*
1. Par. 6, 80. In loco Maneim, feu regione Manaim fub
3. Reg. 4. 14. Salomone Rege præerat Ahinadab filius Addo:
(b) Nom. etym. (b) Interpretationem eandem haber cum *Ma-*
hanaim.

Manans.

Hift.
(a) Quid fonat, & remiffivé. Hoc eft: (a) *fcaturiens* (Vid. *Lac*: *Mel*:)

Manaffe. Manaffes,

Vir. Tribus. Rex. &c.

Hift. Utrôque modó hæc dictio in facra pagine
exponitur, quâ fignificatur.

Gen. 41. 51. & alibi. I. Maneffes (e) *primogenitus Jofeph*, ei na-
(a) Quis primus, & quid fonat. tus ex Afeneth filiâ Putiphare Sacerdotis Helio-
poleos; cùm enim fonet hæc vox: *Oblitus*:
Oblivio; dixit tunc Jofepb, nomen ei impo-
nens: *Oblivifci me fecit Deus omnium laborum*
- 48. 2. *meorum, & domûs patris mei.* Cum hoc, & alte-
ro filio fuo Ephraim, ad Jecob Patrem fuum,
ægrotantem ivit Jofeph, cui dixit idem Jacob
- - 5. pater ajus: (b) *Duo filii tui, qui nati funt ti-*
(b) Acceptus cum fratre à Jacob, tanquam filius ejus. *bi in terra Ægypti, antequam huc venirem ad*
te, mei erunt, Ephraim, & Manaffes, ficut Ru-
- - 12. *ben, & Simeon reputabuntur mihi. Cùmque tu-*
liffet eos Jofeph de gremio Patris, adoravit pro-
- - 13. *nus in terram; & pofuit Ephraim ad dexteram*
(c) Benedictio Jacob fuper Manaffe, cum mutatione loci, &c. *fuam, id eft, ad finiftram Ifraël*: (c) *Manaf-*
fen vero in finiftra fua, ad dexteram fcilicet
- - 14. *Patris, applicuitque ambos ad eum; qui exten-*
dens manum dexteram, pofuit fuper caput E-
phraim minoris fratris; finiftram autem fuper
caput Manaffe, qui major natu erat, commu-
- - 17. *tans manus; ufque benedixit*; — *Videns autem*
Jofeph, quod pofuiffet pater fuus dexteram ma-
num fuper caput Ephraim, graviter accepit: &
apprehenfam manum patris levare conatus eft
de capite Ephraim, & transferre fuper caput
- - 18. *Manaffe. Dixitque ad patrem: non ita convenit,*
pater: quia hic eft primogenitus: pone dexteram
- 19. *fuam fuper caput ejus. Qui renuens ait: Scio,*
fili mi, fcio: & ifte quidem erit in populos, &
multiplicabitur, fed frater ejus minor, major
- - 20. *erit illo, & femen illius crefcet in gentes. Be-*
nedixitque eis in tempore illo, dicens: In te be-
nedicetur Ifrael, atque dicetur: Faciat tibi De-

us ficut Ephraim, & ficut Manaffe. Conftituit-
que Ephraim ante Manaffen; et embobus be- Gen. 49. 22.
nedixit, de iifque prophetavit fub nomine Pa-
tris eorum Jofeph, cùm effet propè mortem.
dicitùrque de Jofepb, quód *vixit centum de-* - 50. 22.
cem annis. Et vidit Ephraim filios ufque ad tertiam
generationem. Filii quoque Machir filii Ma-
naffe nati funt in genibus Jofeph.

Ab hoc eutem Tribus Manaffe locum ha- (d) Tribus etiam Manaffe ab ipfo proveniens, & ad eam pertinentia.
buit, & originem, & in egreffu ab Ægypto
Dux ejus fuit Gemaliel filius Phadaffur; nume-
ratique funt de ee à vigefimo anno, & fupra Num. 1. 10.
omnes, qui poterant ed bella procedere *trigin-* - - 34. & 35. & alibi.
ta duo millia ducenti; datufque eft eidem lucus - 2. 20.
circa Tebernaculum, ed occidentalem plagem.
Octevo die oblationum, in dedicetione Taber- - 7. 54.
culi, & eltaris, obtulit ejufdem Tribûs Prin-
ceps, Gamaliel eandem oblationem, quam alii,
Tribuum eliarum Principes. (Vid. *Oblatio*:)
& Gaddi ex hac Tribu fuit electus, inter duo- - 13. 20.
derim exploretores terræ appromiffæ. Cùm - 26. 29.
verò ex Meneffe ortus effet Machir, qui habuit
filios, & nepotes, octo familiæ in Tribu Me-
naffe fuerunt, in quibus iterum numereti filii,
feu defcendentes Meneffe in deferto, reperti funt
quinquaginta duo millia feptingenti. Fuitque de - - 34.
hac Tribu Salphaad, qui filios non habuit, fed
filias, (Vid. *Salphaad.*) quæ petri in bæredita- - 27. 1. & alibi.
tem fucceffeiunt; deque iis mentio non femel
eft in facris Bibliis. Ultre Jordanem pertem - 32. 33. &c. & alibi.
habuit medie Tribus Meneffe unâ cum Tribu-
bus Gad, & Ruben: & Manaffitæ Galeed cepe- - - 39. &c.
runt, & veftaverunt, Amorrhæo habitatore inter-
fecto; eliofque pariter vicos, & loca. Eâ au-
tem lege concefsè eft portio mediæ Tribui Ma-
naffe, ultre Jordanem, ficut & aliis Tribubus, à
Moyfe, ut aliis, qui Jordanem tranfire debe-
bant, cis ipfum poffeffionem habituri, opem Jof. 1. 12. &c.
ferrent; ut factum eft: continebat (e) eutem hæc - 4. 12. &c.
pars dimidiam partem terræ Galaad, & univer- (e) Dilatatio, & extenfio Tribus Manaffe.
fam ditionem Og, Regis Bafan; feque extende-
bat in longum à Maneim, ufque Baal-Hermon,
& confinia Demafci; in latum autem à Galaad,
Seir, & Hermon montibus, ufque ed mere Ga-
lilææ, & Jordanem; habebat verò fexeginta am-
pla, & munita oppida, ferax pafcuis Regio, &
omni rerum fœcunditata celebris. Citra Jor- Num. 34. 14. & alibi.
danem deinde aliam obtinuit pro alie fui me-
dietate eadem Tribus in terra eppromiffê, inter Jof. 13. 7. &c.
Tribus videliect Ephraim, & Iffachar, portio-
nem; & hæc in longum extendebatur à Jorda-
ne, ufque ed Dore urbem, & mare magnum; in
latum eutem, fiva trensverfum ab urbe Mech-
mata, ufque ad Bethfan urbem, emporium
celebra, nunc Scythopolim. Fuitque in divifio-
ne terræ, pro Tribu Manaffa divifor, & Princeps Num. 34. 23.
Hanniel filius Ephod.

Communem habuit à Moyfe (f) morituro, Deut. 33. 13.
benedictionem cum Ephraim Tribu, Tribus Ma- (f) Benedictio Moyfis fuper Tr. Manaffe.
naffe; embæ fcilicet fub uno Jofeph nomine be-
nedictæ funt, dictumque eft eis: *De benedictione*
Domini terra ejus, de pomis cœli, & rore, atque
abyffo fubjacente. De pomis fructuum folis, ac - - 14.
lunæ. De vertice antiquorum montium, de - - 15.
pomis collium æternorum: & de frugibus ter- - - 16.
ræ, & de plenitudine ejus: Benedictio illius,
qui apparuit in rubo, veniat fuper caput
Jofeph, & fuper verticem Nazaræi inter
fratres fuos. Quafi primogeniti tauri pul- - - 17.
chritudo ejus, cornua rhinocerotis cornua il-
lius;

liis, in ipsis ventilabit Gentes usque ad terminos terræ. Hæ sunt multitudines Ephraim: & hæ millia Manasse. Et cùm totalis assignata fuisset portio filiis Joseph sub Josue, conquerentibus iis, quasi timerent vim Chananæorum, & desperarent eos vincere, Josue ita locutus est, *ad domum Joseph Ephraim, & Manasse:* (g) *Populus multus es, & magnæ fortitudinis, non habebis sortem unam, sed transibis ad montem, & succides tibi, atque purgabis ad habitandum spatia: & poteris ultra procedere, cum subverteris Chananæum, quem dicis ferreos habere currus, & esse fortissimum.* Remissa media Tribus Manasse cum Tribubus Ruben, & Gad ultra Jordanem, (h) suspicionem cum aliis movit de se ob exstructum altare ad ripam Jordanis, ac si idolis operam dare vellent, & à fide prima apostatare; at missi à Tribubus, quæ citra Jordanem remanebant, legati justam excusationem facti receperunt.

Jos. 17. 1. &c.
- - 17.
- - 18.
(g) Prædictio Josue de Tribu Manasse.
- 22. 1. &c.
(h) Rationem de se reddit Tribus Manasse, ut suspicionem de se omnem tollat.

In portione terræ, quæ tradita est Tribui Manasse citra Jordanem, cùm non omnes Chananæos, eorumque urbes delevisset, Chananæus adhuc cœpit unà simul cum Manassitis habitare. Gedeon, inter Judices populi Judaici excelsæ famæ, de (i) Tribu Manasse exitit, qui in Madianitas ruiturus inter cæteros universum Manassen excitavit ad arma. Ubi in libro Paralipomenon primo sermo est de Tribu Manasse pro ea parte, quæ trans Jordanem erat, deque ejus victoriis supra hostes, subditur: (k) *Reliquerunt autem Deum Patrum suorum, & fornicati sunt post Deos populorum terræ, quos abstulit Deus coram illis*; unde suscitatus dicitur à Deo spiritus Phul, Regis Assyriorum, qui eos, Manassitas scilicet, & alios de Tribu Ruben, & Gad, aliò transtulit. Et in regressu à captivitate ponuntur etiam inter habitatores Jerusalem aliqui de filiis Manasse.

Judic. 1, 27.
- 6, 15.
- - 35. & alibi
(i) Gedeon de Tribu Manasse.
1. Par. 5, 25.
- - 26.
(k) Tribus Manasse idololatriam punitur.
- 9. 3.

De hac Tribu plures Principes millium, præsidio fuerunt Davidi adversus latrunculos pugnanti, viri fortissimi, & cùm esset in Hebron de solâ mediâ Tribu Manasse, (l) ut eum Regem constituerent, venerunt decem & octo millia hominum; & hæc quidem ea Tribûs pars erat, quæ citra Jordanem erat; quandoquidem numerum centum viginti millium pugnatorum, ad David venientium compleverunt Tribus Ruben, & Gad, & dimidia Tribus Manasse, quæ trans Jordanem habitabant. Joël, filius (m) Phadaiæ, Præpositus fuit, Princepsque dimidiæ Tribui Manasse, quæ erat citra; ei verò, quæ erat ultra Jordanem Jaddo, filius Zachariæ, in distributione factâ sub David Rege. Invitante Ezechiâ Judæos ad Phase, (n) multos de Tribu Manasse Jerusalem ivisse habemus, vocem ejus audientes, & Phase celebrantes, & comedentes, etiamsi non sanctificati aliqui ex eis, pro quibus oravit Ezechias; quin etiam in Tribu (o) Manasse deleta sunt idola. Uti & in Manasse idololatriam dissipâsse scribitur Josias in Juda Rex; & pecuniam de Manasse collegisse in Templi resurrectionem.

- 12, 19.
- - 20.
- - 31.
(l) Præsidium Davidi ex Tribu Manasse.
- - 37.
- 27. 20.
- - 21.
(m) Joël, & Jaddo Præpositi in Tribu Manasse.
2. Par. 30. 11.
- - 18.
(n) Plures de Tr. Manasse celebrantes Phase sub Ezechiâ.
- 31. 1.
- 34. 6.
(o) Idola ablata ex Tribu eadem.
- - 9.

In Psalmis inducitur Deus dicens: (p) *Meus est Galaad, & meus est Manasses, & Ephraim fortitudo capitis mei.* Has autem Regiones præ cæteris fæcundissimas: quin etiam positas in Tribu Joseph, quæ præ reliquis erat frequentissima, & plena, nominat Deus pro toto Israële denotando. Eodem modo David ut præcipuas partes terræ promissionis ponat, & per eas totam eam nationem Judaicam intelligat, quibus optabat Deum per beneficia manifestari, canebat orans: *Qui sedes super Cherubim, manifestare coram Ephraim, Benjamin, & Manasse.* Et id quod repetitur à Deo: *Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Ephraim susceptio capitis mei*; eodem modo, quò supra, intelligitur. Apud Ezechielem in divisione terræ sanctæ nominatur Tribus Manasse; & in Apocalypsi ponuntur ex hac (q) eadem Tribu *duodecim millia signati*, qui canebant Deo, & ei benedicebant. Et hæc de Tribu Manasse, quæ etiam sæpè sub nomine Tribu *Joseph* venit, utpote pars illius. (Vid. *Jair*: *Tribus &c.*) Nominantur apud Isaiam Tribus Ephraim, & Manasse; ubi dissidia inter Tribus Judæorum prædicuntur; sese invicem vorantibus Juda, Ephraim, & Manasse.

Psal. 59. 9.
(p) Tribus Manasse inter nobiles Tribus, ubi expl. textum.
Psalm. 79. 3.
- 107. 9.
Ezech. 48. 4.
- - 5.
Apoc. 7. 6.
(q) Ex Tr. Manasse 12. mill. signati laudantes Deum.
Isai. 9. 20.

II. *Ezechiæ* pii *Regis Judæ, filius* nequissimus fuit Manasses, qui in regnum Patri successit, cùm duodecim esset annorum, & quinquaginta quinque regnavit annis, cujus mater fuit Haphsiba. Hic præ (s) cæteris nequitiâ præstans idola Gentium adoravit, & quæ pater ejus deleverat, iterum ædificavit excelsa, Baal erigens aras; nihilque intactum reliquit, quo se abominabilem Deo redderet, & piis hominibus, abominationes faciens pessimas *super omnia, quæ fecerant Amorrhæi ante eum; & peccare fecit etiam Judam in immunditiis suis. Insuper & sanguinem innoxium fudit Manasses multum nimis, donec impleret Jerusalem usque ad os: absque peccatis suis, quibus peccare fecit Judam, ut faceret malum coram Domino*; qui iccircò justissimè iratus, Jerusalem, & Judam se deleturum prædixit propter populi impietatem, secuti exemplum Regis sui, qui (t) filios suos transire fecit per ignem, idolis serviens, somnia observans, auguria sectans, maleficas sequens artes, magos, & incantatores secum habens. Superinduxit ergo Regno Judæ Dominus (u) *Principes exercitûs Regis Assyriorum, ceperuntque Manassen, & vinctum catenis, atque compedibus duxerunt in Babylonem; qui postquam coangustatus est,* (x) *oravit Dominum Deum suum. & egit pœnitentiam valdè coram Deo patrum suorum; deprecatusque est eum, & obsecravit intentè: & exaudivit orationem ejus, reduxitque eum Jerusalem in Regnum suum, & cognovit Manasses, quòd Dominus ipse esset Deus.* In serie librorum canonicorum non admissa circumfertur oratio ejusdem Manassis Regis Juda, cùm captus teneretur in Babylone; & in aliquibus Bibliis Latinis, tùm manuscriptis, tum impressis, reperiri solet, post Apoc. posita, & ante libros tertium & quartum, qui inscribuntur Esdræ. Reversus ergo Manasses totus à primo diversus; (y) (neque enim meliùs, quàm propriis sacræ Scripturæ verbis narratio hæc fieri potest) *ædificavit murum extra civitatem David, ad occidentem Gihon in convalle ab introitu portæ piscium per circuitum usque ad Ophel, & exaltavit illum vehementer: constituitque Principes exercitûs in cunctis civitatibus Juda munitis: & abstulit Deos alienos, & simulachrum de domo Domini; aras quoque, quas fecerat in monte domûs Domini, & in Jerusalem, & projecit omnia extra urbem. Porrò instauravit altare Domini, & immolavit super illud victimas, & pacifica, & laudem; præcepitque Judæ, ut serviret Domino Deo Israel; attamen adhuc populus immolabat in excelsis Domino DEO suo.*

(r) Quis secundus
4. Reg. 20, 21.
- 21. 1. &c.
2. Par. 32, 33.
- 33. 1. &c.
(s) Hic Rex Judæ idololatra nequissimus.
4. Reg. 21. 11.
- - 16.
- - 7. &c.
2. Par. 33, 6. &c.
Jerem. 15, 4. &c.
(t) Gesta ejus abominanda.
2. Par. 33. 11.
(u) Punitur ex hoc cum populo, & Babylonem captivus ducitur.
- - 12 & 13
(x) In captivitate suorum criminum pœnitet & orat; exauditur à Deo, & restituitur Regno.
- - 14.
(y) Regno restitutus diversus est & cultum vero Deo excitat; multaque alia bona faciens moritur.
- - 15.
- - 16.
- - 17.
- - 22. &c.

Et post hæc mortuus est, & appositos ad Patres suos Manasses, cui Amon in regnum successit filius ejus; dicunturque oratio ejus, & sermones, & gesta notata in sermonibus Regum Israël, & Hozai. (x) Scribitor Manasses inter progenitores Christi secundùm carnem.

Matth. 1, 10. (x) Est inter Ch. Jesu progenitores secundùm carnem.

1 Esdr. 10, 30. (aa) Quis tertius.

III. *De filiis* (aa) *Phahath Moab* unus inter reliquos Manasse dictus est, qui alienigenas duxerant uxores, quæ dimittendæ fuerunt sub Esdrâ.

- - 33. (ab) Quis quartus.

IV. Item alius est Manasse (ab) *de filiis Hasom*, alienigenæ pariter maritus, & repudiator sub eodem Esdrâ.

Judith. 8, 2. (ac) Quis quintus.

V. *Vir Judith* fuit (ac) Manasses, qui instans super alligantes manipulos in campo, adveniente æstu super caput ejus, mortuus est in diebus messis hordeaceæ.

Significat hoc nomen, ut in principio dictionis legimus; *Oblitus: Oblivio.*

Myst. Pro I.

Rup. 8, l. Gen. 42. *Christus*, qui propter nos oblitus est domûs Patris sui, scilicet Judææ, ut notat Rupertus, significator per Manassen, cujus interpretatio est: *Oblitus.*

D. Hier. l. Isa. 9. *Hæreticorum secta diversa*, mutuò sibi contrariantes, repræsentantur in Tribubus Juda, Ephraim, & Manasse, mutuò se conficientibus Isai. 9. ut habet D. Hieronymus.

Orig. sup. Num. h. 26. & alibi. *Judæi*, qui Domini Dei sui obliti sunt, in Manasse, cujus etymologia est *oblitus*, figurantur; ut notat Origenes.

D. Hil. l. Psal. 59. *Plenitudo terræ*, de qua dicitur: *Domini est terra, & plenitudo ejus*: symbolizari potest in Manasse, de qua Tribu habet Deus: *Meus est Manasses*, Psal. 59. ex D. Hilario.

D. Bern. serm. 6. in vig. nat. Dom. *Religiosi*, qui obliviscuntur rerum mundi; figuram sui habent in Tribu Manasse, in ea illius parte præcipuè, quæ Jordanem transivit; ex Div. Bernardo.

Secta Hæreticorum diversa, Vid. *Hæreticorum secta diversa.*

D. Aug. l. Ps. 59. *Tempus* quo Ecclesia, cessantibus persecutionibus, priorum oblita est pressurarum, perhibetur in Manasse, cujus etymon: *Oblivio*; ex D. Augustino.

Mancipium.

Hist. (a) Quid est.

Homo, (a) *bello captus, & servituti subjectus*, Mancipium dicitur, & reperitur etiam *Manucupium* dictus. Ubi apud Ezechielem ruina Tyri prænuntiatur, describitur ejusdem urbis opulentia; eique ad hanc significandam, inter cætera dicitur: *Græcia; Thubal, & Mosoch, ipsi institores tui*; (b) *mancipia, & vasa ærea advexerunt populo tuo.* Nicanor Patrocli, Dux Gentium in Judæos, adeò sibi fidit pro eorum expugnatione, & de illis victoriâ, (c) ut de captivitate eorundem tributum Regi suo Antiocho Epiphani supplere cogitaret, quod Romanis erat dandum, duo millia scilicet talentorum; unde *statim ad maritimas civitates misit, convocans ad coemptionem Judaicorum mancipiorum, promittens se nonaginta mancipia talento distracturum, non respiciens ad vindictam, quæ eum ab omnipotente esset consecutura.* In Apocalypsi (d) perituræ dicuntur à Babylone, cujus lapsus notatur, omnes merces opulentissimæ ejus: inter cætera autem notantur merces mancipiorum; super quo adverte, quod qui capiebantur jure belli, venundabantur.

Ezech. 27, 13. (b) Mancipia Tyrum advecta.

2. Mach. 8, 10. (c) Præsumptio Nicanoris vendendi Judæorum mancipia, ita ut pro talento daret 100. ex iis. - - 11.

Apoc. 18, 13. (d) Merces mancipiorum peritura à Babylone.

Mandatum.

Hist. (a) Quid hæc vox, cujus textus, ubi locus, non significantur.

Idem est, (a) ac *jussum*, seu *præceptum*. In Genesi (b) habemus appromissam à Deo posteritatem, & posteritatis propagationem, & felicitatem Abrahæ, eò quod servâsset mandata, & præcepta ejus. Jacob, rediens à Mesopotamiâ in terram Chanaan, divisis suis in tres turmas, mandata eis dedit eorum, quæ dicere debebant Esau, fratri suo occurrenti. Idem, *finitis mandatis, quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectulum, & obiit, &c.* Dominus locutus (c) est *ad Moysen, & Aaron*, & dedit mandatum ad filios Israël, & ad Pharaonem Regem Ægypti, ut educerent filios Israël de terra Ægypti. Cùm ostendisset Dominus Moysi lignum, quod mitteret in aquas Mara, & ex amaris fierent dulces, (d) *ibi constituit ei præcepta, atque judicia, & ibi tentavit eum*, (populum scilicet,) cui appromisit liberationem ab omni languore Ægypti, si mandata ejus servaret; super quâ re infinita (e) probè habemus loca, in quibus vel conqueritur Dominus de populo, mandata non servante, non custodiente; vel hortatur populum ad mandatorum custodiam; vel bona promittit servantibus; inobservantibus autem mala, quod præcipuè per totum Deuteronomium ferè facit; vel iratus contra inobservantes mandata, & particulares, & nationem totam, & Reges pro ratione inobservantiæ castigat; ut videre est in totâ sacrâ historiâ, vel prænuntiat pro mandatorum inobservantiâ vastitatem, & ruinam, & captivitatem per os Prophetarum &c. quos sanè textus omnes rescribere, nisi speciali egeant elucidatione, seu particularem ingerant notitiam, non opus esse dijudicavimus, præsertim cum legentibus *virorum, urbium, regionumve* dictiones, hæc omnia appareant.

Gen. 26, 5. (b) Plura promissa Abrahæ servanti mandata. - 32, 19. - 49, 32.

Exod. 6, 13. (c) Mandatum Domini de educendis ex Ægypto Judæis.

- 15, 26. (d) Tentatio Domini in populo pro mandatorum observantia.

- 16, 28. & alibi.

Lev. 18, 30. - 22, 31. & alibi. - 26, 3. - - 14.

Deut. 4, 2. & per var. cap. Jos. 7, 1. &c. Judic. 2, 17. Deut. 28, 2. &c. (e) Varia circa mandatorum observantiam, & non observantiam.

Dominus ad Moysen dixit: (f) *Ascende ad me in montem, & esto ibi: daboque tibi tabulas lapideas, & legem, ac mandata, quæ scripsi, ut doceas eos*, (scilicet Judæos.) Fimbrias ordinavit Dominus in angulis palliorum populi Israël, in quibus essent vittæ hyacinthinæ (g) *quas* (inquit) *cùm viderint, recordentur omnium mandatorum Domini, nec sequantur cogitationes suas, & oculos per res varias fornicantes &c.* Et in fine libri numerorum ponitur: (h) *Hæc sunt mandata, atque judicia, quæ mandavit Dominus per manum Moysi ad filios Israel in campestribus Moab supra Jordanem contra Jericho.* Cui quidem Deus mandata sua sæpiùs significavit, & per eum populo nota fecit, & plura sacrorum Bibliorum loca exhibent, quæ distinctè afferre opus esse non putamus.

Num. 24, 12. (f) Mandata data à Deo Moysi.

- 15, 38. - - 39. (g) Fimbriæ datæ ad recordationem mandatorum.

- 36, 13. (h) Mandata à Deo data populo per Moysen.

Deut. 1, 3. & alibi.

Alibi habetur, quòd Dominus populum Israël per quadraginta annos errare fecit in solitudine, (i) *ut nota fierent, quæ in ejusdem populi animo versabantur, utrum custodiret mandata illius an non.* In forma verborum exolventis primitias, ac decimas, erat protestatio ejusdem, dicentis Deo: *Non præterivi mandata tua, nec sum oblitus imperii tui*; quæ (k) mandata ait Dominus non esse supra hominem sita, neque procul ab homine posita, ita ut impossibilia sint homini. Pro mandato, de non suscipiendo quicquam anathematis Jericho, non observato, castigati sunt Judæi, ab hostibus cæsi.

- 8. 2. (i) Tentatio, seu experientia Dei in populo, an servaret mandata.

- 26. 13. - 30, 11. &c. (k) Mandata Dei non impossibilia homini.

Jos. 7, 1. &c. - 22, 20.

Et de

Jos. 11, 15. (l) Josue Dei mandata religiosè servans. Et de Josue scribitur ; quòd (l) *non præteriit de*
universis mandatis nec unum quidem verbum,
quod jusserat Dominus Moysi. Item habemus
relictos plures Philisthæorum populos à Domino
Judic. 3. 4. (m) Tentatio Domini in populo an mandata servaret. in terrâ promissionis , *ut in ipsis experiretur*
Israelem , (m) *utrum audiret mandata Domini,*
quæ præceperat Patribus eorum per manum Moysi,
an non. Cùm nollet Tribus Benjamin (n) *fra-*
- 20, 13. (n) Tribus Benjamin, negans parere mandato aliarum Tribuum, penè tollitur. *trum suorum filiorum Israel audire mandatum,*
tradendo cives Gabaa , qui prodigiosâ libidine
uxorem Levitæ extinxerant, in se omnium tri-
buum iram excitavit. Laudatur David, quòd man-
3. Reg. 11, 34 datum Domini custodierit. In libris Esdræ sæpè
2. Esdr. 9, 10. &c. objectatio est, quòd Judæi, mandata Domini non
2. Esdr. 1, 5. &c. & alibi. custodientes, iccircò afflicti fint à Domino. De
Tob. 2, 13. (o) Tobias senior custos mandatorum Dei. Tobis seniore ponitur, quòd (o) *cùm ab infantia*
sua semper Deum timuerit, & mandata ejus custo-
dierit non est contristatus contra Deum, quod plaga
Esther. 2, 8 (p) Esther adducta ad Assuerum inter virgines, de mandato ejus quæsitas. *cæcitatis evenerit ei.* Ad (p) mandatum Assueri,
cùm quæsitæ essent plures virgines , ut una re-
gnaret pro Vasthi , addocta est inter cæteras
Esther , quæ juxta mandatum Mardochæi non
- - 20. prodidit patriam , & populum suum. Is an-
- 3, 3. tem Mardochæus solus non servabat Regis man-
datum de adorando Aman. Job protestaba-
Job. 23, 12. (q) Job non recedens à mandatis labiorum Dei. tur : (q) *A mandatis labiorum ejus* (Dei scilicet)
non recessi. &c.

In Psalmis habet David: *Quanta manda-*
Psal. 77, 5. *vit* (Deus) *Patribus nostris nota facere ea filiis*
- - 7. *suis* --- *ut mandata ejus exquirant.* *Si man-*
- 88, 32. *data mea* (ait Dominus) *non custodierint* (filii
- - 33. Israël), *visitabo in virgâ iniquitates eorum.* *Ju-*
- 102, 18. *stitia illius* (Dei scilicet) *in filios filiorum, his, qui*
- 110, 8. --- *memores sunt mandatorum ipsius.* *Fidelia*
(r) Expl. text. (r) *omnia mandata ejus* (Dei) h. e. neminem de-
cipientia sunt; & prosequitur David : *Confir-*
mata in sæculum sæculi, facta in veritate, & æ-
- 111, 1. *quitate.* Item habet: *Beatus vir , qui timet Do-*
minum, in mandatis ejus volet nimis. *Tu* (Do-
- 118, 4. mine) *mandasti mandata tua custodiri nimis* ---
- - 6. *Tunc non confundar cùm perspexero in omnibus*
- - 10. *mandatis tuis.* --- *Ne repellas me à mandatis*
- - 15. *tuis.* --- *In mandatis tuis exercebor* --- *Non*
- - 19. *abscondas à me mandata tua.* --- *Maledicti,*
- - 21. *qui declinant à mandatis tuis.* --- *Viam man-*
- - 32. *datorum tuorum cucurri , cùm dilatasti cor me-*
- - 35. *um.* --- *Deduc me in semitam mandatorum*
- - 40. *tuorum, quia ipsam volui.* --- *Ecce, concupivi*
- - 45. *mandata tua.* —— *Ambulabam in latitudine,*
- - 47. *quia mandata tua exquisivi* —— *meditabar in man-*
- - 48. *datis tuis, quæ dilexi : & levavi manus meas*
- - 60. *ad mandata tua, quæ dilexi.* --- *Paratus sum,*
& non sum turbatus, ut custodiam mandata tua.
- - 63. --- *Particeps ego sum omnium timentium te, &*
- - 66. *custodientium mandata tua.* --- *Bonitatem, &*
disciplinam, & scientiam doce me, quia manda-
- - 69. *tis tuis credidi.* --- *Multiplicata est super me*
iniquitas superborum ; ego autem in toto corde
- - 73. *meo scrutabor mandata tua.* --- *Da mihi in-*
- - 78. *tellectum, & discam mandata tua.* --- *Confun-*
dantur superbi, quia injustè iniquitatem fecerunt
in me : ego autem exercebor in mandatis tuis.
- - 86. —— *Omnia mandata tua veritas: inique per-*
- - 87. *secuti sunt me, adjuva me; Paulominùs consum-*
maverunt me in terrâ ; ego autem non dereliqui
- - 96. *mandata tua.* —— *Omnis consummationis vi-*
di finem; latum mandatum tuum nimis. ——
- - 98. *Super inimicos meos prudentem me fecisti man-*
- - 100. *dato tuo: quia in æternum mihi est.* —— *Super senes*
- - 104. *intellexi, quia mandata tua quæsivi* —— *A man-*
datis tuis intellexi; propterea odivi omnem viam
iniquitatis. —— *Posuerunt peccatores laqueum* - - 110.
mihi : & de mandatis tuis non erravi. —— *De-* - - 115.
clinate à me maligni, & scrutabor mandata Dei
mei. —— *Dilexi mandata tua super aurum, &* - - 127.
topazion ; propterea ad omnia mandata tua diri- - - 128.
gebar. —— *Os meum aperui, & attraxi spiri-* - - 131.
tum, quia mandata tua desiderabam. —— *Re-* - - 134.
dime me à calumniis hominum, ut custodiam man-
data tua. —— *Mandata tua meditatio mea est.* - - 143.
—— *Clamavi ad te, salvum me fac, ut custodi-* - - 146.
am mandata tua. —— *Vide, quoniam mandata tua* - - 159.
dilexi Domine. —— *Mandata tua dilexi.* —— *Ser-* - - 166. - - 168.
vavi mandata tua: quia omnes viæ meæ in conspectu
tuo. —— *Pronuntiabit lingua mea eloquium tu-* - - 172.
um, quia omnia mandata tua æquitas. Fiat ma- - - 173.
nus tua, ut salvet me, quoniam mandata tua
elegi. —— *Erravi sicut ovis, quæ periit : quære ser-* - - 176.
vum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.

In Proverbiis Sapientia hortatur unum- Prov. 2, 1.
quemque , ut abscondat penes se mandata ejus.
Item habetur : *Mandatum lucerna est* &c. *Serva* - 6, 23.
mandata mea, & vives. Apud Ecclesiasten legi- - 19, 16.
tur: *Deum time,* (s) *& mandata ejus observa:* Eccle, 12, 13. (s) Mandata Dei servanda.
hoc est enim omnis homo. De Hebræis, à Domino
castigatis ad tempus , dicitur in libro Sapientiæ
ad ipsummet Deum, & Dominum : (t) *Non in* Sap. 16, 6. (t) Recordatio mandatorum legis.
perpetuum ira tua permansit, sed ad correptionem
in brevi turbati sunt (Hebræi,) *signum habentes*
salutis ad commemorationem mandati legis tuæ.
Apud Ecclesiasticum habetur : *Fons sapientiæ* Eccli. 1, 5.
verbum Dei in excelsis, & ingressus illius manda-
ta æterna. *Quis permansit in mandatis ejus* (Dei), - 2, 12.
& derelictus est? aut quis invocavit eum, & despe-
xit illum? *Qui timent Dominum,* (u) *custodiunt* - - 21. (u) Timentes Dominum, ejus mandata custodiunt.
mandata illius, & patientiam habebunt usq; ad
inspectionem illius. *Cogitatum tuum habe in præ-*
ceptis Dei, & (x) *in mandatis illius maximè as-* - 6, 37. (x) In mandatis Dei esto assiduus
siduus esto, & ipse dabit tibi cor, & concupiscentia
sapientiæ dabitur tibi. *Semen hominum honora-* - 10, 23.
bitur hoc, quòd timet Deum : semen autem hoc
exhonorabitur, quod præterit mandata Domini.
Sta in testamento tuo, & in illo colloquere, & in - 11, 21.
opere mandatorum tuorum veterasce. *Deus ab* - 15, 14.
initio constituit hominem, & reliquit illum in ma-
nu consilii sui; adjecit mandata, & præcepta sua.
Si volueris mandata servare, conservabunt te, & - - 15.
in perpetuum fidem placitam facere. *Nihil dul-* - 23, 37.
cius, quàm respicere in mandatis Domini. *Fun-* - 26, 24.
damenta æterna suprà petram solidam, & manda-
ta Dei in corde mulieris sanctæ. *Tabitudo & mors* - 28, 7.
(tanquam prævaricatoribus pœnæ) *imminent in*
mandatis ejus (Dei scilicet). *Qui facit misericor-* - 29, 1.
diam, fœneratur proximo suo : & qui prævalet ma-
nu, mandata servat. *Propter mandatum assume* - - 12.
pauperem; & propter inopiam ejus ne dimittas e-
um vacuum. *Peccator,* (y) *transgrediens man-* - - 14. (y) Mala super transgredientem mandata.
datum Domini, incidet in promissionem nequam:
& qui conatur multa agere, incidet in judicium.
In omni opere tuo crede ex fide animæ tuæ; hoc est - 32, 27.
enim conservatio mandatorum. *Qui credit Deo,* - - 28.
attendit mandatis : & qui confidit in illo, non mi-
norabitur. *Sapiens non odit mandata, & justiti-* - 33, 1.
as, & non illidetur quasi in procellâ maris. *Sa-* - 35, 1.
crificium salutare est attendere mandatis, & dis-
cedere ab omni iniquitate. *Hæc omnia* (scili- - - 7.
cet præscripta antecedenter) *propter manda-*
tum Dei fiunt. *In mandatis ejus* (z) (Dei nem- - 39, 37. (z) Epulæ in mandatis Dei, ubi expl. text.
pe) *epulabuntur*; q. d. boni exequendo man-
data Dei , quasi epulis fruuntur; & sic figura
ad denotandam delectationem in tali execu-
tione,

Apud Iseiam contra Judæos eit Dominus:
Isai. 29, 13. (aa) Quid ſit timere Deum mandato hominum, ubi expl. text.
(aa) *Eò quòd — timuerunt me mandato hominum, & doctrinis*, h. e. juxta vanas hominum
traditiones, & doctrinas, & non ſecundùm le-
- - 14. gem meam; *Ideò ecce ego addam, ut admira-
tionem faciam populo huic miraculo grandi, & ſtu-
- 48, 18. (ab) Mandata Dei attendens pacem habet&c. pendo.* Et ad eundem populum dicit; (ab) *U-
tinam attendiſſes mandata mea: facta fuiſſet,
ſicut flumen, pax tua, & juſtitia tua, ſicut gurgi-
Jerem. 35, 18. tes maris.* Apud Jeremiam domui Rechabi-
tarum eppromiſſa eſt longa doratio propter
mandatorum obſervantiam. Inobſervantiam
Bar. 1, 18. (ac) Inobſervantia mandatorum cauſa malorum. fatentur (ac) mandatorum Dei Judæi, in Baby-
lone captivi, cauſam malorum, & captivitatis
ſuæ; unde cæteris, & ſibi ipſis dicunt: (ad)
- 3, 9. (ad) Mandata vitæ data Iſraeli. *Audi Iſrael mandata vitæ: auribus percipe, ut
ſcias prudentiam.* Inſuper apud Baruch, poſt
plura, antecedenter dicta, ad commonitionem,
- 4, 1. (ae) Obſervantes mandata vitam, ſecus mortem habentes. & correptionem morum, dicitur: *Hic liber* (ae)
*mandatorum Dei, & Lex, quæ eſt in æternum:
omnes, qui tenent eam, pervenient ad vitam; qui
autem reliquerunt eam, in mortem.* Eita Jeru-
- - 12. ſalem, lugens efflictionem ſuam, inquit; *A mul-
tis derelicta ſum propter peccata filiorum meo-
- - 13. (af) Filii Jeruſalem non ambulantes per viam mandatorum Dei. rum, quia declinaverunt à lege Dei. Juſtitias* (af)
*autem ipſius neſcierunt, nec ambulaverunt per vi-
as mandatorum Dei, neque per ſemitas veritatis
ejus cum juſtitia ingreſſi ſunt.* Et ubi repromit-
titur Judæis felix à captivitate reditus, memora-
tur eis protectio Domini ſuper Judæos, ex Æ-
gypto in terram eppromiſſam migrantes, quando
- 5, 8. *obumbraverunt & ſylva, & omne lignum ſuavi-
tatis, Iſrael ex mandato Dei.* In Ezechiele eſt:
Ezech. 33, 15. (ag) Ambulans in mandatis vitæ, vivet. (ſi impius) — (ag) *in mandatis vitæ ambulave-
rit, nec fecerit quicquam injuſtum, vitâ vivet, &
non morietur:* Et prophetatur pure legis obſer-
vantia futura, quando ſub uno Rege, ac Paſtore
- 38, 24. David, Juda, & Iſraël *mandata* (Domini) *cuſto-
dient, & facient ea.* In Daniele Deus dicitur, cu-
Dan. 9, 4. ſtodiens pactum, & miſericordiam cuſtodienti-
bus mandata ejus; & ipſe Daniel orans pro Ju-
- - 5. (ah) Judæi declinantes à mandatis Dei. dæis (ah) fatetur pro omnibus: *Declinavimus à
mandatis tuis, ac judiciis.* Apud Amos com-
minatio eſt ultionis Domini contre Judam, *eò
Amos. 2, 4. quod abjecerit legem Domini, & mandata ejus
non cuſtodierit.* Apud Malachiam caput ſecun-
Malach. 2, 2. (ai) Mandatum Dei ad Sacerdotes, &c. dum incipit: *Et* (ai) *nunc ad vos mandatum hoc,
ò Sacerdotes &c.* h. e. notificatio ex parte Dei, qui
comminatur eis mala, niſi reſipiſcant; & poſt ma-
- - 4. lorum comminationem eſt: *Et ſcietis, quia
miſi ad vos mandatum iſtud, ut eſſet pactum me-
um cum Levi, dicit Dominus exercituum.*

Mathathias, Machabæorum Pater, hortan-
1. Mach. 2, 19. tibus nomine Antiochi, ut idolis ſacrificaret, re-
ſpondit, quòd etiamſi omnes mandatis Antio-
chi conſentirent, ipſe adhuc, & filii ejus legem
- - 22. (ak) Conſtantia Mathathiæ & filiorum in mandatis Dei. Dei (ak) ſequerentur, *non transgredientes legis*
(ſuæ) *mandata, ut* (irent) *alterâ viâ.* Et ſic
Mathathias, & ejus filii, & alii, *qui* (al) *diſſipa-
- - 31. (al) Iidem diſſipantes mandatum idololatræ Regis. verunt mandatum Regis, in loca occulta in deſerto
abierunt.* Moriturus autem Mathathias, & ſu-
os ad obſervantiam, & cuſtodiam legis adhor-
tans per multa, quæ afferebat, exempla, addu-
- - 53. (am) Joſeph etiam in anguſtia ſervans mandata. cebat: (am) *Joſeph in tempore anguſtiæ ſuæ cu-
ſtodivit mandatum, & factus eſt Dominus Ægypti:*
Inter Romanos & Judæos, ſub Juda Machabæo
- 8, 26. (an) Romani, & Judæi fœderati invicem mandata ſervantes. conventio, & pactum ſactum eſt; (an) ut Roma-
ni Judæorum, & Judæi Romanorum mandata
cuſtodirent (h. e. determinationes, & jure)
- - 28. abſque dolo, quoties bellantibus alterutris el-
terutri auxilium præberent; prout ex pacto eo-
dem tenebantur. Apollonius, pecunias ex Tem-
2. Mach. 3, 7. (ao) Mandata data Heliodoro de auferendis à templo Jeruſalem pecuniis. plo ablaturus, (ao) *accitum Heliodorum, qui erat
ſuper negotia ejus, miſit, cum mandatis, ut prædi-
ctam pecuniam transportaret.* (Vid. *Heliodorus.*)
Qui, veniens Jeroſolymam, cùm audiret va-
- - 13. rias rationes ſummi Sacerdotis, *pro his, quæ ha-
bebat in mandatis à Rege* (erat Seleucus Philo-
pator,) *dicebat omni genere Regi ea* (depoſita ſci-
licet varia) *eſſe deferenda.* Menelaus, malis arti-
- 4, 25. (ap) Mandata Antiochi Epiphanis ad Menelaum. bus ſacerdotium magnum edeptus, (ap) *acceptis
à Rege* (& hic erat Antiochus Epiphanes)
mandatis, venit (Jeroſolymam), *nihil quidem ha-
bens dignum Sacerdotio: animos verò crudelis Ty-
ranni, & feræ belluæ iram gerens.* Nicanor miſ-
- 14, 13. (aq) Mandatum datum Nicanori ad capiendum Judam Mach. ſus (aq) fuit in Judæam, *datis mandatis, ut ipſum
quidem Judam caperet* (Machabæum) &c.

Docens JEſus turbas, & legem ſervandem
Matth. 5, 19. (ar) Solvens unum de mandatis minimis, minimus dicitur in Regno cælorum. eſſe, prædicans, ajebat: (ar) *Qui ſolverit unum
de mandatis iſtis minimis, & docuerit ſic homines,
minimus vocabitur in Regno cælorum &c.* Scribis,
& Phariſæis accuſantibus epud JEſum diſcipu-
los ejus, quod non lavarent manus, cùm come-
rent, reſpondit idem Jeſus, retorquendo accu-
- 15, 3. ſationem: *Quare & vos transgredimini man-
- - 6. datum Dei propter traditionem veſtram?* & ſub-
ſequenter transgreſſiones eorum notat; iisque
- - 8. epplicat dictum Iſai. 29. ſubdens: *Populus hic
- - 9. labiis me honorat; cor autem longe eſt à me: ſine
Marc. 7, 8. cauſa autem colunt me, docentes doctrinas, &
mandata hominum.* Petenti modum acquirendi
Matth. 19, 18. vitam æternam repoſuit Jeſus: *Si vis ad vitam
- 22, 36. ingredi ſerva mandata.* Quærenti item, quale
eſſet *mandatum magnum in lege?* Jeſus reſpon-
- - 38. dit, eſſe amorem Dei, addens: *Hoc eſt maximum,
& primum mandatum.* Et ſubdens aliud de amo-
- - 40. re proximi, addidit: *In his duobus mandatis uni-
Marc. 12, 29. 30. verſa lex pendet, & Prophetæ.* Laudantur Paren-
tes Joannis Baptiſtæ à D. Luca, qui eit, quòd
Luc. 1, 6. *erant juſti ambo ante Deum, incedentes in omni-
bus mandatis, & juſtificationibus Domini, ſine
querela.* Eſt lamentatio filii boni apud Patrem;
- 15, 29. (as) Filius bonus Patris mandata non præteriens. (as) pro eo enim mandata Patris non prætere-
unte, neque hædus occiſus eſt; cùm tamen pro
malo vitulus ſaginatus cæſus eſſet. Explicantur
latius (ſi unus idemque caſus ſit) apud Lucam,
quæ referuntur à Matthæo de petente à Chriſto
Domino modum acquirendi vitam æternam;
- 18, 20. &c. dicitur enim ibi, quòd Jeſus ei dixit: *Noſti
mandata*, & deinde ea expoſuit; & cùm diceret,
(at) Mandatum de relinquendo omnia &c. pro vita æterna acquirenda non placens alicui. qui petierat, & hæc omnia ſervabat, (at) repo-
ſuit iterum JEſus, adhuc unum eſſe, omnia ſcili-
cet vendendi, & dandi pauperibus; at cùm hæc
illi non placerent, triſtis abiit; erat enim dives
valdè. Mulieres, quæ ad Chriſti tumulationem
- 23, 56. (au) Mandatum de Sabbatho ſervando. fuerunt, (au) *revertentes paraverunt aromata, &
unguenta: & ſabbato quidem ſiluerunt ſecundùm
mandatum* (de ſabbato ſcilicet ſervando.)

Joan. 10, 18. Apud Joannem legitur, quòd Chriſtus di-
xit hoc mandatum accepiſſe à Patre ſuo ponendi
animam ſuam, ut iterùm ſumeret eam. Men-
- 11, 56. tio item eſt de mandato Pontificum, & Pha-
riſæorum, ut Jeſus caperetur; & qui eum co-
- 12, 49. gnoſcebat, indicaret. Proteſtatus eſt Jeſus: *Ego
ex me ipſo non ſum locutus, ſed qui miſit me, Pater,
ipſe mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid
- - 50. loquar. Et ſcio, quia mandatum ejus vita æterna
- 13, 34. eſt.* Et in cœna ad ſuos dixit: *Mandatum novum
do vobis: ut diligatis invicem, ſicut dilexi vos, ut
- 14, 15. & vos diligatis invicem.* Et alibi: *Si diligitis me,
- - 21. mandata mea ſervate. Qui habet mandata mea,
- - 31. & ſervat ea, ille eſt, qui diligit me. Sicut man-
datum dedit mihi Pater, ſic facio.*

In Acti-

Io Actibus Apostolorum habemus, quòd
Actor. 17, 15. (ax) Mandatum Pauli, ut Silas, & Timotheus ad se veniant. Paolus (ax) maodatum dedit iis, qui deduxerant
eum Athenas, ut vocarent redeuntes Silam, &
Timotheum, qoi ad illum velociter venirent.
Idemque scribens ad Romanos hæc habet:
Rom. 7, 7. *Concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: non*
- - 8. *concupisces,* (ay) *Occasione autem acceptá pec-*
(ay) Peccatum operatum concupiscentiam per mandatum. *catum per mandatum operatum est in me omnem*
concupiscentiam. Sine lege enim peccatum mor-
tuum erat. Ego autem vivebam sine lege aliquan-
- - 9. *do; sed cùm venisset mandatum, peccatum re-*
- - 10. *vixit. Ego autem mortuus sum, & inventum est*
mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad
- - 11. *mortem: Nam peccatum, occasione accepta per*
- - 12. *mandatum, seduxit me, & per illud occidit. Ita-*
que lex quidem sancta, & mandatum sanctum, &
- - 13. *justum, & bonum. Quòd ergo bonum est, mihi*
factum est mors? absit; sed peccatum, ut appareat
peccatum per bonum operatum est mihi mortem:
ut fiat suprà modum peccans peccatum per manda-
(az) Expl. text. *tum &c.* (az) Quibus in verbis oota, quòd ly
nesciebam, idem sonat, ac *vix sentiebam*: ly *pec-*
catum idem ac *natura mea peccatrix*; ut scilicet
intelligatur Apostolus denotâsse proclivitatem
- 13, 8. naturæ in vetitum. Itémque scribit: *Nemini*
- - 9. *quicquam debeatis, nisi ut invicem diligatis: Qui*
(ba) Dilectio instaurat omne mandatum. *enim diligit proximum, legem implevit;* (ba)
nam: non adulterabis: non occides: non furabe-
ris: non falsum testimonium dices: non concu-
pisces: & si quod est aliud mandatum, in hoc ver-
bo instauratur: Diliges proximum tuum, sicut te
- - 10. *ipsum. Dilectio proximi malum non operatur,*
plenitudo ergo legis est dilectio. Ad Corinthios
1. Cor. 7, 19. autem ait: *Circumcisio nihil est, & præputium*
- 14, 37. *nihil est: sed observatio mandatorum Dei. Si*
quis videtur Propheta esse, aut spiritualis, co-
gnoscat quæ scribo vobis, quia Domini sunt man-
data. Et ad Ephesios babet, quòd Christus pax
Ephes. 2, 15. (bb) Lex mandatorum, quæ sit, ubi expl. text. nostra est, (bb) *legem mandatorum decretis eva-*
cuans, ut duos condat in semetipso in unum no-
vum hominem, faciens pacem. Et reconciliet
- - 16. *ambos in uno corpore per crucem, interficiens in-*
imicitias; & hic lex mandatorum est lex Moysis,
& sermo est de duobus populis, Judæo, geotili,
coojuoctis in unum Christianum. Itemque
- 6, 2. notat: *Honora patrem tuum, & matrem tuam;*
quod est mandatum primum (secundæ tabulæ)
in promissione. Ad Colossenses verò scribit:
Coloss. 4, 10. (bc) Mandata Pauli circa Marcum. (bc) *Salutat vos Aristarchus concaptivus meus,*
& Marcus consobrinus Barnabæ, de quo accepi-
stis mandata: si venerit ad vos, excipite illum.
1. Tim. 6, 14. Et ad Timotheum dicit: *Præcipio tibi coràm Deo*
- - - ut serves mandatum sine maculâ, irrepre-
hensibile, usque in adventum Domini nostri Jesu
Tit. 1, 13. *Christi.* Et ad Titum ait: *Increpa illos* (Creteo-
ses scilicet) *durè, ut sani fiant in fide; non inten-*
(bd) Cretenses avertendi à malorum hominum mandatis. *dentes Judaicis fabulis, &* (bd) *mandatis ho-*
minum aversantium se à veritate. Et ad He-
Hebr. 7, 5. (be) Mandatum ad filios Levi. bræos inquit: (be) *Sacerdotium accipientes,*
mandatum habent decimas sumere à populo secun-
dùm legem, id est à fratribus suis, quamquam
& ipsi exierint de lumbis Abrahæ. Et ait, quòd
Christus, Sacerdos secundùm ordinem Melchi-
- - 16. sedech, *non secundùm legem mandati carnalis*
- - 18. (bf) Inutilitas mandati reprobati, ubi expl. text. *factus est;* (bf) & quòd *reprobatio præcedentis*
mandati (boc est, legis Mosaicæ de Sacerdo-
tio, facta est, oovo novæ legis inducto) *pro-*
pter infirmitatem ejus, & inutilitatem. Et
ostendens oovi Tastamenti perfectionem, ad
emundationem peccatorum, in quo Christus
oblatus est, quem ad Testamenti sui confirma-
tionem mori necesse fuit, sine sanguine remis-
sionem non fieri etiam ex antiquo demoustrat,
in quo *lecto omni* (bg *mandato legis à Moyse,* Hebr. 9, 19. (bg) Lecto legis mandato, populus sanguine aspersus est.
populus sanguioe vitulorum, & hircorum asper-
sus est.

D. Petrus de iniquis, io culpas recideotibus post baptismum, scribit: (bh) *Meliùs erat* 2. Petr. 2, 21. (bh) Recedentes à mandato Dei accepto.
illis non cognoscere viam justitiæ, quàm post agni-
tionem, retrorsum converti ab eo, quod illis tra-
ditum est, sancto mandato.

Et Joannes ait: *In hoc scimus, quoniam* 1. Jo. 2, 3.
cognovimus eum (Jesum Christum), *si mandata*
ejus observemus. Qui dicit, se nosse eum, & - - 4.
mandata ejus non custodit, mendax est, & in
hoc veritas non est &c. Charissimi, non man- - - 7.
datum novum scribo vobis, sed mandatum ve-
tus, quod habuistis ab initio: mandatum vetus
est verbum, quod audistis. Iterùm (bi) *man-* - - 8.
datum novum scribo vobis, quod verum est & (bi) Mandatum novum scriptum fidelibus.
in ipso, & in vobis: quia tenebræ transierunt, &
verum lumen jam lucet. Quicquid petierimus - 3, 22.
(à Deo), *accipiemus ab eo: quoniam mandata*
ejus custodimus, & ea, quæ sunt placita coràm
eo, facimus. Et hoc est (bk) *mandatum ejus:* - - 23.
ut credamus in nomine filii ejus Jesu Christi, & (bk) Mandatum Dei fides, & dilectio.
diligamus alterutrum, sicut dedit mandatum no-
bis. Et qui servat (bl) *mandata ejus, in illo* - - 24.
manet, & ipse in eo: & in hoc scimus, quoniam (bl) Servans mandata in Deo manet.
manet in nobis de spiritu, quem dedit nobis. Hoc
mandatum habemus à Deo: ut qui diligit Deum, - 4, 21.
diligat & fratrem suum. In hoc cognoscimus, - 5, 2.
quoniam diligimus natos Dei, cùm Deum dili-
gamus, & mandata ejus faciamus. (bm) *Hæc* - - 3.
est enim charitas Dei, ut mandata ejus custodia- (bm) Custodire mandata Dei, quæ gravia non sunt, charitas Dei est.
mus, & mandata ejus gravia non sunt. Et
scribens Electæ Dominæ dicit: *Gavisus sum*
valdè, quia inveni de filiis tuis ambulantes in 2. Jo. v. 4.
veritate, sicut mandatum accepimus à Patre. Et - - 5.
nunc rogo te, (bn) *Domina, non tanquam man-* (bn) Mandatum ab initio datum, dilectio.
datum novum scribens tibi, sed quod habuimus
ab initio, ut diligamus alterutrum. Et hæc est - - 6.
charitas, (bo) *ut ambulemus secundùm manda-* (bo) Ambulare secundùm mandata Dei charitas est.
ta ejus. Hoc est enim mandatum, ut quemad-
modum audistis ab initio, in eo ambuletis.

In Apocalypsi de dracone, insidiante mu-
lieri, viso à Joanne, scribitur, quòd *iratus est dra-* Apoc. 12, 17.
co in mulierem: & (bp) *abiit facere prælium cum* (bp) Draco pugnans cum custodientibus mandata Dei.
reliquis de semine ejus, qui custodiunt mandata
Dei, & habent testimonium Jesu Christi. Et obi
enarrantur eruciatus eorum, qui bestiam ado-
râruni, subditur: (bq) *Hic patientia Sanctorum* - 14, 12.
est, qui custodiunt mandata Dei, & fidem Jesu. (bq) Patientia Sanctorum, custodientium mandata Dei.
Et hæc de dictione hac: Mandatum, notanda
esse dijudicavimus; (br) & videndæ etiam sunt (br) Aliqua remissivè.
dictiones: *Abiu: Achan: Jeroboam: Josaphat:*
Lex: Osee: Præceptum; Salomon: Saul,

Mandibula,

Ea (a) *pars est, quâ manditur*; unde Hist.
mandibula; *ea,* inquam, *in homine pars, in quâ* (a) Quid est.
sunt dentes infixi; & etiam dicitur *Maxilla,*
quod tamen nomeo commuoicatur exteriori
parti faciei, ut *suo loco* videbimus. De Samsone
habemus, quòd, cùm in eum irrumperent Phi-
listhæi, *inventam maxillam, id est, mandibulam* Judic. 15, 15.
asini, quæ jacebat, arripiens, (b) *interfecit in eâ* (b) Samson Philisthæos mille necans in asini mandibula.
mille viros. Et ait: in maxillâ asini, in mandi-
bulâ pulli asinarum, delevi eos, & percussi - - 16.

Judic. 15, 17. *mille viros: Cumq́; hæc verba canens complésset;*
projecit mandibulam de manu, & vocavit nomen
loci illius Ramatlechi, quod interpretatur eleva-
- - 18. *tio maxillæ; sitiensq́; valdè clamavit ad Domi-*
num, & ait: Tu dedisti in manu servi tui salu-
tem hanc maximam, atque victoriam: en siti
morior, incidamq́; in manus incircumcisorum.
- - 19. (c) *Aperuit itaque Dominus molarem dentem in*
(c) Eadem mandibula aquam ei præbens pro siti extinguendâ. *maxilla asini, & egressæ sunt ex eo aquæ, qui-*
bus haustis, refocillavit Spiritum, & vires re-
cepit. Idcircò appellatum est nomen loci illius,
Fons invocantis de maxilla, usque in præsentem
diem.

Myst. Origen. f. Matth. h. 14. *Patientia*, quâ vincuntur dæmones, in mandibulâ, quâ Samson Philisthæos percussit, designari potest, cùm victori aquam præstat, & levamen confert; onde fons patientiæ, fons è mandibulâ proveniens dicatur; ex Origene.

D. Hier. f. Marc. 15. *Verbum Dei*, quo Deus innumeros hostes, puta infideles, & dæmones prostravit; & in quo fontem vitæ aperuit, figuratur in adhibitâ per Samsonem mandibulâ; ex Div. Hieronymo.

Mandragora.

Hist. (a) Quid est, ejus varietas, & descriptio. *Herba* (a) est, quæ duas sub se habet species; quarum altera mas dicitur, altera fœmina. *Alba* nuncupatur prima, eò quòd candidiora habet folia (quæ iis lactucæ anguftiora sunt) hirsuta, & caulibus à radice binis, trinisve exeuntia, rufula, carnosa, tenera, & penè cubitalia; habetq́ue pomum, quod patulis quaquaversum foliis mediâ è stirpe prodit, orbiculatum, ovi gallinacei vitello simile, rotunditatis circinatæ. *Nigra* nuncupatur secunda ex foliorum umbrato colore, cujus pomum ex imo stirpis meditullio exiens, avellanæ nucis magnitudinem, juglandis, seu castaneæ æquat; & in fructibus semen, ceu pyrorum, est. Radicem habet hæc herba crassam, pilosam, ac bifidam, & in humanæ coxendicis, cruriśue formam, bifurcatam; unde invaluit apud vulgus impostorum fabula, quòd humani figuram corporis, etiam quoad sexum radix hæc præ seferre habeat. Odor herbæ gravis, radicis gravior, mali verò gravissimus est, gravitate quâdam soporiferâ, quæ videlicet somnum conciliat; alioquin jucundus, & delectabilis. Circæo pomo pomum ejus assimilant plures, imò & cum eo confundunt, cui nugaciter amatorium, nescio quod, fascinum tribuunt, & incantationem; ita ut quasi philtro quodam amatorio incantent hæc poma; at nihil horum prorsùs est, si dicas, quòd obtrectati pomi odore imbuta persona soporosam quandam vim, & simul odorosam secum gestat, quæ lassi, & languidi, ut ferè esse solent amoribus dediti, sensus recreat; unde à suavi, redolentiq́ue, pomo sibi apud Amasium gratiam, favoremq́ue conciliat; ex quo mandragoræ pomum blandimentum amoris sit dictum. Et quidem cum ejus esu mulieres, (b) quæ intorridis, ac æstuantibus regionibus sunt, & adustos, arentesque habent ex fervore uteros, fœtificandi ab eodem pomo dispositionem recipiant, utpotè humido frigido; vimq́ue recepti seminis retinendi per receptum soporem asciscant, menstruáque purgentur illuvie, hoc nomen facilè indiderunt ei fœminæ, quæ prolis feracitatem, & fœcunditatem ex eo provenire credunt.

(b) Mandragora ad fœminis fœcunditatem excitans.

Profert hæc herba fructum suum æstivis temporibus; & sic juxta omnia relata habemus ex sacrâ historiâ, quòd (c) *egressus Ruben tempore messis triticeæ in agrum, reperit mandragoras, quas matri Liæ detulit: dixitq́; Rachel:* (d) *Da mihi partem de mandragoris filii tui: Illa respondit: parumne tibi videtur, quod præripueris maritum mihi, nisi etiam mandragoras filii mei tuleris? ait Rachel:* (e) *Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filii tui. Redeuntiq́ue ad vesperam Jacob de agro, egressa est in occursum ejus Lia, &, ad me, inquit, intrabis, quia mercede conduxi te pro mandragoris filii mei; dormivitque cum eâ nocte illa &c.* Putatur autem Rachel adeò sorori institisse, ut pomi mandragoræ esu idonea fieret fœtûs conceptui.

Genes. 30. 14. (c) Mandragoræ à Ruben inventæ.
(d) Desideratæ à Rachele.
- - 15.
- - 16. (e) Cui à Lia concessa thorum ceditur.

In Canticis autem Sponsa mystica mysticum Sponsum invitat ad delicias extra conclave in agrum; utque efficaciùs alliciat, amabilem ei præbet mandragorarum odorem, dicens: (f) *Mandragoræ dederunt odorem.*

Cant. 7. 13. (f) Odor mandragoræ propositus Sponso myst.

Myst. D. August. 22. cont. Faust. 50. *Fama bona popularis* significatur per Mandragoram, quæ pomum habet odoriferum; ex D. Augustino.

D. Ambr. f. Psal. 118. ser. 19. *Fructus Synagogæ*, qui concessi sunt Ecclesiæ, figurantur à D. Ambrosio pomis mandragoræ, datis Racheli.

Rich. à S. Laur. de laud. B. V. l. 12. *Virgo Maria* à Richardo à S. Laurentio assimilatur mandragoræ, à languoribus sananti, odoræ, & poma habenti rubea, odorifera &c. utpotè, quæ nos à languoribus mentis, & cordis sanat, virtutum odore eminet, & Christum habet fructum, sanguinis sui effusione rubicundum, & per virtutes odoriferum.

Manducans.

Hist. (a) Quid est. Participium (a) præsentis temporis activi à *manduco*, quod est: *dentibus cibum premo, mando*; & translatè sonat: *Affligo: Conficio: destruo &c.* Jesus Christus Pharisæos præcipuè, & Judæos omnes reprehendens, qui linguis suis omnes lacerare conati sunt, semper ad obmurmurationes & detractiones parati, ostendit eis duo opposita exempla, de quibus adhuc tamen illi oblatrârunt, & sunt:
Matth. 11. 18. (b) De Joanne non manducante, & de Jesu manducante æqualiter murmurant Pharisæi. (b) *Venit Joannes neque manducans, neque bibens* (de Joanne Baptistâ sermo est, qui, more cæterorum hominum, non manducabat, contentus melle sylvestri, & locustis, jejunio cæteroquin se conficiens), *& dicunt dæmonium habet.*
- - 19. *Venit filius hominis manducans, & bibens, & di-*
Luc. 7. 33. *cunt: Ecce, homo vorax, & potator vini, pu-*
- - 34. *blicanorum, & peccatorum amicus; & justifi-*
cata est Sapientia (divina) *à filiis suis.* Ita enim dum in diversa & apposita sermo idem obmurmurans est, patet sapientiam divinam malè mordeti in hominibus ab iisdem hominibus operantem; & ideò justificata est.
Matth. 14. 21. (c) Numerus manducantium, & saturatorum 5. panibus, & 2. piscibus a Christo 5. m. (c) *Numerus manducantium*, & saturatorum quinque panibus, & duobus piscibus, à Jesu, fuit *quinque millia virorum, exceptis mulieribus, & parvulis.*

Rom. 14. 3. (d) Manducans non spernat non manducantem; neque hic judicet alium. De abstinentiâ Judaicâ ab aliquibus cibis scribit Apostolus ad Romanos, dum ait: (d) *Is qui manducat* (promiscuè, subintellige, quidvis), *non manducantem non spernat: & qui non manducat, manducantem non judicet: Deus enim illum assumpsit* (in filium).

Mane, Vox Chald.

Hist. Vox (a) Chaldaica Mane affertur in sa-
(a) Quid est. Dan. 5. 5. &c. cris litteris, ubi apud Danielem legimus, quòd
(b) Historia scripturæ visæ à Baltassar in muro apparentis, & à Daniele interpretatione donatæ, (b) Baltassar, Assyriorum Rex, in convivio bi-
bens, cum suis, ex vasis Templi Domini, lau-
dando idola sua, vidit digitos in aulæ pariete
scribentes; unde totus turbatus est; timens-
que Magos, Chaldæos, Aruspices omnes in-
troduci ad Scripturæ interpretationem jussit,
quam nemo legere scivit; sive quòd initiales
tantùm litteræ apponerentur; sive quòd pun-
ctis non appositis, difficilis esset syllabarum
connexio; sive quòd diversa essent characte-
rum signa à consuetis; sive quòd unico verbo
multiplex, e g. contineretur sensus; sive tan-
dem, quod divina ita disponeret providentia,
ut quæ cælestia erant arcana, à solo viro Da-
niele, cælestium arcanorum sacro interprete,
evulgarentur: quòcirca Scripturæ, & interpre-
tationis illius ignaros, se omninò fatentibus
Chaldæorum Sapientibus, Reginâ proponen-
te, advocatus est Daniel, qui Regem de im-
pietate, & sacrilegio redarguens, ob sacra
profanata in convivio vasa; spretumque, &
- - 24. contemptum Deum cæli in iis, subdidit: *Icircò
ab eo missus est articulus manûs, qua scripsit hoc,*
- - 25. *quod exaratum est. Hæc est autem scriptu-*
- - 26. *ra, quæ digesta est:* (c) *Mane, Thecel, Pha-*
(c) Mane in eâ scripturâ positum. *res. Et hæc est interpretatio sermonis. MANE:
numeravit Deus Regnum tuum, & complevit*
- - 27. *illud. THECEL: appensus es in staterâ, & in-*
- - 28. *ventus es minus habens. PHARES: divisum
est Regnum tuum, & datum est Medis, & Per-*
- - 29 &c. *sis.* Tunc jussit Rex Danielem, sicuti antea ei
appromiserat (facilè precibus ejus, se à rerum
auditarum comminatione liberatum iri, spe-
rans) purpurâ indui, & torque aureâ ad col-
lum ornari, & tertium in Regno constitui.
eâdem verò nocte interfectus est Baltassar.
(Vid. *Baltassar: Daniel.*) Quoad interpreta-
(d) Signif. vocis. tionem (d) præcisam dictionis hujus MANE,
affertur ab aliquibus: *Numeravit*; ab aliis: *Nu-
meravit*; sicuti pro THECEL, *appendit*; pro
PHARES, *divisit*; quasi diceretur: Numeravit
Deus annos tuos, appendit opera tua, & divi-
sit Regnum tuum, juxta ea, quæ in sacris le-
guntur litteris.

Manè, Adverb.

Hist. (a) *Manum*, quod bonum erat, dicebant
(a) Quid est, & unde vox hæc, cujus textus sine notis ponuntur, ubi non est locus. prisci. Hinc à bono diei omine, ipsius diei
principium *manum* primò vocatum est; inde
manè; nec audiendos eos puto, qui dictum ve-
lint ab homine boni nominis. Manè ergo ad-
verbium est, seu potiùs adverbiale nomen,
significans *principium diei*; *quando scilicet dies
clarescere incipit*: In sacris litteris tamen ne-
dum habet significare *diei principium*, sed ali-
quando absolutè *diem crastinam*. Ubi de
(b) Plura acta de mane. creatione (b) sex dierum agitur, pro terminis
Genes. 1. 5. cujuslibet diei statutæ ponitur, & *factum est*
- - 8. *vespere, & manè dies primus -- secundus -- ter-*
- - 13. *tius -- quartus -- quintus -- sextus. De mane*
- - 19. Angeli, qui apud Lot hospitati fuerant, coge-
- - 23. bant eum de Sodomis exire; & *manè* vidit
- - 31. Abraham Sodomam, & Gomorrham combu-
- 19, 15. stas urbes igne cælesti; ita *de mane* dimisit
- - 27. Agar ancillam cum filio Ismaële de domo suâ:
- 21, 14. Et *de mane* puer ejus, missus ad quærendam
- 24, 54. uxorem filio ejus Isaac, de domo Bathuelis abiit
cum Rebeccâ. *Manè* juraverunt sibi mutuò Genes. 26, 31.
fœdus Isaac, & Abimelech. Post somnium - 28, 18.
scalæ visæ à Jacob, *manè* surgens *tulit lapidem,
quem supposuerat capiti suo, & erexit in titu-
lum, fundens oleum desuper.* Introductâ Liâ - 29, 24.
vespere pro uxore ad Jacob, *mane facto*, ad-
vertit se deceptum, qui pro Rachele laborave-
rat. Præmissis muneribus ad Esau, Jacob re-
manens in castris, cùm maturè surrexisset, trans-
acto vado, mansit solus: *Et ecce vir luctabatur* - 32, 24.
cùm eo, usque manè. (Vid. *Jacob.*) Joseph, - 40, 6.
manè introiens ad carcere detentos, audiens-
que eorum somnia, ipsa interpretatus est.
Pharao, cùm somniâsset boves, & spicas se-
ptem (vid. *Pharao*), *facto mane*, accersivit, qui - 41, 8.
somnium interpretarentur. *Ortò mane*, di- - 44. 3.
missi sunt cum asinis suis fratres Joseph, ab-
scondito in sacco Benjamin ejus scypho. Et
Jacob moriturus, benedicens Benjamin dixit:
(c) *Benjamin lupus rapax, manè comedet præ-* - 49, 27.
dam, & vespere dividet spolia. (c) Benjamin manè comedens prædam.

Cùm Moyses referret Pharaoni, quæ ei
dixerat Deus de dimittendo populo, & tamen
ille indurâsset cor suum, dixit Dominus ad
Moysen: (d) *Vade ad eum manè*; & jussit ei Exod. 7. 15.
dicere iterùm, ut dimitteret populum; secùs (d) Plura commissa Moysi de mane facienda.
aquas convertere in sanguinem; & post plures
immissas super Ægyptum plagas, non adhuc
Pharaone permittente Judæorum egressum,
iterùm *dixit Dominus ad Moysen: Manè con-* - 9. 13.
surge, & sta coram Pharaone; jussòsque est no-
vis portentis, & plagis Ægyptum percutere,
inter ea autem quodam die *manè facto, ventus* - 10, 13.
*urens, levavit locustas, quæ ascenderunt super
universam terram Ægypti &c.* Pro cœnâ agni
Paschalis præceptum erat, ut comederetur to-
tus, ne remaneret *quicquam ex eo, usque ma-* - 12, 10. & alibi.
nè; ita imperatum est Judæis, cùm adhuc es-
sent in Ægypto; quibus etiam præceptum est,
ut sanguine illius tingerent, seu aspergerent
superliminare, & utrumque postem domûs
suæ, nullusque eorum egrederetur ostium
ejusdem, *usque manè*: & tunc fuit Angeli per- - - 22.
cussoris in Ægyptiorum primogenitos vindicta.
Murmurantibus in deserto Sin Judæis, appro- - 16. 8. & alibi.
missi sunt eis panes *de mane* in saturitatem co-
medendi; dictumque est eis: *Manè videbitis* - - 7.
gloriam Domini; cùm ergo ascendissent vespe-
re coturnices cooperientes castra, (e) *manè* - - 13.
quoque ros jacuit per circuitum castrorum; cúm- - - 14.
que operuisset superficiem terræ, apparuit in so- (e) Man datum manè, & manè colligendum, nec in mane servandum.
*litudine minutum, & quasi pilo tusum, in simi-
litudinem pruinæ super terram &c.* Et hoc erat
Man; quòd colligi debuit, & comedi à Judæis
per diem, dixitque Moyses ad eos: *Nullus re-* - - 19.
linquat ex eo in mane; cumque aliqui adhuc - - 20.
aliquid in mane reliquissent, vermibus scatere
cœpit, & computruit, Moyse super hoc iis
irascente: *Colligebant autem manè singuli, quan-* - - 21.
*tum sufficere poterat ad vescendum: cúmque in-
caluisset sol, liquefiebat*; & quod reliquum erat - - 23.
eâ die reponebant, *usque in mane* sabbati.
(f) *A mane usque ad vesperam* scribitur populus - 18, 13.
adstitisse Moysi, unde Jethro socer ejus labore (f) Moyses à mane ad vesperam judicans populum.
hujusmodi eum opprimendum fuisse conjiciens
de mane usque ad vesperam judicantem, sanum
ei præbuit consilium de constituendis judicio- - - 24.
rum Magistratibus. Ad diem tertiam, *manè*, - 19, 16.
è monte Sinai cœperunt audiri tonitrua, mi-
care fulgura &c. antequam promulganda lex
decalogi

decalogi daretur Moysi à Deo. Præceptum
Exod. 23, 18. erat: *Non immolabis super fermento sanguinem*
- - 34, 25. *victimæ meæ, nec remanebit adeps solemnitatis*
meæ usque manè. Moyses scriptis omnibus ser-
- 24, 4. monibus Domini, (g) *manè consurgens ædifica-*
(g) Moyses manè Deo erigens altare. *vit altare ad radices montis, & duodecim titulos*
per duodecim Tribus Israël; oblatisque victimis
fœderis, sanguine populum respersit. Lucerna
in Tabernaculo testimonii extra velum jussa est
- 27, 21. accendi, ut *usque manè* luceret coràm Domino.
Num. 9, 12. De oblationibus pro Sacerdotibus omnia come-
denda esse præceptum est; & deinde dictum:
Exod. 29, 34. (h) *Quòd si remanserit de carnibus consecratis,*
(h) Reliquiæ oblationum usque manè comburendæ. *sive de panibus, usque manè, combures reli-*
quias igni. Jussum est, ut duo agni anniculi
quotidie offerrentur, unus scilicet *manè*, alter
- - 39. & alibi. vespere. *Manè* super altare incensi adolebat
- 30, 7. incensum Sacerdos. Judæi (i) *manè* surrexe-
- 32, 6. (i) Judæi in deserto manè vitulo sacrificantes. runt ad festa, & sacrificia vitulo conflato in
solitudine offerenda. Fractis tabulis lapideis
à Moyse, alias iterùm fecit idem, dicente ei
- 34, 2. Domino: (k) *Esto paratus manè, ut ascendas*
(k) Moyses iterùm manè legem à Deo recepturus. *statim in montem Sinai, stabisque mecum super*
verticem montis. Cùm instarent operi Taber-
- 36, 3. naculi Beseleel, & Ooliab; (l) *quotidie manè vo-*
(l) Populus manè vota offerens. *ta populus offerebat.*
Levit. 6, 9. Pro lege holocausti notatur: *Cremabitur*
in altari totâ nocte usque manè: ignis ex eodem
- - 12. *altari erit. Ignis in altari meo semper ardebit,*
quem nutriet Sacerdos, subjiciens ligna manè
(m) Ligna manè subjicienda igni perpetuo coràm Domino. (m) *per singulos dies, &, imposito holocausto, de-*
super adolebit adipes pacificorum. Pro oblatione
Sacerdotis in die unctionis suæ lex erat: *Deci-*
- - 20. *mam* (n) *partem ephi offerent simila in sacrificio*
(n) Oblatio manè in unctione Sacerdotis, & vespere. *sempiterno, medium ejus manè, & medium ejus*
vespere Hostiæ pacificorum carnes eâdem co-
- 7, 15. medebantur die, nec remanere debebat *ex eis*
quicquam usque manè. Erat in præceptum:
- 19, 13. (o) *Non morabitur opus mercenarii tui usque*
(o) Opus mercenarii non retinendum usque manè. *manè.* Hostiæ pro gratiarum actione lex erat:
Eodem die comedetis eam, non remanebit quic-
quam in manè alterius diei. Die, qua erectum
- 22, 30. Num. 9, 15. *est Tabernaculum, operuit illud nubes.* (p) *A*
(p) Nubes super Tabernaculum à vespere usque manè. *vespere autem super tentorium erat quasi species*
ignis usque manè. Et *si fuisset nubes à vespere*
usque manè, & statim diluculo Tabernaculum
- - 21. *reliquisset, proficiscebantur* turbæ Judaicæ in
solitudine itinerantes. Luxit populus quia ob-
murmuraverat contra Dominum, cùm audiret
- 14, 40. regressos exploratores à terrâ Chanaan; (q) *Et*
(q) Judæi manè ascendentes verticem montis in deserto. *ecce, manè primò surgentes ascenderunt verticem*
montis, atque dixerunt: Parati sumus ascendere
ad locum, de quo Dominus locutus est: quia
peccavimus. Moyses audiens Core, & alios
increpantes seipsum, locutus est ad eum, & ad
- 16, 5. omnem multitudinem, dicens: (r) *Manè,*
(r) In manè reservatum Dei judicium contra Core &c. - - - - - *notum faciet Dominus, qui ad se per-*
tineant, & sanctos applicabit sibi: & quos elege-
rit, appropinquabunt ei. Balaam ad missos
Principes Moab, & Madian qui venerant vo-
care eum, ut iret ad maledicendum Israël,
- 22, 13. (s) *manè consurgens*, dixit, ut irent in terram
(s) Balaam manè consurgens. suam; prohibebatur enim à Domino ire cum
ipsis. Iterùm autem vocatus, protestans se ni-
hil dicturum, nisi quòd jussisset Dominus,
- - 21. *surrexit manè, & strata asina sua profectus est*
cum eis. Et cùm ad Balac Regem pervenisset
- - 41. ab eodem. (t) *manè facto*, ductus est ad excelsa
(t) Item manè ductus, ut malediceret Isr. Baal, unde respiciebat extremam partem populi
Deut. 16, 4. Israël. Pro solemnitate Phase præscribebatur:
(u) Carnes im- (u) *Non apparebit fermentum in omnibus termi-*

nis tuis septem diebus, & non remanebit de car- molatæ die primo Paschæ non remansuræ usque manè.
nibus ejus, quod immolatum est vespere in die
primo usque manè; & cùm prohiberetur im-
molatio Phase in quâcunque urbe, sed in eâ
tantùm concederetur, ubi locum sibi Dominus
elegisset, datur regula: *Immolabis Phase vespe-* Deut. 16, 6.
re ad solis occasum, quando egressus es de Ægy-
pto. Et coques, & comedes in loco, quem elege- - - 7.
rit Dominus Deus tuus, (x) *manèque consurgens* (x) Manè ab immolato Phase redibant Judæi in tabernacula sua.
vades in Tabernacula tua. Et cum inobservan-
ti legem comminatio sit: *Manè* (dicitur) *di-*
ces: (y) *Quis mihi det vesperum? & vespere:* - 28, 67.
quis mihi det manè? propter cordis tui formi- (y) Terror futurus legem inobservantibus, & quærentibus ideò manè, & vespere.
dinem, qua terreberis, & propter ea, quæ tuis
videbis oculis. *Manè* applicita est sors super
Tribus Israel à Josue, ut deregeretur quis fur- Jos. 7, 14.
tum de Jericho abstulisset. (Vid. *Achan.*) Rex - - 16.
Hai *manè* festinans exivit, pugnaturus contra - 8, 14.
Josue. Viri Ephra (z) *manè* surgentes, & vi- Judic. 6, 28.
dentes destructam aram Baal, quam Gedeon (z) Ephratæ manè aram Baal videntes dirutam.
destruxerat, contra ipsum irati sunt, & quæ-
rebant eum ad mortem. Philisthiim custodie-
bant nocte Gazæ portas, *ut facto manè exeun-* - 16, 2.
tem (Samsonem) *occiderent.* Levites è Bethle-
hem discedens cum uxore, *facto manè*, parabat - 19, 8.
iter, reversurus in Ephraim; & is fuit, qui in - - 25.
Gabaa eductam nocte uxorem prodigiosâ libi-
dine à civibus urbis illius extinctam (aa) *manè* - - 27.
reperit; unde clades Tribus Benjamin facta (aa) Manè reperta uxor Levitæ extincta in Gabaa.
est. (Vid. *Benjamin*); filii enim aliarum Tri-
buum Israël, surgentes *manè*, postquam con- - 20, 19.
gregati sunt, castrametati sunt juxta Gabaa; &
eam diruerunt.

Ruth *de manè* usque ad finem diei mane- Ruth. 2, 7.
bat in agro spicas colligens, ut socrui suæ suc- (ab) Ruth de manè ad vesperam spicas colligens.
curreret. Et dormiens ad pedes Booz, *manè*
facto, sex hordei modios ad socrum habuit re- - 3, 13.
ferendos. (Vid. *Ruth.*) Elcana, (ac) cum uxore 1. Reg. 1, 19.
Annâ, *manè* surgens, post fusam orationem in (ac) Elcana manè domum rediens.
Templo, abiit in domum suam; & Anna, pri-
dem sterilis, concepit Samuelem. Samuel vi-
sionem habuit à Domino adversum Heli, &
(ad) *usque manè* dormiens, timuit eam indica- - 3, 15.
re Heli. Philisthæi captam arcam Domini cum (ad) Samuel usque manè dormiens.
posuissent in Templo Dagon, *manè* alterius
diei invenerunt Dagon jacentem, & fractum - 5, 4.
coram eâ. Saul *manè* alterius diei, quo adve- - 9, 19.
nerat ad Samuelem, ab eo iunctus est Rex. - - 26.
(ae) *Manè* item futuri diei, ab oppressione - 11, 10.
Ammonitarum se liberandos speraverunt viri (ae) Viri Jabes Galaad manè liberandi ab oppressione.
Jabes Galaad, moniti de adventu Saul, cum
exercitu. Instabat idem Saul irruere in Phili-
sthæos nocte, (af) usque dum illucesceret ma- - 14, 36.
nè, at super hoc non respondit Dominus, eò (af) Saul volens in Philisthæos irruere usque ad futurum manè.
quòd Jonathas mel degustâsset contra prohibi-
tionem. Samuel audiens à Domino, quod of-
fensus fuisset à Saul, surrexit nocte, (ag) *ut* - 15, 12.
iret ad Saul manè, quem reprehenderet de ser- (ag) Samuel manè ad Saulem pergens.
vatâ Amalecitarum prædâ. Goliath Phili-
sthæus procedebat *manè, & vespere, & stabat* - 17, 16.
quadraginta diebus, exprobrans Judæis; donec
manè (ah) surgens David ferens cibos ad - - 20.
fratres, & eum audiens, dante Domino, (ah) David manè audiens de Goliath.
interfecit. (Vid. *Goliath.*) David monitus
est à Jonathâ, ut *manè*, alterius scilicet - 19, 2.
diei, observaret se, (ai) h. e. caveret à Saul, - - 11.
quærente eum occidere; prout quæsivit. (Vid. (ai) Cautela facta Davidi in manè, ne à Saul occideretur.
David.) *Manè* illucescente iidem David, &
Jonathas in agrum convenerunt, super irâ Saul - 20, 35.
in ipsum David colloquentes. Iratus David (ak) Colloquium David, & Jonathæ manè.
contra Nabal, qui ei negaverat subsidium in
solitu-

1.Reg. 25, 22.
(a l) Nabal cum suis non relinquendus usque manè à David mato.

solitudine, juravit: (x l) *Hæc faciat Deus inimicis David, & hæc addat, si reliquero de omnibus, quæ ad ipsum pertinent usque manè, mingentem ad parietem.* Rediens autem, Abigail, à pacato per se Davide, (a m) *non indicavit ei* (scilicet Nabal viro suo) *verbum pusillum, aut grande usque manè*; cùm tamen postea iodicasset, timore percitus, post decem dies, mortuus est.

- - 36.
(a m) Ira David non manifestata Nabal usque manè.
- 29. 30.
- - 31.
(a n) David in Siceleg redire jussus manè ab Achis.

(a o) *Manè* sequentis diei jussus est ab Achis David redire in Siceleg à castris Philisthæorum; ut fecit. Protestatus est Joab ad Abner, qui conquestus est, quòd nimis instaret, persequens fugitivos à pugnâ, & dixit: (a o) *Vivit Dominus, si locutus fuisses, manè recessisset populus persequens fratrem suum*; Judæi enim victores pro David persequebantur Judæos victos pro Isboseth.

2.Reg. 2, 27.
(a o) Joab paratus à manè desistere à persecutione hostium.
- 11, 14.

Facto *manè* scripsit David ad Joab per manum Uriæ contra ipsum Uriam. (Vid. *Urias.*) *Manè* consurgens (a p) Absalom, Regno inhians, ad introitum portæ, placidis verbis, & promissionibus populi favorem sibi conciliabat.

- 15, 2.
(a p) Absalom manè ad portam populi favorem in se trahens.

In verbis David novissimis appromittitur ei à Domino, quòd erit domus ejus, (a q) *sicut lux auroræ, oriente sole, manè absque nubibus rutilat, & sicut pluviis germinat herba de terrâ.*

- 23. 4.
(a q) Domus David futura ut lux auroræ manè rutilans.
- 24, 11.

Manè surgens David, pœnitens, eò quòd numerasset populum, à Gad Prophetâ data est ei optio ex ore Dei, quam pœnam subire mallet. (Vid. *Gad.*) *Immisitque Dominus pestilentiam* (a r) *in Israel de manè usque ad tempus constitutum &c.*

- - 15.
(a r) Pestilentia in Isr. de manè ad tempus statutum.

Coram Salomone ex duobus meretricibus, quæ judicium ab eo petebant super mortuo filio, dicebat, quòd surgens (a s) *manè*, ut daret lac filio suo, repererat mortuum; at quòd animadvertens noverat, suppositum sibi, non esse filium suum. (Vid. *Salomon.*)

3.Reg. 3, 21.
(a s) Manè sibi suppositum dicebat mortuum pro vivo filium advertisse meretrix.

Eliæ, ad torrentem Carith sedenti, (a t) *corvi deferebant - - - - - panem, & carnes manè; similiter panem, & carnes vespere, & bibebat de torrente.*

- 17, 6.
(a t) Manè, & vespere cibatus à corvis Elias.

Congredientibus ad religionis experimentum Eliâ, & Sacerdotibus Baal, hi invocabant (t u) *nomen Baal de manè usque ad meridiem*, dicentes: *Baal, exaudi nos*; at frustrà.

- 18. 26.
(a u) Sacerdotes Baal eum frustrà invocantes à manè ad vesperam.

Manè (a x) ad horam sacrificii aquæ sine pluviâ, juxta Elisæi appromissionem, fluxerunt per viam Edom, sitientibus copiis Regum Juda, Israël, Edom; contra quos *primo* (a y) *manè* surgentes Moabitæ, orto sole ex adverso aquarum, eas viderunt rubras, quasi sanguinem.

4.Reg. 3. 20.
(a x) Aquæ manè apparentes ad sitim levandam per Elisæum.
- - 22.
(a y) Eædem manè hostibus sanguineæ visæ.

Leprosi, qui, Samariâ exeuntes, repererunt Syros abiisse, dicentes ad invicem: (a z) *Hæc dies boni nuntii est, si tacuerimus, & noluerimus nuntiare usque manè, sceleris arguemur &c.* nuntiaverunt Regi. (Vid. *Elisæus.*)

- 7. 9.
(a z) Syrorum fugam antè manè manifestaverunt leprosi.

Capita filiorum Achab Regis Israël, missa ad Jehu, jussa sunt (b a) ab eo poni ad duos acervos juxta introitum portæ Jezrahel *usque manè.*

- 10, 8.
(b a) Capita filiorum Achab exposita usque manè.

1.Par. 9, 27.
2.Par. 2. 4. & alibi.

Mentio est in libris Paralipomenon de portis Templi, quarum fores *manè* per Levitas aperiebantur; item de holocaustis offerendis Deo *manè, & vespere*; nec non de Levitis deputatis *manè ad confitendum, & canendum Domino; similiterque ad vesperam.*

1.Par. 16, 40.
- 23, 30.
2.Par. 20, 20.

Josaphat, Rex Juda, *manè* surrexit, egressus per desertum Thecue contra gentes, quæ in eum insurrexerant. Esdras legit populo librum legis *de manè usque ad mediam diem.*

2.Esd. 8. 3.
Esth. 2, 14.
(b b) Fœmina, ad Regem Persarum intrans vespere, egrediebatur manè.

Fœmina, *quæ* (b b) *intraverat vespere* (ad Regem Persarum), *egrediebatur manè - - -, nec habebat potestatem ad Regem ultrà redeundi, nisi voluisset Rex, & eam venire jussisset ex nomine.* Zares, uxor Aman, ei suasit, (b c) ut *manè* à Rege impetraret, quòd Mardochæus in paratâ trabe suspenderetur; at trabs pro aliis parata, ei fuit in supplicium.

Esth. 5. 14.
(b c) Aman rogaturus Regem manè, ut Mardochæus suspenderetur.

Job, 4. 20.

De impiis ait Eliphaz: *De manè usque ad vesperam succidentur.* Et miseriam suam explicans, Job dicebat: *Ecce, nunc in pulvere dormiam, &, si manè me quæsieris, non subsistam*; qui Job quoque alibi habet: (b d) *Manè primo consurgit homicida, interficit egenum, & pauperem; per noctem verò erit quasi fur.*

- 7. 21.
- 24. 14.
(b d) Iniquus & de manè, & in nocte mala patrans.

Psal. 5. 4.
- - 5.
- 45. 6.

In Psalmis est: *Domine, manè exaudies vocem meam: Manè astabo tibi, & videbo, quoniam non Deus, volens iniquitatem, tu es. Adjuvabit eam* (civitatem scilicet Dei) *Deus manè diluculò. Vespere, & manè, & meridie narrabo, & annuntiabo* (laudes Dei, & miserias hominum); *& exaudiet* (Dominus) *vocem meam. Ego cantabo* (Domine) *fortitudinem tuam, & exultabo manè misericordiam tuam. Ego ad te, Domine, clamavi, & manè oratio mea præveniet te. Manè* (b e) *sicut herba transeat* (vita hominis), *manè floreat, & transeat: vespere decidat, induret, & arescat. Repleti sumus manè misericordiâ tuâ* (Domine.) *Bonum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo, Altissime; ad annuntiandum manè misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Auditam* (b f) *fac mihi manè misericordiam tuam* (Domine), *quia in te speravi.*

- 54. 18.
- 58. 17.
- 87. 14.
- 89. 6.
(b e) Vita hominis manè florens, ut herba.
- - 14.
- 91. 2.
- - 3.
- 142. 8.
(b f) Dominus manè exaudiens.

Prov. 1, 28.
- 8, 17.

In Proverbiis legimus: *Manè consurgent* (spernentes me, inquit sapientia), *& non invenient me. Qui manè vigilant ad me, invenient me.*

Eccle. 10, 16.
(b g) Væ terræ, cujus Principes manè comedunt, ubi expl. text.
- 11, 6.
(b h) Manè seminandum.

Apud Ecclesiasten dicitur: (b g) *Væ tibi terra, cujus Rex puer est, & cujus Principes manè comedunt* (h. e. diem à comestione incipiunt, gulæ dediti, & ventri.) (b h) *Manè semina semen tuum, & vespere ne cesset manus tua: quia nescis quod magis oriatur, hoc, aut illud; & si utrumque simul, melius erit.*

Cant. 7, 12.
(b i) Invitat Sponsa mystica, Sponsum ad surgendum de manè.

In Canticis Sponsa mysticà suum invitat Sponsum, dicens: (b i) *Manè surgamus ad vineas; videamus, si floruit vinea, si flores fructus parturiunt &c.*

Eccli. 18. 26.
- 31, 24.
- 47. 10.
(b k) Amplificatio sanctitatis Dei manè.

In Ecclesiastico habemus: *A manè usque ad vesperam immutabitur tempus; & hæc omnia citata in oculis Dei. Somnus sanitatis in homine parco, dormiet usque manè, & anima illius cum ipso delectabitur.* Et de David ponitur, quòd *ornavit tempora usque ad consummationem vitæ, ut laudarent nomen sanctum Domini, &* (b k) *amplificarent manè Dei sanctitatem.*

Isai. 5, 11.
(b l) Væ manè surgentibus ad ebrietatem.
- 14, 12.
- 17, 11.
(b m) Manè semen Isr. florens, ubi expl. text.

Apud Isaiam dicitur ad Judæos: (b l) *Væ qui consurgitis manè ad ebrietatem sectandam, & potandum usque ad vesperam, ut vino æstuetis.* Et pro contritione Babyloniorum habet metaphoricè: *Quomodo cecidisti de cœlo, Lucifer, qui manè oriebaris? corruisti in terram, qui vulnerabas gentes?* Contra Israël est: *In die plantationis tuæ labrusca, (b m) & manè semen tuum florebit.* (h. e. in principio tantùm) unde sequitur: *ablata est messis in die hæreditatis, & dolebit graviter.* Contra Idumæos, à Chaldæis impetitos, describitur eorum anxietas, interrogantium, quota sit hora noctis, & responsio excu-

Isai. 21, 12. (bn) Manè veniens cum nocte Chaldæis, ubi expl. text.

excubitoris dicentis: (bn) *Venit manè, & nox* (est, subintellige); q. d. jam dies est; sed pro nobis tenebræ sunt, & miseriæ. Et in cantico gratiarum actionis apud eundem Prophetam dicitur Domino: (bo) *Anima mea desideravit te in nocte; sed & Spiritu meo in præcordiis meis de manè vigilabo ad te.* Ubi prædicitur afflictio Israëlitis, dicitur deeâ, (bp) *quoniam manè diluculo pertransibit in die, & in nocte* (h. e. citò quasi per solam diem, & noctem); *& tantummodò sola vexatio intellectum dabit auditui.* Et Propheta invocat divinam protectionem, dicens Deo: (pq) *Esto brachium nostrum in manè, & salus nostra in tempore tribulationis.* Cùm Angelus in castris Assyriorum percussisset centum-octoginta quinque millia, (br) *surrexerunt manè, & ecce omnes, cadavera mortuorum.* In cantico Ezechiæ Regis, gratias Deo agentis pro redditâ sanitate, & vitæ prorogatione, est: *Præcisa est velut à texente vita mea: dum adhuc ordirer, succidit me:* (bs) *de manè usque ad vesperam finies me. Sperabam usque ad manè, quasi leo sic contrivit omnia ossa mea: de manè usque ad vesperam finies me;* & concludit: *Tu autem* (Domine) *eripuisti animam meam, ut non perirem &c.* In Persona Christi dicitur apud Isaiam: (bt) *Erigit manè* (Dominus Deus), *manè erigit mihi aurem, ut audiam quasi Magistrum;* ubi ly *manè* sonat à momento conceptionis in utero virginis; & ly *erigit aurem*, sonat, quòd dedit Dominus Deus Pater attentionem ad excipienda ejus verba, quo denoter omnia, quæ dicebat, à Patre suo habuisse, & quidem tanquam, & quasi Magistro; ita humanò modò loquens. Et ubi hortatio est ad populum Israël, ut opera misericordiæ exerceat, subditur: (bu) *Tunc erumpet, quasi manè lumen tuum, & sanitas tua citiùs orietur, & anteibit faciem tuam justitia tua, & gloria Domini colliget te.*

- 26, 9. (bo) Anima ad Deum de manè vigilans.
- 29, 19. (bp) Afflictio Judæorum manè diluculo transitura &c. ubi expl. text.
- 33, 2. (bq) Invocatio divinæ protectionis in manè.
- 37, 36. (br) Assyrii manè videntes cadavera suorum.
- 38, 12. (bs) Vita Ezechiæ a manè ad vesperam finienda.
- - 13.
- - 17.
- 50, 4. (bt) Auris Dei manè erecta; ubi expl. text.
- 58, 8. (bu) Lumen Isr. quasi manè erupturum.

Apud Jeremiam exprobrat Dominus Judæis, quod non responderint vocationibus ejus, dicens: *Locutus sum ad vos manè consurgens, & loquens, & non audistis: & vocavi vos, & non respondistis.* *Manè* (bx) *consurgens contestatus sum, & dixi, audite vocem meam.* Et ubi percussus Jeremias conqueritur, habetur maledictio viri annuntiantis nativitatem ejus, quæ est: (by) *Sit homo ille, ut sunt civitates, quas subvertit Dominus, & non pœnituit eum: audiat clamorem manè, & ululatum in tempore meridiano.* Et ad domum David dicitur: *Judicate* (bz) *manè judicium, & eruite vi oppressum de manu calumniantis &c.* Item Jeremias prodit illud Domini, ad Judæos, inobedientes dicentis: (ca) *Ego locutus sum ad vos, de manè consurgens, & loquens, & non obedistis mihi.* Cùm mortua esset Ezechielis uxor, dicit Propheta idem: (cb) *Locutus sum - - - ad populum manè, & mortua est uxor mea vespere: fecique manè, sicut præceperat mihi.* In morte autem uxoris illius præfigurabatur proximo Jerosolymæ exitium; de cujus vastatione loquens habet: *Manus Domini facta fuerat ad me vespere, antequam veniret, qui fugerat* (de urbe): *aperuitque os meum, donec veniret ad me manè, & aperto ore meo non silui ampliùs.* Et apud eundem Prophetam, ubi sermo est de novo Templo reædificando, & sacrificio Principis spontaneo dicitur, quòd (cc) *agnum ejusdem anni immaculatum faciet holocaustum quotidie Domino, semper manè faciet. Illud. Et faciet sacrificium super eo cata* (Græcismus est, h. e. secundùm) *manè, manè* (& sic per singulos dies) *sextam partem ephi &c. - - - - faciet agnum, & sacrificium, & oleum, cata manè manè; holocaustum sempiternum.* Et de desolatione per Antiochum duraturâ, prophetatur à Daniele, quòd esset ejus duratio: (cd) *Usque ad vesperam, & manè dies duo millia trecenti; & mundabitur,* deinde scilicet, *Sanctuarium.* Sacerdotes Bel, ut certum facerent Regem de vitâ ipsius Bel, dicebant, ut cibos apponeret ei; secùs addebant, (ce) *cùm ingressus fueris manè, nisi inveneris omnia comesta à Bel, morte moriemur, vel Daniel* (ipse enim erat, qui Bel Deum vivum esse negabat), *qui mentitus est adversùm nos.* (Vid. *Bel: Daniel.*

Jerem. 7, 13.
- 11, 7. (bx) Deus manè loquens.
- 20, 16. (by) Maledictus homo, ita ut clamorem manè audiat.
- 21, 12. (bz) Manè judicandum.
- 35, 14. (ca) Deus manè loquens.
Ezech. 24, 18. (cb) Ezechiel manè loquens ad populum.
- 33, 22.
- 46, 13. (cc) Holocaustum quotidianum manè.
Ezech. 46, 14.
- - 15.
Dan. 8, 14. (cd) Desolatio duratura ad vesperam, & manè dies.
- 14, 12. (ce) Parati cibi vespere ad Bel comesti apparabant manè, sed non ab illo.

Apud Osee de reversis ad Dominum in tribulatione est: *In tribulatione suâ manè consurgent ad me &c.* Et expostulans Dominus cum Israël, & Juda subdit: (cf) *Misericordia vestra, quasi nubes matutina, & quasi ros manè pertransiens.* Et ubi agitur de idololatriâ Israël sub Jehu Rege, assimilatur cor Israëlitarum, quasi clibano succenso, æstuanti scilicet amore, & ardore in idola, diciturque clibanus hujusmodi repertus (cg) *manè ipse succensus quasi ignis flammæ*, ut scilicet in eo coqueretur massa nequitiæ idololatricæ. Et brevitas vitæ Osee, Regis Israel notatur per illa verba: (ch) *sicut manè transiit, pertransiit Rex Israël.*

Osee 6, 1.
- - 4. (cf) Misericordia Judæorum ut ros, manè pertransiens.
- 7, 6. (cg) Clibanus Isr. manè succensus; ubi expl. text.
- 11, 1. (ch) Rex Isr. ut manè transiens; ubi expl. text.

Joël denuntiat Judæis hostium crudelitatem, diemque vastationis eorum terribilem, asserens, quòd erit *dies tenebrarum, & caliginis, dies nubis, & turbinis:* (ci) *quasi manè expansum super montes, populus multus, & fortis &c.*

Joël. 2, 2. (ci) Populus hostilis contra Judæos, quasi manè expansum super montes.

Apud Amos subsannat Dominus Israël, idololatrantem, dicens: *Afferte manè victimas vestras, tribus diebus decimas vestras.* Et dicitur Judæis: (Quærite Deum, & Dominum verum) *convertentem in manè tenebras, & diem in noctem mutantem.*

Amos 4, 4.
- 5, 8.

Apud Sophoniam contra Judices Jerusalem est: (ck) *Judices ejus lupi vespere non relinquebant in manè.* Ideoque vindicta Domini prænuntiatur, dum dicitur: *Dominus justus in medio ejus non faciet iniquitatem: manè, manè judicium suum dabit in lucem, & non abscondetur: nescivit autem iniquus confusionem.*

Sophon. 3, 3. (ck) Avaritia judicum Jerusalem, qui ut lupi vespere non relinquebant in manè; unde Dominus manè judicium facturus.

Parans se Judas Machabæus in pugnam contra Gorgiam gentium Ducem, dicebat suis: (cl) *Estote parati in manè, ut pugnetis adversùs nationes has &c.* Quando idem Judas in pugnâ contra Bacchidem concidit, tunc *commissum* (cm) *est prælium à manè usque ad vesperam.* Equites, in insidiis positi ab Apollonio, gentium Duce, contra Jonathan Machabæum, (cn) *circuierunt castra ejus, & jecerunt jacula in populum à manè usque ad vesperam.* Principes Demetrii, accendentes ignes in castris, nocte abierunt, & sic deceperunt Jonathan, qui rem non cognovit *usque manè.* Adversùs Cendebæum pugnaturi Judæi (co) *surrexerunt manè, & abierunt in campum.*

1. Mach. 3, 58. (cl) Præparatio Judæorum contra hostes in manè.
- 9, 13. (cm) Prælium contra Bacchidem à manè ad vesperam.
- 10, 80. (cn) A manè ad vesperam Judæorum copiæ jaculis agitatæ.
- 12, 29.
- 16, 5. (co) Judæi manè surgentes contra Cendebæum.

Jesus, arguens Judæos, signa petentes, qui de cæli signis judicabant, ajebat illis: *Manè*

Matth. 16, 3.

(dicitis):

(dicitis): *Hodie tempestas, rutilat enim cælum.* Simile alibi facit Regnum cælorum *homini patrifamilias, qui exiit primò manè conducere operarios in vineam suam &c.* Idem *manè revertens* (Bethaniâ) *in civitatem* (Jerusalem) *esurit*; & tunc ficum sine fructu inveniens, ei maledixit. *Manè facto*, (cp) postquam captus fuit Jesus, consilium factum est de eo morti tradendo. Ficus, cui maledixit Dominus, *manè*, alterius diei scilicet, visa est à discipulis prætereuntibus arefacta. De adventu extremi diei disserens ajebat: (cq) *Vigilate ergo (nescitis enim quando Dominus domûs veniat, serò, an mediâ nocte, an galli cantu, an manè.) Ne cùm venerit repentè, inveniat vos dormientes.* Mulieres Christi discipulæ *valdè manè unâ sabbatorum*, venerunt *ad monumentum* Christi Domini *orto jam sole*; usque revolutum lapidem reperientibus, nihil intra monumentum visum est. *Surgens autem manè, prima sabbati, apparuit primò* (Jesus) *Mariæ Magdalenæ*, de quâ ejecerat septem dæmonia. Quando Jesus adductus est à Caiphâ in Prætorium, erat *manè*. *Manè* (cr) *facto stetit Jesus* (post resurrectionem suam) *in littore, non tamen cognoverunt discipuli, quia Jesus est.* (Vid. *Jesus.*) Cùm Paulus esset Romæ, (cs) *à manè usque ad vesperam* explicabat Judæis in hospitio, in quo erat, adventum Jesu Christi Domini, die designatâ ab eis; quorum credebant aliqui; aliqui verò non. Et hîc advertendum censeo, quòd ad intelligendos omnes textus allatos, quorum quandoque aliquos elucidare conati sumus, sensum hujus dictionis mysticum oportet videre; (ct) & prætereà scire, quòd hæc vox significat: *Citò, opportunè, principium diei*; & sumitur pro *prima aurora, solisvè luce*, & hujusmodi.

Matth. 20. 1. — 21. 18. — Marc. 15. 1. Matth. 27. 1. (cp) Manè post captum Jesum de eo morti tradendo est actum. — Marc. 11. 20. — 13. 35. — 36. (cq) Finis noster an manè, an noctu &c. futurus nescitur. — 16. 2. — Jo. 20. 1. — Marc. 16. 9. — Jo. 18. 28. — 21. 4. (cr) Jesus redivivus manè in littore stans. — 28. 23. (cs) Paulus Romæ à manè ad vesperam explicans Judæis adventum Jesu C. — (ct) Aliæ hujus vocis acceptiones.

Myst.

Cognitio matutina Angelorum, in verbo manè dici potest; juxta D. Augustinum. (D. Aug. s. Ps. 21. 14.)

Cognitio rerum facilium, assimilatur manè, quo quis adolet incensum; à D. Ambrosio. (D. Ambros. s. Exod. 30.)

Dies judicii: Finis mundi: & tempus resurrectionis carnis universæ, significatur per manè; ut notat D. Basilius. Et hîc manè nox est aliquando. (D. Basil. s. Psal. 29. 45.)

Doctrina Evangelica. Vid. *Lux Evangelica.*

Duratio vindictæ divinæ. Vid. *Propinquitas vindictæ.*

Exordium operis denotetur in manè cujuslibet diei creationis in principio mundi, ex Div. Augustino. (D. Aug. de Gen. 1. ad lit. 15.)

Exordium mundi designatur in manè, quo exiit paterfamilias vocare operarios; ex Origene. (Orig. s. Matth. h. 10.)

Finis mundi. Vid. *Dies judicii.*

Illustratio divinæ claritatis exhibetur etiam in manè; ut notat idem, qui supra Origenes. (Idem ibid. h. 16.)

Initium fidei repræsentatur pariter in manè, quando splendescere incipit dies; juxta D. Hieronymum. (D. Hier. s. Isa. 21.)

Initium vitæ aliquando designatur per manè; ut habet idem. (Idem s. Isai. 5.)

Legis tempus. Vid. *Tempus legis.*

Lux Evangelica, Doctrina Evangelica manè est, & lux matutina optimè dicitur; ex Orig. (Orig. s. Matth. h. 25.)

Lux serena sanctæ conversationis in manè diei sequentis perhibetur; ut notat D. Gregorius Magnus. (D. Gregor. M. s. 1. Reg. 9.)

Prædicationis tempus. Vid. *Tempus prædicationis.*

Propinquitas vindictæ divinæ. Vid. *Duratio.*

Puritas conscientiæ, per quem disponitur anima ad recipiendas divinas illustrationes, figuratur in manè; ut habet idem D. Gregorius Magnus. (Idem ibidem 12.)

Senectus provecta, manè est futuri diei æternitatis; ita Dominus dicitur venturus manè in nocte hujus vitæ; ex Origene. (Orig. s. Matth. h. 30.)

Tempus resurrectionis, in quo est lætitia, manè est; ex Div. Gregorio Magno. Vid. *Dies judicii.* (D. Greg. M. 16. m. 21.)

Tempus prædicationis manè fuit propter lumen fidei allatum, & nox, cùm tenebras magis amâssent Judæi, quàm lucem; ut ex eodem D. Gregorio M. habetur. (Idem 6. m. 24.)

Tempus vitæ manè etiam dicitur; & sic comedunt Principes manè, dum tempus vitæ malè impendunt, dediti voluptatibus; ex Div. Hieronymo. (D. Hier. s. Eccli. 23.)

Tempus mortis, quô ad diem æternitatis transimus, manè est; ex Bedâ. (Bed. s. Exod. 10.)

Tempus legis scriptæ significatur etiam per manè, quando adolebatur incensum Domino; ex D. Gregorio M. (D. Gregor. M. s. 1. Reg. 11.)

Tempus prosperitatis manè quoque nuncupetur; ex eodem. (Idem ibidem 3.)

Vindicta divina. Vid. *Duratio.*

Manens.

Participium (a) præsentis temporis est à *maneo*, quòd est: *Moror: alicubi sum*; vel etiam *duro: persisto*; sive: *expecto: inhæreo.* Manentibus apud (b) Balaam nuntiis Balac, Deus præcepit ipsi Balaam, ne cum iis iret ad maledicendum Israël. In cantico triumphali Debboræ, & Barac dicitur: (c) *Stellæ manentes in ordine, & cursu suo, adversùs Sisaram pugnaverunt.* Deus ait Davidi, cogitanti domum ipsi ædificare, quòd fuit semper (d) *manens cum omni Israel.* Eliachim, Sacerdos magnus, excitans Judæos in imminente Holofernis adventu, ne timerent, dicebat eis: *Scitote*, (e) *quoniam exaudiet Dominus preces vestras, si manentes permanseritis in jejuniis, & orationibus in conspectu Domini.*

Hist. (a) Quid hæc vox. — Num. 22. 8. (b) Jussus Balaam non abire cum nuntiis Balac apud eum manentibus. — Judic. 5. 20. (c) Stellæ manentes in suo ordine pugnantes adversùs Sisaram. — 1. Par. 17. 6. (d) Deus manens cum Isr. — Judith. 4. 12. (e) Manentes coram Deo in mortificatione exaudiuntur.

Cùm Jesus baptizatus fuisset à Joanne in Jordane, statim Joannes, (f) *ascendens de aqua, vidit cælos apertos, & Spiritum tanquam columbam descendentem, & manentem in ipso.* Et loquens Jesus ad turbas dicebat: (g) *Verbum ejus* (Patris scilicet) *non habetis in vobis manens: quia quem misit ille, huic vos non creditis.* Et ad discipulos suos ajebat: *Verba, quæ ego loquor vobis*, (h) *à me ipso non loquor: Pater autem in me manens, ipse facit opera.* Ita postquam plura eos docuisset, subdidit: (i) *Hæc locutus sum vobis, apud vos manens.*

Marc. 1. 10. Jo. 1. 33. (f) Columba visa manens in Christo baptizato. — 5. 38. (g) Verbum Dei non manens in Judæis. — 14. 10. (h) Pater manens in Jesu Christo. — 25. (i) Jesus Christus manens apud Judæos.

Laudat Hebræos D. Paulus, dicens: *Vinctis* (k) *compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem, & manentem substantiam.* Eisque ait: *Non habemus hic* (l) *manentem civitatem, sed futuram inquirimus.* Et Joannes Apostolus scribit: (m) *Omnis, qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis, quoniam omnis homicida non habet* (m) *vitam æternam in semetipso manentem.*

Hebr. 10. 34. (k) Substantia Judæorum manens. — 13. 14. (l) Civitas hic manens non est. — 1. Jo. 3. 15. (m) Homicida non habet vitam æternam manentem in semetipso.

Manhu. Vid. Man.

Mansio.

Hist. (a) Quid est.

Vel (a) sumitur pro *loco, in quo quis moratur, seu manet*; vel pro *eâ permanentiâ, & commoratione, quam habet quis in loco.* Sic ergo per varias (b) mansiones morabantur, detinebantur, & peregrinabantur filii Israël in solitudine pergentes in terram appromissam de terra Ægypti; & per cunctas mansiones *nubes Domini incubabat per diem Tabernaculo, & ignis in nocte, videntibus cunctis populis Israël.* Describuntur autem hujusmodi mansiones, quas habuerunt Israëlitæ in solitudine, donec terram appromissam acquirerent in libro Numerorum; hæ (c) autem, incipiendo à loco, in quo ad exitum congregati fuerant, sunt numero quadraginta duæ.

Exod. 17. 1. (b) Variæ Judæorum mansiones in deserto. — 40. 36.

Num. 33. 1. &c. (c) Earundem enumeratio.

1. *Ramesse.*
2. *Soccoth.*
3. *Etham.*
4. Ad *Phihahiroth*, *& Magdalum.* & post transitum maris rubri.
5. *Mara.*
6. *Elim*, ubi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmæ.
7. Ad *Mare rubrum*, scilicet in ejus littore.
8. *Sin* desertum.
9. *Daphca.*
10. *Alus.*
11. *Raphidim.*
12. *Sinai* desertum, ubi plura evenêre, ut in ejus dictione apparet.
13. *Sepulchra concupiscentiæ*, ubi castrorum pars est combusta: coturnices datæ; & ex earum usu plures ex Hebræis mortui, unde nomen habuit.
14. *Haseroth.*
15. *Rethma.*
16. *Lebna.*
17. *Remmomphares.*
18. *Ressa.*
19. *Ceelatha.*
20. *Sepher*, mons.
21. *Arada.*
22. *Maceloth.*
23. *Thahath.*
24. *Thare.*
25. *Methca.*
26. *Hesmona.*
27. *Moseroth.*
28. *Benejaacan.*
29. *Gadgad*, mons.
30. *Jetebatha.*
31. *Hebrona.*
32. *Asiongaber.*
33. *Sin* desertum, quod est *Cades.*
34. *Hor*, mons: ibi mortuus est Aaron.
35. *Salmona.*
36. *Phunon.*
37. *Oboth.*
38. *Jeabarim*, & hic Rubenitæ, Ephraimitæ, & dimidia Tribus Manasse, usque ad Jordanem, terram occupaverunt, eis à Moyse concessam.
39. *Dibongad*, posteà Rubenitarum villa.
40. *Helmondeblathaim*, Rubenitis deinde spectans.
41. Ad *Abarim* montes, pariter inde Rubenitarum.
42. *Campestria* Moab. Pari modo deinde ad Rubenitas spectantia, & ibi castrametati sunt Israëlitæ. Ibi replicavit Moyses illis, & explanavit legem; variaque alia legalia, moralia, politica docuit; & Josue, loco sui, Ducem constituit. De vertice Phasga inde terram appromissam respicit, & contemplatur; & cùm is obiisset, Josue, ducatum populi assumens, Jordanem transire Israëlitas jubet, ut factum est. (Vid. *Josue: Jordanes &c.*)

De his autem, quas memoravimus, quadraginta duobus mansionibus, videndæ sunt *singulæ dictiones suis locis*; & inibi quid in unaquâque factum sit, appositè legetur.

Tobias junior, ad (d) Gabelum pergens, *mansit primâ mansione juxta fluvium Tigris.* — Tob. 6. 1. (d) Mansio prima Tobiæ jun. ad Gabelum pergentis.

Apud Evangelium Joannis Christus, consolando discipulos, (e) ajebat in domo Patris sui multas esse mansiones. Et ad Judam Taddæum dicebat: *Si quis diligit me*, (f) *sermonem meum servabit, & Pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* — Jo. 14. 2. (e) Mansiones multæ in domo Patris Dei. — 23. (f) Mansio futura apud Deum, servantis sermonem ejus.

Gradus varii meritorum in vitâ æternâ designantur per mansiones multas, quæ in domo æterni Patris sunt; juxta D. Augustinum. — Myst. D. August. s. Jo. tr. 67.

Profectus varii virtutum in viâ, signantur in mansionibus, per quas proficiscebantur filii Israël, egressi de Ægypto; ut tradit Origenes. — Origen. s. Numb. h. 27.

Mansiuncula.

Diminutiva (a) dictio est à *mansione*; hoc est, per hujusmodi nomen denotatur *parvus locus destinatus alicui ad ibi manendum.* Mansiunculas (b) in arca diluvii fieri à Noë præceptum fuit, ut inibi scilicet distinctè, & in earum singulis varia animalia variè inhabitarent diluvii tempore. — Hist. (a) Quid est. Genes. 6. 14. (b) Mansiunculæ variæ in arcâ Noe.

Gradus diversi virtutum in anima significari possunt per mansiunculas in arca diluvii positas; ex Origene. — Myst. Orig. s. Gen. h. 2.

Manhu. Vid. Man.

Manica.

Per hanc dictionem (a) *pars vestis* intelligitur, *quæ brachium ad manum usque cooperit*; sic etiam *manuum ipsarum operimenta*, ut sunt Chirothecæ; sive tandem *manuum vincula*; & in hoc ultimo sensu accipitur, dum in Psalmo dicitur, quòd Sancti exultabunt gladios habentes, & armati ad alligandos Reges Gentium in compedibus, (b) *& nobiles eorum in manicis ferreis.* Ità in Prophetia Isaiæ de Cyro, cui dicitur: (c) *Post te ambulabunt* (Ægyptii, Æthiopes, viri sublimes Sabaim), *vincti manicis pergent.* — Hist. (a) Quid est. Psal. 149. 8. (b) Sancti manicis ferreis alligatuti Principes gentium. Isai. 45. 14. (c) Populi vincti manicis ambulaturi post Cyrum.

Præcepta, prohibentia malum opus, manicis assimilantur, manus ligantibus; ex Div. Hieronymo. — Myst. D. Hier. s. Psal. 149.

Manifestatio.

Idem est, (a) ac *Clarificatio: Aperta apparitio: Publicatio: Expositio.* Ad Corinthios scribens, Apostolus ait: (b) *Unicuique datur manifestatio Spiritûs ad utilitatem.* Et de se ait, & de Apostolis, fidem Christi prædicantibus: *Abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in* — Hist. (a) Quid est. 1. Cor. 12. 7. (b) Manifestatio Spiritûs data ad utilitatem. 2. Cor. 4. 2.

astutiâ,

(c) Apostoli manifestationem veritatis facientes.

astutia, neque adulterantes verbum Dei, (c) *sed in manifestatione veritatis commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo.*

Manifestatus.

Hist.
(a) Quid est.

Participium (a) præteriti temporis passivum est à Manifesto, quod est: *Clarifico: Expono: Declaro: Palàm facio: Ostendo*; & hujusmodi. Ad Corinthios Apostolus habet, quòd sunt ipsi (b) *manifestati, quòd* (inquit) *epistola estis Christi, ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed Spiritu Dei vivi &c.*

2.Cor. 3, 3.
(b) Corinthii manifestati.

Et Apostolorum Princeps, Petrus scribit, hortando fideles ad vitæ munditiam, utpotè qui redempti sunt sanguine Christi, (c) *manifestati novissimis temporibus propter vos &c.*

1.Petr. 1, 20.
(c) Fideles manifestati.

Manifestus, a, um. Manifestè. Manifestiùs.

Hist.
(a) Quid prima vox, cujus, & aliarum textus solùm notis signantur, ubi est locus.
Deut. 29, 29.
(b) Mala plura Judæis manifesta, ubi expl. text.

Quod (a) *clarum* est, & *palàm factum*, Manifestum dicitur. In Deuteronomio post numerata mala, quæ minatur Dominus fœdifragis, concluditur: *Abscondita Domino Deo nostro* (q. d. O utinam hæc nunquam à Domino imminerentur, & tanquam abscondita sint ei): *quæ* (tamen) (b) *manifesta sunt* (h. e. non ignorantur) *nobis; & filiis nostris usque in sempiternum, ut faciamus universa verba legis hujus.* Notatur in sacrâ paginâ, quòd sub Heli (c) *sermo Domini erat pretiosus in diebus illis, non erat visio manifesta.* (Vid. *Pretiosus: Sermo*).

1.Reg. 3, 1.
(c) Sub Heli visio non manifesta.

Prov. 10, 9.
- 27, 5.
- - 19.
(d) Corda hominum prudentibus manifesta.

In Proverbiis est: *Qui depravat vias suas, manifestus erit. Melior est manifesta correptio, quàm amor absconditus. Quomodò in aquis resplendent vultus prospicientium, sic* (d) *corda hominum manifesta sunt prudentibus.*

Eccli. 6, 23.
(e) Sapientia doctrinæ paucis manifesta.
- 17, 14.
- - 21.
(f) Pars Dei Isr. manifesta.

Apud Ecclesiasticum scribitur: (e) *Sapientia doctrina secundùm nomen est ejus, & non est multis manifesta; quibus autem cognita est, permanet usque ad conspectum Dei. In unamquamque gentem præposuit Rectorem* (Dominus): *Et* (f) *pars Dei Israël facta est manifesta.*

Baruch. 4, 4.
(g) Quæ placent Deo nobis sunt manifesta.
- 6, 50.
(h) Idola manifesta, quia non sunt dii.
- - 65.
(i) Eadem non est manifestum, quod sint dii.

Apud Baruch inducitur Jerusalem, vastationem passa, hortans filios suos ad patientiam, & eis inter reliqua dicens: (g) *Beati sumus Israël: quia quæ Deo placent, manifesta sunt nobis.* De idolis autem gentium, à pluribus causis, & effectibus dicitur, (h) quòd *manifesta sunt, quia non sunt dii, sed opera manuum hominum, & nullum Dei opus cum illis*; & post varia concluditur: (i) *Nullo itaque modo vobis est manifestum, quia sunt dii: propter quod ne timueritis eos.* Daniel, explicaturus Regi Nabuchodonosor visionem ejus de statua grandi, dicebat: *Mihi non in sapientia, quæ est in me, plùs quàm in cunctis viventibus* (modus dicendi est, & sonat, quasi in me sit plùsquàm in aliis) *sacramentum hoc revelatum est,* (k) *sed ut interpretatio Regi manifesta fieret, & cogitationes mentis tuæ scires.* Baltassar, Rex Babylonis, ei, qui legisset ignotam sibi visam in pariete scripturam, (l) & interpretationem ejus manifestam fecisset, dona, & decora plurima appromisit.

Dan. 2, 30.
(k) Visio de statuâ Nabuchod. manifesta facta Daniele, pro Rege ipso.
- 5, 7.
(l) Scripturam in pariete manifestam facienti paratum præmium.

De Oniâ summo Sacerdote, cùm Heliodorus thesauros Templi asportare vellet, scribitur, & describitur mœstitia, & corporis ejus horror, (m) *per quem manifestus aspicientibus dolor cordis ejus efficiebatur*; at idem Heliodorus, posteà divinitus percussus est, (n) *manifestâ Dei cognitâ virtute*; qui summum Sacerdotem, & alios à tali angustiâ liberavit. Ita Antiochus illustris, qui superbiâ efferebatur, (o) *humiliatus ad terram*, (maximis enim doloribus viscerum cruciatus) *in gestatorio portabatur, manifestam Dei virtutem in semetipso contestans.* Post congressum, & pugnam Judæ Machabæi cum Gorgia, ii inventi sunt ex Judæis prostrati, qui sub tunicis de donariis idolorum apud Jamniam absconderant; unde *omnibus manifestum factum est, ob hanc causam eos corruisse*; vetabatur hoc quippe à lege ex quo *omnes benedixerunt justum judicium Domini, qui* (p) *occulta fecerat manifesta.* Et Nicanore victo, blasphematore impio, Judas Machabæus palàm suspendi fecit ejusdem *Nicanoris* (q) *caput in summâ arce, ut evidens esset, et manifestum signum auxilii Dei*; qui dederat scilicet ei de tanto hoste victoriam.

2.Mach. 3, 17.
(m) Manifestus dolor Oniæ Pont.
- - 28.
(n) Dei cognita virtus manifesta in Heliodoro.
- 9, 8.
(o) Item in Antiocho Epiph.
- 12, 40.
- - 41.
(p) Occulta à Domino facta manifesta.
- 15, 35.
(q) Caput Nicanoris suspensum manifestum signum auxilii Dei.

Jesus, postquam aridam manum cuidam sanâsset, & plures alios infirmos sanitati restituisset, recedens ex eo loco, ubi talia fecerat signa, præcepit eis, ne manifestum eum facerent. Petrus, sequens Jesum, ad Caipham adductum, ut unus ex discipulis ejusdem cognitus, loquela ejus eum manifestum faciente. Manifesto (r) facto nomine Jesu, h. e. fama ejus undequaque se extendente, suspicatus est Herodes, ne Joannes Baptista esset, qui resurrexisset à mortuis. Petrus, prædicans, afferebat ex Joële textum (juxta versionem à nostra vulgata diversam, quoad verba, non quoad sensum): *Sol convertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, & manifestus.* Sacerdotes, videntes Petri, & Joannis constantiam, postquàm claudum à matris utero sanaverant, conferebant ad invicem, dicentes: *Quid faciemus hominibus istis?* (t) *quoniam quidem notum signum factum est per eos omnibus habitantibus Jerusalem: manifestum est, & non possumus negare.* Docens idem Petrus Cornelium Centurionem de Jesu, dicebat: *Hunc Deus suscitavit tertia die,* (u) *& dedit eum manifestum fieri.* Cùm ad Romanos scribat Apostolus, quod revelatur ira Dei super impietatem, subdit: (x) *Quod notum est Dei, manifestum est in illis*; scilicet quod lumine naturali cognoscitur, ab hominibus iniquis etiam manifestè percipitur: *Deus enim illis manifestavit.* Item habet: (y) *Non enim* (censetur apud Deum, subintellige) *qui in manifesto Judæus est* (h. e. exterius): *neque quæ in manifesto in carne est circumcisio; sed qui in abscondito Judæus est: & circumcisio cordis in Spiritu, non litterâ: cujus laus non ex hominibus, sed ex Deo est.* Monet pariter Corinthios, quòd in die Domini *uniuscujusque opus manifestum erit*; quòd (z) *oportet & hæreses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant in vobis.* Eisque dicit de dono linguarum, & de interpretatione sermonis: (aa) *Per linguam nisi manifestum sermonem dederitis: quomodò scietur id, quod dicitur? &c.* item ait, quòd idiota, & infidelis à prophetantibus convincitur, unde (ab) *occulta ejus manifesta fiunt, & ità cadens in faciem adorabit Deum, pronuntians, quòd verè Deus in vobis sit.* Eodem modo dicit:

Matth. 12, 16.
- 26, 73.
Marc. 6, 14.
(r) Nomen Jesu Christi manifestum factum.
Actor. 2, 20.
(s) Dies Domini manifestus.
- 4, 16.
(t) Manifesta claudi sanatio per Petrum.
- 10, 40.
(u) Jesus Christus manifestus factus redivivus.
Rom. 1, 19.
(x) Quod notum, manifestum, ubi expl. text.
- 2, 28.
(y) Judæus non qui in manifesto circumcisus; sed qui interne talis, apud Deum censetur.
- - 29.
1.Cor. 3, 13.
- 11, 19.
(z) Hæreses opportunè manifestos faciunt probatos.
- 14, 9.
(aa) Manifestus sit sermo oportet.
- - 25.
(ab) Occulta peccatorum manifesta fiunt.

2. Cor. 5, 11.
(ac) Paulus, & fideles Deo manifesti.

(ac) *Scientes timorem Domini, hominibus suademus, Deo autem manifesti sumus: Spero autem & in conscientiis vestris manifestos nos esse.* Ad Galatas autem habet: *Quoniam in lege nemo justificatur apud Deum, manifestum est: quia justus ex fide vivit.*

Galat. 3, 11.

— 5. 19.
(ad) Carnis opera manifesta.

Manifesta sunt (ad) *opera carnis: quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia &c.* Ad Philippenses, de pressuris suis loquens, eas ad profectum Evangelii sibi datas dicit, (ae) *Ita ut* (inquit) *vincula mea manifesta fierent in Christo in omni Prætorio, & in cæteris omnibus &c.*

Philip. 1, 13.
(ae) Vincula Pauli manifesta.

Pluribus post monitis, Timocheo datis, addit: *Hæc meditare: in his esto: ut profectus tuus manifestus sit omnibus.*

1. Tim. 4, 15.

Et de hominum actionibus ait: (af) *Quorundam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad judicium: quosdam autem & subsequuntur. Similiter & facta bona manifesta sunt: & quæ aliter se habent, abscondi non possunt.*

— 5. 24.
(af) Mala, & bona hominum manifesta.
— — 25.

Prædicit homines futuros, peccatis involutos, qui veritati resistent reprobi circa fidem, *sed* (ag) (addit) *ultra non proficient: insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum* (Jannes, & Mambres sunt incantatores, qui restitêre Moysi) *fuit.*

2. Tim. 3, 9.
(ag) Insipientia peccatorum futura manifesta.

De Christi Sacerdotio differens, ad Hebræos scribit: (ah) *Manifestum est, quòd ex Juda ortus sit Dominus noster: in qua Tribu nihil de Sacerdotibus Moyses locutus est. Et amplius adhuc manifestum est: si secundùm similitudinem Melchisedech exurgat alius Sacerdos, qui non secundùm legem mandati carnalis factus est, secundùm virtutem vitæ insolubilis.*

Hebr. 7, 14.
— — 15.
(ah) Jesum Christ. de Tribu Juda fuisse manifestum est.
— — 16.

Joannes de hæreticis ajebat: (ai) *Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis, nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum: sed ut manifesti sint, quoniam non sunt omnes ex nobis.*

1 Joan. 2, 19.
(ai) Hæretici manifesti sunt, quod ex fidelibus non sunt.

Et alibi haber: (ak) *In hoc manifesti* (legitur in aliquibus exemplaribus: manifestati) *sunt filii Dei, & filii Diaboli: Omnis, qui non est justus, non est ex Deo, & qui non diligit fratrem suum.*

— 3, 10.
(ak) Filii Dei, & filii Diaboli manifesti.

In Apocalypsi victores Bestiæ laudes dicebant Domino, & ajebant: (al) *Omnes Gentes venient, & adorabunt in conspectu tuo, quoniam judicia tua manifesta sunt.*

Apoc. 15, 4.
(al) Judicia Domini manifesta.

Adverbium præterea habetur *Manifestè*, quod (am) idem est, ac *clarè, apertè, palam, &c.*

(am) Quid est manifestè.

Artaxerxes rescribens accusatoribus Judæorum circa Jerosolymæ, & Templi instaurationem ita litteras suas incepit: (an) *Accusatio, quam misistis ad nos, manifestè lecta est coram me.*

1. Esdr. 4, 18.
(an) Accusatio contra Judæos lecta manifestè.

Uxor Tobiæ, eidem jubenti hædum caprarum videri an non furtivus esset, irata respondit per convicia: *Manifestè vana facta est spes tua, & eleemosynæ tuæ modò apparuerunt.*

Tob. 2, 22.

In Psalmis legitur: (ao) *Deus manifestè veniet.*

Psalm. 49, 3.
(ao) Deus manifestè venturus.

Eleazarus, nolens vel etiam simulare cibos vetitos comedere, ideòque plagis inhumanè peritus, dum iis perimebatur ingemuit, & dixit: *Domine, qui habes* (ap) *sanctam scientiam, manifestè tu scis: quia, cùm à morte possem liberari, duros corporis sustineo dolores: secundùm animum verò propter timorem tuum libenter hæc patior.*

2. Mach. 6, 30.
(ap) Deus manifestè sciens causam mortis Eleazari senis pro legis observantia.

Leprosus, à Christo JEsu mundatus, sanitatem, quam miraculosè receperat, prædicans, effecit, ut concurrentibus ad JEsum turbis, *jam non posset* (aq) *manifestè introire in civitatem, sed foris in desertis locis esset, & conveniebant ad eum undique.*

Marc. 1, 45.
(aq) JEsus manifestè introire non potens in civitatem.

Ad festum (ar) scenopegiæ *non manifestè, sed quasi in occulto* ascendit JEsus; nondum enim tempus ejus advenerat mortis, quam ei conscelerare quærebant Judæi.

Joan. 7, 10.
(ar) Idem non manifestè ad scenopegiæ festum ascendens.

Cùm idem JEsus diceret discipulis, quòd Lazarus dormiebat, ipsique putarent sermonem esse de dormitione somni, *dixit eis manifestè: Lazarus mortuus est.*

— 11, 14.

Cornelius Centurio, vir Dei timoratus (as) *vidit in visu manifestè, quasi horâ diei nonâ Angelum Dei introeuntem ad se*; & misericordias Domini ei ostendentem circa animam ejus. (Vid. *Cornelius.*)

Actor. 10, 3.
(as) Cornelius Centurio Angelum manifestè in visione videns.

Paulus Apostolus, ad Timotheum scribens, incarnationem Domini vocat: *Manifestè magnum —— pietatis sacramentum.*

1. Tim. 3, 16.

Et prædicens homines futuros, falsam qui traderent doctrinam, ait: *Spiritus manifestè* (at) *dicit, quia in novissimis temporibus discedent quidam à fide, &c.*

— 4. 1.
(at) Spiritus manifestè prædicens aliquorum defectionem à fide.

Est & (au) *Manifestiùs*, adverbium comparationis, & habetur in sacris litteris, quando Assuerus epistolam pro Judæorum salute scribens, & per verba generalia deceptos Reges à dolosis Ministris sæpè esse repræsentans, ad particularia descendit, dicens: (ax) *Et ut manifestiùs quod dicimus, intelligatis: Aman filius Amadathi &c.* Et sic narrat arrogantiam ejus, & quæ mala Judæis, Regnoque cogitaverat idem Aman.

(au) Quid Manifestiùs?
Esther. 16, 10.
(ax) Assuerus manifestius narrans arrogantiam Aman.

Manilius.

Hist.

Titus Manilius (aliqui malunt *Manlius.*) & Q. Memmius (a) Legati Romanorum ad Antiochum Eupatorem rata habuerunt per suas litteras privilegia, quæ concesserat Judæis Lysias, cognatus Regis, ejusdem Regis Antiochi nomine. (b) Etymologia hujus nominis est: *Solutus: non ligatus.*

(a) Quis est, idemque rata habens Judæorum privilegia
2. Mach. 11, 34.
(b) Nom. signif.

Manipulus.

Hist.

A *manu* (a) nomen habet Manipulus, & propriè *herbarum fasciculus est, quantus manu circumdari potest*; seu *quem manus apprehendere potest, rescindendo, metendo &c.*

(a) Quid est.

Somnium narravit Joseph suum fratribus suis hoc modo: *Putabam nos ligare manipulos in agro: & quasi consurgere manipulum meum, & stare, vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum.*

Gen. 37, 7.
(b) Manipuli visi in somnio à Joseph &c.

In fertilitate septem annorum, prævisâ à Joseph in Ægypto, eodem mandante, (c) *In manipulos redactæ segetes congregatæ sunt in horrea Ægypti.*

— 41, 47.
(c) Segetes in manipulis congregatæ.

Filiis Israël præceptum est, ut ingressi promissam terram metentes segetem, (d) ferrent manipulos spicarum primitias messis ad Sacerdotem. Et eo die, quo offerebatur manipulus, cædebatur agnus anniculus immaculatus in holocaustum Domini; numerabantur autem ab altero die Sabbati, quo oblatus fuerat manipulus primitiarum septem hebdomadæ, & erat festum hebdomadarum, seu Pentecostes.

Lev. 23, 10.
(d) Manipuli primitiarum afferendi erant.
— — 12.
— — 15.

Erat & præceptum Judæis: (e) *Quando messueris segetem in agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris, non reverteris, ut tollas illum, sed advenam, & pupillum auferre patieris, ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere manuum tuarum.* Booz misericordiâ motus erga

Deut. 24, 19.
(e) Manipulus gentis, ex oblivione relictus, non exquirendus.

Ruth

Ruth. 2, 15. 16. (f) Segetes de manipulis ex industria projecta pro Ruth.

Roth, colligente spicas, post messores, in agro ejus, dixit pueris suis: *Etiamsi vobiscum metere voluerit, ne prohibeatis eam: & de* (f) *vestris quoque manipulis projicite de industria & remanere permittite, ut absque rubore colligat, & colligentem nemo corripiat.* Et de eodem Booz notatur, quod nocte ivit ad dormiendum, (g) juxta acervum manipulorum; & ad pedes ejus se projecit Roth.

- 3. 7. (g) Booz ad acervum manipulorum dormiens.

Judith. 8, 3. (h) Manasses super alligantes manipulos instans, ex æstu moritur.

Manasses, vir Judith, instans (h) super alligantes manipulos in campo, æstu percussus, mortuus est. In Psalmis, ubi prophetatur reversio â captivitate, dicitur, comparatione â messoribus sumptâ: *Euntes ibant, & flebant mittentes semina sua:* (i) *venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos.* Et contra peccatores ait Propheta: *Fiant sicut fœnum tectorum, quod priusquam evellatur, exaruit: de quo non implevit manum suam, qui metit,* (k) *& sinum suum, qui manipulos colligit.*

Psal. 125. 5. & 6. (i) Reversio â captivitate ut messorum a campo, cum manipulis.
- 128. 6.
- - 7. (k) Manipuli de fœno tectorum non fiunt.

Myst.

D. Amb. de Jos. 2. Isych. l. Lev. 23.

Christus, in cruce exaltatus; sive etiam resurgens, repræsentari potest per manipulum Joseph; ut notant Divus Ambrosius, & Isychius.

Lyr. l. Gen. 37.

Constantes in virtute, in manipulo, stante Joseph designantur; sicuti & *Infirmi* in aliis manipulis inclinatis: ex Lyrano.

DD. Hil. & Aug. l. Psal. 102.

Errores hæreticorum (quatenùs manipuli in malum accipiantur) significari possunt per manipulos malarum herbarum, igni tradendos; ut habent DD. Hilarius, & Augustinus.

Euch. for. sp. 4.

Opera bona, quæ justitiæ fructus dicuntur, figurantur in manipulis segetum; ut vocat Eucherius.

Manna. vid. Man.

Mansio. vid. post Manens.

Mansiuncula. vid. post Manens.

Mansuetudo.

Hist.

(a) Quid hæc vox cujus textus notati, ubi locus.

Clementia, (a) *Lenitas, & facilitas quædam in agendo, & rebus tractandis est.*

2. Reg. 22, 36. (b) Ditatio David â mansuetudine Dei; ubi expl. text.
Esther. 15, 11. (c) Spiritus Assueri in mansuetudinem conversus erga Esther.

In Cantico gratiarum actionis Regia David Domino, pro liberatione ab inimicis, ponitur ad ipsum Dominum: (b) *Mansuetudo tua multiplicavit me.* h. e. opibus, viribus. & progenie ditavit me clementia sua. Cùm Esther coram Assuero viribus concideret, (c) *convertit Deus Spiritum Regis in mansuetudinem, & festinus ac metuens exilivit de solio, & sustentans eam ulnis suis, donec rediret ad se, —— verbis blandiebatur, &c.* In Psal. 44. ubi, juxta omnes expositores, continentur laudes Messiæ, & Sponsæ ejus Ecclesiæ, notatur idem Christus regnaturus (d) *propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam*, quibus scilicet ornaretur virtutibus. Et alibi habetur de annis vitæ hominum, quòd Septuaginta in potentatibus sufficere videntur, secus quòd ampliùs eorum est, labor est, & dolor, additurque: (e) *Quoniam supervenit mansuetudo, & corripiemur*; & hic ponitur effectus pro causa; mansuetudo quippe hic pro senectâ, & virium debilitate sumitur, quarum effectus est mansuetudo, homo quippe senex & effocatus viribus, superbiam deponens, facilior fit, clementior & affabilior, robori non ampliùs fidens suo; & hoc quidem superveniente mansuetudine, rapimur. Et tandem ad Dominum ait David: (f) *Memento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus*; quo in loco etiam effectus pro causa ponitur, ubi pro tribulatione, & pressura sumitur, quibus solent homines tractabiliores reddi; Sic ergo vult David, quòd meminerit Dominus pressuræ ejus, quâ mansuetus factus est. Apud Ecclesiasticum notatur *fides*, & (g) *mansuetudo*, ut satis beneplacita, & grata timori Domini. Item dicitur: (h) *Fili in mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriâ diligéris. Declina pauperi sine tristitia aurem tuam; & redde debitum tuum, & responde illi pacifica in mansuetudine. Fili in mansuetudine serva animam tuam, & da illi honorem secundùm meritum suum.* Dum tres pueri erant in Babylonensi fornace, orantes Dominum, Azarias ad Dominum dicebat: (i) *Ne confundas nos, sed fac nobiscum juxta mansuetudinem tuam, & secundùm multitudinem misericordiæ tuæ.*

Psalm. 44. 5. (d) Christus propter mansuetudinem regnaturus.
- 89. 10. (e) Mansuetudine superveniente corripimur; ubi expl. text.
Psal. 131. 1. (f) Mansuetudo David Deo exhibita; ubi expl. t.
Eccli. 1. 35. (g) Fides, & mansuetudo grata Deo.
- 3. 19.
- 4. 8.
- 10. 31. (h) Mansuetudo in omnibus adhibenda.
Dan. 3. 42. (i) Mansuetudo Dei invocata.

1. Cor. 4. 21. (k) Spiritus mansuetudinis in Paulo.
2. Cor. 10. 1. (l) Corinthii rogati a D. Paulo per Jesu Christi mansuetudinem.
Galat. 5. 23.
Ephes. 4. 2. (m) Mansuetudo commendata.
1. Tim. 6, 11.
Tit. 3. 2.
Jacob. 1, 21.
- 3. 13.

Ad Corinthios scribens, Apostolus interrogat eos: (k) *Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis?* & alibi habet: *Ipse ego Paulus obsecro vos* (l) *per mansuetudinem, & modestiam Christi, qui in facie quidem humilis sum inter nos, absens autem confido vobis &c.* Et ad Galatas scribens ponit mansuetudinem inter fructus Spiritus Sancti. Item Ephesios monet, ut ambulent (m) *cum omni humilitate, & mansuetudine, cum patientia, supportantes invicem in charitate &c.* Et ad Timotheum ait; *Tu autem, o homo Dei, hæc* (enumerata scilicet crimina) *fuge: sectare verò justitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem.* Ad Titum item scribit, ut suos hortetur, ut sint *omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines.* Jacobus in sua catholica fidelibus dicit: *In mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest salvare animas vestras. Quis sapiens, & disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conversatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ.*

Myst.

Debilitas virium: Senectus: Tribulatio, & hujusmodi figuratè veniunt pro mansuetudine, ut videre est *in notis historicis*.

Mansuetus.

Hist.

(a) Quid hæc vox, cujus textus sine notis, ubi non est locus.
Judith. 9, 16. (b) Deprecatio mansuetorum Deo placens.
Job 24. 4.
Psalm. 24. 9.
- 33. 3. (c) Mansueti in Dei laudibus læti.
- 36. 11.
- 71. 9.
- - 10.
- 146. 6.
- 149. 4.

Idem est, (a) ac *qui habet mansuetudinem*; nempe: *mitis: clemens: humilis: affabilis &c.* Orans Judith Dominum, ajebat: —— (b) *Nec superbi ab initio placuerunt tibi, sed humilium, & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio.* Job, varias recensens hominum iniquitates, dicit, quod alii *subverterunt pauperum viam, & oppresserunt pariter mansuetos terræ.* In Psalmis legimus: (Dominus) *diriget mansuetos in judicio; docebit mites vias suas.* (c) *Audiant mansueti* (laudes Domini): *& lætentur.* Ibi enim David gratias Deo agit, laudes ejus prædicans, *Mansueti hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis. Terra tremuit, & quievit: cùm exurgeret in judicium Deus, ut salvos faceret omnes mansuetos terræ. Suscipiens mansuetos Dominus* (est.) *Exaltabit* (Dominus) *mansuetos in salutem.*

In Pro-

Prov. 5. 34.

In Proverbiis notatur: *Ipse* (Dominus) *deludet illusores, & mansuetis dabit gratiam.* Apud Ecclesiasticum scribitur: *Esto* (d) *mansuetus ad audiendum verbum, ut intelligas: & cum sapientia preferas responsum verum.* In vaticinio Isaiæ de Christo ponitur, quòd *arguet in* (e) *equitate pro mansuetis terra*; & inducitor idem Messias, dicens, quòd Spiritus Domini eum misit *ad annuntiandum mansuetis.* Ita apud Jeremiam, dolentem de pravis Judæorum studiis contra se ipsum, dicitur ab ipso: (f) *Et ego quasi agnus mansuetus* (eram scilicet,) qui *portatur ad victimam*; quæ verba applicantur prophetice dicta de Christo Domino. Et Sophonias, hortans populum, ut convertatur, antequam veniat ira Domini, loquit: (g) *Quærite Dominum omnes mansueti terræ, qui judicium ejus estis operati: quærite justum: quærite mansuetum: si quo modo abscondamini in die furoris Domini.*

Eccli. 3. 13. (d) Mansuetus audias, ut intelligas.

Isai. 11, 4. (e) Messias arguens pro mansuetis.

- 61, 1.

Jerem. 11, 19. (f) Jeremias, ut agnus mansuetus ubi expl. text.

Soph. 2, 3. (g) Mansueti terræ Dominum quærant.

Div. Matthæus Evangelista, describens ingressum Christi Domini in Jerusalem super asinâ, affert Prophetæ dictum juxta interpretationem eam, quam tunc adhibebant: (h) *Dicite filiæ Sion: Ecce, Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, & pullum filium subjugalis*: ad marginem autem notator Isai. 62, 11. Zach. 9, 9. Ad Timotheum scribens, Apostolus dicit: (i) *Servum Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem &c.* Antequam autem dictioni huic finem imponam, noto, quòd Mansuetus dicitur quasi *manu assuetus*, quod dicitur de fera, jam cicure factâ. Antiqui dixerunt pro Mansuetus, *mansues*; unde habemus: *Mansuetem.*

Matth. 21, 5. (h) Christus Rex mansuetus.

2. Tim. 2, 24. (i) Servus Dei sit mansuetus.

Myst. Phil. de sacr. Abel, & Cain.

Sensus obtemperans rationi, mansuetum animal dicitur à Philone.

Manubiæ.

Hist. (a) Quid significat hæc vox.

Quicquid (a) *ad manus veniebat in hostium prædam*, Manubias dixerunt antiqui, quos secuti sunt moderni; aliqui tamen in ea sunt sententia, quòd *de eâ præda* valere tantùm debeat hoc nomen, *de quâ, ut vellet, disponeret, qui ceperat.* David plura sanctificavit, (b) h. e. disposuit pro divino cultu, *de manubiis Adarezer filii Rohob Regis Soba*; Is enim David *manubias urbis plurimas tulit* de hostibus suis; & *de bellis, & manubiis præliorum* plura consecrata sunt *ad instaurationem, & supellectilem Templi Domini*, & Asa, Rex Judæ, de (c) Æthiopibus victor, cum suis immolavit *de manubiis, & præda, quam adduxerant, boves septingentos, & arietes septem millia.* Prophetavit Ezechiel, quòd Nabuchodonosor (d) deprædaretur manubias Ægypti: & alibi increpatur Gog, quòd multitudinem (e) congregaverit, ad diripiendas manubias infinitas.

2. Reg. 8, 11. 1. Par. 26, 2. - 26. 27. (b) Manubiæ plures à David relatæ de hostibus, & Deo consecratæ.

2. Par. 15, 11. (c) Asa, Rex Juda de manubiis immolans Deo.

Ezech. 29. 19. (d) Nabuch. deprædaturus manubias Ægypti.

- 38. 13. (e) Gog copias congregans direpturus manubias.

Manubrium.

Hist. (a) Quid est.

Capulus (a) *uniuscujusque rei appositus ad eam manu capiendam*, Manubrium dicitur, præcisè autem dicitur de capulo gladii. Dato casu, quòd ex duobus amicis, ligna cædentibus in silvâ, alteri ferrum de manubrio fugeret, & alium occideret, ad urbem confugii, cui ferrum de manubrio fugerat, confugiebat; quæ ei erat in salutem.

Deut. 19, 5. (b) Cujus ferrum de manubrio fugit, alium occidens, ad urbem confugii salutem sibi quærebat.

Manue.

Hist. (a) Quis fuit. Judic. 13, 2 &c. (b) Historia visionis circa nativitatem Samsonis, filii Manuë.

Fuit hic (a) *vir de Saraa, & de stirpe Dan*, cujus uxor erat sterilis; (b) et jussa ab Angelo apparente, ne vinum, siceramve biberet, nec quicquam immundum comederet, de conceptu, & partu filii, Nazaræi futuri, certior facta est, Israel de manu Philisthæorum liberare incæptori. Monuit de re, quæ sibi acciderat, uxor virum suum Manue, qui dominum rogavit, ut & sibi ostenderetur Angelus; unde, cùm hic secundò uxori apparuisset in agro, vocatus Manue ab illa accessit ad Angelum, & ab eo, quæ priùs ab uxore audieret, rursus endiit; voluitque hædum de capris parare Angelo in cibum; at Angelus eum hortatus est, nescientem, quòd alloqueos Angelus esset, ut holocaustum Domino offerret; & de nomine suo requisitus à Manue respondit: *Cur quæris nomen meum, quod est mirabile?* Hædum ergo de capris, & libamenta obtulit Domino Manue, ponens ea super petram; *cùmq; ascenderet flamma altaris in cælum, Angelus Domini pariter in flamma ascendit: quod cùm vidissent Manue, & uxor ejus, proni ceciderunt in terram. Et ultrà eis non apparuit Angelus Domini: Statimque intellexit Manue Angelum Domini esse*; unde mortem sibi timebat, & uxori, quæ eum super hoc confortavit, & securum fecit; apparuerat quippe ad gratias eis impertiendas, & non ad pœnas. Hinc debito peperit tempore uxor Manue filium, qui fuit Samson, de quo suo loco; & qui mortuus sepultus fuit *inter Saraa, & Esthaol in sepulchro patris sui Manue.* (c) Sonat: *Requies: Manus.*

- - 18.

- - 20.

- - 21.

- 16. 31. (c) Nom. interpr.

Myst. D. Greg. 1. m. 19.

Spiritus in contemplatione, & rerum cælestium cognitione concussus, repræsentatur in Manue territo ad cognitionem Angeli; ex D. Gregorio Magno.

Manus.

Hist. (a) Quid hæc vox, cujus textus sine vocis, ubi non est locus.

Pars (a) *nota est in humano corpore, & extremo brachio posita, constans digitis quinque, & palmâ, seu volâ*; ita quidem dicta, ut aliqui volunt, à *manando*; seu, quòd ex brachio manet; seu quod ex eâ manent digiti; sive, quod magis arridet, quòd per eam operationes externæ omnes manare videantur, cùm ea saltem adjuvante perficiantur. Metaphoricè, & allegoricè tribuitur rebus inanimatis, rebus irrationalibus; & etiam Deo, Angelis &c. Sumitur pro (b) *potentia, robore, potestate, adjutorio, fide, pœna, castigatione, multitudine, exercitu, virtute activâ, directione, disciplina, vi, caractere, dominio, pressurâ, imperio, &c.*

(b) Acceptiones ejusdem vocis variæ.

Præterea ad varias explicandas actiones, dum manus tribuitur Deo, Angelo &c. ut supra innuimus, hoc fit ad ostendendum virtutem operatricem; & quidem varia faciendo, puniendo &c. Postquam Adam comedit de vetito fructu, Dominus eum de voluptatis Paradiso extorrem fecit, (c) ne mitteret manum, & apprehenderet de ligno vitæ, & in æternum viveret. Cain, maledictus est à Domino super terram, (d) quæ susceperat de manu sanguinem fratris ejus Abel. Lamech vocavit nomen filii sui Noë, quod *cessatio*, & *requies* sonat,

Gen. 3. 22. (c) Adam de Paradiso pulsus, ne manum mitteret ad lignum vitæ.

- 4. 11. (d) Manus Cain spargens sanguinem Abel.

Gen. 5. 29.
(e) Noë consolatio futura à laboribus manuum.

sonat, dicens: (e) *Iste consolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum nostrarum in terra, cui maledixit Dominus.* Idem Noë columbam revertentem ad arcam, extensâ manu, intulit.

- 8. 9.
- 9. 2.
(f) Pisces maris dati manibus hominum.
- - 5.
(g) Sanguis hominum de manibus omnium requirendus.

Dominus Noë, & filiis ejus assignans cibos dixit: (f) *Omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt*; & carnem cum sanguine prohibens dixit: *sanguinem animarum vestrarum* (g) *requirendum de manu cunctarum bestiarum; & de manu hominis, de manu viri, & fratris ejus, requiram animam ejus.*

- 14. 20.
(h) Hostes in manibus Abrahami.
- 16. 6.
(i) Agar data in manu Saræ.
- - 9.
(k) Agar remissa à fuga, ut sub manu Saræ humiliaretur.
- - 12.
(l) Manus Ismaël contra omnes, & omnium contra ipsum.

Redeunti Abraham victori obviam Melchisedech dixit: *Benedictus Deus* (h) *excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt.* Idem Abram concessit Agar Sarai uxori suæ, ut de eâ quod liberet, ageret, dicens: (i) *Ancilla tua in manu tua est, utere ea, ut libet*; afflicta autem Agar à Sarai, fugiens, Angelum Domini obvium habuit, qui ei dixit: (k) *Revertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu illius*; prophetavitque ei de filio, quem ventre gerebat, quod nempe futurus esset *ferus* (l) *homo, manus ejus contra omnes, & manus omnium contra eum &c.*

- 19. 10.
(m) Angeli manum mittentes, ut Lot à Sodomitis liberarent.
- - 16.
(n) Iidem manu extra Sodomam Lot, cum suis adducentes.

Angeli, recepti hospitio à Lot, (m) miserunt manum, & introduxerunt Lot ipsum domum, liberantes eum à Sodomitis, vim foribus domus inferentibus (vid. *Lot.*) & cùm instaret urbi incendium, *apprehenderunt* (n) *manum ejus, & manum uxoris, ac duarum filiarum ejus*; & extra civitatem eduxerunt.

- 20. 5.
(o) Abimelech mundus manibus sibi Saram sublatus; ubi expl. c.
- 21. 18.
(p) Agar ad tenendam manum Ismael stimula; ubi expl. xxx.
- - 30.
(q) Agnæ 7 datæ Abimelecho ab Abraham.
- 22. 6.
(r) Abraham ignem, & gladium in manibus portans.
- - 10.
(s) Idem manum extendens ad immolationem filii. - - 12.

Abimelech, Rex Geraræ, excusabat se apud Dominum, eò quòd tulisset uxorem Abraham, sororem ejus eam credens; unde ajebat: *In simplicitate cordis mei, & munditia manuum mearum feci hoc*; h. e. sine peccato, non habens scrupulum peccati. Angelus apparens Agar, quæ reliquerat puerum suum Ismael, siti languentem, in solitudine, ei dixit: *Surge: tolle puerum, & tene manum illius,* (scilicet sustenta illum, & tecum duc) *quia in gentem magnam faciam eum. &c.* Et Abraham dixit ad Abimelech, postquàm foderat sibi puteum in Bersabee: *Septem* (q) *agnas accipies de manu mea, ut sint mihi in testimonium, quoniam ego fodi puteum istum.* Idem, cùm iret ad sacrificandum Isaac filium suum, (r) *portabat in manibus ignem, & gladium.* Et cùm omnia jam parasset pro sacrificio, *extendit manum, & arripuit gladium, ut immolaret filium suum*; illicò verò apparens ei Angelus præcepit: *Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quicquam &c.*

- 24. 30.
- - 47.
- 25. 25.
(t) Jacob nascens plantam fratris manu tenens.
- 27. 16.
(u) Manus Jacob pelliculis circumdatæ à Rebecca, ut pro Esau staret.
- - 22.
- - 23.
- 30. 29.

Laban, videns in manibus Rebeccæ inaures, & armillas, ei datas à servo Abraham, &c. introduxit eum in hospitium. (vid. *Rebecca.*) Jacob, natus eodem partu post Esau, (t) *plantam fratris tenebat manu*, nascens. Rebecca, ponens Jacob, loco Esau, ut benediceretur à Patre Isaac, (u) *pelliculas hædorum circumdedit manibus* (ejus,) *& colli nuda protexit*; at Isaac, qui cæcus erat, eô, se Esau fingente, palpatô dixit: *Vox quidem, vox Jacob est; sed manus, manus sunt Esau, & non cognovit eum, quia pilosa manus similitudinem majoris* (fratris scilicet) *expresserant.* Jacob, cum Laban, de mercede paciscens, ei dicebat: *Tu nôsti, quomodò servierim tibi, & quanta in manibus meis fuerit possessio tua*: & separatis gregibus, unicolorem tradidit (x) Laban *in manu filiorum suorum*, h. e. sub eorum custodia.

Gen. 30. 35.
(x) Grex unicolor sub manibus filiorum Laban.
- 31. 29.
- - 42.
(y) Manuum Jacob laborem Deus respiciens.

Cùm autem abiisset de domo Laban Jacob, ipse Laban illum insequens, cùm ad eum pervenisset, minabatur: *Valet manus mea reddere tibi malum, &c.* Et Jacob eidem post multa reposuit: (y) *Afflictionem meam, & laborem manuum mearum respexit Deus, &c.* ita conquerens, quòd à Laban malè tractatus fuisset. Vid. *Laban: Jacob.*)

- 32. 11.
(z) Jacob orans erui de manu Esau.
- - 16.
(aa) Greges Jacob misit seorsum per manus servorum.
- 33. 10.

Idemmet Jacob, iter suum à Mesopotamia in terram Chanaan prosequens, timens Esau fratrem suum, sibi obvium, orabat Dominum: (z) *Erue me de manu fratris mei Esau, quia valdè eum timeo; ne fortè veniens percutiat matrem cum filiis*; & proinde (aa) *misit per manus servorum suorum singulos seorsum greges*, eosdem docens servos, quomodo respondere debuissent interrogati. Tandemque reperto Esau, & ei offerens omnia, ut ea reciperet, precatus est, tanquam munusculum de manibus suis.

- 37. 21.
- - 22.
(ab) Ruben fratres hortans, ut à sanguine Joseph manus servarent innoxias; ut factum est.
- - 27.
- 38. 18.
- - 27.
(ac) Zara manum ex utero Thamar proferens, in qua ligatum est coccinum.
- - 28. & 29.
- - 30.

De Ruben notatur, quod nisus est liberare de manibus fratrum suorum, fratrem item suum Joseph, cujus mortem volebant, dicebatque eis: (ab) *Projicite eum in cisternam hanc, quæ est in solitudine, manusque vestras servate innoxias*; quapropter, mutato consilio, ne manus suæ fraterno polluerentur sanguine, Judâ consilium novum præbente, vendiderunt illum Ismaelitis. Thamar, pro arrhabone, petiit à Juda *annulum, armillam, & baculum, quem manu* tenebat. Ex congressu autem *cum illo gravida facta, instante partu, apparuerunt gemini in utero*: (ac) *atque in ipsa effusione infantium, unus protulit manum, in qua obstetrix ligavit coccinum, dicens: Iste egredietur prior. Ille verò retrahente manum, egressus est alter: dixitq; mulier: quare divisa est propter te maceria? & ob hanc causam vocavit nomen ejus Phares. Postea egressus est frater ejus, in cujus manu erat coccinum, quem appellavit Zara.*

- 39. 1.
- - 3.
- - 12.
(ad) Omnia à Joseph dirigebantur in manu Dei; Idem relinquit pallium in manu Dominæ.
- - 13.
- - 22.
(ae) In manu Joseph traditi omnes vincti.
- 40. 11.
(af) Somnium pincernæ visi sibi tenere in manu calicem Pharaonis.
- 41. 42.
(ag) Joseph annulum à Pharaonis manu recipiens.
- 42. 37.
(ah) Ruben petens in manu sua tradi Benjamin ad Joseph adducendum.

Putiphar *de manu Ismaelitarum* emit Joseph; novitque omnia, quæ gerebat, ab eo dirigi (ad) in manu Dei. Joseph hic, relicto in manibus dominæ suæ pallio, fugit adulterium patrare; ipsa verò videns vestem ejus in manibus suis, intentati adulterii falsò eum accusavit; quapropter carceri datus est Joseph; at cùm Deus esset cum eo, Princeps carceris tradidit (ae) in manu illius omnes vinctos, qui tenebantur in custodia; inter hos autem pincernarum Regis Magister narrans ei somnium, in quo videbatur calicem Pharaonis (af) in manu tenere, & illi poculum tradere, certior factus est à Joseph de sui liberatione. Hinc ad interpretanda Pharaonis somnia, ut feliciter fecit, eductus Joseph è carcere annulum, quem sibi de manu (ag) tulit Pharao, in manu sua recepit, & toti Ægypto præfectus est. In hujusmodi munere positus, cùm à fratribus suis incognitus peteret, ut sibi Benjamin adducerent, quem dare recusabat Jacob, Ruben apud eundem Jacob instabat, (ah) *trade illum in manu mea*, offerens duos filios suos ad mortem, si illum non reduxisset; at adhuc Jacob renuente, instabat Judas:

(al) *Ego suscipio puerum; de manu mea require illum*; se peccati reum faciens, quoties non reduxisset. Cùm autem omnes fratres Joseph iterum in Ægyptum venissent, (ak) *obtulerunt ei munera, tenentes in manibus suis.* Et postquam se cognitum eis fecisset Joseph, patremque vocâsset è terrâ Chanaan ad se, Dominus Jacob patrem ejus hortatus est, ut in Ægyptum descenderet, ei dicens: (al) *Joseph ponet manus suas super oculos tuos.* q. d. quod ei usque ad mortem astitisset. Cùm idem Joseph peteret quintam partem fructuum ab Ægyptiis, Regi dandam, pro frugibus datis in sementem, & cibum, & restitutione agrorum, dicebant Ægyptii: (am) *Salus nostra in manu tua est, &c.* Cùm Jacob benediceret filiis Joseph, adoptans eos sibi in filios, & locâsset Joseph eos, Ephraim scilicet ad dexteram suam, h. e. ad sinistram Jacob; & Manassen ad sinistram suam, h. e. ad dexteram ejusdem Jacob, ipse Jacob *extendens* (an) *manum dexteram posuit super caput Ephraim minoris fratris: sinistram autem super caput Manasse, qui major natu erat, commutans manus*, & benedicens; quæ videns Joseph, *graviter accepit, & apprehensam manum patris levare conatus est de capite Ephraim, & transferre super caput Manasse*; at renuit Jacob, qui eidem Joseph subdidit: *De tibi* (ao) *partem unam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo.* Et in benedictione Juda dixit Jacob: (ap) *Manus tua in cervicibus inimicorum suorum, &c.* (subintellige: erit) & in benedictione Joseph ait: *Dissoluta* (aq) *sunt vincula brachiorum, & manuum illius per manus potentis Jacob. &c.*

Gen. 43. 9. (ai) Judas protestans, ut Benjamin de manu sua requireretur.
- - 26. (ak) Fratres Joseph, munera manibus suis habentes, ad eum venêre.
- 46. 4. (al) Joseph manus positurus super oculos Joseph, ubi expl. t.
- 47. 25. (am) Salus Ægyptiorum in manu Joseph.
- 48. 14. (an) Jacob mutans manibus de Ephraim in Manassem, & è contra eis benedixit.
- - 17.
- - 22. (ao) Jacob de manu Amorrhæi victos tulit terram.
- 49. 8. (ap) Manus Juda futura in cervicibus inimicorum.
- - 24. (aq) Vincula Tr. Joseph manuum dissoluta in manu potentis Jacob.

Filiæ Raguel narraverunt Patri, quòd vir Ægyptius (hic erat Moyses) liberaverat eas de (ar) manu pastorum, h. e. à vi quam illis inferebant, ne priores oves suas adaquarent. Hinc Sephora, una ex illis, data est ei in uxorem, ex qua filium habens Moyses vocavit Eliezer, memor, quòd de manu Pharaonis ipse ereptus fuerat. (Vid. *Eliezer.*) Dominus, apparens eidem Moysi, se populum Judæorum *de manibus Ægyptiorum* liberare velle declaravit; (as) quod idem est, ac *de manu Pharaonis*; & hoc quidem *per manum Moysi*, quam rem ad finem suum idem Dominus adduxit; (Vid. Pharao.) & sanè *in manu valida: in manu forti: in manu excelsa, &c.* & hæc, cum hujusmodi phrasibus, sæpè in sacris litteris repetuntur, & memorantur; quapropter hos, & hujusmodi textus non hìc ponam ulteriùs.

Exod. 2. 19. (ar) Moyses liberans de manu pastorum filias Raguel, ubi expl. text.
- - 22.
- 3. 8. & alibi.
(as) Dominus liberator Judæorum de manibus Ægyptiorum, de manu Pharaonis, per manum Moysi, in manu valida forti, excelsa, &c.

Alloquens Dominus Moysen, ut signa suæ missionis ei daret, postquam interrogâsset, quid tenebat (at) in manu sua, jussit eum projicere eam in terram, quæ versa in colubrum est; & deinde extentâ manu, caudam illius apprehendere, & versa est in virgam. Item jussit, (au) manum sibi in sinum mittere, quam inde leprosam protulit; repositam verò iterum in sinum, similem carni reliquæ retraxit; missusque est Moyses ad Pharaonem, ut peteret ab eo dimissionem populi Judæi ad sacrificandum, voluitque Dominus, ut sumeret virgam illam in manu sua, in qua facturus erat signa; prout fecit, dicente ei Domino: *Vide, ut omnia ostenta, quæ posui in manu tua, facias coram Pharaone*; prout etiam executus est (Vid. *Moyses: Pharao: Virga: Plaga.*)

- 4. 2. (at) Virga in manu Moysi, missa in terram, vertitur in colubrum.
- - 4. & 6. (au) Manus Moysis facta leprosa, inde munda.
- - 7.
- - 17.
Exod. 4. 20.
- - 21.
- 7. 15. &c. & alibi.

Plagas (ax) varias super Ægyptum, ad Dei mandatum, inducens, manum suam cum virga extendentibus ipso Moyse, & Aaron, & (ay) manum Domini Ægyptios percutientem invocantibus: quod etiam factum est in itinere. Tenentes baculos in manibus jussi sunt Judæi comedere Phase. Itemque azyma septem diebus manducare; & hæc habere veluti signum in manu pro eliberatione ab Ægyptiis; sicuti & Deo consecrare omne primogenitum in recordationem etiam posteris beneficii à Domino ipso Deo recepti. In cantico Moysi, & Israëlitarum, post submersos in mari rubro Ægyptios, irridentur ipsi iidem, qui dixerant: *Interficiet eos* (Judæos) *manus mea.* Et dum memorantur divina beneficia habita, & opponuntur ea, quæ sperabantur, dicitur: *Plantabis in monte hæreditatis tuæ, firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es, Domine,* (az) *Sanctuarium tuum, Domine; quod firmaverunt manus tuæ.* De ciborum inopia murmurantes in solitudine Judæi dicebant: (ba) *Utinam mortui essemus per manum Domini in terra Ægypti, quando sedebamus super ollas carnium, &c.* Cùm levaret (bb) manus Moyses, vincebatur Amalec; secùs vincebat. (Vid. *Moyses.*) Cùm autem essent graves, sustentabant illas sedentis super lapidem Aaron, & Hur; & sic factum est, ut manus illius non lassarentur, usque ad occasum solis, & fugatus est Amalec à Josue; & cùm Dominus promisisset Amalec destruere, Moyses altare Domino ædificavit, & dixit: (bc) *Manus solii Domini*, (h. e. potentia, robur, & virtus procedens à solio Majestatis divinæ,) *& bellum Domini erit contra Amalec in generationem, & generationem.* Descensurus Dominus in Sinai præcepit, ne quis de populo ad ipsum montem ascenderet, appropinquaret, aut manu tangeret. Assignari jussit Dominus locum refugii homicidæ, non voluntario, ei scilicet, cui Deus in manu tradiderat illum, qui occisus est, h. e. qui fortè, & non insidiatus alium occiderat.

(ax) Portenta varia facta per manum Moysi.
- 14. 16. &c. & alibi.
- 12. 11.
(ay) Manus Domini percutiens Ægyptios. Phase comestum à tenentibus in manu baculos.
- 13. 9.
- - 16.
- 15. 9.
- - 17. (az) Sanctuarium Dei in manibus ejus firmatum.
- 16. 3. (ba) Judæi augurantes sibi mortem per manum Domini.
- 17. 11. &c. (bb) Manus Moysis elevatæ, & in altum sustentatæ victores faciunt Judæos.
- - 16. (bc) Manus solii Domini contra Amalec; ubi expl. text.
- 19. 13. (bd) Sinai manu non tangendus.
- 21. 13.

Ita lex erat: (be) *Qui percusserit servum suum, vel ancillam virga, & mortui fuerint in manibus ejus, criminis reus erit*; voluitque Deus reddi à mutilante *oculum pro oculo,* —— (b f) *manum pro manu &c.* Quando fur latebat, lex erat, quòd Dominus domûs coram Sacerdotibus juraret, quòd non extenderat *manum in rem proximi sui.* Item promisit Deus Judæis: *tradam* (bg) *in manibus vestris habitatores terræ* (Chanaan,) *& ejiciam eos de conspectu vestro.* Cùm Moyses sancivisset fœdus cum Domino in Sinai, cæteris ad radicem montis manentibus, dicitur, quòd Deus gloriam suam, seque eô modô, quô capaces erant, ostendens Judæis, *nec super eos, qui procul recesserant de filiis Israel* (h. e. qui ad radices montis erant, & viderant) (bh) *misit manum suam* (ullâ afflictione pressit, quod videbatur insolitum iis, qui Deum vidissent,) *videruntque Deum, & comederunt, ac biberunt.*

- - 20. (be) Morientes in manibus Domini percussoris ancillæ & servus criminis eum reum faciebant.
- - 24. & alibi. (bf) Manus pro manu reddenda.
- 22. 8.
- 23. 31. & alibi. (bg) Habitatores Chanaan tradendi in manibus Judæorum.
- 24. 11. (bh) Manus Domini non missa super Judæos ad radices Sinai manentes.

Exod. 32. 15.
(bi) Moyses manu portans tabulas Decalogi.
- - 19. & alibi.
- 33. 22.
- - 23.
- 35. 29.
- 32. 21.
Lev. 7. 30.
- 9. 22.
(bk) Aaron, benedicens populo manus extendens.

Moyses de monte Sinai descendit, *portans* (bi) *duas tabulas testimonii in manu sua, scriptas ex utràque parte; &c.* quas *projecit de manu*, abominationem videns adorati vituli à populo (vid. *Moyses.*) Cupienti eidem Moysi videre faciem Domini, & gloriam ejus, dixit idem Dominus: *Cùm transibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea, donec transeam: tollamque manum meam: & videbis posteriora mea: faciem autem meam videre non poteris.* Jussit item Dominus multa opera fieri *per manum* Moysi, h. e. dirigente Moyse; sicut & *per manum* Ithamar, filii Aaron Sacerdotis numerata sunt instrumenta Tabernaculi testimonii. Offerens hostiam pacificorum, manibus tenebat adipem hostiæ. (bk) *Extendens manus ad populum benedixit ei* Aaron, cùm sacrificiorum primitias DEO pro se, eodemque populo obtulisset.

- 11. 27.
(bl) Animalia bruta manus habentes immunda.
- 15. 15.
(bm) Lotio manuum necessaria in tangente seminifluum.
- 16. 12.
(bn) Thymiama haustum manu Sacerdotis in thuribulo positum.
- 21. 19.
(bo) Manum fractam habens Sacerdotio inhabilis.
- 23. 25.
- 24. 14.
- 25. 35.
(bp) Ab infirmo manu non accipienda usura.
- - 36.
- - 47.
(bq) Venditus advena cujus manus invaluerit, redimi poterat.
- - 48.
- 26. 25.

De animalibus immundis lex erat: (bl) *Quod ambulat super manus, ex cunctis animantibus, quæ incedunt quadrupedia, immundum erit: qui tetigerit morticina eorum, polluetur usque ad vesperum.* Circà seminifluum lex item erat: *Omnis, quem tetigerit,* (bm) *qui talis est, non lotis antè manibus, lavabit vestimenta sua: & lotus aqua immundus erit, usque ad vesperum.* Intraturus Sacerdos, ultrà velum, in sancta, impleto de prunis altaris thuribulo, (bn) hauriebat manu compositum thymiama in incensum. Qui (bo) manum fractam habebat, inhabilis erat Sacerdotio. Quicquid de manu alienigenæ offerebatur, non recipiebatur, ut immundum. Manus apponebantur capiti blasphemi ab his, qui eum audierant, antequam lapidaretur. Item dictum est populo Israël: (bp) *Si attenuatus fuerit frater tuus, & infirmus manu, & susceperis eum, quasi advenam, & peregrinum, & vixerit tecum, ne accipias usuras ab eo, nec amplius, quàm dedisti. Si invaluerit* (bq) *apud vos manus advenæ, atque peregrini, & attenuatus frater tuus vendiderit se ei; aut cuiquam de stirpe ejus: post venditionem potest redimi.* Inobservantibus præcepta dicit Dominus: *trademini in manibus hostium.*

Num. 20. 11.
(br) Moyses, elevata manu percutiens virgâ silicem aquas educit.
- - 20.
(bs) Idumæi in manu forti se opponentes Judæis.
- 21. 2.
(bt) Judæi in manu sua conantes Chananæum tollere.
- - 34.
(bu) Og traditus in manu Moysi.
- 31. 49.
(bx) Principes Judæorum numerantes, quos sub manu habebant.
Deut. 1, 27.
- 2. 24.
- - 24. &c.
- - 36.

In solitudine ad levandam turbatum sitim, (br) *cùm elevasset Moyses manum, percutiens virga bis silicem, egressæ sunt aquæ largissimæ, ita ut populus biberet, & jumenta.* Idumæi se (bs) opposuerunt *in manu forti* populo Israël, ne per eorum fines transiret. Voto se obstrinxit Israël Domino obligans, & dicens: *Si tradideris* (bt) *populum istum* (Chananæum de Arad opponentem se ei) *in manu mea, delebo urbes ejus.* Dominus confortavit Moysen contra Og, Regem Basan, ei dicens: (bu) *Ne timeas eum, quia in manu tua tradidi illum, &c.* Post pugnam, & victoriam de Madianitis, Principes exercitûs dixerunt Moysi: (bx) *Nos servi tui recensuimus numerum pugnatorum, quos habuimus sub manu nostra; & ne unus quidem defuit.* Repetebat Moyses populo, quòd ingratus fuerat Domino, & inter cætera ei dicebat, quòd murmuravit contra Dominum, dicens, se eductum à Domino de Ægypto, ut traderetur in manu Amorrhæi; notabatque alibi manum Domini fuisse contra obmurmurantes; ita memorabat Sehon, Regem Amorrhæorum, traditum in manum ejus; sicuti & omnem civitatem, & vicum ab

Deut. 3. 1. &c.
- - 3.
- 4. 28.
(by) Judæi servituri Diis hominum manu fabrefactis.

Aroër usque Galaad: Ita & Og, Regem Basan: Ita ablatam terram de manu duorum Regum Amorrhæorum, à torrente Arnon usque ad montem Hermon. Legis transgressoribus alibi comminatus est varia infortunia, quæ inter, ait, quòd in varias dispergerentur gentes, (by) ibi servituri diis, qui hominum manum fabricati sunt.

- 6. 5.
- - 8. & alibi.
(bz) Præceptis Domini liganda in manu.
- 13. 9.
(ca) Manus in Pseudoprophetam mittenda.
- - 17.
(cb) Nihil de urbium anathemate adhæsurum sit in manu.
- 14. 25.
(cc) Pretium primogenitorum portandum ad templum Dom. in manu suâ.
- 15. 7.
- - 10. & 11.
- 20. 13.
(cd) Jus Judæorum super urbem in manu eorum traditam.
- 25. 11. 12.
(ce) Manus mulieris abscindenda apprehendentis verenda viri cum marito pugnantis.

Dictum est de Judæis, de illis verbis; *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua;* dictum, inquam, est: *Ligabis ea,* (bz) *quasi signum in manu tua, eruntque, & movebuntur inter oculos tuos &c.* Contra Pseudoprophetam quemcunque dictum est populo Israël: *Non acquiescas ei —— sed statim interficies. Sit primum manus tua* (ca) *super eum, & postea omnis populus mittat manum:* Lapidibus obrutus necabitur. Immò & urbes jussæ sunt deleri, ex quibus Pseudoprophetæ contra legem Domini venient, de quarum prædis impositum est eidem populo Israël: (cb) *Non adhærebit de illo anathemate quicquam in manu tua.* Pro decimis frumenti, vini, olei, nec non primogenitis de armentis, & ovibus, offerendis Templo Dei, ubi longior via hujusmodi transportationem prohiberet, dabatur modus, scilicet: (cc) *Vendes omnia, & in pretium rediges, portabisque manu tua, & proficisceris ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus.* Jubet item Dominus manum non contrahendam cum paupere, sed aperiendam per subsidia; *ut* (inquit) *benedicat tibi Dominus Deus in omni tempore, & in cunctis, ad quæ manum miseris.* Inter jura belli erat: (cd) *Cùm tradiderit Dominus Deus tuus illam* (urbem scilicet, quæ fœdus inire noluit, & bellum cepit contra ipsos Judæos, ad quos sermo est) *in manu tua, percuties omne, quod in ea generis masculini est, in ore gladii &c.* Jussa est manus abscindi mulieris (ce) manum mittentis, & apprehendentis verenda viri pugnantis cum marito suo; ut de manu illius, eum liberaret.

- 32. 27.
- - 36.
- - 37.
- - 39.
- - 40.
- - 41.
(cf) Ultio in hostes, cùm judicium fecerit in manu suâ Dominus.

In Cantico Moysi, quo divina enarrat in populum beneficia, & populi ingratitudinem, sæpè castigatam, notatur, quòd Deus sæpiùs populum castigâsset, & omninò sustulisset, at quòd hoc non fecit, *ne fortè superbirent hostes eorum* (Judæorum scilicet,) *& dicerent: manus nostra excelsa, & non Dominus fecit hæc omnia.* Item quòd *judicabit Dominus populum suum, & in servis suis miserebitur: videbit, quòd infirmata sit manus* (noxiorum debilitatorum) —— *& dicet: ubi sunt dii eorum, in quibus habebant fiduciam.* Et Dominus monet; *Videte quòd —— non est, qui de manu mea possit eruere. Levabo ad cælum manum meam, & dicam: vivo ego in æternum. Si acuero, ut fulgur, gladium meum,* (cf) *& arripuerit judicium manus mea, reddam ultionem hostibus meis, & his, qui oderunt me, retribuam.*

- 33. 3.
(cg) Omnes Sancti in manu Dei, ubi expl. tunc.
- - 7.
(ch) Manus Judæ pro toto populo pugnantes.

In benedictione Moysi dicitur: (cg) *Omnes Sancti* (Judæi scilicet, populus à DEO tunc electus) *in manu illius* (h. e. Dei) *sunt*; sub protectione DEI scilicet. *Manus ejus* (ch) (Judæ, cujus benedicebatur Tribui) *pugnabunt pro eo* (pro omni nempe populo Judaico)

Deut. 33. 11. (ci) Opera manuum Levia Domino suscipienda.

Judaico) *& adjutor illius contra adversarios ejus erit : Benedic, Domine, fortitudini ejus* (Levi) *&* (ci) *opera manuum illius suscipe.*

Jos. 2. 24. (ck) Terra Chanaan tradita in manus Judæorum.

Reversi à Jericho, exploratores Judæi ad Josue dixerunt : (ck) *Tradidit Dominus omnem terram hanc in manus nostras &c.* super quo dicendi modo in sacris litteris frequenti, pro significando aliquid in alterius omnimodam potestatem traductum esse, jam non amplius scripturales textus afferemus, cùm ii legi possint in pluribus ex dictionibus videndis, ut in fine dictionis hujus notabimus. Levato, (cl) jussu Dei, clypeo qui in manu Josue erat, capta est urbs Hai; & hic notatur etiam, quòd (cm) frequens figura est in sac. pagina, quæ dicitur Pleonasmus, cùm scilicet ea, quæ reticeri possunt, adhuc ponuntur, quamvis sine iis perfectus habeatur sensus; ut si quis diceret ; ambulo pedibus : Video oculis ; Pleonasmus enim est ; & superfluit oratio in ly pedibus, & oculis ; cùm actio ambulandi, & videndi jam sciatur per pedes fieri, & oculos; quapropter cùm in hujusmodi figuram dabitur incidere, textus eos, (hujus tamen vocis) prætermittemus, facilè tamen videndos in citandis ad calcem dictionibus ; & intereà pono, quòd *Josue* (cn) *non contraxit manum, quam in sublime porrexerat, tenens clypeum, donec interficerentur omnes habitatores Hai.* Cùm (co) Gabaonitæ, tollentes in manibus cibaria, & se è longissima regione fingerent apud Josue, & Judæorum Duces, onde juramentum salutis ab eis habuerunt, detectô dolô, se id præ timore fecisse confitentes, dicentes ad Josue : *Nunc in manu tua sumus : quod tibi bonum, & rectum videtur, fac nobis* ; Josue *liberavit eos de manu filiorum Israel, ut non occiderentur.* Et ecce item, quod sæpè in sacris Bibliis inveniemus *eripere, eruere, tollere, liberare, & hujusmodi, de manu alicujus* ; nos autem à notandis frequentibus hisce textibus, quibus significatur in ly *de manu*, de potestate, & subjectione alterius, & alteri, abstinebimus, ad dictiones in calce citatas, remittendo legentem. Gabaonitæ iidem, postea verò obsessi à vicinis Regibus, in ultionem, quòd se Judæis dedissent, miserunt ad Josue, morantem apud Galgalam, dicentes: (cp) *Ne retrahas manus tuas ab auxilio servorum tuorum : ascende citò &c*; unde habitâ à Deo certitudine, quod traderet obsessores in manus suas, illò ivit Josue, & immoto diu sole, eos vicit, contrivit. (Vid. *Josue.*)

- 8. 18. (cl) Clypeo, qui in manu Josue erat, levato Hai capta est.
(cm) Pleonasmus frequens in sacra pagina.
- - 26. (cn) Josue manum non contrahens, quâ elevavit clypeum.
- 9. 11. (co) Gabaonitæ cibaria in manibus habentes de manu Judæorum eruti sunt, quamvis dolosi.
- - 25.
- - 26.
- 10. 6. &c. (cp) Hostes Gabaon in manu Josue traditi.

In libro Judicum notatur, quòd Amorrhæis contra Danitas prævalentibus, (cq) *aggravata est manus domûs Joseph, factusque est eis tributarius* (Amorrhæus); venit namque Tribus Joseph in Danitarum auxilium. Post mortem Josue notatur, quòd *iratus Dominus contra Israel* (idololatrantem) *tradidit eos in manus diripientium &c.* & additur, quòd *quocumque pergere voluissent*, (cr) *manus Domini super eos erat, sicut locutus est, & juravit eis : & vehementer afflicti sunt.* Qui, (cs) *manu ad os projicientes, lambuerant, aquas, trecenti viri* electi sunt à Domino ad perdendos Madianitas sub Gedeone. Jephthe, excusans se apud Ephraim, ajebat, postquam auxilium ejus contra Ammonitas invocâsset, & non obtinuisset, (ct) *posui animam meam in manibus meis, transivi, ad filios Ammon, & tradidit eos Dominus in manus meas.*

Judic. 1. 35. (cq) Manus domûs Joseph aggravata super Amorrhæos.
- 2. 14.
- - 15. (cr) Manus Domini super Judæos idololatras, eos affligens.
- 7. 6. (cs) Electi sunt, viri cum Gedeone, qui aquas ad os manu projiciebant.
- 12. 3. (ct) Jephthe animam suam in manibus suis ponens contra Ammonitas, ubi expl. text.

Ponere autem animam in manibus suis est confidenter ad aliquid agendum accingi, nullum sperans ab aliis præsidium. Samson, nihil habens in manu, Leonem obvium dilaceravit. (cu) Manum unius filiorum suorum dicitur implevisse Michas, & factum esse ei Sacerdotem ; at quâ re implevit ? oleo sacro, & sacrificio. (Vid. *Michas.*) idemque scribitur fecisse cum Levite de Bethlehem Juda. Noëmi, afflicta es morte duorum filiorum, conata est remittere ad domos earum nurus suas, eis dicens : *Vestra angustia magis me premit, & egressa est manus* (cx) *Domini* (h. e. tribulatio) *contra me.*

- 14. 6.
- 17. 5. (cu) Michas implens manum alicujus, ac eum Sacerdotem faciens; ubi etc.
- - 12.
Ruth. 1. 13. (cx) Manus Domini contra Ruth.

In libris Regum notatur, quòd, postquam arca fuit apud Philisthæos, & præcisè apud Azotios, (cy) *aggravata est manus Domini super Azotios, & demolitus est eos* ; unde in natibus percussi, & muribus scatentibus undique dicebant : *Dura est manus ejus* (Dei Israel) *super nos, & super Dagon Deum nostrum.* Hinc Arcam circumducere meditati sunt ; at *fiebat manus Domini* (castigatio scilicet) *per singulas civitates interfectionis magnæ nimis* : & *fiebat pavor mortis in singulis urbibus, &* (cz) *gravissima valdè manus Dei* ; proinde decreverunt eam remittere ad Judæos, & consuluerunt Divinos, qui consilium dederunt, ut remittentes, remitterent cum muneribus, addentes : (da) *Et tunc curabimini, & scietis, quare non recedat manus ejus à vobis.* Idque jussum est fieri, quod eis dictum est ab eisdem divinis : (db) *Dabitis Deo Israel gloriam, si fortè relevet manum suam à vobis, & à diis vestris, & à terra vestra.* Ita eorundem divinorum consilio posita est Arca super plaustrum novum, cum muneribus, quod trahebatur à vaccis duabus fœtis, quarum vituli clausi sunt, & dimissa, divinis ipsis dicentibus : *Siquidem per viam finium suorum ascenderit contra Bethsames, ipse* (Deus Israël) (dc) *fecit nobis hoc malum grande : sin autem, minimè : sciemus quia nequaquam manus ejus tetigit nos, sed casu accidit.* (Vid. *Arca*). Notatur pariter, quòd *facta est* (dd) *manus Domini super Philisthæos, cunctis diebus Samuelis.* Puer Saulis, quærentis asinas Patris sui, Domino suo offerebat quartam partem stateris, quæ reperta fuerat in (de) *manu ejus*, daturam Samueli, ad quem ibant pro consultatione. Cùm irrueret in Saul, sequentem boves de agro, & audientem, habitatores Jabes Galaad jamjam ab Ammonitis subigendos esse, Spiritus Domini, (df) per manum nuntiorum misit in fines Judæorum frusta boum à se concisorum, vocans eos ad arma, secùs minans interfectionem ea non sumenti. Samuel populum hortans ad cultum, & religionem Dei, & mandatorum ejus observantiam, dicebat : *Si non audieritis vocem Domini* ; (dg) *sed exasperaveritis sermones ejus, erit manus Domini super vos, & super Patres vestros.* Philisthæi, ut Israelitas inermes redderent, retundebant eis quæcumque arma, h. e. eorum acies vel usque ad stimulum; & hinc factum est, quòd *cùm venisset dies prælii, non est inventus ensis, & lancea in manu totius populi, qui erat cum Saule, & Jonathâ, excepto Saul & Jonathâ, filio ejus.*

1. Reg. 5. 6. (cy) Manus Domini aggravata super Azotios ; quam duram dixerunt.
- - 7.
- - 9.
- - 12. (cz) Manus Domini gravissima super Philisthæos.
- 6. 3. (da) Causa non recessionis manûs Dei gravis à Philisthæis.
- - 5. (db) Iidem Deum laudaturi manum suam ab eis relevantis.
- - 9. (dc) Dubium Philisth. an casu malum iis evenisset, an verè manus Domini esset.
- 7. 13. (dd) Tempore Samuelis manus Domini super Philisth.
- 9. 8. (de) Servus Saulis habens in manu suo quartam partem stateris.
- 11. 7. (df) Saul mittens per manum nuntiorum, frusta boum ad Judæos eos in arma vocat.
- 12. 15. (dg) Manus Domini futura super Judæos inobservantes.
- 13. 22. (dh) Ensis & lancea non reperta in manu Judæorum ex dolo Philisthæorum.

Achias,

Achias, Sacerdos, cum applicaret arcam Do-
mini super Philisthinorum contritione, tumul-
1.Reg. 14, 19. tu in eorum castris audito, jussus est à Saula
manum contrahere, hoc est, ab opere desistere.
- 16, 16. Cùm Saul malo agitaretur spiritu debuit inve-
- - 23. & alibi. niri, qui psallens manu, levaret agitatum; re-
pertusque est David, qui percutiebat manu suâ
citharam, & refocillabatur Saul. Missus inde
David à patre ad fratres in exercitu, ferens ali-
- 17, 22. qua, (di) cùm reliquisset sub manu custodis
(di) Vasa a David relicta sub manu custodis ad sarcinas. ad sarcinas vasa, quæ attulerat, ad locum cer-
taminis cucurrit; & auditâ Goliath jactantiâ,
cum baculo, (dk) *quem semper habebat in ma-*
- - 40. *nibus*; & fundam manu ferens, cum eo con-
(dk) David congressus cum Goliath habens baculum, & fundam in manibus. gressus est, & eum vicit, (vid. *David*) in terram
fundæ ictu projiciens, (dl) *cumq; gladium non*
haberet in manu David, eodem ipso Goliath
- - 50. gladio caput ejus præcidit; & introductus est
(dl) Idem non habens gladium in manu suâ. cotàm Saule, (dm) caput Philisthæi habens in
manu. Proposuit idem Saul Davidi dare ei
- - 57. filiam suam Merob in uxorem, acuens eum
(dm) Idem manu ferens caput Goliath. contra Philisthæos, intra se dicens, cùm eum
- 18, 17. odisset: *Non sit manus mea in eum, sed sit su-*
- - 21. *per eum manus Philisthinorum*; at postea, tra-
ditâ Merob alteri, proposuit, eâdem inten-
- - 25. tione (utpotè qui (dn) *cogitabat tradere Da-*
(dn) Saul cogitans tradere David in manus Philisthium. *vid in manus Philisthinorum*) ei conjungere
Michol alteram filiam, dummodò centum præ-
putia Philisthinorum afferret. De eodem au-
tem David dicebat Jonathas ad Saulem, quòd
- 19, 5. (do) *posuit animam suam in manu suâ, & per-*
(do) David ponens animam suam in manu sua, ubi expl. text. *cussit Philisthæum*; h. e. resolutus, & sine vitæ
suæ ratione in Philisthæos irruit, eos percu-
tiens. Idem David, à Saol fugiens, in Nobe
- 21, 3. petiit ab Achimelech Sacerdote: *Si quid habes*
ad manum, vel quinque panes, da mihi aut
- - 4. *quicquid inveneris?* non habens verò laicos pa-
nes ad manum Achimelech, dedit ei panem
- - 8. sanctum, (dp) petiit item: *Si habes hic ad ma-*
(dp) Idem petens ab Achimelech, an quid ad manum haberet cibi, aut armorum. *num hastam, aut gladium?* & recepit gladium
Goliath. Apud Achis, Regem Geth proinde
profugus dementiam ibi præ timore simulavit,
immutans os suum cotàm Gethæis, & *collabe-*
- - 13. *batur inter manus eorum &c.* Saul, cum esset
in nemore, quod est in Rama, Davidem perse-
- 22, 6. quens, (dq) *hastam manu tenens* conquestus est
(dq) Saul hastam manu tenens. de ipso Davide; inde qui Sacerdotes Nobe occi-
deret, misit, dicens: (dr) *Manus eorum cum Da-*
- - 17. *vid est*; hoc est, Davidi adhærent, & ei auxi-
(dr) Idem reputans manum Sacerdotum Nobe esse cum David. lio sunt; nolentibus autem Regia servis *exten-*
dere manus suas in Sacerdotes Domini, Doëg
Idumæus mandata ejus executus est. Cùm au-
tem esset David in deserto Ziph, Jonathas filius
- 23, 16. Saul, (ds) *confortavit manus ejus*, (h. e. eum)
- - 17. *in Deo: dixitq; ei: ne timeas neque enim inve-*
(ds) Jonathas confortans Davidem, ne timeret manum Saulis. *niet te manus Saul patris mei.* Poterat idem
David in speluncâ Engaddi occidisse Saulem,
- 24, 7. at ad viros suos dixit: *Propitius sit mihi Domi-*
- - 11. *nus, ne faciam hanc rem Domino meo, Christo*
(dt) David manum suam abstinens à vitâ Saulis. *Domini*, (dt) *ut mittam manum meam in eum,*
quia Christus Domini est; immò *percussit cor*
- - 6. *suum David, eò quod abscidisset oram chlamydis*
Saul. (Vid. *David.*) Quæ cùm idem Saul intel-
- - 21. ligeret ab ipsomet David, ei dixit: *Quia scio,*
quod certissimè regnaturus sis, & habiturus in
- - 22. *manu tuâ Regnum Israel, jura mihi in Domino,*
ne deleas semen meum post me, neque auferas
- - 23. *nomen meum de domo patris mei; & juravit*
David Sauli. Idem David, cùm esset in de-
serto, misit ad Nabal divitem, ut victum sub-
ministraret; at negante Nabal, cùm ultionem

ille meditaretur, Abigail, ejus uxorem, ob-
viam habuit cum muneribus, quæ ad pedes
ejus inter cætera dixit: (du) *Vivit Dominus, qui* 1.Reg. 25, 26.
- - - - - *salvavit manum tuam tibi*; hoc est, (du) Dominus salvans manum Davidi, ubi expl. text.
qui pro salute tuâ non fecit, seu permisit, quòd
manus tua pollueretur sanguine; & David re-
spondens etiam ait: *Benedicta tu, quæ prohi-* - - 33.
buisti me hodie, ne irem ad sanguinem, & ul-
ciscerer me manu meâ; & suscepit munera de - - 35.
manu Abigail; auditâque paulò post morte
Nabal dixit: *Benedictus Dominus, qui judica-* - - 39.
vit causam opprobrii mei de manu Nabal &c.
Iterùm (dx) poterat David manum suam in Saul - 26, 5 &c.
dormientem extendere; at renuit, ablatâ hastâ, (dx) David manum abstinens à vita Saulis.
& scypho, quæ erant ad caput dormientis;
inde manifestans se à longè ipsi Sauli, ab eo
quærebat causam, cur persecutionem subiret,
dicens: (dy) *Quod est malum in manu mea?* - - 18 &c.
q. d. quòd est malum, quod fecerim, ut dignus (dy) Idem interrogans, quale sit in manu sua malum.
persecutione tuâ sim; & quamvis ex hoc pa-
cem cum ipso iniisse monstrâsset, David tamen,
(dz) ne in manus illius aliquandò incideret, - 27, 1.
eas fugiens, apud Achis in Geth iterùm confu- (dz) Idem cavens, ne in manum Saulis incideret.
git, à quo Sichem urbem obtinuit. Excitato
Samuelis spectro, sive Samuele (vid. *Samuel*),
conquerebatur Saul, quòd Dominus (ea) *neque* - 28, 15.
in manu Prophetarum, neque per somnia respon- (ea) Dominus in manu Prophetarum non respondens Sauli.
dere ei vellet: & respondens Samuel dixit:
Faciet tibi Dominus, sicut locutus est in manu
meâ, (eb) *& scindet Regnum tuum de manu* - - 17.
tuâ, & dabit illud proximo tuo David; & inde (eb) Regnum scindendum de manu Saulis.
nuntiavit, quòd sequenti die ipse cum Israël,
& (ec) castris ejus dandus erat in manus Phi- - - 19.
listhiim; post quæ, cùm cibum sumere nollet (ec) Idem cum Judæis dandus in manus Philisthæorum.
à servis coactus est somere, & à muliere Py-
thonissa, quæ Samuelem suscitaverat, & pro-
testabatur, quòd in hoc ei obedierat, & qui-
dem totis viribus operata, quod exprimebat per
eam phrasim: (ed) *posui animam meam in manu* - - 21.
meâ, nullâ scilicet cujuscunque periculi ratione (ed) Pythonissa animam suam ponens in manibus suis.
habitâ, ut pareret jubenti.

Cùm Amalecita assereret Regi David per
se Saulem occisum, increpans eum David dixit:
(ef) *Quare non timuisti mittere manum tuam,* 2.Reg. 1, 14.
ut occideres Christum Domini? jussitque eum (ef) Amalecita punitus, quod manum dicebat se misisse in Saulem.
occidi. Laudavit autem viros Jabes Galaad,
qui sepulturæ tradiderant Saulis cadaver, eis-
que dixit per suos nuntios: *Confortentur manus* - c. 7.
vestræ, & estote filii fortitudinis &c. Abner
petiit amicitiam David, & ei dixit per nuntios:
(eg) *Erit manus mea tecum, & reducam ad te* - 3, 12.
universum Israel. Cùm autem postea occisus (eg) Abner manus cum David.
esset Abner per Joab, super occisum deflens,
David ajebat: (eh) *Manus tuæ ligatæ non sunt,* - - 34.
q. d. adhuc vigorem, & robur in te contem- (eh) Manus Abner occisi non ligatæ; ubi expl. text.
plamur, non segnitiem: & audiente Isboseth,
quòd cecidisset Abner in Hebron, *dissolutæ sunt* - 4, 1.
manus ejus, omnisq; Israel perturbatus est. Oza - 6, 6.
extendens manum ad arcam, quæ casum mi-
nabatur, à Domino percussus est. Mulierem - 14, 19.
Thecuitam, missam à Joab ad David (ei) pro (ei) Manus Joab in Thecuitis mulieris sermone ad David.
Absalom loquentem, ut ipse David audivit,
interrogavit: *Numquid manus Joab tecum est*
in omnibus istis? Idem Absalom, ut populi sibi
conciliaret favorem, scribitur, quòd stans juxta
introitum portæ, *cùm accederet ad eum homo,* - 15, 5.
(ek) *ut salutaret illum, extendebat manum* (ek) Absalom manu apprehendens eos, quos in suas partes trahere volebat.
suam, & apprehendens osculabatur eum. Achi-
tophel consilium dedit Absalom, ut fœdaret
patrem suum, h. e. lectum ejus, cum ejusdem
concubinis dormiens; & ità, ajebat, fiet ut

2.Reg. 16, 21.
(el) Pravum Achitophel consilium, ut manus populi robur acciperent pro Absalom.

(el) *roborentur tecum manûs eorum*; populi scilicet hæc audieotis. Ita & aonsilium dedit, ut aàdem nocte fugæ David eum persequeretur, ad hoc autem quærebat sibi dari duodecim millia virorum, & (dicebat) (am) *irruens super eum; (quippe qui lassus est, & solutis manibus), percutiam eum.* Ubi per ly *solutis manibus*, iotellige *demissus viribus.* Vir, qui ountiavit Joab, suspensum asse crinibus Absalom, interrogatus ab ipso eur eum non occidisset, respondit: (en) *Si appenderis in manibus meis mille argenteos, nequaquam mitterem manum meam in filium Regis.* In novissimis verbis Regis David legimus: (eo) *Prævaricatores quasi spina evellentur universi, quæ non tolluntur manibus.* De Eleazaro Ahohite scribitur, quòd Philisthæos (ep) percussit, *donec deficeret manus ejus, & obrigesceret cum gladio.* Factâ optione Regi David à Gad videnia, ut eligeret, an pestem, an bellum, an famem vellet potiùs, idem dixit: (eq) *Coarctor nimis; sed meliùs est, ut incidam in manus Domini (multæ enim misericordiæ ejus sunt), quàm in manus hominum.* Elegit ergo pestilentiam, quâ cum periissent *à Dan usque Bersabee septuaginta millia virorum*, (er) *cúmque extendisset manum suam Angelus Domini super Jerusalem, ut disperderet eam, misertus est Dominus super afflictione, & ait Angelo percutienti populum: sufficit: nunc contine manum tuam &c.* Et David, oraotad Domioum dicabat: (as) *Vertatur, obsecro, manus tua contra me, & contra domum patris mei.*

- 17, 2.
(em) Irruens pro persequendo Davide, qui erat solutis manibus, ubi expl. text.
- 18, 12.
(en) Repugnantia mittenda manûs in filium Regis.
- 23, 6.
(eo) Spina non tolluntur manibus.
- - 10.
(ep) Eleazarus, usque ad manus defectionem, pugnans cum Philisthæis.
- 24, 14.
1.Par. 21, 13. &c.
(eq) David eligens potius incidere in manus Dei, quàm hominum.
2.Reg. 24. 15.
- - 16.
(er) Angelus jussus continere manum suam, quam extenderat super Jerusalem.
- - 17.
(es) Orans David, ut contra se verteretur manus Domini.

3.Reg. 8. 15.
- - 22.
- - 54.
- - 24.
(et) Deus manibus opera sua perficiens.

Salomon, introductâ arcâ in Templum, dicebat: *Benedictus Dominus Deus Israël, qui locutus est ore suo ad David patrem meum, & in manibus ejus perfecit &c.* Et *expandit manûs suas in cælum*, Deum laudans, & ei dicens: *Non est similis tui Deus - - - -, qui custodisti servo tuo David patri meo, quæ locutus es ei: ore locutus es, &* (et) *manibus perfecisti, ut hæc dies probat.* Rogabatqua Dominum, ot exaudiret, (au) *si quis cognoverit plagam cordis sui, & expanderit manûs suas in domo* ipsâ Templi; item, ut axaudiret alienigaoam, da longè venientem, ad otaodum in Templo, dicens: *Audietur enim nomen tuum magnum, & manus tua fortis, & brachium tuum extentum ubique.* Sub Jeroboam, cujus manus axienta contra Prophatam aruit, & deioda ai rastituta est, scribitur, quòd *quicunque* (h. a. qui volebat indiscriminatim) *implebat manum suam* (thure, oleo, sancto &c.), *& fiebat Sacerdos excelsorum.* (ey) Manus Domini dicitur facta super Eliam, quando *accinctis lumbis currebat antè Achab, donec veniret in Jezrahel.* (h. e. divina virtus.) Benadad Rax Syriæ minatus est Regi Israël Achab, se missurum, qui *omne, quod eis placuerit, ponent in manibus suis, & auferent*; sed multitudinem Syrorum dandam esse à Domino in manûs suas audivit Achab idem à prophetis. Cùm verò Benadad liberum dimisisset, dictum est ei: (ez) *Hæc dicit Dominus: quia dimisisti virum dignum morte de manu tuâ, erit anima tua pro animâ ejus, & populus tuus pro populo ejus.* Hinc postea volens tollere de manu Regis Syriæ Ramoth Galaad, vaticinantibus Pseudoprophetis, quòd danda erat arx illa in manu ajus; in pognâ sagittâ trajectus est, dixitque aurigæ suo: (fa) *Verte manum tuam, & ejice me de exercitu, quia graviter vulneratus sum.*

- - 58.
(eu) Oratio pro expandente manus ad Deum in Templo.
- - 41.
2.Par. 6, 12. &c.
3.Reg. 13. 4.
- - 6.
- - 33.
(ex) Manûs cujuscunque impletæ sub Jeroboam; ubi expl. text.
- 18, 46.
(ey) Manus Domini facta super Eliam; ubi expl. text.
- 20, 6.
- - 13.
- - 28.
- - 42.
(ez) Achab dimittens de manibus suis Regem Syrorum, punitus.
- 22, 3.
- - 6. &c.
- - 34.
2.Par. 18. 33.
(fa) Auriga Achab vulneratí manum jussus vertere de exercitu.

Cùm Reges Israël, Juda, & Edom pergerent contra Regem Moab, factaqua esset sitis magna in eorum axercitu, *Elisæus filius Saphat, qui fundebat aquam super manus Eliæ*, vocatus (vid. *Elisæus*), psaltam adduci facit; (fb) *cumq; caneret psaltes, facta est super eum manus Domini* (h.a. Domini virtus), & prophetavit, aquam sine vento, & pluviam daodam, & Moab vinceodum. Dux iocradulus varbis Elisæi, & is quidem, in cujus mano iocumbebat Rex, ad portam urbis Samariæ conculcatus interiit. (fc) *Cum issent, & sepelirent* (Jezabelem) *non invenerunt nisi calvariam, & pedes, & summas manus*, juxta Eliæ prophatiam.

4.Reg. 3, 11.
- - 15.
(fb) Manus Domini super Elisæum facta, ubi expl. text.
- 8, 17.
- 9. 35.
(fc) Manus tantùm, & pedes, & calvaria Jezabelis inventa.

De Jabes scribitur, quod invocavit Deum Israël, (fd) orsecum manum ejus (h. e. protectionem, & robur) haberet. Cùm ad David veoissent plures fortes in Sicaleg, protastatus est eis: (fa) *Si insidiamini mihi pro adversariis meis, cùm ego iniquitatem in manibus non habeam, videat Deus Patrum nostrorum, & judicet*; ubi ly *in manibus*, pro *in animo.* Ubi notati sunt officiarii David Regis, subditur: (ff) *Porrò filii David primi ad manum Regis*; h. e. coram Rega erant, & ad omna jussum ejus prompti erant. David, formam ædificandi Templi tradens, addidit: (fg) *Omnia - - - venerunt scripta manu Domini ad me, ut intelligerem universa opera exemplaris*; & iovitans omnas ad oblationem, pro opera perficiando, dixit: (fh) *Si quis sponte offert, impleat manum suam hodie, & offerat quod voluerit Domino.* Et ad Deum orans ajebat: *In manu tuâ virtus, & potentia, in manu tuâ magnitudo, & imperium omnium. Tua sunt omnia: & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Domine Deus noster, omnis hæc copia, quam paravimus,* (fi) *ut ædificaretur domus nomini Sancto tuo, de manu tua est, & tua sunt omnia.* Et cùm Salomonem, sui successorem in Regnum constituisset, scribitur, quòd *universi Principes, & potentes*, (fk) *& cuncti filii Regis David dederunt manum, & subjecti fuerunt Salomoni Regi.* Azarias, filius Obed, propherans apud Judam, & Benjamio, eooservaodum Dei cultum, dicebat eis: (fl) *Vos ergo confortamini & non dissolvantur manus vestræ: erit enim merces operi vestro.* Ad Asam, Regam, qui cum Benadad Rage Syriæ fœdus inierat contra Baasa, Ragem Israël, dictum ast ab Hanani Prophetâ: (fm) *Quia habuisti fiduciam in Rege Syriæ, idcircò evasit Syriæ Regis exercitus de manu tua &c.* Postquam recensiti sunt Priocipes sub Josaphat, Rege Juda, subditur: (fn) *Hi omnes erant ad manum Regis, exceptis aliis, quos posuerat in urbibus muratis, in universo Juda*; erant scilicet ad nutum, & prompti ad omnia præcepta. Joram ragnante in Juda, (fo) *Lobna recessit, ne esset sub manu illius.* Quando Joas ad thronum Juda evectus ast à Leviris, & populo, dicitur, quòd *dederunt in manu ejus tenendam legem, & constituerunt eum Regem.* Ezechias, rastituto Dei cultu, ministris Templi dixit: (fp) *Implestis manus vestras Domino* (boc est, oleo sacro inunctas Deo consecrâstis), *accedite, & offerte victimas, & laudes in domo Domini.* Idemque Ezechias, invitans

1.Par. 4. 10.
(fd) Manus Domini invocata, ubi expl. text.
- 12, 17.
(fe) David iniquitatem in manibus non habens, ubi expl. text.
- 18, 17.
(ff) Filii David primi ad manum Regis, ubi expl. text.
- 28, 19.
(fg) Descriptio Templi à manu Domini ad David scripta.
- 29, 5.
(fh) Offerens pro Templo perficiendo manum impleat.
- - 12.
- - 14.
- - 16.
(fi) Deo à nobis data, de manu Dei sunt.
- - 24.
(fk) Omnes manum dantes Davidi Regem substituenti Salomonem.
2.Par. 15. 7.
(fl) Manus Juda, & Benjamin non dissolvendæ.
- 16. 7.
(fm) Copiæ Regis Syriæ non datæ in manum Asæ R. Juda.
- 17, 19.
(fn) Princeps ad manum Regis Josaphat, ubi expl. text.
- 21, 10.
(fo) Lobna subtrahens se de manu Joram R. Juda.
- 23, 11.
- 29. 31.
(fp) Manus ministrorum Templi impleta Domino, ubi expl. text.

2.Par. 30, 6.

invitans ad Phase omnem Israël, & Judam, dicebat eis per nuntios suos: *Filii Israël, revertimini ad Dominum Deum Abraham, & Isaac, & Israel:* (fq) *& revertetur ad reliquias, quæ effugerunt manum Regis Assyriorum. Nolite indurare cervices vestras, sicut Patres vestri:* (fr) *tradite manus Domino, & venite ad Sanctuarium ejus, quod sanctificavit in æternum.* (Ubi ly tradere manus Domino, idem est ac fœdus inire cum ipso.) Et notatur, quòd *in Juda facta est manus Domini, ut daret eis cor unum;* & immolatum est Phase, & *Sacerdotes suscipiebant* (fs) *effundendum sanguinem de manibus Levitarum, eò quòd multa turba sanctificata non esset &c.* Sub Josiâ pariter *immolatum est Phase:* (ft) *asperseruntq; Sacerdotes manu sua sanguinem &c.*

(fq) Ezechias invitans reliquias à manibus Assyriorum ad Phase.

- - 8.

(fr) Eosdem invitans ad tradendas manus Domino; ubi expl. text.

- - 12.

- - 16.

(fs) In Phase Ezechiæ sanguis de manu Levitarum susceptus à Sacerdotibus.

- 35, 11.

(ft) Sacerdotum manu sanguinem aspergentes in Phase sub Josiâ.

Cùm sub Cyro redirent è Babylone Judæi, ad instaurandam Jerusalem, & Templum, redditis ejusdem Templi vasis, universi, *qui* (fu) *erant in circuitu, adjuverunt manus eorum in vasis argenteis, & aureis, in substantia, & jumentis, in supellectili, exceptis his, quæ sponte obtulerant.* At in ædificatione urbis, (fx) *factum est, ut populus terræ impediret manus populi Juda, & turbaret eos in ædificando.* In decreto Darii Regis, de extruendo Templo, quod factum est, in confirmationem decreti Cyri Regis super eâdem re, hæc verba in fine leguntur: *Deus, qui habitare fecit nomen suum ibi, dissipet omnia Regna, & populum,* (fy) *qui extenderit manum suam, ut repugnet, & dissipet domum Dei illam, quæ est in Jerusalem.* Templum ergo reædificarunt, *& fecerunt* (Judæi) *solemnitatem azymorum septem diebus in lætitia, quoniam lætificaverat eos Dominus, & converterat cor Regis Assur ad eos,* (fz) *ut adjuvaret manus eorum in opere domûs Domini Dei Israel.* Et de Esdrâ scribitur, quòd (ga) *dedit ei Rex secundùm manum* (h. e. favorabilem protectionem) *Domini Dei ejus super eum, omnem petitionem ejus.* Et ita scribitur, quòd *in primo die mensis primi, cœpit ascendere de Babylone, & in primo die mensis quinti* (gb) *venit in Jerusalem, juxta manum Dei sui bonam super se.* Eique in decreto Artaxerxis Regis dictum est: (gc) *A facie Regis, & septem Consiliatorum ejus, missus es, ut visites Judæam, & Jerusalem in lege Dei tui, quæ est in manu tua. Tu autem Esdra secundùm sapientiam Dei tui, quæ est in* (gd) *manu tua, constitue Judices, & Præsides &c.* Idemque Esdras, hæc describens, Domino benedicit, & ait: (ge) *Ego confortatus manu Domini Dei mei, quæ erat in me, congregavi de Israel Principes, qui ascenderent mecum.* Cùm mitteret, ad quærendos Levitas, quos non habebat, dicit: (gf) *Adduxerunt nobis per manum Dei nostri bonam super nos virum doctissimum de filiis Moholi &c.* quod idem est ac dicere, favente Domino; Insuper dicit quòd auxilium contra inimicos non petiit à Rege, eidem dicens: *Manus Dei nostri fuit super omnes, qui quærunt eum in bonitate.* Item narrat, quòd appendit in manibus Sacerdotum vasa sacra pretiosa; & testatur: *Manus Dei nostri fuit super nos, & liberavit nos de manu inimici, & insidiatoris in via.* Et notat, quòd *manus Principum, & Magistratuum fuit in transgressione* matrimoniorum cum mulieribus alienigenis contractorum; unde expandens manus suas ad Dominum, confitebatur, quòd

1.Esdr. 1, 6.

(fu) Manus Judæorum adjutæ pro Templi instauratione.

- 4, 4.

(fx) Manus Judæorum impeditæ in instauratione Jerusalem.

- 6, 12.

(fy) Invocatio Dei contra extendentem manum contra Templum.

- - 22.

(fz) Rex Assyriæ adjuvans manus Judæorum pro Templo.

- 7, 6.

(ga) Idem dans Esdræ omnia secundum manum Dei; ubi expl. text.

- - 9.

(gb) Iter Esdræ, secundùm manum Dei bonam.

- - 14.

(gc) Lex Dei in manu Esdræ.

- - 25.

(gd) Ita & Sapientia Dei.

- - 28.

(ge) Idem manu Domini confortatus.

- 8, 18.

(gf) Per manum Dei bonam ad Esdram adductus vir doctissimus; ubi expl. text.

- - 22.

- - 26.

- - 31.

- 9, 2.

- - 5.

propter peccata Judæi traditi fuêre (gg) *in manum Regum terrarum, & in gladium, & in captivitatem &c.* Et tandem præcipiens, ut alienigenæ uxores dimitterentur, omnes ad hoc *dederunt* (gh) *manus suas*, h. e. consenserunt.

1.Esdr. 9, 7.

(gg) Judæi in manu Regum diversorum traditi propter peccata.

- 10, 19.

(gh) Manus ab omnibus datæ ad ejiciendas uxores alienigenas.

Nehemias item de Artaxerxe inquit; (gi) *Dedit mihi Rex juxta manum DEI bonam mecum;* h. e. juxta Domini favorem; ea scilicet, quæ petiit. Et quoad Magistratus Judæorum ait: (gk) *Indicavi eis manum Dei mei, quòd esset bona mecum, & verba Regis, quæ locutus est mihi;* hortabatur enim eos ad ædificationem urbis, adeoque dicebat: *Surgamus, & ædificemus; & confortatæ sunt manus eorum in bono.* Adversantibus autem, & timorem incutientibus finitimis gentibus, (gl) Judæi alterâ manu ædificabant, alterâ gladium tenebant; immò terrentibus Judæos gentium Ducibus, per comminationes, (gm) cùm cogitarent ex hoc, quòd cessarent manus eorum ab opere, & quiescerent; eandem ob causam *magis confortavi* (ait Nehemias) *manus meas.* Populus ad benedictionem Esdræ, datam Domino, respondit: Amen, (gn) elevans manus suas, & adorans Deum incurvatus, & pronus in terram. Et in fœdere cum Domino decretum est: (go) *Dimittemus annum septimum* (liberum scilicet, agros non colendo), *& exactionem universæ manûs* (hoc est, non repetemus debita). Contra vendentes, & negotiatores sabbato, Esdras ait: *Contestatus sum eos, & dixi eis: quare manetis ex adverso muri? si secundò hoc* (gp) *feceritis, manum mittam in vos.*

2.Esdr. 2, 8.

(gi) Nehemias recipiens omnia à Rege juxta manum Dei bonam; ubi expl. text.

- - 18.

(gk) Manus Dei bona cum Nehemia, unde confortabantur manus Judæorum.

- 4, 17.

(gl) Judæi alterâ manu ædificantes, alterâ gladium tenentes.

- 6, 9.

(gm) Manus Judæorum ad opus confortatæ ob gentium comminationes.

- 8, 6.

(gn) Judæi elevantes manus ad Dominum.

- 10, 31.

(go) Exactio manûs remittenda, ubi expl. text.

- 13, 21.

(gp) Esdras manum mittere in negotiatores sabbato minatus.

Tobias senior cæcus, (gq) *datâ manu puero, occurrit obviam filio suo*, Tobiæ juniori redeunti ex Mediâ. Et factus deinde videns, & benedicens Domino, inquiebat: (gr) (Domine) *non est, qui effugiat manum tuam.* Et ad Jerusalem, cujus prophetavit restitutionem, dicebat: *Jerusalem, civitas Dei, castigavit te Dominus* (gs) *in operibus manuum tuarum.* Bethulienses, obsessi ab Holoferne, protestabantur coram Oziâ, populi Principe: *Judicet Deus inter nos, & te, quoniam fecisti in nos mala, nolens loqui pacificè cum Assyriis; & propter* (gt) *hoc vendidit nos Deus in manibus eorum. Contestamur* (gu) *hodie cœlum, & terram, & Deum Patrum nostrorum, qui ulciscitur nos secundùm peccata nostra, ut jam tradatis civitatem in manu militiæ Holofernis, & sit finis noster brevis in ore gladii, qui longior fit in ariditate sitis.* Judith autem, à Domino petens virtutem evertendi Holofernem, dicebat: *Erit* (Domine) *hoc memoriale nominis tui,* (gx) *cùm manus fœminæ dejecerit eum.* Egressa verò ad ipsum Holofernem, ei narrabat de populo suo, quod præ fame impendere volebant, & consumere, (gy) *quæ nec manibus deberent contingere*, sancta scilicet, & oblata Deo; cúmque adderet, se à Deo scituram, quando vellet Deus tradere Judæos eidem, dixit ad illam Holofernes: (gz) *Benefecit Deus, qui misit te antè populum, ut des illum tu in manibus nostris.* Et alibi Judith asserebat, sibi non defecturum cibum allatum, donec faceret Deus in manu ipsius, quæ cogitaverat. Et tandem in manu ipsiusmet facta est victoria, (ha) cùm manu suâ caput Holoferni recidit; & populo

Tob. 11, 10.

(gq) Tobias senior cæcus, datâ manu puero ambulans.

- 13, 2.

(gr) Manus Domini non effugitur.

- - 11.

(gs) Jerusalem punita in operibus manuum suarum.

Judith 7, 15.

(gt) Bethulienses, ut venditi Assyriorum in manibus lamentantes.

- - 17.

(gu) Idem contestantes, ut urbs traderetur in manu Holofernis.

- 9, 15.

(gx) Judith manu suâ Holofernem dejicere tentans.

- 11, 12.

(gy) Eadem narrans Judæos concepturos, quæ nec manibus contingenda erant.

- - 20.

(gz) Eadem credita datum populum in manu Holofernis.

- 12, 4.

- 13, 7. &c.

(ha) Eadem caput Holoferni auferens.

populo suo monstravit. (Vid. *Judith.*) Cùm
Judith. 14, 13. autem Holofernes manè non appareret, Vegao,
(h b) Vagao plaudens manibus Holofernem à somno excitare volens.
ingressus cubiculum ejus, (h b) stans ente cortinam, plausum fecit manibus; et deinde cadaver demortui videns, exclamans flevit.
Laudans proinde Judith populus, ejebat, quòd
- 15, 12. propter servatam in viduitate castitatem manus
(h c) Manus Domini confortans Judith propter ejus castitatem.
(h c) Domini (h. e. favor, & gratia divina) confortavit eam.

Hortus, & nemus Assueri, in cujus vestibulo ille jussit, per septem dies parari celebre
Esth. 1, 5. convivium *Regio cultu, & manu consitum erat.*
Orans Esther, ad Dominum, cum periculum nationis Judææ interficiendæ imminueret, di-
- 14, 14. cebat: (h d) *Nos libera manu tuâ, & adjuva*
(h d) Esther petens, ut manu Dei liberarentur Judæi à malis.
me, nullum aliud auxilium habentem, nisi te, Domine, qui habes omnium scientiam &c. Libera nos de manu iniquorum, & erue me à ti-
- - 19. *more meo.* Et Mardochæus, eam urgens, ut ad Regem ingrederetur, populum suum li-
- 15, 2. beraturæ, ajebat: *Memorare - - - dierum humilitatis tuæ,* (h e) *quemodò nutrita sis in manu*
(h e) Eadem in manu Mardochæi nutrita.
meâ, quia Aman secundus à Rege locutus est contra nos in mortem.

Dæmon contra Job dicebat Domino:
Job. 1, 11. (h f) *Extende paululùm* (h. e. retrahe favorem; sive extende percutiens) *manum tuam, & tan-*
(h f) Dæmon petens, ut Deus manum in Job extenderet pertinentia.
ge cuncta, quæ possidet, nisi in faciem benedixerit (hoc est, maledixerit) *tibi.* *Dixit ergo Do-*
- - 12. *minus ad Satan: ecce universa,* (hg) *quæ habet,*
(h g) Deus permittens dæmoni, ut in manu suâ haberet ad Job pertinentia.
in manu suâ sunt: tantùm in eum ne extendas manum tuam; h. e. illum non lædes. At cum filios, & substantiam Job deperdidisset Satan, & patiens, omnia Job idem sustulisset, iterùm in-
- 2, 5. stitit coram Deo: (h h) *Mitte manum tuam, &*
(h h) Dæmon petens, ut Deus in ipsum Job manum mitteret.
tange os ejus, & carnem, & tunc videbis, quòd in faciem benedicat (h. e. maledicat) *tibi;* eique re-
- - 6. spondit Dominus: *Ecce, in manu tuâ est, verumtamen animam illius serva.* De Deo poni-
- 5, 12. tur, quòd ipse est, (h i) *qui dissipat cogitationes*
(h i) Deus dissipans cogitationes pravorum, ne manibus cogitata adimpleant.
malignorum, ne possint implere manus eorum, quod cœperant; item quòd salvum faciet *de manu violenti pauperem;* item quòd *percutit, & ma-*
- - 15.
- - 18. *nus ejus sanabunt;* & quòd *in fame eruet te de*
- - 20. *morte, & in bello de manu gladii.* Job, pariter
- 6, 9. conquerens, ajebat: *Quis det, ut - - - qui cæpit, ipse me conterat; solvat manum suam, & succidat me?* Et arguens amicos suos, qui eum
- - 23. dereliquerant, (h k) habet: *Numquid dixi*
(h k) Job non petens liberari de manibus hostis.
- - - - - - liberate me de manu hostis, & de manu robustorum eruite me? Et Baldad, reprehendens Jobum, quasi de impio sermone, eum hortabatur, ut Deum deprecaretur, & promittebat ei ab illo veniam,
- 8, 4. (h l) *etiamsi* (ajebat) *filii tui peccaverunt ei, &*
(h l) Baldad arguens Job, quasi filii ejus iniquitatem patrâssent, in cujus manu dimissi sunt.
dimisit eos in manu iniquitatis suæ. Et de varia hypocritarum spe disserere volens, eddit: *Numquid virere potest scirpus absque humore? aut crescere carectum sine aqua? Cùm adhuc sit*
- - 11. *in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas*
- - 12. *arescit: Sic viæ omnium, qui obliviscuntur*
- - 13. *Deum, & spes hypocritæ peribit.* Et Job super divinis, secum habitis, judiciis, inquit: *Non*
- 9, 33. *est,* (h m) *qui utrumque valeat arguere* (nem-
(h m) Nemo ponens manum propter se Deo, & Job; ubi expl. text.
pe Deum judicium exercentem in me) *& ponere manum suam in ambobus* (h. e. immiscere se in eodem judicio). A Deo item quærens afflictionis suæ causam Job, vult, ut sciat,
- 10, 7. *quia nihil impium fecerim* (ait), *cùm sit nemo, qui de manu tua possit eruere.* Eidemque dicit:
- - 8.
(h n) Manus Dei (h n) *Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt*

me totum in circuitu: & sic repente præcipitas fecerunt hominem.
me? Sophar autem ad Job, quem supponebat criminum reum, & hortabatur, ut resipisceret,
dicebat: (h u) *Tu firmâsti cor tuum, & expan-* Job. 11, 13.
disti ad eum (Deum scilicet) *manus tuas;* (hoc est, orasti supplex; cujus rei signum erat manuum expansio; sive etiam munificus coram eodem Domino fuisti; quod etiam per manuum expansionem, cùm scilicet quis dat, significari potest.) (h p) *Si iniquitatem, quæ est in* - - 14.
(h u) Deo expandens Job manus; ubi expl. text.
manu tua (nempè apud te) *abstuleris à te, &*
(h p) Iniquitas in manu Job supposita.
non manserit in Tabernaculo tuo, & injustitia;
tunc levare poteris faciem tuam absque macu- - - 15.
la &c. Et Job, Dei potentiam explicans,
habet: *Quis ignorat, quòd omnia hæc manus* - 12, 9.
Domini fecerit? In cujus manu omnia omnis - - 10.
viventis (est), *& spiritus universæ carnis hominis.* Ita à Deo quærit afflictionis suæ causam, dicens: (h q) *Quare lacero carnes meas* - 13, 14.
dentibus meis, & animam meam porto in manibus meis? (hoc est, vitam meam, facilè ab omnibus rapiendam expono?) & rogat:
(h q) Anima Job in manibus ejus; ubi expl. text.
(h r) *Manum tuam longè fac à me, & formido* - - 21.
tua non me terreat. (Domine). Eliphaz
(h r) Idem rogans Deum, ut manum suam longè faciat.
maledictiones impii, & hypocritæ ponit, de quo dicit, quòd *tetendit adversùs Deum ma-* - 15, 25.
num suam &c. & quòd *antequam dies ejus im-* - - 32.
pleantur, peribit, & manus ejus arescent.
Commendans autem Job se Deo, ei inquit:
Libera me, Domine, & pone me juxta te, & - 17, 3.
cujusvis manus pugnet contra me. Et ad amicos conversus ait: *Miseremini mei, miseremini* - 19, 21.
mei, saltem vos amici mei, quia (h s) *manus*
(h s) Job manu Dei tactus.
Domini tetigit me. Et Deum incomprehensibilem volens demonstrare, dicit: *Docebo vos* - 27, 11.
per manum Dei, quæ omnipotens habeat, ne abscondam; & de impio habet: *De manu ejus* - - 22.
(scilicet Dei punientis per urentem ventum) *fugiens fugiet;* (hoc est, velocissimè fugere tentabit.) *Stringet* (h t) *super eum* (impium) *manus* - - 23.
(h t) Impius percutiendus manibus plaudentibus.
suas (hoc est, manus percutiet simul plaudens unusquisque), *& sibilabit super illum, intuens locum ejus.* Ubi verò pristinam suam felicitatem memorat, notat, quòd tunc dicebat:
Gloria mea semper innovabitur, (h u) *& ar-* - 29, 20.
cus meus in manu mea instaurabitur; scilicet: potentia mea non minuetur. Et Dei misericordiam sperans, & exaltans, dicit: *Non ad*
(h u) Arcus in felicitatem Job instaurandus in manibus ejus; ubi expl. text.
consumptionem eorum (viventium scilicet) *emittis* (h x) *manum tuam* (puta afflictiones, & - 30, 24.
tribulationes;) *& si corruerint, ipse salvabis.*
(h x) Manus Domini non emissa ad consumptionem; ubi expl. text.
Et ut ab amicorum calumniis se purget, Deum innocentiæ suæ testem facit, inter cætera, *si* (inquit) *lætatus sum super multis divitiis meis,* - 31, 25.
& quia plurima reperit manus mea; itemque:
(Si) *lætatum est in abscondito cor meum,* (h y) - - 27.
& osculatus sum manum meam ore meo; hoc est, si adoravi alienos Deos; & alluditur ad morem idololatrarum adorantium solem, lunam &c. Eliu verò, alibi volens ostendere
(h y) Job protestans se non osculatum ore suo manum suam; ubi expl. text.
pietatem Deo non prodesse, sed eam exercenti, ponit: *Si justè egeris, quid donabis ei, aut* - 35, 7.
quid de manu tua accipiet? deque ipso DEO dicit, quòd *in manibus* (hoc est, apud se) - 36, 32.
abscondit lucem, & præcipit ei, ut rursùs adveniat; itemque quòd (h z) *in manu omnium hominum* - 37, 7.
(hoc est, apud omnes homines; non quidem, ut aliqui astruere hinc voluêre chiromantiam;
(h z) Deus in manu hominum opera eorum signat; ubi expl. text.
sed per divinam suam potentiam, quâ homines voluntate, & intellectu, liberoque ditavit arbitrio) *signat, ut noverint singuli opera sua;*

quæ

quâ in explicatione discedo à Tyrino, pro Ma-
nu hic intelligente divinam ipsam potentiam;
& sic manum Dei, non hominis; at quomo-
do non hominis, si *in manu omnium hominum?*
neque spernendum videtur, si dixeris, quòd,
cùm vitales, & mensales, mediæque lineæ à
chiromanticis consideratæ figuram *M*, faciant,
quæ littera initialis est mortis, relictâ chiro-
manticorum sese hallucinantium doctrina, in
manò appareat hominum suarum actionum re-
gula, *Mors*: at ad eruditionem hæc dicta sint.
Job, cognoscens se temerè locutum, DEO
Job. 39. 34. arguenti respondit: (i a) *Qui leviter locutus*
sum, respondere quid possum? manum meam po-
nam super os meum. Et postquam Deus osten-
dit eidem Job ex viribus, & robore Leviathan
- 40. 27. potentiam suam, ei inquit: (i b) *Pone super*
eum manum tuam; (sed, cum experientiam
hanc tangendi eum facere resolveris) *memen-*
to belli (imminentis); *nec ultra addas loqui.*

(i a) Job manum ponens super os suum.

(i b) Manus ponenda super Leviathan ad experiendam vim ejus; ubi expl. text.

In Psalmis (textibus iis prætermissis,
quos videndos in aliis dictionibus, ad easdem
ratione multiplicitatis illorum in hac ipsa di-
H. Psal. 10, 12. ctione remittimus) est; *Exurge Domine Deus,*
exaltetur manus tua: ne obliviscaris paupe-
- - 14. *rum. Vides* (Domine), (i c) *quoniam tu*
laborem, & dolorem consideras (cum nihil aliud
in impiis considerandum reperiatur): *ut tra-*
das eos in manus tuas; (hoc est, ut judices,
- 21, 18. & punias.) *Foderunt* (inimici mei, ait
David in persona Christi) *manûs meas, &*
- 27, 2. *pedes meos &c. Exaudi* (i d) *Domine vo-*
cem deprecationis meæ (ait David), *dum oro*
ad te, dum extollo manûs meas ad Templum
sanctum tuum. Die, ac nocte gravata est su-
- 31, 4. *per me manus tua* (Domine). *Cùm ceci-de-*
- 36, 24. *rit* (justus) *non collidetur: quia Dominus sup-*
- - 33. *ponit manum suam. Dominus non derelinquet*
eum (justum) *in manibus ejus* (peccatoris).
- 37, 2. *Domine, ne in furore tuo arguas me* (inquit Re-
- - 3. gius Psaltes) - - - - - - -, *quoniam* - - - -
- 43, 3. - - - *confirmasti super me manum tuam. Ma-*
nus tua (Domine) *gentes disperdidit, & plan-*
- - 21. *tasti eos. Si obliti sumus nomen Dei nostri,*
& si expandimus manûs nostras ad Deum alie-
- - 22. *num, nonne Deus requiret ista? Omnes gen-*
- 46, 2. *tes plaudite manibus, jubilate Deo in voce ex-*
- 48, 16. *ultationis. Deus redemet animam meam de*
- 54, 21. *manu inferi, cum acceperit me. Extendit*
- 57, 11. (Deus) *manum suam in retribuendo. Læta-*
bitur justus, cum viderit vindictam: manûs
- 62, 3. *suas lavabit in sanguine peccatoris. Benedi-*
cam te (Domine) *in vitâ meâ; & in nomine*
- - 11. *tuo levabo manus meas. Tradentur* (impii),
- 27, 32. *in manus gladii, partes vulpium erunt.* (i e)
Æthiopia præveniet manus ejus Deo; q. d. Æ-
thiopia alios præveniet, & cæterarum regionum
prima subdet se Christo, ut visum est in eu-
- 70, 4. nucho Reginæ Æthiopum Candacis. *Deus*
meus, eripe me de manu peccatoris, & de ma-
- 72, 24. *nu contra legem agentis, & iniqui. Tenuisti*
(Domine) (i f) *manum dexteram meam, &*
in voluntate tuâ deduxisti me, & cum gloriâ
- 73, 3. *suscepisti me. Leva manus tuas in* (i g) *su-*
perbias (hoc est, in mala opera, & jactatio-
nes) *eorum* (malorum videlicet) *in finem* (hoc
est, usque ad consumptionem.) *Ut quid aver-*
- - 11. *tis* (i h) (Domine) *manum tuam, & dexteram*
tuam (ab inimico, & adversario), *de medio*
sinu tuo (educens eam) *in finem?* (hoc est, in

(i c) Impii in manus Domini tradendi.

(i d) Invocatio Domini per manuum extollentiam ad Templum.

(i e) Æthiopia præveniet manus Deo; ubi expl. text.

(i f) Dominus manum hominis tenens.

(i g) Oratio ad Deum, ut manus suas levet ad impios; ubi expl. text.

(i h) Deus manum suam avertens ab inimico,

consummationem. *Calix in manu Domini vi-* H. Psal. 74, 9.
ni meri, plenus misto. (Vid. *Vinum.*) *Dormie-* - 75, 6.
runt somnum suum, & nihil invenerunt omnes
viri divitiarum in manibus suis. In die tribu- - 76, 3.
lationis meæ Deum exquisivi, (i i) *manibus*
meis (in orationem extensis) *nocte contra eum*
(hoc est, *versùs eum*; &, ut habetur ex Græ-
co: *coram eo.*) *Non sunt recordati* (Judæi) - 77, 42.
manûs ejus (Dei), *die, quâ redemit eos de ma-*
nu tribulantis (Pharaonis scilicet.) *Fiat ma-* - 79, 18.
nus tua (i k) (Domine) *super virum dexteræ*
tuæ (hoc est, ut alibi, quem suscitavit dextera
tua; virum fortitudinis tuæ, quem elegit dex
tera tua), *& super filium hominis, quem con-*
firmasti tibi. (Pro tali viro autem, & filio ho-
minis plures sacri expositores Christum intelli-
gunt ad liberandam Synagogam, & Ecclesiam
constituendam, & tutandam datum. *Manus* - 80, 7.
ejus (i l) (populi Israël) *in cophino servierunt.*
(Cùm scilicet in canistris deferrent lateres, &
terram, & paleas in Ægypto.) (i m) *Si po-* - - 14.
pulus meus audisset me (ait Dominus) - - - - - - 15.
- - - - *super tribulantes eos misissem manum*
meam. Itemque David apud Dominum con-
queritur, quod inter tribulationes relictus sit,
sicuti homo interfectus, & sicut ii, inquit,
qui, Domine, *de manu tuâ repulsi sunt,* (hoc - 87, 6.
est, omni sunt destituti auxilio); dicitque ad
eum: *Expandi ad te manus meas* (hoc est, - - 10.
oravi). *Firmetur manus tua, & exaltetur* - 88, 14.
dextera tua; & adducuntur divinæ promissio-
nes ipsi David factæ per ea verba à Domino
dicta, scilicet: *Manus mea auxiliabitur ei &c.* - - 22.
Ponam in mari manum ejus, & in fluminibus - - 26.
dexteram ejus. Quis est homo, qui vivet, & - - 49.
non videbit mortem: (i n) *eruet animam suam*
de manu inferi? hoc est, de morte. Ait pro-
inde David; qui ad virum, qui confidit in
Domino, loquens, habet: *In manibus* (An- - 90, 12.
geli Dei) *portabunt te, ne fortè offendas ad la-*
pidem pedem tuum. Insuper habet: *Aperiente* - 103, 28.
te (Domine) *manum tuam,* (i o) *omnia* (ani-
mantia) *replebuntur bonitate* (hoc est, bonis
alimentis.) *Elevavit* (Dominus) *manum suam*
super eos (Israëlitas), *ut prosterneret eos in de-*
serto. Tradidit eos in manus gentium: & do- - 105, 41.
minati sunt eorum, qui oderunt eos; & tribula- - - 41.
verunt eos inimici eorum, & humiliati sunt sub - - 42.
manibus eorum. Adjuva me, Domine Deus - 108, 26.
meus - - - - - -, *& sciant omnes, quia ma-* - - 27.
nus tua hæc: & tu Domine fecisti eam. Simu- - 113, 7.
lacra gentium - - - - *manus habent, & non*
palpabunt. Levavi manus meas ad mandata - 118, 48.
tua (Domine), *quæ dilexi. Manûs tuæ fe-* - - 73.
cerunt me, & plasmaverunt me. Anima mea - - 109.
in manibus meis semper; hoc est, semper paratus
sum, quotidie in periculis versans. *Fiat ma-* - - 173.
nus tua, ut salvet me, quoniam mandata tua
elegi. Dominus (i p) *protectio tua* (Israël) - 120, 5.
super manum dexteram tuam. At quæ prote-
ctio est super dexteram? umbraculum, quòd
manu supra caput extenditur ad calorem solis
avertendum; sic ergo dicitur, quòd Deus
hominem, & Israël protegit, sicut umbracu-
lum. Unde textus intelligitur quid sonet.
Ita in Psalmis habetur: *Labores manuum* - 127, 2.
suarum, quia manducabis; beatus es, &
bene tibi erit. Fiant sicut fœnum tectorum - 128, 6.
(peccatores) - - - - - - -, *de quo non imple-* - - 7.
vit manum suam, qui metit, & sinum suum
qui manipulos colligit. In noctibus extollite - 133, 2.

(i i) Manus extentæ ad Deum in tribulatione.

(i k) Manus Domini facienda super virum dexteræ ejus; ubi expl. text.

(i l) Manus Judæorum in cophino servientes; ubi expl. text.

(i m) Dominus missurus manum in tribulantes populum suum.

(i n) Nullus eruet animam suam de manu inferi.

(i o) Aperiente manum Domino, animantia bonitate replentur; ubi expl. text.

(i p) Dominus protectio super manum dexteram hominis; cum expl. text.

manús vestras in sancta (hoc est, orate). *Et benedicite Dominum.*

Psal. 137. 7.
(iq) Dominus iratus, et super iram inimicorum manum extendat.

Super (iq) *iram inimicorum meorum extendisti manum tuam* (Domine), *Et salvum me fecit dextera tua.*

- 138. 5.
(ir) Dominus ponens manum suam super aliquem, cum expl. text.

Tu formasti me (Domine), (ir) *Et posuisti super me manum tuam* (hoc est, protexisti, duxisti, docuisti &c.). Et subsequenter ait Regius Psaltes, quòd non potest homo faciem Dei fugere, quocunque aufugiat se abscondens; *etenim*

- - 10.
(is) Dominus manu suâ deducens homines; ubi expl. text.

(is) *illuc* (ait ad Dominum) *manus tua deducet me; Et tenebit me dextera tua*, q. d. quocunque ibo, illuc, Deo portante, ibo; Deo, & Dei auxilio me ducente, me tenente; quapropter non est locus fugiendi à DEI facie, cui omnia nota sunt loca; & ipse idem est, qui præsidium nobis præstans, in ea nos adducit.

- 140. 5. Ita ponitur: *In factis manuum*
- - 6. *tuarum* (Domine) *meditabar: Expandi ad te*
- 143. 1. *manûs meas. Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manûs meas ad prælium, Et digitos*
- - 7. *meos ad bellum.* *Emitte* (it) (Domine)

(it) Oratio ad Deum, ut manu suâ eripiat a malo.

manum tuam de alto, eripe me, Et libera me de aquis multis (tribulationum), *de manu filiorum*
- - 11. *alienorum. Erue me de manu filiorum alie-*
- 144. 16. *norum. Aperis tu manum tuam* (Domine),
- 149. 6. *Et imples omne animal benedictione. Gladii ancipites in manibus eorum* (Sanctorum videlicet in gloriâ).

Prov. 1. 24.

In Proverbiis conqueritur Sapientia dicens: (iu) *Vocavi, Et renuistis: extendi manum meam, Et non fuit, qui aspiceret.*

- 6. 1.
(iu) Manum suam defigit, qui pro amico spondet; ubi expl. text.

Item habetur: *Fili mi, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum* (legit Hebræus: *percussisti*, quòd fit in sponsione danda) *manum*
- - 3. *tuam Etc.* (ix) *Incidisti in manum proximi*

(ix) Et in manum proximi incidit.

tui; unde ei dicitur: *Fac ergo quod dico, fili mi, Et temetipsum libera: quia incidisti in manum proximi tui: discurre, festina, suscita amicum tuum.*
- - 4. *Ne dederis somnum oculis tuis,*
- - 5. *nec dormitent palpebræ tuæ. Eruere, quasi damula de manu, Et quasi avis de manu aucu-*
- - 10. *pis. Paululùm dormies* (ô piger) *paulu-*
- - 11. *lùm dormitabis*, (iy) *paululùm conseres manus, ut dormias: Et veniet tibi, quasi viator egestas, Et pauperies, quasi vir armatus.*

(iy) Manûs conserenti egestas adest.

Inter ea, quæ odit Dominus, habemus *manûs*
- - 17. *effundentes innoxium sanguinem.* Item est:
- 10. 4. *Egestatem operata est manus remissa: manus*
- 11, 21. *autem fortium divitias parat. Manus in manu* (supple, quamvis sit, hoc est: quamvis nihil agat; juxta illud Italicum: (iz) *Stare colle mani in mano*, pro otiari), *non erit innocens malus.*

(iz) Manus in manu, adhuc patit malum; ubi expl. text.

- 12, 14. *De fructu oris sui unusquisque replebitur bonis, Et juxta opera manuum suarum retribuetur ei.*
- - 24. *Manus fortium dominabitur: quæ autem remissa est, tributis serviet.*
- 13, 11. *Substantia festinata minuetur; quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur.*
- 14. 1. *Sapiens mulier ædificat domum suam: insipiens extructam quoque manibus destruet.*
- 16. 5. *Abominatio Domini est omnis arrogans:* (ka) *etiamsi manus ad manum* (quod idem est, ac *manus in manu*, quod explicuimus nuper Prov. 11, 21.) *fuerit, non est innocens.*

(ka) Manus ad manum innocentem non facit; ubi expl. text.

- 17, 18. *Stultus homo plaudet manibus, cùm spoponderit pro*
- 18, 21. *amico suo. Mors, Et vita in manu linguæ,*
- 21, 25. *qui diligunt eam, comedent fructus ejus. Desideria occidunt pigrum: noluerunt enim quic-*
- 22, 26. *quam manus ejus operari. Noli esse cum his,*

(kb) *qui defigunt manus suas* (hoc est, qui faciles sunt in spondendo, quod fit cum alteri manum præbemus in sponsionis signum), *Et qui vades se offerunt pro debitis.*

(kb) Cave à defigentibus manûs, ubi expl. text.

Prov. 24. 33 *Parum dormies* (piger), *modicum dormitabis, pauxillum manum conseres, ut quiescas.*
- 26, 9. *Quomodo si spina nascatur in manu temulenti: sic parabola in ore stultorum.*
- - 15. *Abscondit piger* (kc) *manum sub ascellâ suâ, Et laborat, si ad os suum eam converterit.*

(kc) Pigri manus abscondita sub ascella.

Et dum incomprehensibilia Dei opera notantur, interrogatur:
- 30, 4. *Quis continuit spiritum in manibus suis?* (Vid. *Spiritus*).
- - 32. *Est qui stultus apparuit, postquam elevatus est in sublime: si enim* (kd) *intellexisset, ori suo imposuisset manum.*

(kd) Sapiens elevatus manum ori suo imponit.

- 31, 13. De muliere forti dictum est, quod *quæsivit lanam, Et linum, Et operata est consilio manuum suarum.*
- - 16. *De fructu manuum suarum plantavit vineam.*
- - 19. *Manum suam misit ad fortia, Et digiti ejus apprehenderunt fusum.*
- - 20. *Manum suam aperuit inopi, Et palmas suas extendit ad pauperem*; unde concluditur:
- - 31. (ke) *Date ei de fructu manuum suarum, Et laudent eam in portis opera ejus.*

(ke) Mulieri fortis dandum est de fructu manuum suarum.

Eccle. 2. 24. Ecclesiastes ait: (kf) *Nonne meliùs est comedere, Et bibere, Et ostendere animæ suæ bona de laboribus suis? Et hoc de manu DEI est*; q. d. meliùs est frui datis nobis à Deo, quàm avare illa alteri recondere; de manu enim Dei est, & naturalis prudentiæ sibi ipsi succurrere primò, & charitas ordinata est: & ita quidem plerique expositores interpretantur.

(kf) Frui bonis de manu Dei est; ubi expl. text.

- 7. 19. Item inquit: *Bonum est sustentare justum, sed Et ab illo ne subtrahas manum tuam: quia qui timet Deum, nihil negligit.*
- 9, 10. *Quodcunque facere potest* (kg) *manus tua, instanter operare:* (in vitâ scilicet tuâ, quæ brevis est); *quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas.* Reliquos textus vide in dictionibus infrà citandis.

(kg) Manus operetur instanter; ubi expl. text.

Cant. 5. 4. In Canticis canticorum habet mystica Sponsa, dum ipsa in lecto esset: (kh) *Dilectus meus misit manum suam per foramen* (ostii scilicet, ut habetur ex contextu, ut aperiret, pessulúmque retraheret) *Et venter meus intremuit ad tactum ejus.*

(kh) Manus Sponsi myst. per foramen immissa.

- - 5. *Surrexi, ut aperirem dilecto meo:* (kl) *manus meæ stillaverunt myrrham, Et digiti mei pleni myrrhâ probatissimâ*, (quâ scilicet, litteraliter explicando, manûs suas, seque perfuderat. (Vid. *Myrrha.*) Et describens Sponsi sui manus, ait:

(kl) Manus Sponsæ myst. distillantes myrrham.

- - 14. (km) *Manûs illius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis.*

(km) Sponsi myst. manûs tornatiles &c.

- 7. 1. Ejusdem autem Sponsæ mysticus Sponsus pulchritudinem exponens, inquit: (kn) *Junctura femorum tuorum, sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis.*

(kn) Monilibus similes manu artificis fabricatis junctura femorum Sponsæ myst.

Sapient. 14. 8. In libro Sapientiæ cùm scribatur, quòd benedictum est lignum, per quod fit justitia, subditur: (ko) *Per manus autem quod fit idolum, maledictum est Et ipsum, Et qui fecit illud.* Reliqua verò loca libri hujus, hanc vocem habentia, in aliquibus ex dictionibus, quæ infra citabuntur, sunt.

(ko) Idolum manibus factum maledictum &c.

Eccli. 2. 14. In Ecclesiastico habemus: *Væ duplici corde, Et labiis scelestis, Et manibus malefacientibus Etc.*
- - 21. *Qui timent Dominum - - - - -*
- - 22. *patientiam habebunt, usque ad inspectionem illius, dicentes:* (kp) *Si pœnitentiam non egerimus, incidimus in manûs Domini, Et non in manûs hominum.*

(kp) Non agentes pœnitentiam in manûs Domini incidunt.

Eccli. 4, 9. hominum. Liberu eum, qui injuriam patitur
de manu superbi, & non acidè feras in anima
- - 11. tua. Si oberraverit (homo à sapientiâ), dereliaquet
eum (Deus), & tradet eum in manus
- - 36. inimici sui. Non sit porrectu manus tau
- 5, 14. ad accipiendum, & ad dandum collectu. Si est
tibi intellectus, responde proximo: sin autem, sit
- 8, 1. manus tua super os tuum. Non litiges cum
homine potente, ne fortè incidas in manus illius.
- 12, 19. Caput suum movebit (ioimicus homo,
cum alteri mala succurrerint, simulans amicitiam),
(kq) Inimicus manu plaudet in alterius infortunio. & (kq) plaudet manu, & multa susurrans
commutabit vultum suum. Humiliare
Deo, & expecta manus ejus. Apposuit (Deus)
- 15, 9. tibi (ô homo) aquam, & ignem: ad quod
- 15, 17. volueris, porrige manum tuam. Compedes in
- 21, 22. pedibus stulto doctrina, & quasi vincula manuum
super manum dextram. De stercore
- 22, 2. boum lapidatus est piger: & omnis, qui sustigeris
eum, excutiet manus. Si non ambulaverit
- 25, 35. (mulier) ad manum tuam, confundet te in
- 27, 20. conspectu inimicorum. Sicut qui dimittit avem
de manu sua, sic (homo amicos telinquens)
dereliquisti proximum tuum, & non eum
- 29, 1. capies. Qui praevalet manu (subveniens proximo
- - 5. suo), mandata servat. (kr) Donec
(kr) Accipiens osculatur manum dantis. accipiant, (multi) osculantur manus dantis,
& in promissionibus humiliant vocem suam.
Notatur præterea apud Ecclesiasticum miseria
vitæ peregrinantis de domo in domum,
- - 30. aui sæpè dicitur: (ks) Transi hospes, & orna
(ks) Cautio hospitis, ut de iis, quæ habet in manu cæteros cibet; ubi expl. text. mensam: & quæ in manu habes, ciba cæteros;
q. d. citò te expedias, ut reliquis detur locus
&c. Iosupar apud eundam ast: Ne extendas
- 31, 16. (in convivio) manum tuam prior, &
- - 21. invidia contaminatus erubescas &c. Si in medio
multorum sedisti, prior illis ne extendas manum
- 33, 13. suam, nec prior poscas bibere. Quasi lutum
figuli in manu ipsius, plasmare illud, & disponere:
- - 14. omnes viæ ejus secundùm dispositionem
ejus; sic homo in manu illius, qui se fecit,
- - 20. & reddet illi secundùm judicium suum. Melius
est, ut filii tui te rogent, quàm te respicere
- - 26. in manus filiorum tuorum. Laxa manus illi
- 36, 3. (servo), & quæret libertatem. Allevu
(Domina) manum tuam super gentes alienas,
- - 7. ut videant potentiam tuam - - - - Glorifica
- 38, 10. manum, & brachium dextrum. (Fili) averte
à delicto, & dirige manus, & ab omni delicto
- - 13. manda cor tuum. Est tempus, quando
in manus illorum (medicorum) incurras.
- - 15. Qui delinquit in conspectu ejus, qui fecit eum,
- - 35. incidet in manus Medici. Omnes hi (artifices
nempe nominati ibi, & anumerati)
(kt) Artifices in manibus suis sperantes. (kt) in manibus suis speraverunt, & unusquisque
in arte sua sapiens est. In aperiendo
- 40, 14. manus suas lætabitur (iniquus): sic prævaricatores
- 42, 7. in consummatione tabescent. Ubi manus
multæ sunt, claude; & quodcunque trades,
- 43, 13. numera, & appende. (ku) Gyravit
(ku) Manus excelsi aperientes iridem. cælum (arcus, seu iris) in circuitu gloriæ
suæ, manus excelsi aperuerunt illum. Com-
- 45, 18. plevit Moyses manus ejus (Aaron scilicet), &
- 46, 9. unxit illum oleo sancto. Quam gloriam adeptus
(kx) Gloria Josue in tollendo manus suas. est (Jesus Nave) (kx) in tollendo manus
suas, & jactando contra civitates Rhomphæas?
- 47, 5. In tollendo manum (David), saxo
- 48, 20. fundæ dejecit exultationem Goliæ. In diebus
(ky) Rabsaces manus movens in Judæos. ipsius (Ezechiæ Regis Juda) (ky) ascendit
Sennacherib, & misit Rabsacen, & sustulit

manum suam contra illos, & extulit manum
suam in Sion, & superbus factus est potentiâ
Eccli. 48, 21. suâ. Tunc (kz) mota sunt corda, & manus
(kz) Judæorum manus mota, & ad Deum elata. ipsorum: & doluerunt (Judæi scilicet) quasi
parturientes mulieres. Et invocaverunt Do-
- - 22. minum misericordem, & expandentes manus
suas, extulerunt ad cælum, & Sanctus Dominus
Deus audivit citò vocem ipsorum. Non est
- - 25. commemoratus peccatorum illorum, neque dedit
illos inimicis suis, sed (la) purgavit eos in
(la) Iidem purgati sub manu Isaiæ; ubi expl. text. manu (hoc ast, sub directione) Isaiæ sancti
Prophetæ. (Siva juxta id, quod Isaias
- 49, 13. prophetaverat). Quomodo amplificemus Zorobabel?
(lb) Zorobabel ut signum in manu dextera; ubi expl. text. nam & ipse quasi (lb) signum in
dexterâ manu (hoc ast, notabila, & memorabile;
solent enim plures, & hoc facilè apud
Oriantales solemne fuit, cùm aliquid sibi
memoriâ excidera timent, signum in illius
racordationem in daxterâ manu apponera: at
alii sic explicant, quòd, scilicet, Zorobabel
fuit Domino gratus, & charus, & sic custoditus,
sicuti custodiri solet annulus signatorius
in dexterâ manu.) Et da Onia scribitur,
- 50, 22. quòd (lc) Manus suas extulit in
(lc) Onias manus suas extollens. omnem congregationem filiorum Israel dare gloriam
Deo a labiis suis, & in nomine ipsius gloriari.
- 51, 1. Jesus, filius Sirach, orans, confitebatur
Domino: Liberasti me - - - - - - de
manibus quærentium animam meam &c.
- - 12. Erant sustinentes te, Domine, & liberas eos de
- - 26. manibus gentium: Insuper ait: (ld) Manus
(ld) Jesus item filius Sirach manus in altum extendens; ubi expl. text. meas extendi in altum, & insipientiam ejus
(sapientiæ vidalicet, q. d. & quòd ego ignoraram
ipsam sapientiam) luxi. Reliqua
in dictionibus infrà citandis loca videnda
sunt.

Rejiciens Dominus apud Isaiam Judæorum,
prout iniquorum, victimas, & solemnitates,
Isai. 1, 12. inducitur dicens: (le) Cùm veniretis
(le) Oblationes de manibus Judæorum, sanguine plenis, rejicit. ante conspectum meum, quis quæsivit hæc
(holocausta, oblationes &c.) de manibus vestris,
ut ambularetis in atriis meis? - - - - -
- - 15. - - - - - Cùm extenderitis manus vestras
(orando videlicet), avertam oculos meos à
vobis, & cùm multiplicaveritis orationem, non
exaudiam: manûs enim vestræ sanguine plenæ
sunt. Hinc contra populum Judæum ast ab
- - 25. eodem Domino: (lf) Convertam manum meam
(lf) Manus Domini contra Judæos convertenda. ad te, & excoquam ad purum scoriam tuam, &
auferam omne stannum tuum. Et alibi
- 5, 25. ait Prophata: Iratus est furor Domini in populum
(lg) Manus Domini extenta super Judæos; ubi expl. text. suum, & extendit (lg) manum suam super
eum, & percussit eum: & conturbati sunt
montes, & facta sunt morticina eorum, quasi
stercus in medio platearum. In his omnibus
non est aversus furor ejus, sed adhuc manus
ejus extenta; hæc phrasis: sed adhuc manus
ejus, id est, Domini, extenta, sæpè habetur;
quòd idem ast, ac dicere, sed nondum pacatus
est Dominus; sed adhuc ira divina non
expleta ast: sed adhuc supersunt immittendæ
castigationes: sad non adhuc satis castigatum
est &c. quòd innuere visum est, ut statim percipiantur
bujusmodi textus, qui ponuntur,
quoties da irâ Dei sermo ast in impios, pro
quorum culpis castigatio non lavis raquiritur.
- 10, 32. De Assyrio prædicitur, quòd stans in Nobè
(lh) Assyrius manum agitans contra Jerusalem; ubi expl. text. (lh) agitabit manum suam (gestum comminationis
faciendo) super montem filiæ

Sion, collem Jerusalem; & infrà apponitur, quòd à Domino confringetur. Pro vaticinio nativitatis Christi, ut omnia tuta fore noren-
Isai. 11, 8. tur, inter reliqua dicitur: *Delectabitur infans*
(l i) Securitas designata in immittente manum in cavernam reguli. *ab ubere super foramine aspidis:* (l i) *& in cavernâ reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet.* Onus Babylonis explicaturus Isaias,
- 13, 2. clamat (l k) *Super montem caliginosum levate*
(l k) Levandæ manus contra Babylonem, cujus manus dissolventur. *signum, exaltate vocem, levate manum* (Medi, qui eam erant destructuri, q. d. cùm clamore armati aggrediantur), *& ingrediantur*
- - 7. *portas Duces - - - - - propter hoc omnes manus dissolventur, & omne cor hominis contabescet.*
- 14, 26. *Hoc consilium* (ait Dominus), *quod cogitavi super omnem terram, & hæc est manus extensa*
- - 27. *super universas gentes: Dominus* (l l) *enim*
(l l) Manus Domini extensa super universas. (subdit Propheta) *exercituum decrevit, & quis poterit infirmare? & manus ejus extensa, & quis avertet eam?* Prædicitur in die castigationis reversurus populus Judæus à viâ malâ,
- 17, 7. unde habetur: *In die illâ inclinabitur homo ad factorem suum, & oculi ejus ad Sanctum Israel respicient:* (l m) *& non inclinabitur ad altaria,*
(l m) Judæi non inclinandi ad altaria facta manibus eorum; ubi expl. text. *quæ fecerunt manûs ejus*; nempe: idololatrica. Item prædictio est à Domino: *Tradam Ægyptum in manu Dominorum crudelium &c.*
- 19, 4. *In*
- - 16. *die illâ erit Ægyptus quasi mulieres, & stupebunt, & timebunt* (l n) *à facie commotionis*
(l n) Ægyptii timentes à commotione manûs Domini. *manûs Domini exercituum, quam ipse movebit super eam.* Et pro felicitate, à Deo præstandâ
- 25, 10. populo Israël in monte Sion, ponitur: (l o) *Re-*
(l o) Manus Domini requietura in monte Sion. *quiescet manus Domini in monte isto: & triturabitur Moab sub eo, sicuti teruntur palea in*
- - 11. *plaustro; & extendet* (l p) *manûs suas sub eo,*
(l p) Manus Domini extendenda contra Moab, cum allisione manuum ejus. *sicut extendit natans ad natandum: & humiliabit gloriam ejus, cum allisione manuum ejus.* In cantico gratiarum actionis, per Isaiam allato,
- 26, 11. est ad Dominum: Domine *exaltetur manus tua, & (impii) non videant* (gloriam tuam.) Gloria Ephraim, seu Israël repræsentatur futu-
- 28, 4. ra, (l q) *quasi temporaneum, ante maturitatem*
(l q) Temporaneum, vix manibus habitum, devoratum. *autumni, quod cum aspexerit videns, statim ut manu tenuerit, devorabit illud.* Contra Judæos, qui ad Ægyptios profugerant, in iis confidentes, dicitur quòd Ægyptus non pote-
- 31, 3. rat Deo resistere, unde additur: (l r) *Dominus*
(l r) Dominus manum suam inclinaturus super Judæos. *inclinabit manum suam, & corruet auxiliator; & cadet, cui præstatur auxilium, simulque omnes consumentur.* Quin etiam prædicitur Judæis liberatio ab Assur, & quòd tunc erit, quando
- - 7. *in die illâ abjiciet vir idola* (l s) *argenti sui, &*
(l s) Idola manibus facta in peccatum. *idola auri sui, quæ fecerunt* (ait Dominus) *vobis manus vestra in peccatum.* Rabsaces,
- 36, 21. &c. nomine Regis Assyriorum, blasphemè jactabat, Deum non liberaturum de manu Assyriorum Jerusalem &c. (Vid. *Rabsaces*); &
- 37, 20. Ezechias Rex orabat Dominum, ut de manu
(l t) Ezechias orans, ut de manu Assur liberetur. (l t) eorum erueretur; unde ultio divina Sennacherib Assur Regi denuntiata est, qui exprobraverat Domino *in manu servorum* suo-
- - 24. rum; & eorum civitatum habitatores, *breviata*
- - 27.
- 38, 6. *manu*, confundendi prædicti sunt; promittente Domino Ezechiæ liberationem de manu Assyriorum Regis. Ubi autem de consolatione, & salute Jerusalem agitur, dicit Pro-
- 40, 2. pheta, quòd Jerusalem ipsa (l u) *suscepit de*
(l u) Jerusalem duplicia de manu Domini sumens; ubi expl. text. *manu Domini duplicia* (pœnas scilicet multiplices, quibus mundaretur) *pro omnibus peccatis suis.* Judaicum populum confortans,
- 41, 13. Dominus inquit: (l x) *Ego Dominus Deus tuus,*
(l x) Deus manûs Isr. apprehendens. *apprehendens manum tuam, dicénsque tibi: ne timeas, ego adjuvi te*; protestaturque se beneficiis omnes repleturum, (l y) *ut videant, &*
Isa. 41, 20. *sciant, & recogitent* (in mirabilibus scilicet di-
(l y) Manus Domini cognoscenda in beneficiis. vinæ potentiæ), *& intelligant pariter, quia manus Domini fecit hoc, & Sanctus Israel creavit illud.* Sic apud Prophetam adducitur Pater, complacens sibi in filio, cui dicit:
- 42, 6. (l z) *Ego Dominus vocavi te in justitia, & ap-*
(l z) Pater manum filii apprehendens. *prehendi manum tuam, & servavi te &c.* Quæ verba applicari etiam possunt ut à Deo dicta populo electo. Cum autem describitur futura Ecclesiæ felicitas, & multiplicatio notatur, quòd varii populi variarum nationum ad eam
- 44, 5. venient, quorum *iste dicet: Domini ego sum: & ille vocabit in nomine Jacob:* (m a) *& hic*
(m a) Manus populorum scriptura: Domino; ubi expl. text. *scribet manu suâ, Domino: & in nomine Israel assimilabitur*, hoc est, apparebit unusquisque similis, & idem ac, electus populus: scribere verò manu suâ Domino, est se Domino mancipari per publicum chirographum. Et Dominus, attestans omnipotentiam suam, ex ope-
- 45, 12. ribus suis, dicit: *Manus meæ tetenderunt cælos, & omni militiæ eorum mandavi.* Cùmque
- 47, 6. asserat, Chaldæis dedisse in manu eorum populum suum, ex sceleribus ejus, iratus, illos
- - 14. ait non liberaturos animam suam *de manu*
- 48, 13. *flammæ.* Iterùmque de se inquit: (m b) *Ma-*
(m b) Manus Domini fundatrix terræ. *nus mea fundavit terram, & dextera mea mensa est cælos: ego vocabo eos, & stabunt simul.*
- 49, 16. Et ad Sion protestatur: (m c) *Ecce, in manibus*
(m c) Sion in manibus Dei descripta, ubi expl. text. *meis descripsi te* (nunquam scilicet obliturus). Cùm verò Synagoga iniquitates multiplicâsset, unde afflictionibus contrita est, subdit alibi
- 50, 11. Dominus: *De manu meâ factum est hoc vobis, in doloribus dormietis.* Et in ruinâ Jerusalem
- 51, 18. dicitur: (m d) *Non est, qui apprehendat manum*
(m d) Manus Jerusalem non apprehensa, ubi expl. text. *ejus* (hoc est, sublevet, & sustentet) *ex omnibus filiis, quos enutrivit.* Ille beatus vir deprædicatur, qui erit (m e) *custodiens manus*
- 56, 2. *suas, ne faciat omne malum.* Confortantur
(m e) Beatus manûs custodiens à malo. proinde Judæi, cùm eis dicatur: (m f) *Ecce,*
- 59, 1. *non est abbreviata manus Domini, ut salvare*
(m f) Manus Domini non abbreviata. *nequeat, neque aggravata est auris ejus, ut non exaudiat.* Et felicitatem futuram Sion
- 62, 3. Isaias describens, dicit: (m g) *Et eris corona*
(m g) Sion futura corona gloriæ &c. in manu Domini. *gloriæ in manu Domini, & diadema Regni in manu Dei tui.* Conqueritur apud eundem
- 65, 2. Prophetam Dominus, dicens: (m h) *Expandi*
(m h) Manus Domini expansæ ad populum malum; ubi expl. text. *manus meas totâ die ad populum incredulum,* (hoc est, auxilium porrexi, & præbui), *qui graditur in via non bona post cogitationes suas.*
- 66, 2. Cùmque Dominus dicat, quòd (m i) manus ejus
(m i) Manus Domini cælum & terram fecerunt. cælum, terramque fecerit, ad pauperculum, contritum spiritu, & trementem sermones suos, se respecturum ait. Et hæc ex Isaiæ libro.

Ex Jeremiâ est ejusdem attestatio, nempe
Jerem. 1, 9. quòd (m k) *misit Dominus manum suam, & tetigit*
(m k) Manus Domini tangens os Jeremiæ. *os ejus*, dans ei in ore ejus verba sua. Et ad denotandum mœrorem futurum in populo Judæo
- 2, 37. ei dicitur: (m l) *Manus tuæ erunt super caput*
(m l) Manus Judæorum super caput eorum, ubi expl. text. *tuum.* Soliti enim erant Orientales; & adhuc aliquandò videmus apud Occidentales populos; in signum magnæ tristitiæ manûs sibi super caput apponere. Sic contritio Sion
- 4, 31. describitur, per similitudinem (m m) *intermorientis, & expandentis manûs suas*, quem ge-
(m m) Contritio Sion expandendentis manûs suas; ubi expl. text. stum deficientes viribus, quasi auxilium invocando, faciunt. Ubi prædicitur futura Jerusalem calamitas, ac vastitas ab Assyriis, dicitur,

Jerem. 6, 3. (m n) Duces Chaldæi circà Jerusalem pascent, qui sub manu eorum sunt.

dicitur, quòd circa eam (m n) *pascet unusquisque* (Dux scilicet Assyriorum, Chaldæorum &c.) *eos, qui sub manu sua sunt.* (Milites nempè suo subjectos imperio. Hinc à Domino excitatur Cheldæus: *Converte manum tuam, quasi vindemiator ad cartallum*; & minatur idem Dominns: (m o) *Extendam manum meam super habitantes terram &c.* unde Judæi omnes deflebunt, & fatebuntur, quòd ed famam hostium *dissoluta sunt manûs suæ.* Contre vitos Anathoth dicentes Jeremiæ: (m p) *Non morieris in manibus nostris*; q.d. debimus te in manus inimicorum, comminatio à Domino est. Ipse eutem Propheta, Domino se commendans, ei dicebet: *Gloriatus sum à facie manus tua*, hoc est, familiaritate tuâ, ad quam me edmisisti. Idem Dominus dicit, (m q) se Judæis ostensurum maoum, & virtutem suam. Jeremias, iterùm ed Dominum orans contra persecutores suos, dicebat: *Dedue eos in manus gladii*; comprehensusque à Sacerdotibus, & Prophetis, ejebat: *Ecce, in manibus vestris sum: facite mihi quod bonum, & rectum est in oculis vestris*; & manus (m r) Ahicam dicitur fuisse cum Jeremiâ, ne trederetur in manus populi. Et Sedecias Rex Principibus suis tradidit eum, dicens: *Ecce, ipse in manibus vestris est*; et posteà juravit, se non traditurum Jeremiam in manum illorum; quærebat enim enimam illius, prophetantis, Jerusalem dandam esse in manus Chaldæorum; sicuti & Regem non effugiturum manus illorum; à quibus liberandum prædixit esse Abimelech Æthiopem. Reprehenduntur Judæi, quòd manibus suis idololatriam impleverint, hoc est, perfecerint; unde consumendi prædicuntur. De Moeb prænuntiatur, quòd ellidetur manus ejus à Domino, & quòd erit *in cunctis manibus colligatio.* Et contra Babylonem est: (m s) *Clamate adversus eam: ubiq. dedit manum &c.* hoc est, victa est; sic enim menum porrigere victori solebat victus. Et dissolutæ (m t) dicuntur manus Regis Babylonia.

- - 9.
- - 12.
(m o) Deus manum suam extendet in manam super terram.
- - 24.
- 11, 21.
(m p) Anathothitæ minantes Jeremiæ traditionem in manûs inimicorum.
- 15, 17.
- 16, 21.
(m q) Manus Domini ostendenda Judæis.
- 18, 21.
- 26, 14.
- - 24.
(m r) Manus Ahicam cum Jeremiâ.
- 38, 5.
- - 22.
- - 28. &c. & alibi.
- 39, 17.
- 44, 25.
- 48, 26.
- - 37.
- 50, 15.
(m s) Babylon ubique dans manum, ubi expl. text.
- - 43.
(m t) Manus Regis Babyl. dissolutæ.

In Threnis Jeremiæ notatur Jerusalem, deflens, & dicens de iniquitetibus suis, quòd convolutæ (m u) sunt in manu Domini, & impositæ collo suo; & sic inquit: *Infirmata est virtus mea: dedit me Dominus in manu, de quâ non potero surgere*; dicitque: *Expandit Sion manus suas* (petens veniam, & supplex). *non est qui consolatur eum. Tantùm in me vertit* (Dominus), *& convertit manum suam totâ die. Levemus* (m x) *corda nostra cum manibus ad Dominum in celos.* Atque, se pejus, quàm Sodomam, trectatem, quam, seu in qua non ceperunt manus hostiles, hoc est, quam hostes non depopulati sunt. Et in oretione Jeremiæ ponitur: (m y) *Ægypto dedimus manum, & Assyrus, ut saturaremur pane*; hoc est, nos ipsosmet illis tradidimus. (m z) *Servi dominati sunt nostri: non fuit, qui redimeret de manu eorum.*

Thren. 1, 14.
(m u) Iniquitates Jerusalem convolutæ in manu Domini; unde data in manu potenti.
- - 17.
- 3. 3.
- - 41.
(m x) Manûs in tribulatione levandæ ad Dominum.
- 4. 6.
- 5, 6.
(m y) Judæi fame dantes manus Ægypto, & Assyrus.
- - 8.
(m z) Judæi de manu olim servorum suorum non redempti.

In Baruch habetur, quòd Judæi Babylone captivi *collegerunt pecuniam, secundùm quòd potuit uniuscujusque manus*; & miserunt ad eos, qui erant Jerosolymis. Et confitentes Domino peccate sue, dicebant: *Noli meminisse iniquitatum Patrum nostrorum, sed memento manûs tuæ*, (hoc est, potentiæ tuæ, quâ nos allisisti) *& nominis tui in tempore isto.*

Baruch. 1, 6.
- 3. 5.
(na) Dominus rogatus, ut meminerit manus suæ, ubi expl. text.

Secùs flumen Chobar dicitur facte menus Domini (datus scilicet Prophetiæ spiritus) super Ezechielem; qui vidit manum, missam ad se, in quâ erat involutus liber. Et ait, quòd manus Domini secum erat, confortens eum; super quem facta est item manus Domini, & jossus est egredi in campum. Contre autem Judæos est ed eundem Prophetam: (n b) *Hæc dicit Dominus Deus: Percute manum tuam, & allide pedem tuum, & dic: heu ad omnes abominationes malorum domûs Israel, quia gladio, fame, & peste ruituri sunt - - - - extendam manum meam super eos* (percutiendo scilicet) *- - - - - Omnes manus dissolventur, & omnia genua fluent aquis - - - - & dabo illud* (argentum eorum) *in manus alienorum, ad diripiendum.* In domo item ejusdem Ezechielis (n c) super eum cecidisse menum Domini, hoc est, datum propheticum spiritum scribit ipsemet. Et dè Sedeciâ notatur, quòd spretô juramentô fœderis cum Rege Babylonis, rebellans ab eo, posteà coectus est dere ei manus, hoc est, se victum fateri. Dicit Deus, (n d) se evertisse manum suam (hoc est, castigationem suam) à Judæis in deserto, ne superbirent gentes. Et cùm excitatur Propheta ad prædiceode mala Judæis, ei dicitur: *Percute manu ad manum*; subditque Dominus: *Ego plaudam manu ad manum, & implebo indignationem meam*; iisque prænuntiatur: *Manu capiemini*, propter scilicet iniquitates eorum. Contra Principes Israël dicit Dominus complosisse manus suas super avaritiam eorum; nec prævalituras manus eorum in die castigetionis à Domino. Sic Semaria, & Jerusalem datæ dicuntur in manibus amatorum, & hostium suorum; & nationes, quæ pleuserunt manu super ruinâ Israël, in direptionem datæ, extentâ menu Domini super eas; & quidem per manum etiam filiorum Israel. Baculo arundineo (n e) essimilata est Ægyptus, manu apprehensa à Judæis, ad Ægyptios confugientibus, quibus humeros laceravit. Gog describitur extensa contra Judæos illaturus menûs super eos. Insuper eit Dominus: (n f) *Ponam gloriam meam in gentibus; & videbunt omnes gentes judicium meum, quod fecerim; & manum meam, quam posuerim super eos - - - - Et scient gentes, quoniam in iniquitate suâ capta sit domus Israel, eò quòd dereliquerint me, & absconderim faciem meam ab eis,* (n g) *& tradiderim eos in manûs hostium, & ceciderint in gladio universi.* Ubi agitur de novo Templo, & eltare, expiando, viso eb Ezechiele dicitur, quòd successores Sadoc septem diebus expiabunt, & mundabunt, (n h) *& implebunt manum ejus*, hoc est, consecrebunt; phrasis enim hæc solemnis est in tali significatione; implebatur autem sacro oleo; & quidem manus, pro quo nomine venit altaris planum superius per similitudinem.

Ezech. 1, 3. & alibi.
- 2, 9.
- 3, 14.
- - 22.
- 6, 11.
(n b) Ezechiel jussus percutere manum suam.
- - 14.
- 7, 17.
- - 21.
- 8. 1.
(n c) Manus Domini lapsa super Ezechielem Prophetam; ubi expl. text.
- 17, 18.
(n d) Manum suam Dominus in deserto avertens; ubi expl. text.
- 20, 14.
- - 17.
- - 24.
- 22, 13.
- - 14.
- 23. 9.
- - 28.
- 25, 6.
- - 7. &c.
- 29. 7.
(n e) Ægyptus, ut arundo manu apprehensa a Judæis.
- 38, 12.
- 39, 21.
(n f) Manus Domini posita super Judæos.
- - 23.
(n g) Judæi traditi in manus hostium, & cur.
- 43, 26.
(n h) Manus altaris implenda, ubi expl. text.

Nabuchodonosor, ut legitur epud Danielem, dicêbat tribus pueris Babylonensibus: *Quis est Deus, qui eripiet vos de manu meâ?* cui responderunt: *Ecce, Deus noster, quem colimus;* (n i) *potest eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, ô Rex, liberare.*

Dan. 3, 15.
- - 17.
(n i) Deus potens de manu Regis liberare.

Dan. 4. 32. (nk) Manus Dei non ali, quod resistat.
Deum autem aliquando ipse recognoscens dicebat: (nk) *Non est, qui resistat manus ejus, & dicat ei: quare fecisti?*
- 7. 25.
In manu quartæ bestiæ, seu Monarchiæ, sub figura bestiæ visi à Daniele, dicuntur tradendi fideles.
- 8. 4. (nl) Bestiæ visæ ab Ezechiele liberari non potentes de manu arietis, ubi expl. text.
Sicuti notantur omnes bestiæ liberari non posse de (nl) manu arietis duorum cornuum, h. e. omnes alii Reges de potestate Regis Medorum; victus est autē ab Hirco; & hic figuratur Rex Græcorum, *& nemo quibat liberare arietem de manu ejus.*
- - 9.
Notatur item futurus impudens Rex, de quo dicitur, (nm) *& dirigetur dolus in manu ejus*; et
- - 25. (nm) Rex impudens, sine manu conterendus.
paulò post subditur, quòd *sine manu conteretur.*
- 10. 10. (no) Daniel orans manu tactus & erigens se super manuum suarum articulos.
Ad fluvium Tigrim dum Daniel, flens, orabat, ait: (no) *Et ecce, manus tetigit me, & erexit me super genua mea, & super articulos manuum mearum.*
- 11. 16.
Prænuntiatur pariter, quòd consumetur terra inclyta Israel in manu Regis Aquilonis, qui creditur Antiochus magnus.
- - 41. (np) Regiones salvandæ de manu Regis Deum non reputantis.
De manu (np) autem Regis, Deum Deorum non reputantis, h. e. Antiochi Epiphanis, scribuntur salvandæ Regiones Edom, Moab, & pars Ammon;
- - 42. (nq) Manum autem ejus non effugiet Ægyptus.
& quòd *mittet* (nq) *manum suam in terras, & terra Ægypti non effugiet.*
- 13. 22.
Susanna, tentata à nequissimis senibus, dicebat: *Si hoc egero, mors mihi est; si autem non egero, non effugiam manus vestras.*
- - 23. (nr) Susanna eligens cadere in manus senum, morti danda, quam peccare.
Sed meliùs est (nr) *mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Domini:* Cùm autem falsò accusaretur, juxta ritum populi per manuum impositionem designanus personam, notatur,
- - 34. (ns) Manus accusatorum super eam appositæ, ubi notandus ritus in accusando.
quòd (ns) *consurgentes duo Presbyteri in medio populi, posuerunt manus suas super caput ejus;* ac si per hujusmodi actionem dicerent: hæc est, quam accusamus, jurantes. &c.

Osee. 2. 10. (nt) Israel non eruendus de manu Domini.
Comminans Dominus apud Osee Israeli, tanquam adulteræ, dicit: *Nunc revelabo stultitiam ejus in oculis amatorum ejus,* (nt) *& vir non eruet eam de manu mea.*
- 12. 10. (nu) Deus in manu Prophetarum assimilatus, ubi expl. text.
Et alibi ostendens misericordiam suam erga ejusdem populum, ait, quod locutus est per prophetas, (nu) & *in manu Prophetarum assimilatus est*, h. e. quæ eventura erant à Prophetis per similitudines, seu similes actiones prædici fecit.
Joël. 3. 8.
Contra Gentes ait Dominus apud Joëlem: *Vendam filios vestros, & filias vestras in manibus filiorum Juda, &c.*
Amos. 5. 19.
Apud Amos lugentur afflictiones Israëlis, perituri, quomodo, si quis *innitatur manu suâ super parietem, & mordeat eum coluber.*
- 9. 2.
Et de omni effugio, impiis auferendo, ait Dominus: *Si descendant usque ad infernum, inde manus mea educet eos.*
Mich. 2, 1.
Item de malo, quod operantur iniqui, conqueritur; tanquam de iis, quorum manus contra Deum est.
Nah. 3. 19. (nx) Manus compressæ super ruinam Niniviæ, ubi expl. text.
Contra Niniven in Nahum legitur: (nx) *Omnes, qui audierunt auditionem tuam* (devastationis scilicet) *compresserunt manum super te*; h. e. manibus plausum dederunt lætantes, ut ex Chaldæo habetur.
Soph. 2. 15. (ny) Item manus motæ super eam, ubi expl. text.
Et destructionem Assyriis prædicens, Sophonias habet de civitate eorum: *Omnis, qui transit per eam,* (ny) *sibilabit, & movebit manum suam*; quasi gestu indicans, & irridens ipsam civitatem Niniven destructam.
- 3. 16. (nz) Manus Sion non dissolvendæ.
Et de reliquiis Israël, pro eorum felicitate designandâ, ponitur: (nz) *In die illa* (novæ legis scilicet) *dicetur Jerusalem: Noli timere, Sion; non dissolvantur manus tuæ.*
Zach. 8. 9.
Ubi Zacharias animos addit Judæis ex ore Domini ad reædificationem Jerosolymæ eis reperit: *Confortentur manus vestræ*, h. e. vires vestræ.
- - 13.
Item prophetatur,

Zach. 13. 7. (oa) Manus convertenda ad parvulos, ubi expl. text.
(oa) ex divina permissione convertendam esse manum Dei ad parvulos, h. e. innocentes, perituros, pro ipsius Dei gloriâ, in hoc mundo.

Malach. 1, 9. (ob) Malum de manu Judæorum factum.
Apud Malachiam Judaico populo, tanquam ingrato, dicitur: *Nunc deprecamini vultum Dei, ut misereatur vestri (de* (ob) *manu enim vestra factum est hoc) si quomodo suscipiat facies vestras, dicit Dominus exercituum;* —
- - 10.
(oc) *munus non suscipiam de manu vestra;* —
- 2, 13. (oc) Deus nihil de manu Judæorum accepturus.
nec accipiam placabile quid de manu vestra.

1. Mach. 5. 12.
Israëlitæ ex Datheman munitione litteras ad Judam misêre, dum obsiderentur à Gentibus, dicentes: *Veni, & eripe nos de manibus eorum &c.*
- 14. 36. (od) Prosperum in manu Simonis Machab.
In diebus Simonis Machabæi dicitur, quòd (od) *prosperatum est in manibus ejus*, ut tollerentur Gentes de regione Judæorum; &
- 16. 2.
quod jam senex filiis suis demonstrans, ut ajebat; quòd *prosperatum est in manibus nostris liberare Israel aliquoties*, eis exercitum tradidit.
2. Mach. 1, 35.
Rex Persarum Judæis *manu suâ* munera tribuebat, excitato Templo.
- 7. 4. &c. (oe) Summæ manus præcisæ Machab. mart.
Summas (oe) manus, & pedes præscindi jussit fratribus Machabæis martyribus Antiochus, cui ex eis natu minimus
- - 31.
dixit: *Tu verò, qui inventor omnis malitiæ factus es in Hebræos, non effugies manum Dei.*
- 10. 23. (of) Judas Machab. armis ac manibus prosper.
(of) Judas Machabæus *armis, ac manibus omnia prosperè agendo, in duabus munitionibus* (quas scilicet cæpit) *plus quam viginti millia* (hostium) *peremit.*
- 14. 33. (og) Nicanor manum contra templum extendens.
Nicanor, Dux Gentium, extendens (og) manum ad templum juravit à se illud in planitiem deducendum, & altare effodiendum, nisi sibi Judas Machabæus traditus esset;
- 15. 30. &c. (oh) Eadem manus abscissa, & contra templum suspensa.
artactum deinde est, ex divina permissione, quòd cùm periisset idem Nicanor in pugna (oh) contra Judam, manus ejus nefaria, quam contra Templum extenderat, cum humero abscissa, Jerosolymam allata esset, unà etiam cum illius capite, & contra templum suspenderetur;
- - 21.
ante ipsam verò pugnam Judas in cælum manum portendens oravit ad Dominum; & in certamine Ju-
- - 27. (oi) Judas manû pugnantes, & corde orantes.
dæi fuerunt (oi) *manu quidem pugnantes, sed Dominum cordibus orantes.*
De Sene Razia, Judæo, scribitur, quòd à Gentibus ad necem quæsitus, & oppressus, vulneribusque confos-
- 14. 46. (ok) Razias utrisque manibus intestina sua projiciens in turbas.
sus, *& jam exsanguis effectus,* (ok) *complexus intestina sua, utrisque manibus projecit super turbas, invocans Dominatorem vitæ, ac spiritûs, ut hæc illi iterum redderet; atque ita vitâ defunctus est.*

Matth. 4. 6. Luc. 4. 11.
Dæmon, Christum tentans in deserto, eum hortabatur, ut se deorsum è Templi pinnaculo dimitteret, illud Psalmi scriptum afferens: *Angelis suis* (Deus) *mandavit de te, & in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.*
Matth. 5. 30. - 18. 8. &c. Marc. 9. 42. (ol) Pes scandalizans abscindendus, ubi expl. t.
Monemur à Jesu, (ol) quòd, si manus, vel pes noster scandalizat nos, h. e. causa nobis peccati est, abscindamus, & projiciamus à nobis, h. e. occasionem quamcunque scandali, quod habetur per manum, vel pedem, auferamus; meliùs enim est ad vitam ingredi debilem, vel claudum, *quàm duas manus, vel duos pedes habentem, mitti in gehennam ignis.*
- 8. 3. Marc. 1. 41.
Jesus, *extendens manum*, tangens leprosum, & dicens: *Volo; mundare*; eum sanitati restituit.
Matth. 8. 15. Marc. 1, 31.
Ita manum tangens socrûs Petri, à febri eam liberavit.
Matt. 9. 18. &c. Marc. 5. 23. &c. Luc. 8. 14.
Princeps synagogæ rogavit JEsum, ut veniret, & manum super filiam suam imponeret, quæ defuncta erat; Ivit JEsus, & manum puellæ tenens, eam ad vitam revocavit.

Item

Matt. 12, 10 &c. Item juſſus eb eodem homo eridem manum ex-
Marc 3. 1. &c. tendere, ſenatus eſt. Idem Jeſus, quæſitus à
Luc. 6, 6. &c. matre, & fretribus ſuis, & de hoc monitus, *ex-*
Matth. 12, 49. *tendens manum in diſcipulos ſuos, dixit : ecce,*
mater mea, & fratres mei. Cùm Pettus in ma-
- 14. 31. (om) Jeſus, manum extendens, Petrum à ſubmerſione liberat. re inciperet mergi, (om) *continuo Jeſus exten-*
dens manum, apprehendit eum, & ait illi : mo-
dica fidei, quare dubitâſti? Scribæ, & Phariſæi
- 15, 2. notabent diſcipulos Chriſti, (on) quòd non le-
Marc. 7. 2. &c. (on) Diſcipuli Chriſti accuſati non lavare manus, cum manducarent. vabant menus ſuas, cùm panem manducarent;
& cùm eccuſatent eos per modum intertoga-
tionis coram JEſu, ipſe enumeratis, quæ eb e-
isdem eccuſatoribus committebantur, malis,
Matth. 15, 20. concloſit ed ſuos : *Hæc ſunt, quæ coinquinant*
hominem; non lotis autem manibus manducare,
Marc. 9. 30. *non coinquinat hominem.* De ſe autem pro-
Matth. 17. 21. phetans Jeſus ed ſuos eit : *Filius hominis tra-*
Luc. 9. 44.
Matt. 19, 13. &c. *dendus eſt in manus hominum.* Pervuli periter
Marc. 10, 16. offerebantur eidem Chriſto Domino, ut eis ma-
nus imponeret, pro benedictione.

Matth. 22, 13. (oo) Accedens ad nuptias, ſine veſte nuptiali, manibus ligatis punitur. *Ligatis* (oo) *manibus, & pedibus* miſſus
eſt in tenebras exteriores, qui ed nuptias ſine
veſte nuptiali eceeſſit. De proditore ſui cùm
ſermonem faceret JEſus in cœna, quæſitus, qui-
- 26, 23. nam eſſet, reſpondit; quòd proditor in peropſi-
Luc. 22, 21. de manum ſecum ipſo intingebat, & ſecum e-
rat in menſa; & in horto, tertiò ad ſuos veni-
Matth. 26, 45. ens dormientes, prænuntievit, quod jamjam io
Marc. 14. 41. manus peccatorum tradendus erat; quod idem
Luc. 24. 7. factum eſt, cùm adveniente Judê, turbæ ſatel-
Matth. 26, 50. &c. litum manus injecerunt in Jeſum, quòd videns
Marc. 14. 46. &c. Petrus, (op) *extendens manum, exemit gla-*
(op) Petrus manum extendens, & ſervi auriculam amputans. *dium ſuum*, & auriculam ſervi Principis ampu-
tavit. Et notandum eſt, quòd ed JEſu Chriſti
innocentiam oſtendendam, ſequeà damnetione
Matth. 27. 24. illius liberare volens, Piletus, (oq) *acceptâ a-*
(oq) Pilatus manus ſibi lavans in cauſa J. Chriſti. *quâ lavit manus coram populo, dicens : Innocens*
ego ſum à ſanguine juſti hujus : vos videritis.
Inſuper de eodem Chr. Jeſu habetur, quòd, dum
Marc. 6, 2. doceret in patria ſua, audientes (or) *admirabantur*
(or) Admiratio ſuper virtutes factas per manus Jeſu Chriſti. *in doctrina ejus dicentes : Unde huic hæc omnia?*
& quæ eſt ſapientia, quæ data eſt illi, & virtu-
tes tales, quæ per manus ejus efficiuntur? &c.
& repetentes Genealogiam ejus, ſecundùm car-
nem, ſcandalizabentur in eo; unde JEſus notans,
quòd nullus Prophete cum honore eſt in petria
- - 5. ſue, ibidem non *niſi* (os) *pauces infirmes, impoſitis*
(os) Jeſus Chriſtus manus imponens multos ſanat. *manibus, curavit.* Rogatus manum imponere
ſurdo, & moto, eom ſanavit; ita & cæcum illu-
- 7. 32. minavit, apprehensâ manu ejus quem extra vicum
- 8, 23. &c. eduxit, & expuens in oculos ejus impoſitis mani-
bus bis, ſanum omninò remiſit: ſurdum ec mutum
- 9. 26. ſpiritum ejecit, manum obſeſſi tenens. Apparens
poſt reſurrectionem ſuam Apoſtolis, inter cre-
dentium ſigne eis aſſignavit, quòd in nomine
- 16, 18. ejus *ſuper ægros manus imponent, & benè habe-*
bunt. De Joenne Baptiſta, vix neto dicitur,
Luc. 1, 66. quòd (ot) *manus Domini erat cum illo*, h. e fa-
(ot) Manus Domini cum Joan. Baptiſta, ubi expl. text. vebat ei, & propitius eret Dominus. Et de Chri-
ſto JEſo item univerſaliter notetur, quòd, ſanatê
- 4. 40. Petri ſocru, *omnes, qui habebant infirmos variis*
languoribus, ducebant illos ad eum ; at ille ſin-
- 6, 1. *gulis manus imponens, curabat eos.* Cùm (ou)
(ou) Diſcipuli JEſu Chr. ſabbato manibus confricantes ſpicas, manducantur. menibus confricarent ſpicas ſabbatho diſcipoli,
menducantes, & eccuſerentur à Phariſæis, ex-
cuſavit illos JEſus. Mulier, inclinete à de-
- 13, 13. cem, & octo annis per impoſitionem manu-
- 20, 19. um Chriſti JEſu erecte eſt. Meotio eſt de an-
(ox) Principes & Scribæ quærentes manum mittere in Jeſ. Chriſtum. xietate Principum, & Scribarum, quærentium
(ox) manum mittere in eundem Chriſtum Do-
minum; & de prædictione, ab eodem factâ di-
ſcipulis ſuis: (oy) *Injicient vobis manus ſuas, &* Luc. 21, 12. (oy) Manus injicienda in Chriſti diſcipulos.
perſequentur, &c. In captura fecte Chriſti Je-
ſu, idem JEſus, conqueſtus eſt dicens: *Quaſi ad* - 22, 52.
latronem exiſtis, cum gladiis, & fuſtibus? cùm - - 53.
quotidie vobiſcum fuerim in templo non extendi-
ſtis manus in me. Idem autem in cruce moriens,
clemans voce megnâ, ait; (oz) *Pater, in manus* - 23, 46.
tuas commendo ſpiritum meum; & hæc dicens, (oz) Chriſtus ſpiritum ſuum in Patris manus commendans.
exſpiravit. Appatens idem diſcipulis poſt re-
ſurrectionem ſuam, de eâ illos certus faciens di-
xit: *Videte manus meas, & pedes, quia ego ipſe* - 24, 39.
ſum &c. & elie proſequendo ſubditur: *& cum* Joan. 20, 20. Luc. 24, 40.
hoc dixiſſet, oſtendit eis manus, & pedes. Et
eſcendens in cælum, *elevatis manibus ſuis, be-* - - 50.
nedixit eis. Apud Joannie Evangelium legi-
mus, quòd Chriſtus JEſus dicebet: (pa) *Pater* Joan 3. 35.
diligit filium (loquebatur de Petre ſuo cæleſti) (pa) Pater dans omnia in manu filii ſui J. Chriſti.
& omnia dedit in manu ejus. Item notetur,
quòd, licèt Judæi Chriſtum apptehendere vel-
lent, (pb) *attamen nemo miſit in illum manus,* - 7, 30. & alibi.
quia nondum venerat hora ejus. Petentibue (pb) Nemo ante deſignatum tempus mittens manus in Jeſum.
Judæis à JEſu, an ipſe eſſet Chriſtus? Reſpon-
dit ipſe, quod ii non erant ex ovibus ſuis, quæ
audiebant vocem ſuam, & credebent, de qui-
bus ſubdidit : *Non rapiet eas quiſquam de manu* - 10, 18. - - 29.
mea : Pater meus quod dedit mihi, majus o-
mnibus eſt, & nemo poteſt rapere de manu
Patris mei. (pc) *Ego, & Pater unum ſumus, &c.* - - 30.
Et tunc fuit, quando quærentibus eum lepidare, (pc) Pater, & filius in divinis unum ſunt.
& deinde apptehendere cum Judæis, *exivit de*
manibus eorum. Idem JEſus, mox à Juda pro- - - 39.
dendus, & *ſciens, quia omnia dedit ei* (pd) *Pater* - 13. 3.
in manus & quia à Deo exivit, & ad Deum vadit, (pd) Pater, dans omnia in manu filii ſui J. Chriſti.
linteò præcinctus pedes diſcipulorum lavit, re-
nuente quidem primò Petro; at deinde commi-
natione auditâ de non habendâ parte cum eo-
dem JEſu, dicente: (pe) *Domine, non tantùm* - - 9.
pedes meos, ſed & manus, & caput. Hebetur (pe) Petrus etiam manus ad lotionem offerens.
etiem, quòd, cùm epparuiſſet poſt reſurrectio-
nem ſuam Chriſtus diſcipolis, & eis oſtendiſſet
manus, & latus, Thomas, qui cum aliis non e- - 20, 20.
rat, ſupervenien poſt viſionem, dixit: (pf) *Niſi* - - 25.
videro in manibus ejus fixuram clavorum, & (pf) Thomas optans videre in manibus Jeſu redivivi fixuram clavorum.
mittam digitum meum in locum clavorum, &
mittam manum meam in latus ejus, non credam;
at, poſt dies octo apparens JEſus eisdem, qui-
buſcum erat Thomas, illi dixit : *Infer digitum tu-* - - 27.
um huc, (pg) *& vide manus meas, & affer ma-* (pg) Idem invitatus à Jeſu ad videndas manus transfixas, & mittendam manum in latus transfixum.
num tuam, & mitte in latus meum: & noli eſſe
incredulus, ſed fidelis.

Aliâ item vice apparens JEſus diſcipulis ad
mare Tiberiedis poſtquam Petro, quem de a-
more interrogaverat, dixit, ut agnos, & oves ſuas
paſceret ſubdidit : *Amen, amen dico tibi, cùm* - 21, 18.
eſſes junior, cingebas te, & ambulabat, ubi vole-
bas : cùm autem ſenueris, (ph) *extendes manus* (ph) Petrus manus extenſurus.
tuas, & alius te cinget, & ducet, quò tu non vis.
Hoc autem (ait Evangeliſte) *dixit, ſignificans* - - 19.
quâ morte clarificaturus eſſet Deum, &c.

Apoſtoli, orentes, dicebant Domino;
quòd verè Judæorum, & gentium Principes con- Actor. 4. 28.
venerant edverſus JEſum facere quæ manus, &
conſilium ejuſdem Dei decreverat; & rogebant,
ut ſibi daretur cum fiducia loqui verbum ipſius-
met Dei (pi) *tuo, quòd* (inquiebet) *manum tu* - - 30.
am extendas ad ſanitates, & ſigna, & prodigia (pi) Apoſtoli petentes à Deo, extendere manum, ſigna facturi in nomine Jeſu.
fieri per nomen ſancti filii tui Jeſu. De Moyſe
nerrebat Stephanus, quod ipſum *Deus Princi-*
pem, & Redemptorem miſit, cum manu Angeli, qui - 7. 35.
apparuit

apparuit illi in rubo; manumque Dei omnia fecisse testabatur. Ananias, quem in visione cæcus Paulus vidit, sibi impunentem manûs, ut visum reciperet, ad eum ingressus, (pk *Et imponens ei manus dixit : Saule frater* (ita vocabatur tunc Paulus) *Dominus misit me Jesus, qui apparuit tibi in via, quâ veniebas, ut videas, & implearis Spiritu Sancto*; & ita evenit. Petrus Apostolus, dans manum Tabithæ defunctæ, eam vivam erexit. (pl) Idem de manu, & carcere Herodis liberatus, dum domum Joannis Marci ingressus, præsentes obstupentes vidit, *annuens eis manu, ut tacerent*, narravit, quomodo Deus eum liberaverat, & catenæ de manibus suis ceciderant. Paulus dixit Barjesu mago: *Nunc ecce, manus Domini super te, & eris cæcus, non videns solem usque ad tempus* (pm) *Et confestim cecidit in eum caligo, & tenebræ, & circumiens quærebat, qui ei manum daret.* De Deo Atheniensibus ait idem Paulus : (pn) *Non manibus humanis colitur, indigens aliquo &c.* Et Demetrius Ephesi conquerebatur de Paulo, populis suadente : *Quoniam non sunt Dii, qui manibus fiunt.* Majores Ecclesiæ Ephesinæ alloquens idemmet Paulus, dicebat : (po) *Ipsi scitis, quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum sunt, ministraverunt manus istæ*; quod idem dicebat, scribens ad Corinthios, licèt non ipsis præcisè verbis; & alibi. Agabus Propheta, prædicturus Pauli (pq) capturam alligavit sibi manus, & pedes, & ita prædixit, Paulum vinculis alligandum, & in manus Gentium tradendum, cùm esset Jerosolymis; prout factum est à Judæis (pr) injicientibus in eum manus. Qui, ita constrictus, annuit manu ad plebem, permittente Tribuno, & facto silentio, eidem narravit suæ conversionis ordinem; in qua edixit etiam, quòd factus cæcus per viam, *ad manum deductus à comitibus*, ivit Damascum. Cùm jam nautæ (ps) *suis manibus* armamenta navis, in qua Paulum Romam adducebant, propter tempestatem projecissent, ablatâ omni spe salutis animos ei addidit Paulus, ne timerent, narrans manifestationem sibi factam de omnium salute. Melitæ autem in Insula, (pt) impositis manibus Patri Publii ejusdem insulæ Principis, Paulus eum liberavit à febribus, & dysenteriâ.

Litteras varias scribente variis Paulo, legimus in iis ad Corinthios: (pu) *Salutatio, meâ manu Pauli.* Ad Galatas: *Videte qualibus litteris scripsi vobis meâ manu.* Ad Colossenses : *Salutatio, meâ manu Pauli.* Ita & ad Thessalonienses : *Salutatio, meâ manu Pauli.* Et ad Philemonem: *Ego Paulus scripsi meâ manu.* Hujusmodi autem formulæ leguntur appositæ juxta id, quod aliquando per se ipsum litteras scribebat; aliquando verò Amanuensis operâ utebatur Apostolus; unde ad affectus sui, rerumque scriptarum comprobationem, & interdum inculcationem proprio charactere addebat salutationem, & documenta. In iisdem prætetea litteris notamus, quòd ad Romanos scribens, eis insinuat, qualis fuit Judæorum incredulitas, unde Propheta Isaias habet ex ore Domini ad eosdem dictum: *Totâ die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem.* Et ad Corinthios, ubi explicat varia charismata, variis data, & in modum membrorum corporis, mutuò muneribus suis fungentes se foveant, habet : *Si dixerit pes : quoniam non sum manus, non sum de corpore? —— num ideò non est de corpore?*

Actor. 7. 35.
– 9. 12.
– – 17.
(pk) Ananias, manuum impositione Saulum cæcum faciens videntem.
– – 41.
– 12. 1 &c.
(pl) Petrus de manu Herodis liberatus.
– 13. 11.
(pm) Barjesu mancus, quærens qui manum daret.
– 17. 25.
(pn) Deus non humanis manibus colitur.
– 19. 26.
– 20. 34
(po) Paulus sibi, & suis manibus suis ministrans.
1. Cor. 4. 12.
Actor. 21. 11.
(pq) Agabus ligans sibi manus capturam Pauli prædicit.
– – 27.
(pr) Manus à Judæis injectæ in Paulum.
– 22. 11.
– 27. 19.
(ps) Nautæ in tempestate manibus suis projicientes armamenta navis.
– 28. 8.
(pt) Paulus manuum impositione sanitatem dat Publio.
1. Cor. 16. 21.
(pu) Salutationes & scriptiones manu Pauli.
Galat. 6. 11.
2. Thess. 3. 17.
Philem. v. 19.
Rom. 10. 21.
1. Cor. 12. 15.

Non potest autem oculus dicere (px) *manui : opera tua non indigeo &c.* Itemque alibi narrat, quomodo dimissus per murum Damasci, effugerit manus Aretæ Regis. Ephesiis commemorat, quod aliquando erant Gentes, & quidem à circumcisione, (py) manu factâ, dicti præputium, h. e. incircumcisi, facti deinde tamen sint per JEsum Christum concives Sanctorum, &c. Et alibi ad eosdem : *Qui furabatur, non furetur* : (pz) *magis autem laboret operando manibus suis, quod bonum est, ut habeat, unde tribuat necessitatem patienti.* Ad Colossenses ait, quòd in Christo circumcisi sunt (qa) *circumcisione non manu facta in expoliatione corporis carnis, sed in circumcisione Christi.* Ad Thessalonicenses habet : *Rogamus, ut —— operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis.* Ad Timotheum scribit : *Volo vos orare in omni loco,* (qb) *levantes puras manus* (h. e. orantes ab omni immunditia liberos) *sine ira, & disceptatione.* (qc) *Manus cito nemini imposueris* (h. e. ad gradus Ecclesiæ promoveris;) *neque communicaveris peccatis alienis.* Ad Hebræos affert textum Jeremiæ, quo notat eos eductos ab Ægypto, tanquam manu apprehensos, sicut solent videlicet pueri, à Domino. Eisdem ait, quòd *horrendum est incidere in manus Dei viventis.* Excitans autem eos ad justitiæ sequelam, inquit: *Remissas manus, & soluta genua erigite.*

Jacobus in sua epistula scribit : *Emundate manus, peccatores ; & purificate corda, duplices animo.* Et Petrus ait : *Humiliamini sub potenti manu Dei, ut vos exaltet in tempore visitationis. Cui non præsto sunt hæc* (pietas scilicet, scientia, charitas, aliæque enumeratæ ab eo virtutes,) (qd) *cæcus est, & manu tentans, oblivionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum.* Joannes epistolas scribens, ait, se scribere quæ fuêre, quæ audivit, vidit, perspexit, (qe) & manus suæ contrectavêre de verbo vitæ.

In Apocalypsi ascendebat (qf) *Fumus incensorum de orationibus Sanctorum de manu Angeli coram Deo.* Angelus item, qui stabat super mare, (qg) & terram, *levavit manum suam*, & juravit non amplius fore tempus, sed consummandum esse mysterium omne ad vocem septimi Angeli.

Verùm cùm innumeri probè sint textus, in quibus dictio *Manus* legitur, omnes, ingenuè fatemur, quòd hìc non posuimus, duplici adducti ratione ; quia scilicet una eademque phrasis ad manus, & ad oculum faciliùs venient, cùm aliæ dictiones legantur, non ita textibus suis frequentes. Hinc phrases plures de hac dictione *Manus* hìc notamus; & subinde pariter dictiones plures videndas rescribimus.

Phrases ergo notandæ, (qh) repetitis iis, quæ sub initio hujus dictionis, quoad ejus significationes varias, & usum posuimus, sunt, e. gr. *Levare manum* : aliquando enim sonat : *Jurare*; solebant quippe jurantes manus ad cælum levare, testem Deum vocando, cujus sedes cælum est. Ita & aliquando : *Orare* ex eadem ratione ; quia orantes manus ad cælum levabant, Deum in auxilium invocando. Ita & *potestatem super aliquo exercere.*

Imponere manum : quâ phrasi præter communem significationem *manum ponendi* super aliqua re, etiam aliquando innuitur effectus impositionis manûs, qualis erat ; *Determinare*, desti-

1. Cor. 12. 21.
(px) Oculus manu indigens.
2. Cor. 11. 33.
Ephes. 2. 11.
(py) Ephesii à circumcisione manu facta, adhuc incircumcisi.
– 4. 28.
(pz) Unusquisque sibi labore manuum suarum provideat.
Coloss. 2. 11.
(qa) Colossenses circumcisi non manu.
1. Thess. 4. 11.
1. Tim. 2. 8.
(qb) Manus puræ levantur in oratione.
– 5. 22.
(qc) Manus nemini citò imponendæ; ubi expl. text.
Hebr. 8. 9.
– 10. 31.
– 12. 12.
Jacob. 4. 8.
1. Petr. 5. 6.
2. Petr. 1. 9.
(qd) Cæcus manu tentans est homo sine virtutibus.
1. Joan. 1. 1.
(qe) Joan scribens, quæ manus ejus contrectavere.
Apoc. 8. 4.
(qf) Fumus incensorum de manu Angeli coram Deo ascendens.
– 10. 5.
(qg) Angelus levans manum, & jurans.
(qh) Phrases variæ notandæ circa hanc dictionem.

designare aliquem; sic *eligere, ordinare* in novo Testamento, & *ad gradus Ecclesiasticos promovere*; seu *Spiritum sanctum dare*; *consecrare*.

Ponere manum subter femur, sub femore: idem est, ac *jurare, & jurando promittere*; apud Orientales enim viguit præcipuè, & adhuc viget similis consuetudo.

Extendere manum aliquando significat *rem aliquam furari*; aliquando *potestatem exercere super aliquo*. Et aliquando *benedicere*. ita *non protegere*,

Immittere manum in aliquem, est, *in eo exercere potentiam*: *eum capere*.

Mittere manum in aliquem easdem admittit significationes, quas *immittere manum*, vel *manus in eum*.

Injicere manus in aliquem est illum *capere*.

Initiare manus, idem est, ac *consecrare* illum, cujus manus initiari dicuntur, scilicet Deo,

Sanctificare manus, idem est, ac *initiare, & consecrare*; ad sancta etenim deputantur.

Lavare manus, item sumitur pro *consecrare manus*; Lotæ enim ad sacra destinantur; nec nôo pro *ducere se innocentem*.

Implere manus alicujus, est *eum consecrare*; *ad sacra destinare*: incenso namque offerendo, oleo unctionis, & hujusmodi manus consecratorum implebantur.

Tradere aliquem in manu alicujus, est *dare illum in potestatem alterius*.

Loqui in manu alicujus, idem est, ac, *dicere ex ore illius*; & notandum hic est, quod multoties prophetiæ dicuntur *facta in manu Prophetarum*, h. *e*. in eorum senteotia, & mente; seu etiam alluditur ad modum prophetandi, cùm prophetarent verbis addendo actiones externas, v. gr. ligando sibi manus mulierem fornicariam sumendo, & hujusmodi alia.

Expandere manus, significat *orare*.

Apprehendere manum alicujus est *uti operâ ejus*; vel etiam *eum dirigere*.

Convertere manum ad aliquem; est *se ad alium revolvere pro destructione*.

Protendere manum ad aliquem, est *manum elevare ad alium, versùs alium &c*.

Præterea sæpè legimus alios dicendi modos, qui sunt. (q1)

(q1) Varii dicendi modi in hac dictione; & significationes.

Per manum alicujus, h. e. *per medium illius*; *illo mediante*. *&c*.

In manu alicujus, h. e. *in potestate ejusdem*.

Sub manu alicujus, h. è. *Sub directione illius*.

In manu excelsa, forti, robusta &c. scilicet *in vi, & vigore magno, & potestate validâ*. Dicitur etiam *de manu alicujus*, pro *ab eo*; unde maous venit pro *persona*; item pro *operatione absolutè*; aliquando autem *pro tali, vel tali operatione*, puta e. gr. pro *vindicta*, ut habetur 2. Mach. 7. 31 pro *justitia &c*. At vide *Scriptura*; ubi phrasium scripturalium catalngum non mediocrem invenies, hìc, oe acta reagamus, prætentatum.

Dictiones autem, sub quibus plura legentur de hoc nomine *Manus*; sunt, quæ sequuntur: (qk)

(qk) Plura de hac voce remissivè.

Abias, Achab, Asa, artus, Amalecita, Absalom, Amnon, Abisai, adversarius, Aod, Achior, Aman, annulus, Aerarius, Abscam, Armilla, alienus, altitudo, admovens, auxilium, aratrum. Banajas, Bucella, baculus, Benadad, Baana, bonum, bestia, bos. Comminutus, cinis, complexus, character, cartallus, Chusan, Chonenias, contrarius, casula, consilium, cubitus, calix, calumnians, calumniator, calculus, Chaldæus. Cherub, cervicale, cornu, civitas, conjectura, calamus; catena, custodia, constanter, communis. David, devastans, dextra, dextera, dolor, durities, diadema, digitus, dissolutus, dispersio. Elias, Elisaus, Ezechias, Ethai, excelsus, egenus, elevatio, Elisa, exercitus, Ephraim, Ezechiel, egenus, extraneus, extensus. Funda, flumen, frenum, fuscinula, fortis, fortitudo, femina, finis, furor, figulus, factum, fortissimus, falx, funiculus, fortior. Gravis, Gabaonita, Giezi, Gedeon, gladius, grex. Hostis, hostilis, honestas, Hananias, Herodes, hasta, Hazael, humilis, holocaustum. Jericho, Jeroboam, Jehu, Josue, Joram, Jonadab, Joachaz, Idithun, Jahiel, Joab, Jonathas, incircumcisus, Jabin, Ithamar, invalidus, Jobiel, Judæus, impius, iniquus, iniquitas, innocens, infirmitas, injustitia, impositio, Jeremias, injuria, insita, inimicus, ignis, interficiens, impetrans, Joakim, indignatio, innumerabilis, ira, justus, insipiens. Lancea, leo, lepra, lenticula, littera, latrunculus, labor, lassus, limen, Lebna, Lachis, luctus, lumbus, lutum, lapis, libatio, lignum, liber subst. liber adjectiv. libellus, lex, largus, lucerna, Lazarus, Lysias. Munditia, mentus, Michæas, mel, mandibula, munus, multitudo, Mithridates, Merimoth, mundissimus, Mardochæus, malignus, mundus adjectiv. macula, mare, malus adjectiv, mors, mulier, mensura, maleficium, mediator, Malachias, manufactus, Metens, Madian. Naaman, nuntius, numerans, Nicanor, numerus 10. Nathan, Nabuchodonosor, natio: Nazaræus, nidus; Nerias, negotiatio, negotiator. Osculans, Oza, os, Othoniel, obsterricans, oculus, odiens, omnipotens, oppressus, oblatio, opus, occidens, Onias, observantia. Phathahia, pes, periculum, pauci, populus, præda, plaga, pupillus, psalmus, puritas, prælium, pars, primitia, peccator, pulchritudo, piger, pauper, potens, potestas, prosperitas, potentior, præceptum, pessimus, perditio, parvulus, Princeps, penna, pruna, paries, plenitudo, perficiens, Propheta, prior, proximus, Paulus, poculum, pendens, puer, prodigium, pugillus, Pontifex, pollex, palma, pera, pallium, panis, præcedens, prælium, Philisthæus. Quippiam, quercus. Rex, Regnum, Regio, Romanus, robur, robustus, religio, residuum, rates, ruina, Rabsaces, reliquus, Rechab, repudium, reptans. Sedile, scutum, scutarius, saxum, Selemith, sanguis, semis, spontaneus, Saul, Salomon, Samson, Sisara, Summitas, spica, seges, Salmana, Sacerdos, Sacerdotium, summus, scelestus, scriptura, salus, Saulus, Simon, silentium, scribens, statera, servus, sopor, stratum, similitudo, simile, sors, sicca, Spiritus, sagitta, sacrificium, stellio, stultus, species, sermo, sapientia, silex, sceptrum, Sennacherib, Sirus, Sesac, Susagazus. Tenebra, thus, trulla, thuribulum, Tribunus, transiens, thronus, tributum, thou, trident, Thamar, tuba, testis.

Vitulas, vir, virtus, Urias, virga, vastator, ultor, virilis, vestimentum, validus, victus, visio, umbra, vinculum, vespere, vas, vita, voluntas, unica, victrix, volucris, unio, vipera, visio, vita, universus, volumen.

Zebee, Zelotypia, Zorobabel, Zete, &c.

Præter hæc notamus, quòd etiam Manus à similitudine plurium digitorum, qui eam componunt significat (ql) *Multitudinem*; ita dicitur manus Militum, pro multitudine militum; & etiam Manus simpliciter pro exercitu: & sic interpretamur textum, qui est in libro Machabæorum primo: *Antiochus Rex applicuit castra in Doram secundò* (qm) *admoveas es semper manum, & machinas faciens: & conclusit Tryphonem, ne procederet.*

(ql) Manus pro multitudine, exercitu, &c.

1. Mach. 15, 13.

(qm) Antiochus manus admovens contra Tryphonem.

Insuper aliquid etiam dicere de manuum impositione præter dicta, cum de phrasibus egimus, non erit incongruum. (qn) Ante sacra igitur sciendum est, quod manus levabantur, ut habetur in Exodo; ita & victimis mactandis imponebantur, ut patet ex Levitico; & ita manuum impositio erat ostendi gratiam vel morti destinata, vel Dei gratiæ commendata, vel alicui gravi muneri, sacróve usui decreta; & sic etiam Sacerdotes per manuum impositionem destituebantur. Præterea ritus impositionis manuum observabatur, in signum precandi, & imprecandi; unde Jacob per hujusmodi impositionem bona precatus est Ephraim, & Manassi. Sic Pontifex, manum admovens ad adducendum hircum in deserto populi imprecabatur ejusdem capiti peccata. Vid. *Mystica.*

(qn) Manuum impositiones variæ.

Exod. 30, 24 &c.

Lev. 1, 21, &c.

Gen. 48, 14. &c.

Lev. 16, 21.

Myst. Plura quidem & mystica, in historicis notavimus circa dictionem hanc *Manus*, quoad ejus significata, translatè ei applicata; et eccum alicujus ex SS. PP. & DD. nomine, & auctoritate ad marginem distincta non pigebit iterum lectorem legere.

D. Ambr. f. Psal. 118. serm. 20.

Angeli, Apostoli, Prædicatores per quos Deus tanquam per manus operatur, ut sui ministros, manus Dei dici possunt; ex D. Ambr.

Idem de Noe. 18.

Animus, Cor, Mens, sæpè pro manu sumi potest; ut notat idem D. Ambr.

Ar. Mont. lib. de arcan. serm.

Afflictio pro manu etiam venit; ut, cùm dicitur in Job: Manus Domini tetigit me; afflictio scilicet à Domino; ut habetur ex Aria Montano.

Idem ibidem.

D. Cyr. contra Jul. 1.

Adjutorium item venit pro manu; ut habetur ex eodem: Ita *Auxilium*, & *Defensio Dei*, seu *à Deo protegente*; ut scribit D. Cyrillus.

Apostoli. Vid. *Angeli.*

D. Ambr. de ben. Patr.

Castigatio Dei, etiam manus Dei percutientis est; ut scribit D. Ambr.

D. Greg. f. 1. Reg. 6. &c.

Rup. f. Dan. 5.

Christus, filius Dei, qui etiam virtus DEI nuncupatur, per quem operatur omnia Pater, Manus Dei appellatur à D. Gregorio Magno. Dumque mundum, mundanosque condemnat, manui scribenti in pariete Dan. 5. assimilatur à Ruperto.

D. Greg. f. 1. Reg. 14.

Consilium significatur etiam aliquando per manum; ut habet Div. Gregor. Magnus.

Cor. Vid. *Animus.*

Cl. Al. 1. strom.

Correctio designatur etiam per manum; ita Agar relicta est in manu Saræ; ex Clem. Alexan.

Gl. Ord. f. Gen. 48.

Crucis figura expressa fuit per manus Jacob commutatas in benedictione Ephraim, & Manasse; ut benè advertit Glossa Ordinaria.

Defensio, vid. *Adjutorium. Auxilium.*

Doctores, & Presbyteri, quando grave aliquod in scandalum incidunt, figurantur in manu dextra scandalizente; ex Origene. Orig. f. Jos. h. 7.

Exorcismus, *& Exorcismi virtus* in manu domûs Joseph repræsentantur; ex eodem. Idem ibid. h. 14.

Facultas, Imperium, Potestas venit quoque sub nomine manûs; ut scribit D. Hilarius. D. Hilar. f. Matth. Can. 10.

Figura Crucis. Vid. *Crucis figura.*

Gratia operans ante legem scriptam dicitur manus Zaræ, producta ante Phares; juxta Div. Ambrosium. D. Amb. f. Luc. 3.

Imperium. Vid. *Facultas.*

Justitia. V. *Misericordia.*

Manus Christi operantis humanam redemptionem in cruce designantur in manibus Moysi elevatis; ut habetur ex Tertulliano. Tert. adv. Jud.

Minister in actionibus divinis in manu dextera figuratur; *qui verò in terrenis*, manui sinistræ assimilatur; ex D. Hieron. D. Hier. f. Matth. 28.

Ministerium spirituale Prælatorum erga inferiores demonstratur in manu Abrahæ, de qua septem agnas accepit Abimelech; ex Orig. Orig. f. Cant. h. 2.

Mens. Vid. *Animus.*

Misericordia in manu dextera; in sinistra verò *Justitia* repræsentatur; ex Georgio Ven. Georg. Ven. Cantic. 1. 6 Cap. 24.

Miracula Dei in populo Israël manus Dei dicuntur ab Isychio; sicuti & *miracula Christi* manus tornatiles Sponsi à Ruperto. Isych. f. Lev. 16. Rup. f. Cant. 5.

Obscuratio illustris aliquando vocatur manus Domini superimposita oculis, faciei &c. ex D. Augustino. D. Aug. f. Ps. 138.

Opera Christi per manus Sacerdotis significantur; ut notat Isychius. Et universaliter *Opera* sive bona, sive mala exhibentur per manus, quæ instrumenta sunt ad operandum; ut habet D. Ambr. Isych. f. Lev. 21. D. Ambr. de Virg. 3.

Opera idololatriæ exhibentur in manibus Dagon; ut notat D. Gregorius Magnus. D. Greg. f. 1. Reg. 5.

Opera Judæorum abscondita, utpotè inutilia demonstrentur in leprosâ manu Moysi, in sinu positâ; ex Origene. Orig. f. Exod. h. 22.

Opera inconcussa notantur per manus graves ex Philone. Ita & *Vis penitionis*; ex eodem. Phil. 2. alleg.

Peccata nostra, super Christum posita, quæ scil. ipse tulit, denotantur per manus Aaron, & filiorum ejus super caput vituli; ut habet Orig. Orig. f. Lev. h. 2.

Peritia sacrificandi, & scientia legis ostenduntur per manus Aaron, & Moysis; ut scribit idem Origenes. Idem f. Exod. h. 27.

Potentia, Virtus, & Vis operativa Dei, manus Dei vocatur; ex D. August. D. Aug. f. Jo. tr. 38.

Potestas. Vid. *Facultas.*

Prædicatores. Vid. *Angeli.*

Presbyteri. Vid. *Doctores.*

Professio innocentiæ perhibetur per manum offerentis super caput victimæ; ut notat Philo. Phil. de Vict.

Ratio, per quam cætera sustinenda sunt, symbolizatur in manu hominis, sub pennis animalium apud Ezech. ut advertit D. Hieron. D. Hier. f. Ezech. 1.

Rectitudo operum, quæ fieri debent per Spiritûs Sancti gratiam, in manu dextera, quæ ungitur, refertur; ut habet Origenes. Orig. f. Lev. h. 6.

Sacramenta, per quæ Deus nobis confert gratiam, manus Dei dici possunt, ex D. Hilario. D. Hil. f. Ps. 67.

Scientia legis, V. *Peritia sacrificandi.*

Spirituale ministerium. V. *Ministerium spirituale.*

Tractantes negotia Monasterii, manus Monasterii appellantur à D. Basilio. D. Basil. in fusius 24.

Vigor & virtus in anima, qua scilicet aliquid Orig. f. Exod. h. 10.

quid

quid tenere, & constringere potest, manus illius dicitur; ex Origene.

D.Greg. l.Cant. 7

Virtus Christi per manum artificis designatur; ut habet D. Greg. Magnus.

D.Dion. cal. hier. 15.

Virtus operativa denotatur per manus Angelorum, ex Div. Dionys. Vid. *Potentia operativa.*

Virtutes. Vid. *Exorcismus.*

Vis operativa. V. *Potentia operativa.*

Vis punitionis legis. V. *Opera inconcussa.*

Jac. de Vor. Marial. serm. 1. Bern. de Bust. serm. 4. de nom. Mar. Maur. de Villapr. serm. 9. – Cor. nov. B. M.

Virgo Maria vocatur manus aurea, manus Dei, tornatilis, fortissima &c. à diversis, nempe à Jacobo de Voragine, Bernardino de Bustis, Mauritio de Villaprobata, &c.

Manufactus, a, um.

Hist. (a) Quid est. Dan. 14. 4. (b) Daniel non colens idola manufacta. Actor. 7, 48. (c) Deus non in manufactis habitans; ubi expl. – 17, 24.

Ex duplici voce una dictio conflatur, (a) quæ sonat: *id, quod manu factum est.* Invitatus Daniel ad adorandum Bel, respondit Regi: (b) *Non colo idola manufacta, sed viventem Deum, qui creavit cælum, & terram, & habet potestatem omnis carnis.* Stephanus, Judæis concionem habens, ajebat: (c) *Non excelsus in manufactis habitat, sicut Propheta dicit, &c.* Quod idem Atheniensibus prædicavit Paulus, dicens: *Deus, qui fecit mundum, & omnia, quæ in eo sunt, hic cæli, & terræ cùm sit Dominus, non in manufactis Templis habitat, &c.* h. e. quasi Templorum ambitu comprehenderetur. Et ad

2. Cor. 5. 1. (d) Habitatio non manufacta in cælis nobis parata. Hebr. 9. 11. – – 12. (e) Christus nobis adveniens per Tabernaculum non manufactum – – 24.

Corinthios scribit: *Scimus, (d) quod si terrena domus nostra hujus habitationis dissolvatur, quòd ædificationem* (d) *ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cælis.* Sic ad Hebræos ait, quòd Christus *per amplius, & perfectius* (e) *tabernaculum, non manufactum, id est, non hujus creationis, —— introivit semel in sancta, æterna redemptione inventa.* Et paulò post subdit: *Non in manufacta sancta Jesus introivit, exemplaria verorum: sed in ipsum cælum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis.*

Maoch.

Hist. 1. Reg. 27. 2. (a) Quid est, & quid sonat.

Achis (a) Rex Geth, ad quem confugit à Saule persequente David, filius fuit Maoch; & hoc nomen sonat: *Compressus: Attritus: Fixus.*

Maon, vir.

Hist. 1. Par. 2. 45. (a) Quis est, & nom. signif.

Filius (a) *Sammai*, & pater Bethsur in Tribu Juda fuit Maon, cujus etymon est: *Habitaculum: Delictum: De peccato.*

Maon, Urbs, Solitudo.

Hist. (a) Quid est. Jos. 15. 55. (b) Urbs, & solitudo est. 1 Reg. 23. 24. &c. (c) David in solitudine Maon. – 25. 2. (d) Nabal habitans in solitudine Maon. (e) Nom. interpr. & Lect. LXX.

Urbem (a) fuisse eruimus ex Josue, hujus nominis *in Tribu Juda,* (b) à qua proxima solitudo, & desertum, quasi vallis Carmelo subjecta, nomen habuit. In (c) hoc deserto David aliquando erat cum suis profugus à facie Saul, qui in hoc etiam deserto illum persecutus est. In hac (d) solitudine ditissimus Nabal habitabat, (Vid. *Nabal.*) (e) Nominis hujus interpretatio est eadem, ac in *Maon, viro.* In Josue legunt Septuaginta, *Maor, Maōg.*

Maonathi.

Hist. 1. Par. 4. 13. &c. (a) Quid est, & quid significat.

Filius (a) *Othonielis* est in Tribu Juda, & Pater Ophra. Significat idem ac *Maon.*

R. P. Franc. à Concept. Polygr. Sacr. Tom. XI.

Maozim.

Hist. Dan. 11, 38. (a) Deus Maozim colendus à Rege iniquo; ubi expl. text. – – 39.

Daniel prævidit, & explicuit Regem futurum, qui Deum verum non reputaret, eumque non coleret, cujus (a) Tyrannide præpotente, idemmet *Deum Maozim in loco suo venerabitur, & Deum, quem ignoraverunt Patres ejus, colet auro, & argento, & lapide pretioso, rebusq; pretiosis. Et faciet, ut muniat Maozim cum Deo alieno, quem cognovit, & multiplicabit gloriam, & dabit eis potestatem in multis, & terram dividet gratuitò.* Hæc referuntur de Antiocho Epiphane dicto, de quo in libris Machabæorum ad perpetuam nominis ejus infamiam est mentio: Hic etenim, omnia subvertens, veri Dei cultum referentia in Templo Jerosolymitano, ac alibi Jovem recolendum proposuit, statuâ ejus erecta; & sic alibi Martem, alibi Herculem, aliósque idololatricæ (b) sectæ Deos, quos nomine Maozim, tanquam universali vocabulo comprehendi omnes non dubitemus: *Oz* enim עוז, & *Maoz,* מעוז idem est, ac *fortitudo, fortissimus*; unde & Maozim, quod nomen est pluralis numero significans, habet significare: *Fortitudines: Fortissimi.* Sub hoc ergò nomine, tanquam Gentium fortitudines, & cæterorum fortissimi quicumque Gentium Dii notantur, veluti sub nomine generali. Hic autem prædicitur, quod in *loco suo,* id est, Templo *Deum Maozim venerabitur*, eo scilicet modo, quo diximus, universaliter intelligendo Gentium Deos; *& Deum, quem ignoraverunt Patres ejus, colet auro, &c.* puta Jovem Olympicum, (d) quem colebant Romani, ignoratum à Patribus ejus Asiaticis, & Romæ, ubi Ethnica præ cæteris urbibus florebat, vigebátque superstitio, adoratum. Sic ergo factum est ab eodem, ut muniret *Maozim,* Deos scilicet suos, *cum Deo alieno*, nempe Romanorum, quem cognovit, cùm Romæ esset, & Romanis hæreret; stabilitis præmiis Gentium superstitionem recipienti. Et hæc eadem de populo Judæo dici possunt, operâ, imperio, & tyrannide Antiochi ad extrema hæc adducto, ut in loco sancto Maozim veneraretur, & Deum à Patribus ejus ignoratum, muniens Maozim cum Deo alieno, quem cognovit, adoravit scilicet Antiocho urgente, qui per præmia, & munera hoc à Judæis exigebat; & tunc hujusmodi interpretatione utentes ly *Maozim* pro Deo fortitudinis, atque excellentiæ omnis auctore, accipiunt. Quæ autem hucusque Antiocho applicuimus, ut legimus in libris Machabæorum evenisse, sunt qui applicant Antichristo, ab ipso nempe facienda.

(b) Maozim nomina Gentium universalia.

(c) Nom. signif.

(d) Romani colentes Jovem Olympicum.

Mara, locus.

Hist. (a) Quid est, & quid inibi actum. Exod. 15. 22. (b) Aquæ in Mara amaræ. – – 23. – – 24.

Non hîc sermo nobis est de urbe illa, quam ponit Adrichomius, ex Tyrino, in Tribu Manasse, utpotè quæ in sacris litteris non nominetur; sed de Mara, (a) aliàs etiam *Marath loco, & Mansione Judæorum*, quintâ quidem ab Ægypto venientium, & primâ post transitum maris rubri: Eò autem pervenêre turbæ siti confectæ, quæ triduò per solitudinem ambulaverant, aquam non invenientes; (b) & cùm ibi aquas invenissent, eas bibere non poterant ex earum amaritudine, propter quam nomen habuit locus. Sic ergo contra Moysen populo admurmurante, ipse

 Do-

Exod. 15, 25.
(c) Per lignum dulces factæ.
(d) Lect. LXX.
(e) Nom. interpr.

Dominum rogavit, (c) *qui ostendit ei lignum, quod cum misisset in aquas, in dulcedinem versa sunt*; & ostatur, quòd ibi constituit ei (Dominus) præcepta, atque judicia, & ibi tentavit eum. *Locus* ergo, & *fons* erat Mara: (d) pro quo legunt Septuaginta Exod 15. μέῤῥα, *merrha*. De Mara autem venerunt io Elim Israëlitæ. Sonatque hujusmodi nomen: (e) *Amara: Amaritudo*.

Mara, Mulieris agnomen.

Hist.
(a) Quid est.
Ruth. 1, 20.
(b) Signif. nom.

Agnomen est, (a) quod sibi apposuit *Noëmi*, cui vir, & duo filii obierant in terrâ Moab; unde rediens ad suos in Bethlehem dicebat: *Ne vocetis me Noëmi (id est, pulchram); sed vocate me Mara (id est, amaram), quia amaritudine valdè replevit me Omnipotens &c.* Vides ergo & hic, quòd sonat: (b) *Amara; amaritudo*, ut dictum est in *Mara, loco*.

Marai.

Hist.
(a) Quis est.
1. Par. 27, 13.
(b) Nom. etym.

Hic (a) Netophathites *de stirpe Zarai*, inter duodecim Principes erat, qui præerant viginti quatuor millibus militum singuli, & decimus erat pro mense decimo. Significat: (b) *Accelerans: Dotatio: Montanus: De monte meo.*

Maraja.

Hist.
2. Esd. 12, 12.
(a) Quis est, & quid sonat.

De (a) *stirpe Sacerdotum* vir fuit, Princeps familiæ Sarajæ. Etymologia nominis est: *Myrrha Domini: Amaritudo Domini: Docens Dominus: Præceptor Dominus.*

Marajoth.

Hist.
1 Par. 9, 11.
(a) Quis primus.

I. Pater Sadoc fuit, (a) & *filius Achitob* fuit Marajoth de stirpe Sacerdotum, in cujus lineâ Azarias dicitur *Pontifex domûs Dei*.

(b) Quis secundus.
1. Esd. 7, 3.

II. Alius nominatur pater Azariæ, & (b) *filius Zarahia* in prædecessoribus Esdræ; & quidem, è lineâ Sacerdotali Aaron. An idem sit cum supra laudato num. I. facilè non est asserere, neque negare; quandoquidem & nomine filiorum veniunt nepotes sæpè in sacris litteris; & avi proavi, atavi &c. nomine patrum; præterquam quòd plures in iis nominantur duplici nomine, & binomii, quin etiam trinomii, reperiuntur.

2. Esd. 12, 15.
(c) Quis tertius.
(d) Interpr. nom.

III. Alius Marajoth habetur (c) *Caput familiæ Sacerdotalis*, à quo nomen trahebat; cujus quidem familiæ Princeps erat Helci; de hoc tertio eadem difficultas esse potest, ac de secundo proposita est respectu primi. Interpretario nominis hujus est: (d) *Amaritudines: Rebelliones: Commutationes: Permutationes.*

Maran-atha.

Hist.
(a) Quid est, & quid sonat.
1. Cor. 16, 22.
(b) Explicatio hujus vocis remissivè.

Hebraico-Syriaca (a) vox est, adhibita pro maledictionibus; & sonat: *Dominus venit*. Hujus vocis omnimodam explicationem habes sub dictione: (b) *Anathema*. Versùs finem.

Marcidus, a, um.

Hist.
(a) Quid est.
Eccli. 11, 12.
(b) Deus hominem marcidum respiciens.
Eccli. 11, 13.

Adjectivum (a) nomen est à *marceo*, & sonat idem ac *putridus, languens*. In Ecclesiastico ponitur: (b) *Est homo marcidus, egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate; & oculus Dei respexit illum in bono &c.* & subsequenter narratur, quòd multi mirati sunt, & laudem Deo dederunt, eò quod erectus, & exaltatus sit.

Marcus.

Hist.
(a) Duo Marci.
(b) Unum ex duobus Marcis aliqui faciunt.

Duos (a) Christianæ fidei heroas hoc nomine insignitos habemus, quorum memoria in sacris litteris est; ita quidem, quod uni nomen hoc, ut nomen aptatur, & datur; alteri verò ut cognomen. (b) Non defuerunt tamen aliqui, qui Marcos duos unum, eundemque faciunt, at communiter rejiciuntur. Hærentes ergo primæ sententiæ notamus, quòd (procedendo juxta seriem, & ordinem, quo nominantur in sacrâ paginâ).

Actor. 12, 12.
(c) Uni cognomen est; & hic primus quis sit.
- - - 25.
(d) Consobrinus Barnabæ, & cum eo socius Pauli, à quo aliquandò discedit.
- 13. 13. &c.
(e) Propter ipsum dissensio inter Barnabam, & Paulum.
Coloss. 4, 10.
(f) Corinthii nomine Marci ab Apostolo salutantur.
2. Tim. 4, 11.
(g) Idem in ministerio utilis Paulo.
Philem. v. 24.
(h) Idem à Paulo dictus adjutor suus.

I. Venit primo loco is, *qui*, nomine Joannes, (c) *cognominatus est Marcus*; ad domum matris hujus, quæ appellabatur Maria, venit Petrus, liber ab Herodis carcere per Angelum factus. Is Barnabæ (d) consobrinus additus est socius eidem Barnabæ, & Saulo; seu Paulo; recessit autem ab eis de Pamphyliâ, facilè, ut aliqui notant auctores, pietate matris, & amore erga ipsam motus, ut eam inviseret. Hinc (e) postea, volente Barnabâ, iterùm eum ipsum secum assumere, & Paulo repugnante facta est dissensio, ita Deo ad sui nominis gloriam disponente, inter Barnabam, & Paulum, ab invicem ex hoc discedentes; & Marcus cum Barnabâ Cyprum navigavit. Verùm non is fuit Paulus, qui Marcum odisset, sed qui paternè eum ita mortificans, eundemmet in sui societatem monitum, & correctum admitteret. Hinc salutatos (f) Corinthios ab Apostolo nomine Marci Barnabæ consobrini audientes, etiam habemus, quòd ad Timotheum scribens, Apostolus, ait: (g) *Marcum assume, & adduc tecum; est enim mihi utilis in ministerium*. Et eum ipsum Marcum (h) adjutorem suum dicit, dum ad Philemonem scribit. (Vid. *Joannes. Num. X.*

1. Petr. 5, 13.
(i) Quis secundus dictus à Div. Petro filius suus.
(k) Idem Evangelista, & Christi discipulus.
Ex D. Hieron. de vir. ill. c. 8. Euseb. l. 2. c. 16. & l. 4. c. 11. h. l. Niceph. l. 2. c. 43. & aliis.
(l) Evangelium Latinè scribit, redditum Græcè.
(m) Idem Alexandriæ Episcopus.

II. Alius est, de quo Petrus, Apostolorum Princeps, ad fideles scribens, inquit: (i) *Salutat vos Ecclesia, quæ est in Babylone coelecta, & Marcus filius meus.* Hic autem Marcus, hoc nomine filii sui, spiritualis scilicet, & quem speciali amore, ut ex his verbis eruimus, prosequebatur, honoratus, fuit (k) Marcus, Evangelista dictus ab Evangelio, quòd scripsit. Ex communi scriptorum consensu, septuaginta duos inter Christi discipulos connumeratus est, licèt non desint aliqui ei gloriam hujusmodi detrahere volentes, qui discipulum tantùm D. Petri dicunt. Judæus natione, Petrum secutus, & ab eo multa audiens, quæ gratiosus in sermone populo explicabat, Evangelium (l) scripsit Romæ, ut traditur; & sic Latinè, deinde ab eodem è Latino redditum Græcè, cùm in Asiam Româ revertit, quod Græcum exemplar apud Venetos servatur: Româ igitur in Ægyptum profectus (m) Alexandriæ stetit, inibi Episcopus, Ecclesiam illam sacris stabiliens doctrinis, & exemplis; & quidem adeò fidei veritatem per Provincias illas stabilem fecit, fidelesque ad Dei amorem acuit, ut Philo Hebræus, auctor gravissimus, de iis celebrem memoriam posteris tradiderit sanctitatis. Ita Alexandriæ, & per vicinas regio-

regiones fidei lumen ſpargens, gentibus factus
invisus, cæcutientibus, & mortem ipſi molien-
tibus, de ſucceſſore Aniano Eccleſiæ Aleaan-
drinæ conſuluit: at tandem ab iniquis idolola-
(n) Martyrium ejus. tris captus, (n) qui die 24. Aprilis Serapidi
feſtum celebrabant, fune ed collum alligato
per urbis vias violenter, ac furenter raptatus,
undique laceratus, & magnam ſanguinis vim
(o) Ipſum in carcere ſolatur apparens Jeſus C. effundens, ductus eſt in carcerem, (o) ubi
Chriſtum vidit conſolantem, & eudivit, di-
centem: *Pax tibi Marce, Evangeliſta meus*;
inde verò deductus, iterùmque eodem modò,
quo pridie raptus per urbem, in eo ſupplicio
vitam finivit mortalem, æternam adeptus mar-
(p) Quo anno obierit. tyrio. (p) anno imperantis Neronis octavo, à
Chriſto oato ſexageſimo quarto. Conati ſunt
deinde impii corpus D. Marci comburere; at
per exortum turbinem impediti ſunt; datùm-
que eſt corpus ſepulturæ ibidem; uode tractu
temporis devotè Veneti abſtulerunt, Venetiáſ-
(q) Protector idem Venetæ Reipublicæ. que tulerunt; ejus (q) ſibi protectionem invo-
cantes, & ſumentes; quin etiam ipſum Venetæ
Reipublicæ caput conſtituentes, & nomen vindi-
cantes Hioc eſt, quòd enm D. Mareo inter Evan-
(r) Forma, & figura leonis, juxta viſionem Ezechielis, D. Marco applicata. geliſtas forma leonis, (r) ab Ezechiele in ſpiritu
viſi, approprietur, ut vis, & vigor illius in
referendis Chriſti Domini portentis oſtendatur,
(s) Inſigne Reip. Venetæ quale. Veneti pro Reipublicæ ſuæ inſignibus (s) leo-
nem efferunt alatum, qui dexterâ anteriori,
quaſi manu gladium ferat, & librum ſub ſini-
ſtrâ babeat, in quo ea leguntur verba, deſuper
notata: *Pax tibi, Marce, Evangeliſta meus.*
Inter Scriptores Eccleſiaſticos Marcum ponit
Hieronymua, aitque Marci Evangelium com-
pendium quaſi haberi Evangelii Matthæi; at
in pluribus dilatatur Mareus. Ejus autem
Evangelium ſexdecim haber capita.
(r) Compendium Evangelii D. Marci. In primo (r) notatur, quòd prædicante,
Marc. 1. & baptizaote Joanne Baptiſtâ in deſerto, Jeſus
ab eodem baptizatur, cæleſti voce Filius DEI
declaratus; proinde jejunat, & poſt quadra-
ginta jejunii dies tentatur à diabolo. Joan-
ne poſtea morti tradito poſt hæc, prædicat ipſe
Chriſtus Regnum Dei io Galilæâ, diſcipulos
colligit, Capharnaum accedit, in Synagogis
docet, energumenos liberat, ſocrum Simonis
ſolvit febribus, leproſum mundat; & prodi-
gia plura cum omnium admiratione patrat.
2. Paralyticum, (ut notatur in ſecundo) per te-
ctum in grabato demiſſum, conſolidat, remiſſis
peccatis, ex quo glorificatur Deus. Levi,
Matthæum ſcilicet, ad ſui ſequelam vocat, &
apud eum diſcumbit; rationémque reddit,
quare cum peccatoribus converſetur; ſicuti &
cur diſcipuli non jejunent, quos etiam, ſabba-
3. to ſpicas vellentes, excuſat. Sabbato (ex ter-
tio) aridam manum curat, & Phariſæorum
inde, machinantium mala, declinat inſidias;
turbarum ſequentium infirmos ſanans: electos
duodecim Apoſtolos ad prædicandum verbum
Dei mittit, ſuper dæmonia, & morbos eis
poteſtate attributâ. Falſiratis erguit, & coo-
vincit blaſphemos Scribas, docétque blaſphe-
miam in Spiritum Sanctum non facilè remitti;
móxque docet, quæ mater ſua ſit, & qui fra-
4. tres. Seminantis, (ut habetur in quarto)
lucernæ, & ſeminis parabolas, nec non & ſina-
pis affert, & explicat: exeitatúsque à ſomno
5. in navi maris tempeſtatem ſedat. Legionem
dæmoonum apud Geraſenos (in quinto) ab ob-
ſeſſo, in porcos miſſam, ſe exinde in mare
præcipitantes, expellit: mulierem à ſanguinis
profluvio liberat: Jairi Principia filiam à mor-
te revocat. Contemnitur inde Jeſus, (ut in Marc. 6.
ſeato) in Petriâ ſuê Nazareth prædicans: Apo-
ſtolos ad prædicationem legat, quid obſervare
debeant, inſtructos. Timet Herodes, ex
Chriſti famâ, ipſum eſſe Joannem, quem de-
collaverat, petente Herodiadis filiâ, ſuſcitatum.
Satiat interea in deſerto Jeſua quinque millie
virorum panibus quinque, & piſcibus duo-
bus: ſuper mare ambulat, & tempeſtatem ſe-
dat; pluresque ſolius fimbriæ veſtimenti con-
tactu in terrâ Geneſateth, ſanat infirmos. Di- 7.
ſcipulos (in ſeptimo) quod non lavarent ma-
nûs ad comeſtionem, à Phariſæis accuſatos,
per ipſorum accuſantium redargutionem, ea-
cuſat, additê doctrinâ de iis, quæ hominem
coinquinant; Syrophœniſſæ filiam ſupplican-
tis à dæmone liberam facit; mutumque, ac
ſurdum curat. Quetuor virorum millia ſe- 8.
ptem panibus, paucisque piſciculis ſatiat (ut
in octavo eſt): A fermento Phariſæorum ca-
vendum eſſe, ſuos docet: cæcum ſanat; in-
terrogans, qualis haberetur ab hominibus, à
Petro eudit coofeſſionem, quâ ipſum Chri-
ſtum dicit: eundem Petrum deterrentem à
paſſione, quam prædicebat, ut Satanam rejicit;
ſuadetque crucem ab unoquoque tollendam,
animæque curam gerendam. Traosfiguratur 9.
proinde idem Jeſus (ut ea nono apparet). de-
que Eliâ venturo prædicit: Dæmoniacum mu-
tum, ac ſurdum curat, monétque hujusmodi
Spiritûs oratione, & jejunio eapellendos: de
majoritate in Regno cælorum docet: diſcipu-
lum, non ſuum, ſed in nomine ſuo dæmonia
ejicientem, impediri vetat: ſcandale ebjicien-
da eſſe deprædicat. Dimitti uxorem (ut in 10.
decimo) prohibet; parvulis, quos amplecti-
tur, benedicit. Diviti, ut relictis opibus ſibi
adhæreat, fruſtra ſuadet, notum faciens, quæ
præmia, relinquentem mundana pro cæleſti-
bus, expectent: Paſſionem ſuam prædicit; di-
ſcipulorum ambitinnem compeſcit, ſumptâ
occaſione ambitionis filiorum Zebedæi; & Bar-
timæum cæcum ſanat. Jeruſalem bine (in 11.
undecimo) ſuper pullum aſinæ honoratus in-
greditur: infructuoſam ficum maledicens are-
facit: ementes, & vendentes de Templo ex-
pellit: fiduciæ io Deum efficaciam demonſtrat,
& peccata remittenda fratribus oſtendit: Scri-
barum ab eodem quærentium, quê poteſtare
hæc patraret, quæſtione de baptiſmo Joannis
propoſitâ, petulans os obturat. Parabolam 12.
haber (in duodecimo) de vineâ, inſidis eloca-
ta agricolis: Moa tentatus à Phariſæis de tri-
buto Cæſari deodo, iis reſpondet; & Saddu-
cæis ſatisfacit circa reſurrectionem inſtantibus:
quale ſit primum mandatum, interroganti
Scribæ exponit: binc petens, quomodo Scri-
bæ dicerent Chriſtum filium David, eb eis ca-
vendum eſſe manifeſtat: Viduámque pauper-
culam, ob duo minuta, in gazophylacium
miſſa, prolixè laudat. Jeruſalem, & Tem- 13.
plum; quin & univerſum orbem evertendum
(in decimo tertio) prædicit; abominationem
item deſolationis futuram; graviſſimam perſe-
cutionem; pſeudo-Chriſtorum, & pſeudo-Pro-
phetarum prædicationem; ſigna, quæ hæc
omnia præcedent; extremum judicii diem,
omnibus ignotum; unde omnes vigilare jubet.
In decimo quarto eſt conſultatio Principum 14.

de Christo occidendo; discipulorum, ob effusum à muliere unguentum obmurmuratio; Judæque in Christum proditio, illiúsque venditio, quæ in cœnâ Christus detegit, non tamen impedit. In cœnâ item eucharistiam instituit Christus, & discipulis tradit: scandalum discipulorum, trinam Petri negationem prædicit: orat in horto Gethsemani: capitur: Petrus auriculam uni ex satellitibus abscindit: Fugiunt discipuli: adducitur coram Caiphâ à falsis testibus accusatus Jesus; mortis reus adjudicatur, conspuitur, cæditur, illuditur, & ter à Petro

Marc. 15. negatur. In decimo quinto ponitur Jesus coram Pilato accusatus, traditus ad crucifigendum, Barrabbæ postpositus; illusus à militibus; ad crucifixionem ductus; vestibus divisis, inter latrones crucifixus; blasphematus; subortis tenebris clamans ad Patrem; aceto potatus; cum clamore valido expirans, cujus corpus à Jo-

- 16. seph sepelitur. In decimo sexto nuntiatur mulieribus, ad Christi monumentum stupentibus, ejus resurrectio; qui Mariæ Magdalenæ primò apparet, deinde duobus discipulis, euntibus in castellum Emmaus; postea recumbentibus Apostolis, quos in universum orbem prædicaturos verbum Dei, & Evangelium mittit, signa credentium denotans; & postquam locutus est eis, ascendit in cælum.

Et hæc ea sunt, quæ de D. Marco, & ejus Evangelio elucidanda sunt visa. Sonat hoc

(u) Signif. nom. nomen: (u) *Limatus*: *Fricatus*: *Expolitus*; hoc est, *rubigine absterfus.*

Mardochai.

Hist. Inter primates (a) Judæorum, socios Zo-

1. Esd. 2. 2. (a) Quis est, & quid sonat. robabelis, redeuntis ex captivitate Babylonicâ in Jerusalem, est Mardochai, cujus nominis interpretatio est: *Amara contritio*: *Myrrha contrita*: *Docens contritionem*; & si vox consideretur ut Hebraico-Syriaca: *Myrrha purissima.* (Vid. *Mardochæus num. I.*)

Mardochæus.

Hist. Duo (a) in sacris litteris hoc notantur no-

(a) Duo Mardochæi. mine insigniti: pro quibus notamus, quòd

2. Esd. 7. 5. (b) Quis primus. I. Est idem, (b) ac *Mardochai*, de quo in præcedenti lectione locuti sumus; ita ut quòd refertur Hebraicè *Mardochai*, Latinorum more Mardochæus efferatur; & sic in secundo Esdræ libro notatur.

II. Celebris est in sacrâ Scripturâ vir, cu-

Esth. 2. 5. &c. (c) Quis secundus, & ejus historia. jus (c) historiam elucidando, ex libro Esther desumimus, videlicet: Eo tempore, quo Jechonias Rex Juda in Babylonensem captivitatem cum subditis Jerosolymâ, & Judæâ relictâ adductus est, Mardochæus, *Jairi filius*, de stirpe Jemini captivus quoque, Regis fortunam sequutus est, vivebatque in civitate Susan: Fuit autem nutritius filiæ fratris sui Edissæ, quæ alio

(d) Patruus, & nutritius Esther. (d) nomine vocata est Esther; eámque, mortuis ejus parentibus, sibi adoptavit in filiam, pulchram valdè, & decoram, quam inter cæteras puellas de mandato Regis exquisitas, loco Reginæ Vasthi, thronum, ad ejusdem Regis placitum, occupaturas, Regio tradidit eunucho Egeo cum præcepto, ne patriam, nationem-

(e) Quæ ad Regis Palatium adducta, & Regina dicta Mardo- que suam manifestaret; & (e) quæ in Reginæ locum successit; (vid. *Esther*) nunquam à Mardochæi monitis, ne latum quidem unguem dis-

cedens, sed omnia servans, *ut eo tempore solita* chæi monitis adhæret.

erat, quo eam parvulam nutriebat. Inter hæc Esth. 2. 20.

Mardochæus Regium palatium frequentans, - 12. 1. &c.

(f) dum *ad Regis januam morabatur*, inobser- - 2. 21.

(f) Eunuchorum conjurationem audit in Regem, & detegit. vatus audivit duorum Regis eunuchorum Bagathan, & Thares, eidem Regi subiratorum, *qui janitores erant, & in primo palatii limine præsidebant*, pro Rege occidendo tractatum; quo - - 22.

circa Reginæ audita retulit, quæ ex nomine Mardochæi rem Regi patefecit; factúmque *quæ-* - - 23.

situm est, & inventum; & appensus est uterque eorum in patibulo; mandatumq; est historiis, & annalibus coram Rege.

Post hæc exaltatus à Rege (Assuerus erat) - 3. 1. &c.

quidam ejusdem aulicus nomine Aman, qui, cum ab omnibus coleretur, in tantam ascendit animi elationem, ut Mardochæo irasceretur valdè, (g) qui, tumentem fastidiens, nimio ex

(g) Renuit ad Aman genu flectere &c. qui, Judæis imponens, eos omnes impetrat ad quamdam diem interfici. ejus fastu, virum, eadem, quæ cæteri, sibi non præstabat obsequia, non flectens genu, neque eum adorans, etiamsi monitus: quocirca Aman, vindictæ super re hujusmodi inhians, nedum Mardochæum, quem Judæum esse sciverat, sed gentem etiam illius perdere totam sancivit; missáque sorte, quæ Hebraicè Phur dicitur, ad diem Judæorum interfectionis designandam, anno Assueri regnantis duodecimo, duodecimi mensis, Adar videlicet, diem destinavit ad necem; oblatoque non parvo Regiæ Gazæ ærariis appendendo vectigale, calumnias Judæis imponens, obtinuit à Rege, qui pecuniam recusavit, ut litteræ in universas subditas Provin- - 13. 1. &c.

cias, annulo signatæ regio, mitterentur, quarum summa erat, ut dies decima tertia mensis Adar ad necem Judæorum destinaretur, omnesque ad eam patrandam pararentur; *statimq; in* - 3. 15.

Susan pependit edictum, Rege, & Aman celebrante convivium, & cunctis Judæis, qui in urbe erant, flentibus. Audiit hæc Mardochæus; (h) scis- - 4. 1.

(h) Mardochæi luctus pro indicta Judæorum cæde. sisque vestibus suis, sacco indutus est, cinere caput spargens, & in civitatis Mediæ plateâ clamans, *amaritudinem animi sui ostendens, & hoc* - - 2.

ejulatu usque ad fores palatii gradiens; cùm licitum non esset, sacco indutum aulam Regis intrare. (In eodem autem fletu, & dolore omnes - - 3.

erant in aliis urbibus Judæi, futurâ de se strage auditâ.) Intellexit hæc de patruo suo Esther, quæ - - 4. &c.

per Athach eunuchum misit ei vestem, ut saccum exueret; at eam respuit Mardochæus, qui

(i) Idem instat apud Esther pro remedio. (i) per eundem Athach de iis, quæ erant in sui doloris causâ, monuit Esther Reginam, instans, ut ad Regem intraret, rogatúsque ab eadem vicissim, ut jejunio, & oratione cum Judæis - 15. 1. &c.

ad Dominum supplicationes pro eâ deferrent. Tùm Esther, contempto vitæ periculo, (vid. - 5. 1. &c.

Esther) Regem adiit, obtinuitque, ut secum ad convivium veniret, secúmque Aman adduceret: qui Aman quidem tantò se cumulatum honore considerans in Mardochæum, magnitudinis suæ parùm, aut nihil curantem fremebat; quocirca, re cum Zares uxore, cæterísque ami-

(k) Parat Aman trabem ut Mardochæi suspendium. cis ponderatâ, (k) excelsam paravit, in Mardochæi suspendium, trabem, manè Regi dicturus, ut super eam Mardochæus suspenderetur. - 6. 1. &c.

(l) Mardochæus equo, & veste Regiâ utens per urbem adducitur ab Aman, jussu Regis, ipso Aman ita judicante; & sublimi honore decoratur. At (l) Rex in lecto insomnis eâdem nocte annales sibi legi mandans, & Mardochæi fidelitatem in detectis adversùs se eunuchorum insidiis reperiens, & nihil ab eodem mercedis acceptum audiens; quis esset, in atrio exquirens, Aman, qui inibi erat, Regi

Regi summo mane soggesturus Mardochæi
Esth. 6, 6. exitium, introduci jussit, cui dixit: *Quid de-*
bet fieri viro, quem Rex honorare desiderat?
Statimque Aman sermonem hunc de se ipso
- - 7. factum reputans respondit: *Homo, quem Rex*
- - 8. *honorare cupit, debet indui vestibus Regiis, &*
imponi super equum, qui de Sellâ Regis est: &
- - 9. *accipere Regium diadema super caput suum, &*
primus de Regiis Principibus, ac Tyrannis te-
neat equum ejus, & per plateam civitatis ince-
dens clamet, & dicat: sic honorabitur quem-
- - 10. &c. *cunque voluerit Rex honorare.* Et Rex, his
auditis, quæ pro consilio dederat, eidem im-
peravit, ut cum Mardochæo Judæo adimple-
- - 11. ret ad unguem, præcedens, & clamans: *Hoc*
honore condignus est, quemcunque Rex voluerit
- - 12. *honorare*; prout factum est. Reversusque est
Mardochæus ad januam palatii: Aman verò
domum suam reversus, & quæ sibi evenerant,
dolens narrans, audivit à Zares uxore, & à
- - 13. Sapientibus, quos in consilio habebat: (m) *Si*
(m) Aman Mardochæo succubiturus prædicitur. *de Semine Judæorum est Mardochæus, ante quem*
cadere cœpisti, non poteris ei resistere, sed cades
in conspectu ejus; quæ verba sanè prophetica
- 7. 1. &c. fuère. Inter hæc verò ad convivium vocatos
est Aman, cujus finis fuit, quòd precibus
Esther motus Rex Aman in eo patibulo suspen-
di juberet, quod Mardochæo paraverat;
- 8. 1. &c. (vid. *Aman.*) Et Mardochæus (n) in locum
(n) Aman in convivio damnatur, Mardochæus in locum ipsius subcitur; & cædes Judæorum in eorum hostes versa est. Aman suffectus est, ante faciem Regis intro-
ductus, & ab eâdem Esther patruus suus ma-
nifestatus. Mox impetravit Mardochæus à
Rege, ut serales, & veteres Aman litteræ
contra Judæos revocarentur, & irritarentur,
Judæisque securitas, nec non ulciscendi de ini-
micis potestas fieret; quod per novas litteras
- 9. 2. &c. factum est. Hincque evenit, quòd, omnibus
Mardochæo obsequentibus, etiam Judæi,
factâ sibi de hostibus ulciscendi facultate uten-
tes eâdem die, quæ ad eorum internecionem
parata fuerat, in hostes suos in civitate Susan
irruerent, tertia decima scilicet die mensis Adar,
& quingentos viros interficerent, extra decem
filios Aman Agagitæ. Hinc novâ obtentâ
facultate pro sequenti die decima quarta
Adar, ut eandem exercerent vindictam extra
Susan, trecentis iterùm viris in Susan civitate
occisis, septuaginta quinque millia virorum in
aliis locis morti dederunt Judæi, nihil ubicun-
que de occisorum substantiis tangentes: cujus
(o) Dies festi perpetuo instituti pro cæde hostium Judæorum. (o) quidem in rei memoriam dies illi decimus
quartus, & decimus quintus, (quo scilicet de-
sierant à nece) mensis Adar *appellati sunt Phu-*
- - 26. *rim, id est, sortium, eò quòd Phur, id est,*
- - 27. &c. *sors, in urnam missa fuerit*, in totâ natione Ju-
dæorum statuti sunt in solemnitatem posteris;
ita ut die decima tertia jejunetur; die decima
quarta celebretur festivitas, & fiant epulæ, &
lætitiæ signa referantur, mittentibus sibi invi-
cem Judæis ciborum partes, & munuscula lar-
giendo pauperibus, die autem decima quinta,
licèt eadem lætitiæ signa exprimantur, non ta-
men adeò solemniter, ut in decima quarta, cùm
tamen amici lætantes conveniant; sibique in-
vicem gratulentur.
- 11. 2. &c. At ad Mardochæum revertamur, præcisè
opus est; de quo in libro Esther, qui totus est
(p) Somnium Mardochæi de duobus magnis draconibus, fonte, & sole &c. allatæ rei historia, (p) habetur, quòd per duplex
caput expressum unum, seu ut magis aliis pla-
cet ex spirituali contextu, duplex in uno Mar-
dochæus somnium habuerit: In ipso somnians

visus est sibi videre (recurrente Artaxerxis,
sive Assueri maximi, vel magni regnantis an-
no, prima die mensis Nisan) duos magnos
dracones, inter se pugnantes, *ad quorum cla-* Esth. 11, 7.
morem cuncta (sunt) *concitatæ nationes, ut pu-*
gnarent contra gentem justorum: Fuitque dies illa - - 8.
tenebrarum, & discriminis, tribulationis, &
angustiæ, & ingens formido super terram; con- - - 9.
turbataque est gens justorum, timentium mala
sua, & præparata ad mortem; clamaveruntque
ad Deum: & illis vociferantibus, fons parvus - - 10.
crevit in fluvium maximum, & in aquas pluri-
mas redundavit. Lux, & sol ortus est, & hu- - - 11.
miles exaltati sunt, & devoraverunt inclytos.
Quod cum vidisset Mardochæus, & surrexisset, - - 12.
cogitabat, quid Deus facere vellet, & fixum ha-
bebat in animo, scire cupiens, quid significaret
somnium. Cùm autem, quæ prænarrata sunt
evenissent, somnii significationem cognovit
Mardochæus, & dixit: (q) *A Deo facta sunt* - 10. 5.
ista. Recordatus sum somnii, quod videram (q) Somnii explicatio per Mardochæum, ut in sequenti paginâ.
hæc eadem significantis: nec eorum quicquam ir-
ritum fuit. Parvus fons, qui crevit in fluvium,
& in lucem, solemque conversus est, & in aquas - - 6.
plurimas redundavit, Esther est, quam Rex ac-
cepit uxorem, & voluit esse Reginam. Duo au- - - 7.
tem dracones: ego sum, & Aman: Gentes, quæ - - 8.
convenerant, hi sunt, qui conati sunt delere no-
men Judæorum. Gens autem mea, Israel est, - - 9.
quæ clamavit ad Dominum, & salvum fecit Do-
minus populum suum: liberavitque nos ab omni-
bus malis, & fecit signa magna, atque porten-
ta inter gentes; & duas sortes esse præcepit, - - 10.
unam populi Dei, & alteram cunctarum gen-
tium. Venitque utraque sors in statutum ex illo - - 11.
jam tempore diem coram Deo universis gentibus;
& recordatus est Dominus populi sui, ac miser- - - 12.
tus est hæreditatis suæ &c. Habentur autem in - 13. 8. &c.
libro Esther & (r) oratio ipsius Mardochæi ad (r) Oratio Mardochæi, & ejus nom. etym.
Deum pro eliberatione Judæorum, & exem-
plaria litterarum per Aman ad Provincias con- - - 1. &c.
tra Judæos missarum; necnon & earum, quæ - 16. 1. &c.
priores revocârunt. Interpretationem eandem
habet cum *Mardochæi* hoc nomen; & de hoc
Mardochæo, quem secundo loco posuimus,
mentionem facit Assuerus (s) in secundis litte- - - 13.
ris datis, tanquàm de eo, cujus fide, & bene- (s) Assuerus laudans Mardochæum.
ficiis viveret, & tamen ad mortem per Aman
expetito.

Præterea notandum est etiam, quòd Ju-
dæi, habitâ, sub Juda Machabæo, de Nicano-
re gentium Duce, Templi excidium minitan-
te, victoriâ, unà cum ejusdem Ducis morte
(vid. *Nicanor*): *Omnes communi consilio decre-* 2. Mach. 15, 36.
verunt nullo modò diem istum absque celebritate
prætereire: (t) *Habere autem celebritatem tertiâ* - - 37.
decimâ die mensis Adar, quòd dicitur voce Sy- (t) Celebritas, & jejunium die, dicta pridie Mardochæi.
riacâ, pridie Mardochæi diei. Sic igitur die
decima tertia Adar, celebritas est, & jejunium,
ut diximus.

Mare.

Notæ significationis nomen est Mare; (a) Hist.
ab aquarum amaritudine, id est, salsedine, ut (a) Unde dicatur hæc vox, cujus tempore significetur nos a, mihi ubi sit locus.
putant plures, & ita dicunt, apud Latinos, &
alios. Nihil aliud autem propriè intelligimus per
Mare, quàm (b) *vastam aquarum immensitatem,* (b) Quid est, & maris divisio, & subdivisio in partes.
quæ terram ambiunt; quarum pars, cùm ventis
velocissimè agitetur, *Oceanum* constituit, & Sic

quidem

quidem maxima eſt; alia cum media inter Afri-
cam, & Europam irrumpat, Abilam, & Calpem
interfluens, *Mediterraneum*, appellatur. Et
hæc quidem duo, quæ tamen unum ſunt, Ma-
ria in partes ſubdividuntur à Provinciis, & Re-
gionibus, quas alluunt, nomen ſibi accipien-
tia; vel etiam ab aliquâ occaſione appellatio-
nem habentia: ſic legimus mare Balthicum,
Britannicum, Germanicum, Gallicum, Hiſpa-
nicum, Liguſticum, Adriaticum &c. Ita ha-
bemus mare Icarium, rubrum, ſeu erythræ-
um &c. Ita communi hoc maris nomine vo-
(c) Aliæ hujus vocis acceptiones. catur unaquæque (c) *aquarum congregatio ma-*
gnâ ex parte terram ambiens; & apud Hebræos
talis invaluit uſus, ut *lacus* etiam parvi, refe-
rentes ſpeciem maris; ſicuti & *vaſa* ipſa *maxi-*
ma, validam aquarum multitudinem continen-
tia, Maria appellarent.

Utcunque res ſit, conſiderantes mare in
ſuâ ſignificatione, notamus, quòd Deus die crea-
Geneſ. 1, 9. tionis tertiâ dixit: *Congregentur aquæ, quæ ſub*
cœlo ſunt, in locum unum: & appareat arida: &
- - 10. *factum eſt ita; & vocavit Deus aridam terram,*
(d) Deus appellans maria aquarum congregationes. (d) *congregationeſq́; aquarum appellavit maria*;
piſcibúſque deinde replevit; arenas eis ſub-
ſtravit: Inſulas in eiſdem poſuit, & littora in
terminos eis dedit. Cùmque conſideretur
mare, ventis agitatum, navibus ſectum, piſci-
bus abundans, & utilitatem maximam præ-
bens hominibus ex variis cauſis, ſunt, qui inter
D. Ambr. 3. & Div. Baſil. 4. Exaem. SS. PP. & quidem præcipuè Ambroſius, & Ba-
ſilius, ajunt, (e) quòd eſt hoſpitium fluviorum,
(e) Laudes maris. fons imbrium, derivatio alluviorum, invectio
commeatuum, quo ſibi diſtantes populi copu-
lantur, quo præliorum removentur pericula,
quo barbaricus furor clauditur, præſidium in
neceſſitatibus, refugium in periculis, gratia in
voluptatibus, ſalubritas valetudinis, ſeparato-
rum conjunctio, itineris compendium, transfu-
gium laborantium, ſubſidium vectigalium, ſte-
rilitatis alimentum &c. paratur.

In textibus ſcripturalibus notamus, quòd
Dominus, præceptum dans Iſraëli, de lege ſer-
vandâ, dicebat, quod hujuſmodi præceptum, &
mandatum non erat trans mare poſitum, ut poſ-
Deut. 30, 13. (f) Præceptum Domini non poſitum trans mare. ſet quis dicere: (f) *Quis ex nobis poterit trans-*
fretare mare, & illud ad nos usque deferre, ut
poſſimus audire, & facere quod præceptum eſt?
De Tribu Nephthali, benedicens ei Moyſes
- 33, 23. (g) Tr. Nephthali mare poſſeſſura. prophetavit: (g) *Mare, & meridiem poſſidebit.*
Dum facta eſt ſeparatio populi Iſraël ab alieni-
genis ſub Nehemiâ, confitebantur Levitæ Do-
2. Eſdr. 9, 6. mino, qui fecit cœlum, & terram, *maria, &*
Tob. 8, 7. *omnia, quæ in eis ſunt.* Et Tobias junior ad be-
Dan. 3, 78. Pſal. 68, 35. nedicendum Domino mare invitabat, utpote res
mirabilis eſt inter opera Domini; ſicuti & tres
pueri in fornace Babylonenſi maria, & flumi-
na &c. Ita & David ſæpè in Pſalmis.

In libro Judith habetur, quòd Holofernes
Judith. 2, 14. omnes civitates fregit *à torrente Mambre, us-*
queque perveniatur ad mare. Job humanæ vi-
Job. 7, 12. tæ calamitates deplorans, Deo dicebat: *Num-*
quid mare ego ſum, aut cetus, quia circumdediſti
- 9, 8. *me carcere?* De Deo item dicitur, quòd *graditur*
- 11, 9. *ſuper fluctûs maris.* Quòd *longior terrâ menſu-*
ra ejus, & latior mari. De homine autem ha-
- 14, 11. betur, quod moritur, & perit, *quomodo, ſi rece-*
dant aquæ de mari, & fluvius vacuefactus are-
- 26, 12. *ſcat.* Iterúmque de Deo, quòd *in fortitudine*
illius repentè maria congregata ſunt. Itémque
- 28, 14. ponitur, quod *mare loquitur; non eſt mecum*

(ſapientia.) De Deo pariter dicitur, quòd *car-* Job. 36, 30.
dines quoque maris operiet; quoties ſcilicet velit.
Et Deus ipſe, potentiam ſuam manifeſtam fa-
ciens, interrogat, & ait: *Quis concluſit oſtiis ma-* - 38, 8.
re, quando erumpebat, quaſi de vulvâ procedens:
Cùm ponerem nubem veſtimentum ejus, & cali- - - 9.
gine illud, quaſi pannis infantiæ obvolverem?
circumdedi illud terminis meis, & poſui vectem, - - 10.
& oſtia; & dixi: Uſque hùc venies, & non - - 11.
procedes ampliùs, & hic confringes tumentes
fluctus tuos. Numquid ingreſſus es profunda - - 16.
maris, & in noviſſimis abyſſi deambulaſti? De
Leviathan autem ponitur: (h) *Fervescere fa-* - 41, 21.
ciet, quaſi ollam profundum mare, & ponet (h) Leviathan fervere faciens mare.
quaſi, cùm unguenta bulliunt.

In Pſalmis eſt, quòd Dominus *ſuper Ma-* Pſal. 23, 2.
ria fundavit orbem terrarum; quòd verbo ſuo
eſt *congregans, ſicut in utre, aquas maris*; - 32, 7.
quòd per ipſum *transferentur montes in cor ma-* - 45, 3.
ris (hoc eſt, in medium mare.) Ita vocatur
Dominus *ſpes omnium finium terræ, & in mari* - 64, 7.
longè - - - - Qui conturbas profundum maris, - - 8.
ſonum fluctuum ejus. Ita de eodem dicitur, quòd
convertit mare in aridam. Eodem modo le- - 65, 6.
gimus in iiſdem Pſalmis: (i) *Dicit Dominus: ex* - 67, 23.
Baſan convertam (hoc eſt, inimicos meos, ex- (i) Convertendi ex Baſan in profundum maris; ubi expl. text.
traham ex Baſan regione pinguiſſimâ) *conver-*
tam (ſcilicet demergam) *in profundum ma-*
ris. Veni (Domine) *in altitudinem maris,* - 68, 3.
& tempeſtas demerſit me. Dominabitur (Salo- - 71, 8.
mon, figuratè Chriſtus) *à mari usque ad mare*
(hoc eſt, per totum orbem). *Tu* (Domine) - 77, 13.
confirmaſti in virtute tuâ mare. (k) *Extendit* - 79, 12.
populus Iſraël ſicut vinea à Domino plantata, (k) Iſr. uſque ad mare extendens propagines; ubi expl. text.
translatè Eccleſia) *palmites ſuos uſque ad mare,*
& uſque ad flumen propagines ejus. Tu (Do- - 88, 10.
mine) *dominaris poteſtati maris - - - Aquilo-* - - 13.
nem, & mare (hoc eſt, meridiem) *tu creaſti.*
(Dixiſti:) *Ponam in mari manum ejus* (Chriſti - - 26.
ſcilicet), *& in fluminibus dexteram ejus.* (datâ
ei ſcilicet poteſtate ſuper ea.) *Ipſius* (DEI - 94, 5.
nempe) *eſt mare, & ipſe fecit illud. Commo-* - 95, 11.
veatur mare, & plenitudo ejus; (in lætitiam - 97, 7.
videlicet, & gloriam Dei manifeſtandam.) Et
dum laudantur, & exaltantur mirabilia Dei
opera, dicitur: (l) *Hoc mare* (eſt) *magnum,* - 103, 25.
& ſpatioſum manibus (hoc eſt, latiſſimè ſe ex- (l) Mare manibus ſpatioſum quale; ubi expl. text.
tendens. Dum invitantur omnes ad laudes
Domini, vocantur (m) *à ſolis ortu, & occaſu;* - 106, 3.
ab aquilone, & mari; hoc eſt, à quatuor (m) Invitati ad laudes Dei à mari, ubi expl. text.
mundi partibus; ibi autem ponitur mare pro
parte auſtrali, ſeu quæ ad meridiem eſt; orbis
enim ad eam partem mari magno, nempe Ocea-
no elluitur. Notatur pariter, quòd *qui deſcen-* - - 23.
dunt (n) *in mare in navibus, facientes operatio-* (n) Opera Domini viſa à deſcendentibus in mare.
nem in aquis multis, ipſi viderunt opera Domini,
& mirabilia ejus in profundo; item quòd *omnia*
(o) *quæcunque voluit, Dominus fecit in cœlo, in* - 134, 6.
terrâ, in mari, & in omnibus abyſſis. Simili mo- (o) Dominus in mari omnia faciens.
dô dicit David ad Dominum, quòd ab eodem
invenietur etiam *ſi*, inquit, *ſumpſero pennas meas* - 138, 9.
diluculô, & habitavero in extremis maris: aitque
de ipſo Deo, quòd *fecit cœlum, & terram, mare,* - 145, 5.
& omnia, quæ in eis ſunt.

In Proverbiis ait Sapientia, quòd aderat,
quandò omnium creator, Deus *circumdabat mari* Prov. 8, 29.
terminum ſuum. Et ebrioſo dicitur, quòd erit
ſicut dormiens in medio mari, & quaſi ſopitus gu- - 23, 34.
bernator, amiſſo clavo. Et *via navis in medio* - 30, 19.
mari ponitur inter difficilia, quæ cognoſcantur,
& comprehendantur.

Apud

Eccle. 1, 7. Apud Ecclesiasten legitur: (p) *Omnia flu-*
(p) Flumina in *mina intrant in mare, & mare non redundat:*
mare intrant, *ad locum, unde exeunt flumina, revertuntur,*
quod non redundat. *ut iterùm fluant.* In libro Sapientiæ dicitur,
Sap. 5, 23. quòd *excandescet in illos* (hoc est, impios) *aqua*
maris.

Eccli. 24, 8. Apud Ecclesiasticum ait Sapientia: *In flu-*
- - 39. *ctibus maris ambulavi,* Item habet: *A mari*
cogitatio ejus (scilicet Altissimi), *& consilium*
illius ab abysso magnâ. Et postquam dixit se ef-
- - 43. fudisse flumina, ait: *Fluvius meus appropinqua-*
- 29, 22. *vit ad mare.* Item habetur: *Repromissio nequis-*
sima multos perdidit dirigentes, & commovit
- 40, 11. *illos, quasi fluctus maris. Omnia, qua de terrâ*
sunt, in terram convertentur, & omnes aqua
- 43, 26. *in mare revertentur. Qui navigant mare,*
enarrent pericula ejus; & audientes auribus no-
- 44, 23. *stris admirabimur.* (q) *Dedit illi* (Abrahæ
(q) Hæreditas Abrahæ à mari ad mare. scilicet Dominus) - - - - *Ut stellas exaltare se-*
men ejus, & hæreditare illos à mari usque ad ma-
- 50, 3. *re, & à flumine usque ad terminos terra. In*
diebus ipsius (Simonis Oniæ Pontificis filii) *ema-*
(r) Putei aquarum ut mare adimpleti. *naverunt* (r) *putei aquarum, & quasi mare*
adimpleti sunt supra modum.

Apud Isaiam prædicitur contra Judaicum
Isai. 5. 30. populum, quòd furor Domini (s) *sonabit super*
(s) Furor Domini, ut sonitus maris sonans. *eum - - - - sicut sonitus maris.* Ita mentio
est de cæde, facta ab Assyriis in Tribubus Za-
bulon, & Nephthali, ad oram maritimam
- 9, 1. positis, dum dicitur: (t) *Aggravata est via*
(t) Via maris aggravata; ubi expl. text. *maris trans Jordanem Galilaæ gentium.* Et in-
ter felicitates, prævisas in nativitate Domini
- 11, 9. Jesu, notatur nihil mali futurum; *quia repleta*
est terra scientiâ Domini, sicut aqua maris ope-
rientes. Sic dicuntur Ephraim, & Judas, vo-
- - 14. laturi *in humeros Philisthiim per mare;* & per
- - 15. Dominum desolanda *lingua maris Ægypti.*
- 16, 8. De Moab ait: (u) *Erraverunt in deserto, pro-*
(u) Propagines Moab transeuntes mare. *pagines ejus relicta sunt, transierunt mare.* De
Ægypto, cui dicitur væ, habetur, quòd *mit-*
- 18, 2. *tit in mare legatos &c.* Et quòd in ipsâ *arescet*
- 19, 5. *aqua de mari, & fluvius desolabitur, atque*
siccabitur, prædicitur. Contra Tyrum nota-
- 23, 2. tur, quòd *negotiatores Sidonis, transfretantes*
mare, repleverunt eam; & infra dicitur:
- - 4. (x) *Erubesce Sidon; ait enim mare, fortitu-*
(x) Sidon fortitudo maris. *do maris, dicens: non parturivi, & non peperi;*
& non enutrivi juvenes, nec ad incrementum
- - 5. *perduxi virgines. Cùm auditum fuerit in Ægy-*
- - 6. *pto, dolebunt, cùm audierint de Tyro: Transite ma-*
- - 10. *ria, ululate, qui habitatis in insulâ &c. Transi*
terram tuam, quasi flumen, filia maris, non est
- - 14. *cingulum ultra tibi. Ululate naves* (y) *maris,*
(y) Fortitudo navium maris vastata. *quia devastata est fortitudo vestra.* De reliquiis
populi à malis, quæ supervenient, dicitur, quòd
- 24, 14. *cùm glorificatus fuerit Dominus, hinnient de Ma-*
- - 15. *ri;* & subditur: *Propter hoc in doctrinis glorifi-*
cate Dominum; in insulis maris nomen Domini
- 27, 1. *Dei Israel.* Item prophetatur: *In illâ die - - -*
Dominus - - - - occidet cetum, qui in mari est.
- 42, 10. Excitantur ad cantandum Domino, qui descen-
dunt in mare. Et confluentiam futuram ad
Sion, mysticè ad Ecclesiam, describens ait Pro-
- 49, 12. pheta: (z) *Ecce, isti de longè venient, & ecce, illi ab*
(z) Confluentia populorum de mari ad Sion futura. *aquilone, & mari, & isti de terrâ australi.* Con-
tra Judæos est à Domino: *Ecce, in increpatione*
meâ desertum faciam mare, ponam flumina in
- 50, 2. *siccum &c.* Et ipsis dicitur ab eodem: *Ego*
- 51, 15. *sum Dominus Deus tuus, qui conturbo mare,*
- 66, 19. *& intumescunt fluctus ejus &c.* Itemque *ad*

gentes in mare dicuntur mittendi, annuntiatores
gloriam Domini.

Apud Jeremiam dicitur de Deo, quòd
ipse est, *qui turbat mare, & sonant fluctus* Jerem. 31, 35.
ejus &c. Contra Idumæam ponitur: *Clamor* - 49, 21.
in mari rubro auditus est vocis ejus, ruinæ scili-
cet Edom. Et contra Damascum est: *Turbati* - - 23.
sunt in mari. Contra Babylonem verò dicit Do-
minus: *Desertum faciam mare ejus, & siccabo* - 51, 36.
venam ejus. Ascendit super Babylonem mare, - - 42.
multitudine fluctuum ejus operta est. Et in
Threnis habetur: *Magna est velut mare contri-* Thren. 2, 13.
tio tua (Sion); *quis medebitur tui?*

In Baruch ponitur: (aa) *Quis transfre-* Bar. 3. 30.
tavit mare, & invenit illam? (Sapientiam vide- (aa) Trans mare adhuc non invenitur sapientia.
licet).

Apud Ezechielem, pro eversione Tyri Ezech. 26, 16.
prædictâ, adducitur lamentum, quod facient
super illam urbem inclytam, quæ habitabat in - - 17.
mari, quæ fuerat fortis in mari. Principes maris,
vestimentis suis abjectis. Ipsa urbs appellatur,
quæ habitat in introitu maris - - - in corde ma- - 27, 3.
ris sita; quam finitimi *abietibus de Sanir extru-* - - 4.
xerunt - - - (ab) *cum omnibus tabulatis maris;* - - 5.
in cujus negotiationis populo *omnes naves ma-* - - 9.
ris, & nauta earum fuerant; itemque Principes - - 25.
ejus cum navibus maris; quæ repleta est, *& glo-* (ab) Varia de Tyro ad mare illustri urbe.
rificata nimis in corde maris; cui dicitur: *Ven-* - - 26.
tus auster contrivit te in corde maris - - - ca- - - 27.
dent - (divitiæ, thesauri, nautæ, gubernatores,
bellatores tui cum omni multitudine, quæ est in
te) *in corde maris in die ruina tua &c.* - - - -
Nauta, & universi gubernatores maris in terrâ - - 29.
stabunt &c. Super quâ fiet lugubre carmen
plangentium, & dicentium: *Qua est ut Tyrus,* - - 32.
qua obmutuit in medio maris? Qua in exitu ne- - - 33.
gotiationum tuarum de mari implesti populos mul-
tos - - - *Nunc contrita es à mari &c.* Et Rex - - 34.
Tyri, cui exitium intimatur, reprehenditur, tan-
quam superbè dicens: *Deus ego sum, & in ca-* - 28, 2.
thedrâ Dei sedi in corde maris; unde ei dicitur:
Interficient, & occident te: & morieris in interi- - - 8.
tu occisorum in corde maris. In divisione, & - 45, 7. &c.
distributione terræ sæpè nominatur mare consti- - 47, 8. &c.
tutum in terminum portionum ejus; pro quâ - 48, 1. &c.
re innuisse hæc satis esse putamus. Danieli
visum est in visione noctis, quòd *quatuor venti* Dan. 7, 2.
cæli pugnabant in mari magno, & (ac) *quatuor* - - 3.
bestiæ grandes ascendebant de mari diversa inter (ac) Bestiæ de mari ascendentes, visæ à Daniele.
se. (Vid. *Visio.*) Item habetur, quòd Rex,
Deum Deorum non reputans, pro quo, ut plu-
ribus placet, venit Antichristus, *figet tabernacu-* - 11, 45.
lum suum Apadno (ad) *inter maria super mon-* (ad) Tabernaculum Regis iniqui inter maria figendum.
tem inclytum, & sanctum &c.

Apud Osee est pro conversione gentium ad
Deum: *Ipse* (Deus) *rugiet, & formidabunt filii* Osee 11, 10.
maris (hoc est, *Insulani*).

Apud Amos dicitur Deus, *qui vocat aquas* Amos 5, 8.
maris, & effundit eas super faciem terra. Fu- - 9, 6.
tura item fames prædicitur, pro quâ populi
(ae) *commovebuntur à mari, usque ad mare,* - 8, 12.
& ab aquilone, usque ad orientem: circuibunt (ae) Populi à mari ad mare commovendi ex fame.
quærentes verbum Domini, & non invenient. Et
contra impios ait Dominus: (af) *Si celaverint* - 9, 3.
se ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo (af) Impii etiam in profundo maris puniuntur.
serpenti, & mordebit eos. Pro Jona misso
in mare vid. *Jonas.* Apud Michæam dicitur
Sion: *In die illâ & usque ad te veniet* (populus Mich. 7, 12.
tuus) - - - - - - - *ad mare de mari, & ad* - - [illegible]
montem de monte. (ag) *Deponet* (Deus) (ag) Peccata dejicienda in profundum maris.

N *iniqui-*

iniquitates nostras, & projiciet in profundum
maris omnia peccata nostra.
Nahum. 1, 4. Apud Nehum dicitur Deus: *Increpans ma-*
re, & exsiccans illud, & omnia flumina ad deser-
- 3. 8. *tum deducens.* De Alexandria dicitur: *Cujus*
divitia mare. Apud Habacuc, prn destructio-
Habac. 2, 14. ne Babylonis prædicendâ, ponitur: *Replebitur*
terra, ut cognoscant gloriam Domini, quasi aqua
operientes mare. Et in nratione ejusdem Prn-
- 3. e. phetæ est: *Numquid - - - Domine - - - in mari*
indignatio tua (est)? Apud Aggænm pro ad-
Agg. 2. 7. ventu Messiæ ait Dominus: *Adhuc modicum*
unum, & ego commovebo cælum, & terram, &
- - 8. *mare, & aridam. Et movebo omnes gentes: &*
veniet desideratus cunctis gentibus &c. Apnd
Zach. 9, 4. Zachariam de Tyrn est: *Ecce, Dominus pos-*
sidebit eam, & percutiet in mari fortitudinem
ejus, & hac igni devorabitur. Et dum prophe-
tatur Messiæ adventus, dicitur: *Loquetur*
- - 10. *pacem gentibus, &* (a h) *potestas ejus à mari*
(a h) Potestas Messiæ à mari ad mare. *usque ad mare, & à fluminibus usque ad*
fines terra. Et de populo Judaicn ponitur,
- 10, 11. quòd (a i) *transibit in maris freto &c.* q. d. ul-
(a i) Judæi transituri in maris freto, & fluctus percussuri in eo; ubi suppl. tera. tra mare etiam trensferet imperium suum; *&*
percutiet in mari fluctus, hoc est, insulas su-
perabit &c. Et pro tempore summæ feliciretis
futurn designandn pro Judæis, & Jerusalem,
- 14. e. habetur: (a k) *Exibunt aqua viva de Jerusa-*
(a k) Aqua de Jerusalem ad mare [illegible] euntes. *lem*: (fontes videlicet, quos Salomon tnt im-
pendiis illuc adduxeret) *medium earum ad ma-*
re Orientale, & medium earum ad mare novis-
simum in atate, & in hyeme erunt.

Cùm sub Judâ Machabæo fœdus iniissent
1 Mach. 8, 23. Judæi, cum Romanis, bi ita rescripserunt: *Bene*
(a l) Rescriptum Romanorum ad felicitatem Judæis inaugurandam in terrâ, & mari. *sit Romanis,* (a l) *& genti Judaorum, in mari, &*
in terrâ in aeternum: gladiusq., & hostis procul
sit ab eis. Et testati sunt ipsimet Judæis suam
fidem, cum Demetrio Regi Judæorum hosti
- - 32. scribentes dixerunt: (a m) *Si iterùm adierint*
(a m) Iidem pro Judæis terrâ, & mari bellum moturi. *nos* (Judæi scilicet, de te cooquerentes), *ad-*
versum te faciemus illis judicium, & pugnabi-
mus tecum mari, terrâq.

In nnvn Testementn, ubi Matthæus nar-
rat, quòd Jesus venit in Capharnaum, quæ est
in finibus Zabulon, & Nephthalim, applicat
Matth. 4, 15. dictum Prnphetæ: *Aggravata est via maris,*
trans Jordanem Galilaa gentium. In Evangelio
item prnpositam habemus à Den parabolam de
- 13, 47. (a n) sagenâ missâ in mare, & omni genere
(a n) Parabola sagenæ missæ in mare &c. piscium cnngregante. Item habet Jesus, quòd
scandalizans pusillum, suspensâ ei molâ asinariâ
- 18, 6. Marc. 9, 41. cnllo, demergi debeat in profundum maris.
- 11, 23. Item monet discipulns, quòd bebentibus fidem,
Matth. 21, 21. & dicentibus monti: *Tolle, & jacta te in mare,*
- 23, 15. *fiet.* Item dicit: (a o) *Va vobis Scriba, & Pha-*
(a o) Væ Scribis, & Pharisæis circumeuntibus mare, ut proselytum faciant, & iniquum reddentibus. *risai, quia circuitis mare, & aridam, ut faciatis*
unum proselytum; & cum fuerit factus, facitis
eum filium gehenna duplo, quàm vos. Item di-
xit idem Dnminus Jesus ad suns: (a p) *Si ha-*
Luc. 17, 6. *bueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic*
(a p) Arbor in mare transplantabitur, jubente verè credente. *arbori more: eradicare, & transplantare in ma-*
re; & obediet vobis. Et de signis, præcessuris
Judicium, pnnit: *Et erunt signa in sole, & lu-*
- 21, 25. *na, & stellis,* (a q) *& in terris pressura gentium*
(a q) Mare sonans ante judicium Dei. *pra confusione sonitûs maris, & fluctuum.*

Remissis à custodiâ, & examine, pro
claudn sanato, Petro, & Joanne, narranti-
bus quæ acciderant; cæteri fideles, audientes,
Actor. 4. 24. gratias egerunt Den, dicentes: (a r) *Domine,*
(a r) Deus maris creator. *tu es, qui fecisti cælum, & terram, mare, &*
omnia, qua in eis sunt &c. Paulus protestatus

est Lystri, se, & socios homines esse annun-
tiantes *Deum vivum, qui fecit cælum, & terram,* Actor. 14, 14.
& mare, & omnia qua in eis sunt &c. non Deos,
ut gentes illæ erbitrabentur.

Paulus Apostolus, cui multa evenerunt in
mari, (vid. *Paulus*) ad Corinthios scribebat:
Nocte & die in profundo maris fui; & ajebat, 2. Cor. 11, 25.
quòd inter pericula meris fueret. Jecobus in - - 27.
suâ Cathnlica inquit, quòd (a s) *qui hasitat* (in Jacob. 1, 6.
fide) *similis est fluctui maris, qui à vento mo-* (a s) Hæsitans in fide similis fluctui maris.
vetur. Et Judas vocet impios, & lascivns,
(et) *fluctûs feri maris, despumantes suas confu-* Jud. v. 13.
siones &c. (a t) Impii fluctus sunt feri maris.

Vidit in Apocalypsi Jnennes in conspectu
sedis divinæ, *tanquàm mare vitreum simile cry-* Apoc. 4, 6.
stallo. Glnrificans item Agnum audita est à
Jnanne nmnis creatura, quæ est *in mari, &* - 5, 13.
qua in eo. Vidit item quatuor Angelos, *te-* - 7, 1.
nentes (a u) *quatuor ventos terra, ne flarent* (a u) Venti tenent, ne flarent super mare.
super terram, neque super mare, neque in ullam
arborem; ita & elterum Angelum, qui *clama-* - - 2.
vit voce magnâ quatuor Angelis, quibus datum - - 3.
est (a x) *nocere terra, & mari*; ne cuiquam no- (a x) Angelis datum nocere mari.
cerent, donec signerentur servi Dei in fronti-
bus eorum. Ad secundæ tubæ Angelicæ son-
tum (a y) *tanquam mons magnus igne ardens* - 8. 8.
missus est in mare, & facta est tertia pars maris - - 9.
sanguis, & mortua est tertia pars creatura eo- (a y) Mons ingens, ardens in mare missus &c.
rum, qua habebant animas in mari, & tertia
pars navium interiit. Item Angelus fortis à
Joanne visus est, qui (a z) *posuit pedem suum* - 10. 2.
dextrum super mare, sinistrum autem super ter- - - 5.
ram; qui post septem tonitrua, juravit per - - 6.
cælum, terrem, & mare, & ea, quæ in eis (a z) Angelus habens pedem dextrum in mari &c.
sunt, quia tempus non erit ampliùs ad cnn-
summationem mysterii Dei; deque ejus manu - - 8.
jussus est Jnanoes accipere librum, devoran-
dum amerum, ad prophetendum gentibus.
Victn dracone, dicitur: (b a) *Va terra, &* - 12, 12.
mari, quia descendit diabolus ad vos, habens (b a) Væ terræ, & mari dictum.
iram magnam, sciens, quod modicum tempus ha-
bet. Et de Dracone qui cœpit mulieris Apoca-
lypseos semen persequi, legitur, quòd *stetit su-* - - 18.
pra arenam maris. Bestiam (b b) pariter septi- - 13, 1.
cipitem vidit Joannes ascendentem de mari. (b b) Bestia septiceps de mari ascendens.
Ad adorandum, & laudandum Deum, qui fecit
cælum, & terram, (b c) mere, & fontes aqua- - 14. 7.
rum, invitantur homines ab Angelo vnlante per (b c) Deus maris creator.
medium cælum, & Evangelium ennnntiante.
Vidit iterùm Joannes (b d) *tanquam mare vi-* - 15, 2.
treum, mistum igne, & eos, qui vicerunt bestiam, (b d) Mare vitreum à D. Joan. in Apoc. visum.
& imaginem ejus, & numerum nominis ejus,
stantes super mare vitreum, habentes cytharas
Dei. Ita vidit, quòd secunda phiala iræ Dei
effusa fuit (b e) *in mare, & factus est sanguis,* - 16. 3.
tanquàm mortui: & omnis anima vivens mortua (b e) Phiala iræ Dei super mare effusa &c.
est in mari. Et in lapsu Babylonis negotiatores
terræ, & qui in mari nperantur, visi sunt lnngè - 18, 17.
stetisse, & lugentes dicere: (b f) *Va, va civitas* - - 19.
illa magna, in quâ divites facti sunt omnes, qui (b f) Habentes naves in mari divites facti in Bab.
habebant naves in mari, & pretiis ejus: quoniam
unâ horâ desolata est. Additurque: (b g) *Et su-* - - 21.
stulit unus Angelus fortis lapidem, quasi mola- (b g) Lapis, quasi molaris missus in mare &c.
rem magnum, & misit in mare dicens: hoc impe-
tu mittetur Babylon civitas illa magna, & ultra
jam non invenietur. Vidit pariter Joannes ju-
dicium mnrtunrum, pro qun *dedit mare mor-* - 20, 13.
tuos, qui in eo erant. Quin etiam ait: *Vidi* - 21, 1.
cælum novum, & terram novam. Primum enim
cælum, & prima terra abiit, & (b h) *mare jam* (b h) Mare abiens.
non est. Et hæc relata sunt ex diversis textibus
sacræ

facræ paginæ, cùm non omnes refcripferimus, lactorem ramittentes ad dictiones: (bi) *Arena: Bos: Chananaus: Carmelus: Classis: Coturnix: Desertus: Draco; Disterminans; Effusio: Elatio: Fervor: Fervens: Funiculus: Fluctuans; Gog: Guttu: Guarus: Hethalon: Hæreditas; Homicidu: Insula: Joppe: Inundatio; Gurges: Impius: Libanus: Lignum: Lutus: Lingua: Multitudo: Navis: Nauta: Nubecula: Navigans: Onus: Ortygometra: Ora: Pastor: Puppis: Paulus: Propago: Plaga: Rates: Semita: Sonans: Sagena: Respiciens: Simon: Siccatio: Scapha; Terminus: Torrens: Tabula: Terribilis: Triticum: Via: Virga: Tyrus: Ventus; Vox: Visio: Viator: Vallis: Ultio.* Prætereà videantur locorum nomina, quippe quorum multa ad mara, & circà mara sunt,

(bi) Plura remissivè.

Accedit autem ad dicta notatio da (bk) Mari, seu Maribus in particulari, quamvis aliquandò circa ea allati sint taxtus aliqui. Sic ergo venit

(bk) Notationes de Mari in particulari.

I. *Mare* (bl) *salis*, quod etiam *mare salsissimum, mare deserti, mare solitudinis, mare mortuum, mare orientale, Mare primum.* Septem quâda re nominibus mara unum appellatur diversia. Er quidem primò dicitur *Mare salis*, sive *salsum*, & *salinarum*; eò quòd aquas, quas sordidas habet, spissas, fœtidas, & amarissimas, salsas etiam anutriat super omna mara; ideòque etiam dicitur *mare salsissimum.* Hinc aliam *mare deserti, & solitudinis* appallatur, cum perpetuis exæstuans vaporibus, halitu vicina littora, & montes ad quinque milliaria sterilescere faciat. Et *mare mortuum* optimè etiam nuncupatur, cùm nibil vivi in sa habaat; quòd si interdum auctua imbribus Jordanes secum in illud pisces rapiat, mori statim, ac pinguibus supernatare undis vidantur. *Mare* prætecea *Orientale* nominatur, quòd ad partem Orientalem vergit tarræ sanctæ, & præcipuè Tribûs Judæ; cui propinquum cùm sit, & primùm obviam babeatur in Tribubus, quæ sunt citra Jordanem, ex illâ parte, *primum mare* etiam dicitur. (bm) Fuit mare hoc quondam vallis silvestris, in quam conveoêre quatuor Rages contra quioque pugnaturi, qui postremi davicti fuêra, captivo facto Lot, quem postea cum aliis liberavit Abraham. (V. *Abraham. Lot.*) Erant autem inibi quinque urbes, quarum iidam, qui in pugnâ fuêra, atant Rages, vidalicet Sodoma, Gomortha, Adama, Seboim, & Segor; & has inter principaliores Sodoma, & Gomorrha, quæ iccircò præ cæteris nominantur. Harum habitatores, utpota in amœnissimâ locati regiona, deliciis, & soli fertilitata nobilissimâ, medio irriguâ Jordane, obliti præceptorum Domini, & voluptatibus dediti, peccata sua multiplicaverunt coram Domino, nomenque suum coram eo fœtere fecerunt. Hinc idam Dominus, vindictam da iis sumpturus, Angelos suos misit, qui da futuro urbium earum excidio monuêre Abraham, qui pluries apud Deum institit, ut ratione paucorum justorum Pantapolim illam libetaret axitio; at ne dum decem repertia in ea justis, Angeli, qui Sodomam se transtulêre, Lot de instanti ruinâ liberantes, cives illos deinde, qui infandam tentârunt concupiscentes libidinem, unâ cum urbe ipsa, igni cælitus lapso, tradidarunt; & cum Sodoma etiam Gomorrham, Adama, & Seboim; parva præ cæteris Segor salva ab incendiu facta, ut io ea salvaretur Lot cum filiabus. Consumptæ igitur sunt flammâ cælesti nefandæ urbes

(bl) Quid Mare salis; varia ejus nomina, & eorum derivatio.

Gen. 14, 3. &c.

(bm) Hujus maris historia.

— 18, 1. &c.

— 19, 1. &c.

quatuor Regiæ; vallisque ipsa conflagrata est in divinæ ultionis postaris testimonium; subversaque igna, & sulphura regio, io lacum vastissimum conversa est pestilentem, fœtidum, horribilem, cujus (bn) longitudo ab aquilone io austrum est quingentorum octogiota stadiorum; latitudo verò ab Occidente in Orientem centum quinquaginta pariter stadiorum ast. Pluribi vomit lacus, seu mare hujusmodi nigras bituminis glabas, taurorum formam, dempto capite, babentes, quas cymbis aquarum illarum exarcitores ad littora trahunt, bituman ad navium compaginem satis aptum, & in medicinis aliquibus adhibitum, à quo (bo) *Asphaltidis* nomen lacui, seu mari illi inditum est; & quòd atiam pro veneno traditur. Divini in eo reliquias ignis adhuc vidare datur, ubi præter sterilitatam, quam circumstanti infert ex vaporibus, tanquam ax ignito camino spirantibus, regioni; oppidorum exustorum, & in clivis positorum imagines etiam axhibet, ut alibi scribunt, rubricantem ceram bumo admixtam repræsentantes, & circa eadem renascentes in fructibus cineras ostendit; (bp) fructus enim pulcherrimi, & edulibus similes, si carpantur manibus, in cineram statim, tenuemque fumum solvuntur. Hoc ipsum mare (bq) *mare Zoara* nuncupat Stephanus da urbibus juxta nomen, quo vocatur Syriacè Sagor. Et Nubiensis vocat *mare Zogar*, quod ast, Segor: *Mare Sadum, & Amur*, hoc est, Sodomæ, & Gomorrhæ; & ex fœtora circumquaqua sparso *fœtidum mare* appellat. *Vallem salsam*, raspectu vallis sylvestris, ut supra diximus, nominant Septuaginta. Clarissimæ Jordanis undæ in hoc mare derivant, & immerguntur, & sic quæ supra erant stantibus in transitu Israëlis sub Josue, inferiores *in* (br) *mare solitudinis descenderunt, usquequò omninò deficerent*; explicaturque in sacra pagina, quòd mara solitudinis, *nunc vocatur mortuum.* Hoc ipsum *mare deserti, quod est mare salsissimum*, fuit quondam terminus Ragni Amorrhæorum. Ita & initium Tribûs Juda fuit (bs) *à summitate maris salsissimi, & à linguâ ejus, qua respicit meridiem*; & sic ponitur de eadem Tribu: *Ab oriente verò erit initium mare salsissimum usque ad extrema Jordanis, & ea, qua respiciunt ad aquilonem, à lingua maris usque ad eundem Jordanis fluvium.* Da Tribu Ephraim notatur, quòd fuit *egressus ejus in mare salsissimum.* Da Jaroboam, Rege Israël, filio Joas, scribitur: *Ipse restituit terminos Israël ab introitu Emath usque ad mare solitudinis*; & hoc juxta Propbetiam Jonæ. De trans mare hoc contra Josapbat venere gentes,

(bn) Maris hujus longitudo, & latitudo.

(bo) Bitumen ex hoc mari datum, unde ei nomen *Asphaltidis*, & ejus usus.

(bp) Fructus pulchri circa mare salis, in cineram evanescentes.

Steph. de urb. Nubiens. 3. p. clim. 3.

(bq) Alia hujus maris nomina.

Jos. 3, 16. & alibi.

(br) Aquæ Jordanis in hoc mare derivantes.

— 12, 3.

— 15, 2.

(bs) Mare hoc terminus in terris variis.

— — 5.

— 16, 8.

4. Reg. 14, 25.

2. Par. 20, 2.

II. *Mare rubrum* (bt) à Latinis; à Græcis *Erythræum*; à Judæis *Suph* nuncupatum habemus; estque pars mediterranei maris. Nominis causam auctores divarsam raferunt; voluntque aliqui undas ejus rubras; alii arenam rubram nomen indidissa; at refelluntur ut plurimùm ab iis, qui in eas partes navigarunt; voluntque potiùs Latinos, à Græcis nomen mutuantes, ita illud appellâsse, rubrum scilicet: siquidem Græci sau fabulosè, seu historicè, narrantes Erythram Regem Persei, & Andromedes (bu) filium in oris maris illius imperâsse; &, ut ait Strabo, cum adhuc io ea ora sepulchrum Erythræ ostendatur, (sub aquis illis demersi, ut

(bt) Quid Mare rubrum, & cur ita dictum.

Strab. l. 16.

(bu) Erythræum dictum à Græcis, & cur.

aliquibus placet), occasionem sumpserunt oominandi mare illud Erythræum; & putantes Latini Erythræum dictum, (Ἐρυθρὸν, *Erythron* scilicet, quod rubrum sonat) eò quòd rubrum esset, ipsi quoque rubrum appellavêre. Hebræi (bx) verò *Suph*, סוף, dixerunt, quod sonat *contritus*; quia in eo contritus est Pharao, quod infra ootabimus, interea ponentes, quòd mare rubrum idem est, (by) ac *sinus Arabicus*, seu *Persicus*, inter Africam, ubi Æthiopia est, ac Ægyptus; & Asiam, ubi Arabia felix, & petræa, habens ad Aquilone Idumæam; seseque extendit ad mille, & ducenta millia passuum. (bz) Quod attinet ad Pharaonem celeberrima historia est in sacris litteris; Fugientes namque Judæi ex Ægypto, sexcenta scilicet virorum millia, absque parvulis, & mulieribus, innumerabile vulgus facientibus, cùm pervenissent ad mare rubrum, & insequentem Pharaonem armato cum exercitu haberent, ad eorom destructionem, extendente manom Moyse, cum virga elevatâ super mare ad mandatum Domini, jussi sunt progredi in medium mare per siccum; obediente namque Moyse, stetit Angelus ductor inter Israëlem, & Ægyptios, ita ut ad invicem non viderentur; & mare *abstulit Dominus, flante vento vehementi, & urente totâ nocte, & vertit in siccum, divisaq; est aqua. Et ingressi sunt filii Israel per medium sicci maris; erat enim aqua, quasi murus à dextera eorum, & lavâ*; persequebantur iotetea eos Ægyptii, & aquarum hiatum etiam ipsi ingressi sunt; & abeuntibus Judæis, subvertit Dominus rotas curruum Ægyptiorum, ferebanturque in profundum; egressis autem ipsis Judæis, & manum contra mare extendente Moyse, ad mandatum Domini, *reversum est primò diluculo ad priorem locum; fugientibusq; Ægyptiis occurrerunt aquæ*, & omnes usque ad unum demersi sunt cum curribus, & equis; & ita liberatus est Israël de manibus Ægyptiorum, portento quidem maximo, cùm agatur de mari rubro satis tempestuoso, & profundissimo, unde magnorum animalium capax scribitor. De hac re valde mirabili mentio sæpè est in sacris litteris, & præcipuè prætet loca varia in Pentateucho in Jos. 4. in Psalmis 77. 105. 113. 135. Sap. 10. 14. 19. Isai. 51. 63. Hab. 3. 1. Mach. 4. Act. 7. 1. Cor. 10. Hebr. 11. & alibi, & præcisè io cantico gratiarum actionis Exod. 15. Io hoc mare (ca) arreptam locostam, quâ Ægyptum percusserat, (vid. *Moyses*) projecit Dominus. Et cum servantibus præcepta sua proponeret idem Dominua præmia, dicebat populo: *Ponam terminos tuos à mari rubro, usque ad mare Palæstinorum, & à deserto usque ad fluvium*. Circà hoc mare aliqoas habuêre stationes filii Israël; pro qua re vid. *Statio*. Classis Salomonis, & Hiram per mare rubrum navigabat in Ophir pro auro, & argento; ita & classis Josaphat.

(bx) Suph à Judæis vocatum, & cur.

(by) Hujus maris topographia.

(bz) Historia Pharaonis in mari rubro demersi cum suis.

Exod. 14. 15.

- - - 21.

- - - 22.

- - - 24. &c.

- - - 27.

- - - 28. &c.

- - 10, 19.

(ca) Locustæ in mare rubrum projectæ.

- 23, 31.

Num. 14. 21. & alibi.

3. Reg. 9. 26. &c. & alibi.

- 22. 49.

III. *Mare* (cb) *magnum*, *novissimum*, *occidentale* etiam est in sacrâ paginâ, & de mare mediterraneo intelligitur, cui hoc nomen datur, quòd per medias terras diffundatur; Ægyptumque ab Asiâ minore, & Africam à nostrâ separat Europâ; varia autem nomina particularia juxta particulares sinus, seu regiones, quas alluit, sumit: sic mare Hispanicum, quòd Hispaniam; Gallicum, quòd Galliam; Etruscum quòd Etroriam; Syriacum, quòd Syriam, & sic de singulis, nominatur. (cc) Mare hujusmodi fluxu, & refluxu crescens est, & decrescens: salsas habet aqnas, piscibúsqoe abundat & magnis, & multis. Absulutè pro eo *mare* sæpè sæpiùs dicitur in sacrâ paginâ: aliquando *mare magnum*; quòd cæteris terræ promissionis maribus spatiosius sit, & vastissimum: notandum est enim, & repetendum mente, quòd apod Judæos omnis aquarum collectio Mare dicta est. Interdum *mare novissimum*, respectu maris mortui, quod primum dicitur, & est ex alterâ parte terræ promissionis ad ingressum illius; hoc autem illam terminat; & cùm eam quidem ad occidentem terminet, & claudat, *Mare Occidentale* etiam appellatur; unde valet D. Hieronymi admonitio, dicentis, (cd) qood, pro Occidente, mare hoc pluries sumitur in sacra Scriptura, in quâ præcisè hoc mare, sumpta denominatione ab ea parte, & regione, quam alluit, ut supra diximus, *mare Syriacum* est, quòd *Damascenum* vocat Nubiensis, Arabum more, Syriam Damascum oominantium. Particularitet mare hujusmodi notatur, cùm habetor in benedictione, & Prophetia super filiis à Jacob de Zabulon: *Zabulon in littore maris habitabit, & in statione navium pertingens usque ad Sidonem*. Ita quando *ventus, egrediens à Domino*, (ce) *arreptans trans mare coturnices detulit, & demisit in castra* (Judæorum in deserto carnes postulantium) *itinere quantum uno die confici potest, ex omni parte castrorum per circuitum, volabántque in aere duobus cubitis altitudine super terram*. De terra promissioois ponitur, quòd *maris magni littore finitur*; & quòd *plaga Occidentalis à mari magno incipiet, & ipso fine claudetur*; *porrò ad septemtrionalem plagam à mari magno termini incipient &c.* De monte Nebo conspiciebatur *usque ad mare novissimum*. Chananæi *propinqua possidebant magni maris loca*. Reges habitantes (cf) *in littore magni maris* contra Gabaonitas conjuravêre, cùm audirent illos se dedisse Judæis. Antequam autem ultra procedamus advertendum censeo lectorem, quòd mare magnum aliquarum Tribuum finis constituitur, & quidem bene; in aliquibus autem locis notandum est, quod licèt aliarum tribuum dicatur mare magnum terminos, ut, e. g. in Tribu Juda, tunc vel intelligendum est aliud mare, non mare magnum; vel ly terminus applicandos est non Tribui, sed v. g. Nilo flumini Ægypti, cujus terminus est mare magnum; vel inibi ponitur mare magnum, quod est ad Occidentem, pro parte Occidentali, vel aliquando pro mari Galileæ, ut infra dicetur, quod notare necesse est. De hoc mare, mediterraneo scilicet, intelligitur, quando ponitur, quòd (cg) *Aser habitabat in littore maris, & in portubus morabatur*. Quoties de transferendis è Libano lignis à Tyriis, & Sidonibus ad mare agitur pro Salomonis ædificiis, de mare mediterraneo sermo est. De eo ascendentem vidit nubeculam Elias. (Vid. *Nubecula*.) Holofernes scribitur civitates omnes deprædatus (ch) *à torrente Mambre, usquequò perveniatur ad mare*. Daniel ait, se vidisse io mari magno; seu mediterraneo, seu ex vastitate ita ab aliquo alio nuncupato, ventos cæli pugnantes, (ci) deque eo quatuor bestias grandes diversas inter se ascendentes. Promittens Domious apud Joëlem pœnitentibus Judæis salutem, spondet, se ab eis expulsurum hostes Aquilonares, quorum faciem expellet, hoc est, fugere quos

(cb) Quid Mare magnum, ejus nomina, & nominum causæ.

(cc) Hujus Maris conditiones.

D. Hier. qu. Hebr. in Gen. 13. & in Ezech. 46.

(cd) Mare Mediterraneum pro termino, & parte Occidentali, & sic pro Occidente accipitur.

Gen. 49. 13.

Num. 11, 31.

(ce) Coturnices arreptæ trans mare magnum, & delatæ in desertum.

- 34. 5.

- - 6.

- - 7. & alibi.

Deut. 34. 2.

Jos. 1, 2.

- 9. 1.

(cf) Reges in littore maris magni habitantes fœderata contra Gabaonitas.

Judic. 5, 17.

(cg) Aser habitans in littore maris magni.

3. Reg. 5, 9. & alibi.

- 18, 43.

Judith. 2, 14.

(ch) Civitates à torr. Mambre ad mare magnum subjectæ Holoferni.

Dan. 7, 2. 3.

(ci) Bestiæ ascendentes de mari magno visæ ab Ezechiele.

Joël. 2. 20.
(ck) Pars hostium Aquilonis fugax ad mare novissimum.
Zach. 14. 8.
(cl) Aquæ de Jerusalem in mare novissimum fluentes.
1. Mach. 13. 29.
(cm) De mari magno visum sepulchrum Machabæorum.

quos faciet *contra mare orientale* (h. e. Galilææ,) *& extremum* eorum (ck) *ad mare novissimum.* Ad hoc pariter mare (cl) novissimum aquas exituras de medio urbis Jerusalem prophetat Zacharias, ut innuimus in suprapositis textibus in communi de mari, allatis. Sepulchrum, erectum in Modin à Simone Machabæo Parentibus, & fratribus suis, (cm) videbatur à navigantibus mare magnum. Et quidem de hoc mari multi sunt textus in sacra pagina; at ne acta sæpè agamus, & dicta iterum dicamus, plures legantur in textibus supra allatis, cùm de Mari in communi dictum est; pluresque alii in præcitatis dictionibus videantur.

Isai. 11, 15.
(cn) Quid mare Ægypti, cujus lingua à Domino desolanda dicitur.

IV. *Mare Ægypti* (cn) ea pars mediterranei dicitur, quæ Ægyptum alluit. Isaias Prophetans dicit, quod *desolabit Dominus linguam maris Ægypti &c.* Nonnulli sunt, qui pro mari Ægypti, mare rubrum intelligunt; at ipse, ut verum fatear, propriè potiùs intelligo pro Mare mediterraneo alluente Ægyptum; quod propriè inscribitur, & nuncupatur mare Ægyptiacum.

(co) Quid mare Galilææ: Varia ejus nomina; & ejus latitudo, & longitudo.

V. *M* · (co) *Galilææ, Genesareth, Cenereth, Tiber*[illegible] *rientale Magnum*; licèt tot nominibus in sacra scriptura notetur, unum & idem mare est, seu lacus, seu stagnum (juxte morem Hebræorum, mare vocantium aquarum stagnantium magnam copiam, & congregationem,) quod quadraginta stadia in latitudine habet, centum in longitudine. A provincia, in qua est, nempe Galilæâ, dicitur *Mare Galilææ*; à Regione autem *Mare Genesaret, Cenereth* in sacris litteris etiam nuncupatur & à scriptoribus *Mare Genesar, Cenereth, Chenereth, Chinereth, Chennereth* è diversis nominibus, quæ habet eadem regio, nominatur. Imò à nomine urbis illius,

(cp) Tiberias Metropolis Decapoleos.

(cp) quæ metropolis fuit Decapoleos, & dicta est Græcè *Tiberias*, quæ alio nomine Genesareth Hebræis erat, vocatum est *Mare Tiberiadis.* Item *Mare orientale*, quòd ad partem orientalem terræ promissionis sit; sicut & *mare magnum* ad differentiam in illis partibus aliarum minorum congregationum. Aquâ dulci, & potabili abundat, non turbidâ,

(cq) Hujus maris conditiones.

(cq) arenosum undique littus habens; latèque diffusum ventis agitatur, variis piscium generibus fecundum, & quod medius Jordanes secat; & amænis, ac celebribus circumornatur oppidis, & urbibus, quales sunt Tiberias, Bethsaida, Gadara, Gerasa, Capharnaum, Corozaim, &c. Medium est inter Tribus Manasse, Issachar, Nephthalim, & Zabulon, quæ majorem ejus partem ambit, cum Tribu Manasse, ex altero orientaliori littore. In Novo Testamento frequens est maris hujus memorie.

Matth. 4. 18. &c.
Marc. 1. 16. &c.
(cr) In hoc mari piscabantur Apostoli.

Juxta mare hoc ambulans Jesus, (cr) vidit Petrum, & Andream, mittentes rete in mare, & ad se illos vocavit; sicuti & Jacobum, & Joannem, filios Zebedæi. Naviculam cum discipulis suis item ascendit, & ipso deinde dormiente,

Matth. 8. 24. &c.
(cs) Item motus magnus factus est, dormiente Jesu in navicula.
- - 26.
- - 27.
Marc. 4. 36. &c.
Luc. 8. 22. &c.
- 9. 1. &c.
Matth. 8. 32.

(cs) *motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus*; unde excitatus est JEsus à discipulis, quos tanquam modicæ fidei, & timentes arguit; & *tunc surgens imperavit ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna. Porrò homines mirati sunt, dicentes, qualis est hic, quia venti, & mare obediunt ei?* In hoc mare grex porcorum, in quem expulsos dæmones ab energumenis misit JEsus in regione Gerasenorum, se præcipitem dedit. Sedens (ct) secùs hujusmodi mare turbas adeò frequentes circa se habuit, ut naviculam sæpe ascenderet, & deinde eas doceret stantes in littore, parabolas eis proponens de seminante; de zizaniis superseminatis; de grano sinapis; de fermento in farina abscondito; de thesauro, & margaritâ inventis; de rete, seu sageoâ in mare missa, & multa alia docens, & monens super dictis.

Matth. 13. 1. &c.
(ct) Jesus Christus ad littus hujus maris turbas docens.
Marc. 3. 7. &c.
- 4. 1. &c.
- 14. 24. &c.
(cu) In hoc mari Jesus super aquas ambulat, & Petrum à submersione liberat.
- - 27.
- - 28.
- - 29.
- - 30.
- - 31.
- - 32.
- - 33.
Marc. 6. 47. &c.
Joan. 6. 16. &c.

In hoc (cu) mari dum navicula, in qua erat Petrus cum aliis ex Apostolis, jactaretur fluctibus ex vento contrario JEsus ipse ambulans visus est, eis dicens: *Habete fiduciam; ego sum, nolite timere.* Et dicente Petro: *Domine, si tu es, jube me ad te venire super aquas*; & respondente JEsu: *Veni.* Petrus de navicula descendit, & super aquam ambulare cœpit, ut ad JEsum iret; verùm ex vento valido *timuit, & cùm cæpisset mergi, clamavit, dicens: Domine, salvum me fac; & continuò Jesus extendens manum apprehendit eum, & ait illi: modicæ fidei, quare dubitasti? & cùm ascendissent in naviculam, cessavit ventus. Qui autem in navicula erant, venerunt, & adoraverunt eum, dicentes: verè filius Dei es.*

Matt. 15. 29. &c.
(cx) In viciniis hujus maris panum multiplicatio.

Secùs hoc mare Galilææ ascendens in montem (cx) JEsus varios à variis languoribus sanavit; & septem panibus paucisque pisciculis quatuor millia virorum, sublatis adhuc septem reliquiarum sportis, satiavit. Ad hoc mare misit JEsus (cy) Petrum, ut mitteret hamum, captique ex ore piscis staterem, quem invenisset ibi, sumeret, & solveret pro utroque in censum; ut factum est.

- 17. 26.
(cy) De hoc mari capitur piscis habens in ore staterem ad dandum tributum.
Marc. 2. 13.
- 7. 31.
Joan. 6. 1. &c.
(cz) In viciniis hujus maris iterum panum multiplicatio.

Mentio item est alibi, quòd, cùm egressus JEsus esset rursùs ad hoc mare, *omnis turba veniebat ad eum, & docebat eos. Ad* hoc *mare Galilææ inter medios fines Decapoleos* sanitatem muto & surdo dedit. *Trans mare* (cz) hoc *Galilææ, quod est Tiberiadis*, subiens montem JEsus quinque panibus, & duobus piscibus quinque millia virorum satiavit, duodecim adhuc fragmentorum cophinis remanentibus. Narratur pariter, quòd cùm vellent discipuli Jesu eum in navim accipere,

- - 19.
(da) JEsus ad hoc mare apparens supra illud ambulans.
- - 22.
- - 22.
- - 23.
- - 24.
- - 25.
- - 26.

(eis (da) enim apparuerat supra mare ambulans inter turbines, & procellas, proximus erat navi,) *statim navis fuit ad terram, in quam ibant.* Et quod *altera die turba, quæ stabat trans mare, vidit, quia navicula alia non erat ibi, nisi una, & quia non introisset cum discipulis suis JEsus in navim, sed soli discipuli ejus abiissent: aliæ verò supervenerunt naves à Tiberiade juxta locum, ubi manducaverant panem, gratias agentes Domino: Cùm ergo vidisset turba, quia JEsus non esset ibi, neque discipuli ejus, ascenderunt in naviculas, & venerunt Capharnaum, quærentes JEsum. Et cùm invenissent eum trans mare, dixerunt ei: Rabbi, quando huc venisti? respondit eis JEsus, & dixit: Amen, amen dico vobis: quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia manducâstis ex panibus, & saturati estis &c.* Neque quicquam eis respondit circa locum, ubi fuerit, & modum, quò illò venerat.

- 21. 1. &c.
(db) Ad hoc mare Jesus redivivus se manifestat discipulis, &c.

Cùm autem resurrexisset jam à mortuis JEsus (db) *manifestavit se iterum* —— *discipulis ad mare Tiberiadis*, comprehendere eos faciens copiosam piscium multitudinem; ex quo signo Petrus per Joannem agnoscens eum Dominum esse, se misit in mare;

Ex factô prandiô, de amore à Christo JEsu interrogatus, ter pascendas oves ejus accipit; monetutque de futura passione; at de Joanne frustra, quid futurum sit, scrutatur ab eodem Christo Jesu.

(de) Quid Mare æneum, fusile. VI. *Mare* (dc) *æneum*, *fusile*, ex ære fuso; unde dictum est *mare æneum*, *fusile*; vas fuit amplissimum ad modum luteris (& ita dicta sunt minora vasa) fabrefieri factum à Salomone,
3. Reg. 7, 23. (dd) Descriptio maris ænei. (dd) cujus descriptio hæc est in sacris litteris: *Fecit quoque mare fusile decem cubitorum à labio usque ad labium, rotundum in circuitu: quinque cubitorum altitudo ejus, & resticula triginta*
- - 24. *cubitorum cingebat illud per circuitum. Et sculptura subter labium circuibat illud decem cubitis ambiens mare: duo ordines sculpturarum striatarum*
- - 25. *erant fusiles. Et stabant super duodecim boves, è quibus tres respiciebant ad aquilonem, & tres ad occidentem, & tres ad meridiem, & tres ad orientem, & mare super eos desuper erat; quorum posteriora universa intrinsecùs latitabant.*
- - 26. *Grossitudo autem luteris trium unciarum erat; labiumq́; ejus quasi labium calicis, & folium repandi lilii: duo millia batos capiebat.* Ex hac verò aquæ prodigiosâ quantitate, juxta Hebræorum consuetudinem, qui collectam aquarum copiam mare dicebant, maris nomen habuit.
- - 39. Quod quidem *mare posuit* (de) (Salomon) *ad*
(de) Locus maris in Templo. *dexteram partem Templi contra orientem & meridiem.*

2. Par. 4. 5. In libro Paralipomenon secundo, ubi etiam describitur hujusmodi immensum vas, (df) pro
(df) Notationes aliquæ circa hujus maris mensuras. ly *grossitudo luteris trium unciarum erat*, ut 3. Reg. 7, 26. est, habetur: *Vastitas ejus habebat mensuram palmi*; ubi intellige: palmi minoris, & & contracti, qui constat quatuor digitis; & tres unciæ, seu quatuor digiti erant quarta pars pedis. Item ubi legitur in lib Reg. 3. *Duo millia batos capiebat*, in libro 2. Paralip. ponitur: *Capiebatq́; tria millia metretas*; quæ ut uniformiter explicentur, vel dicendum est (cum Metreta idem sit, ac Batus) cum Mariana, quod ubi de Metretis agitur, sermo est de Metretis vulgaribus; ubi verò de Batis, sermo est de sacris, tertiâ parte majoribus, quàm vulgares; hoc enim erat solemne, quod mensuræ, & monetæ sacræ majores essent vulgatibus, ut sæpè, cum occasio data est, dictum est; vel dicendùm est cum pluribus, quòd capiebat quidem tria millia metretas, seu batos; non nisi tamen duo millia infundebantur continuò. Locus autem ejus erat in atrio Templi. Et hac a-
(dg) Usus hujus maris. qua (dg) utebantur Sacerdotes ad altaris ministerium Templum ingredientes, ad lotionem manuum, & pedum. Quomodo autem lavarentur in vase adeò alto, non est scriptum, an verò aquam per epistomia sumentes, quod postremum fuisse in usu arbitror, inter boum capita facile prominentia cum suis vertibulis, un-
Ezech. 47. 8. &c. de scatebant; & pro designata lotione derivantes aquæ deinde subter limen Templi, & sacræ domus egredientes, & in latus dextrum Templi descendentes torrentem efficiebant, quem vidit cum ipsis aquis Ezechiel in visione. Ad hoc mare, sicuti & ad alia vasa relicta primò à Nabuchodonosor in translatione Jecho-
Jer. 27. 19. &c. (dh) Ad hoc mare de ipso prophetat Jeremias. niæ, (dh) prophetabat Jeremias, in Babylonem deinde transferendum esse, & ultimò postea ad locum suum restituendum fore; intelligendum autem est de restitutione non ejusdem vasis, & maris, sed quod iterum mare aliud hujusmodi faciendum erat, cùm Templum denuò reædificaretur; quandoquidem ærea omnia *confregerunt Chaldæi, & tulerunt omne æs*, ita confractum, - 52, 17.
eorum in Babylonem; ut apud eundem Prophetam notatur.

VII. *Mare desertum* (di) nomenclatura (di) Quid mare desertum.
est apud Isaiam qui tali modo vocat Babylonem, dum contra eam prophetat, quia ut mare turbationes, passura erat, & tanquam desertum, & solitudo mansura; ideòque incipit prophetare dicens: *Onus deserti maris.* Et hæc pro brevi Isai. 21, 1.
nostro instituto ad hanc dictionem elucidandam dicta sint. Vid. *Sal*; ibi (dk) enim causa salsedi- (dk) Causa salsedinis maris remissive.
nis maris ponetur.

Amaritudo laborum hujus vitæ exprimi- Myst.
tur in mari, cujus aquæ amarissimæ sunt; ex D. Greg. Nyss. de vita Moys.
D. Greg. Nysseno.

Amaritudo punitionis exhibetur pariter per Orig. s. Jos. h. 4.
mare, ex causa nuper allata, ut habet Origenes; & quia salsæ ejus aquæ sunt, & quia mortuum mare datur, in quo divinæ punitionis signa apparent.

Angelorum multitudo, qui splendidâ luce Aret. s. Apoc. 4.
coruscant, assimilatur mari vitreo ab Areta.

Baptismus designatur in mari rubro, in quo Orig. s. Exod. h. 5; Tert. de Bapt.
perit Ægyptius, & populus electus salvatur. Ita etiam, quia in baptismo delentur peccata, sicut in mari rubro operiuntur inimici fluctibus; ex Origene, & Tertuliano.

Christianus populus in mari novissimo de- D. Hier. Zach. 14.
notatur, sicut *Judæus populus* in mari primo, orientali, mortuo; ex D. Hieronymo.

Corpus nostrum, per quod faciendus nobis Georg. Ven. Can. 2. t. 7. c. 16.
est transitus, ut ad terram promissionis, cælum nempe transeamus, in mari rubro exemplificatur; ex Georgio Veneto.

Cor humanum variis cogitationibus, & ef- D. Greg. 10. m. 10
fectibus fluctuans, assimilatur mari, per D. Greg. Magnum.

Deus, qui immensus est, & infinitus, per Georg. Ven. Can. 2. t. 7. c. 15.
mare vastissimum symbolizatur; ex Georgio Veneto.

Ecclesia, in qua boni sunt, & mali permix- D. Cyr. de ver. fi. h. 4.
ti, comparatur mari, in quo boni pisces sunt, & mali, à Div. Cyrillo.

Hæreticus, & *infidelis* quicumque, variis D. Aug. Psl. 34.
agitatus erroribus, ceu mare est; ut notat Div. Augustinus.

Humanum Cor. Vid. *Cor humanum*.

Humana vita, fluctibus rerum terrenarum, Rich. à S. V. de vatio ... c.
& mutationibus irrequieta, ostenditur in ipso mari à Richardo à S. Victore.

Infernus, in quo puniuntur amarissimè Orig. s. Matth. h. 5.
peccatores; in mari salis, & mortuo figuratur ab Origene.

Infidelis. Vid. *Hæreticus*.

Judæus populus. Vid. *Christianus populus*.

Laborum amaritudo. V. *Amaritudo laborum*.

Multitudo Angelorum. V. *Angelorum multitudo*.

Mundus, in quo magna rerum, temporum- Idem ibid. n. 4
que varietas & vicissitudo est, repræsentatur, per mare, ventis variis agitatum; ex Origene. Sumitur autem hic pro *hominum genere*, &c.

Novum Testamentum. Vid. *Testamentum*.

Peccatores, post mortem omninò inutiles, Idem s. Jes. h. 2.
in mari mortuo significantur, ex Origene.

Pœnitentia mare est, & quidem mare D. Hier. de ...
rubrum, per quod datur transitus ad terram pro-

promissionis, h. e. ad divioas promissiones; ex D. Hieronymo.

Populus Christianas. Vid. *Christianus populus.*

Popalas Judaus. Vid. *Jadaus populus.*

Geor. Ven. Can. 1. t. 3. c. 121. *Potestas secularis*, cui traditus est Christus, exhibetur per mare, io quud projectus est Jonas; ea Georgio Veneto.

Punitionis amaritado. Vid. *Amaritudo punitionis.*

D. Greg. Nyss. de vita Moys. *Tentationes* à D. Gregorio Nysseno assimilantur mari; ut dictum est supra, cum posita est dictio: *Amaritado laborum.*

D. Hier. s. Eccle. 2. *Terra*, onde omnes sumuntor, & in eam revertuntur, significatur per mare, unde omnia exeunt flumina, & in quam omuia iotrant; ut scribit D. Hieronymus.

Idem s. Zach. 14. *Testamentum Novum* in mari oovissimu figuratur, sicuti *Testamentum vetus* in mari mortuo, orientali, primo &c. ea eodem.

D. Ambr. s. Exa. 7. *Testamentum Vetus*, cujus lectio amara est, nisi immitatur lignum crucis, in mari repræsentatur; ex D. Ambr.

Insuper Vid. *Testamentum Novum.*

D. J. Chr. h. in nat. Chr. & or. 7. in Virg. *Virgo Maria* multiplici modo mari assimilatur, & mare dicitur, secundùm varias considerationes à SS. PP. & DD. Sic universaliter mare appellatur, quod cælestem margaritam Christum in se habet; & quod Abyssum intellectualiter circumdat: ex D. Joan. Chrysostomo. Idiot. de B.V. p. 10. Cont. 5. Item mare, & quidem gratiarum, quod ea hauriri non potest, ab Idiota; mare, de quu dictum est: *Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat:* Rich. à S. Laur. de Laud. V. l. 5. Omnia enim gratiarum fluenta, & flumioa in Mariam intraverunt, & tamen superba non intumoit; ut ootat Richardos à S. Laurentio; adeòque eam vocat mare sine mensura, qood exhauriri non potest, unde exeuot D. Ant. Pad. ser. Dom. 1. post Epiphan. flumina beneficiorum; & mare, in qoo Christus via homilitatis factus est, juata illud: *in mari vita sua*, vocat Mariam Div. Antonius de D. Bon. in Spec. B. V. Cap. 3. & 7. Padua. Mare plenum, mare gratiis affluens, mare Spiritûs S. mare tonana nuncupatur à Div. Idiot. de B. V. part. 4. cont. 3. Bonaventura. Item mare amarum ob amaritudines, qoas tempore passionis Jeso Christi sustinoit, appellatur ad Idiota, & aliis. Rich. à S. L. de laud. Virg. l. 2. Mare accendens sitim, h. e. desiderium æternorum, vel D. Andr. Cretens. or. 2. in Ann. gratiæ à Richardo, à S. Laurentio. Assimilatur item mari rubro, & dicitur à Div. Andrea Cretense mare, submergens Pharaonem stolidum; D. Joan. Dam. in men. Græc. 13. Jan. & mare impermeabile, atque dulcissimum nominatur à D. Joanne Damascenu, quod Pharaooem spiritualem in profundom demersit. Rich. à S. L. de Laud. Virg. l. 2. Item mare rubrum, rubricatum scil. per compassionem in Filii passione; ex Richardo à S. Laurentio. S. Cath. Sen. or. XI. Mare pariter pacificum dicitor à S. Catharina Senensi. &c.

Vita humana. Vid. *Humana vita.*

Marinus, a, um.

Hist. (a) Quid est. 1. Mach. 4. 23. (a) Purpura marina præda Juda Mach. ex Gentibus.

Quod (a) *ex mare est*, marinum dicitur. Judas Machabæus, Victor de Gorgia, duce Gentium, habuit (b) inter cætera ex præda, quam retulit, è castris hostium, aurum, argentum, hyacinthom, purpuram marinam. &c.

Maritimus, a, um. Maritima.

Hist. (a) Quid hæc vox cujus termus nomen non significantur.

Quod (a) *ad mare pertinet*; & de locis, *qui ad mare, & juxta mare est*, maritimus dicitur. Sic etiam *Maritima* absolutè tum in numero singulari, tum multitudinis dicuotur *loca, qua ad mare sunt.* Io libru Josue notatur coaduoatio omnium, qui in maritimis eraot, ut pugnarent contra populum Israël. In civitatem maritimam (Tripolim multi putant) ascendit Demetrius Seleuci filios ab urbe Roma, Regnom Patrum suorum obteotorus. Per maritimam fugit ab Aotiocho Sedete Tryphon victus. Hujus Regia dua maritimus fuit Cendebæus. Capharnaum maritima dicitur. Multa turba describitur sequens JEsum à maritima. (b) Qui supersunt apponendi textus v. io dictioois: *Insala: Regio: Seleacia: Civitas.*

Jos. 9. 1. 1. Mach. 7. 1. — 15. 11. — — 38. Math. 4. 13. (b) Alia remissivè.

Mares.

Hist. Esther. 1. 14. (a) Quis est, & quid sonat.

Unus (a) ea septem Ducibus *Persarum, & Mederam, qui videbant faciem Regis, & primi post eum residere solebant*, quorum sententiæ Vasthi Regioam inubedientem subjecit. Son. *Irroratio: Distillatio:* Syriacè: *Apostema: Confractio.*

Maresa, vir.

Hist. 1. Par. 2. 42. (a) Quis primus. — 4. 21. (b) Quis secundus, nom. s.

I. In (a) Tribu Juda ponitur Maresa, qui fuit *Pater Hebron.*

II. Aliusest io eâdem Tribu *filius* (b) *Laada.* Etymoo hujus nominis: *Acapite: à Principio: Caput: Principium: Hareditas: Amaritado mulieris: Amara mulier.*

Maresa, urbs.

Hist. Jos. 15. 44. (a) Quid est. 2. Par. 11. 8. (b) Varia de ea.

In Tribu (a) *Juda urbs* est, &, sicut pluribus placet, celebris Michææ Prophetæ patria. Hanc (b) eatruait, h. e. reædificavit, & munivit Roboam Rex Juda; & ad hanc urbem in valle Sephata Asa Rex Juda Zaram Æthiopum Regem, invucato Domino Deo, armis devicit. (V. *Zara.*) Ex hac urbe fuit Eliezer Propheta, qui Regem Juda Josaphat corripuit, diaitque eum à Deo punitum fuisse ob fœdus, cum impio Ochoziá Rege Israel initum. Et in hanc urbem effugit Goigias Dux Gentium, fractus bello à Juda Machabæo. Apud Michæam dom legitur contra Samariam Idololatram à Domino: *Adhuc haredem adducam tibi, qua habitas in Maresa*, (c) eaplicatur hic textos tanquam comminatio facta Samariæ, q. d. Dominus: *Adhuc haredem*) novum, scilicet Nabuchodonosur, Assyrios) *adducam tibi, qua habitas in Maresa* (h. e. io hæreditate tua; seu: & quæ secura habitas, fies ei in hæreditatem) intelligitur ergo ibi Maresa noo pro urbe, seu locu, sed pro significatione nominis, & vocis, quæ est eadem ac illa, quam legimus in *Maresa vir*; imo ex modo scribendi, hic sonat etiam: (d) *amaritudo agri*; Sic ergu dum interpres noster posuit ipsum nomen Maresa pro etymologia dictionis ipsius, jam vides quot modis eaplicari possit locus hujusmodi circa hanc dictionem pro qua in Jos. 15. legunt Septuaginta Βαθσάρ, *Bathesar.* In 2. Par. 11. Μαρισὰν, *Marisan.* Et ibidem 14. Μαρεσὰ, *Maresa.* Ab aliquibus dicitur *Maresia.* Et (e) Tyrinus dicit inde dictam & *Eleutheropolim.*

— 14. 9. — — 10. — 20. 37. 2. Mach. 12. 35. Mich. 1. 15. (c) Expl. text. (d) Alia interpr. Lect. LXX. Tyr. in 2. Par. 14. (e) Eleutheropolis eadem cum Maresa.

Mareth.

Hist. Jos. 15. 59. (a) Quid est. Lect. LXX. & nom. etym.

Urbs (a) *in Tribu Juda*; pro qua legunt Septuaginta Μαγαρὼθ, *Magaroth.* Ejus interpretatio est: *Spelunca: Evacuatio: Effusio: Discooperiens: Evigilans.*

Mar-

Margarita, Margaritum.

Hist.

(a) Quid est vox. Plin. l. 9. c. 35.

Quid (a) Margarita, seu Margaritum sit, habemus ex Plioio, dicente de eo, quod illius « dos omnis in candore, magnitudiue, orbe, « lævore, pondere haud promptis rebus: in tan- « tùm, ut nulli duo reperiantur indiscreti », ex quo definitum reperimus, quòd Margarita est *lapillus candidus in conchis nascens, quem Romani Unionem vocant, quod nulli duo reperiantur indiscreti.* (b) Ex qua defioitione intelligimus, ubi nascatur lapillus hujusmodi, videlicet in conchis marinis, puta ostreis, & similibus talis generis, seu speciei; quomodo Latioi eum vocent, qui Romani in definitione vocantur; & rationem, cur *unio* etiam dicatur: Itali autem nomen mutuantes à Gallis *Perla* nuncupant. (c) Quomodo generetur, varii varia: Gemma enim hæc pretiosissima, juxta aliquos, pandens se conche, ed statota anni tempora, oscitatione quadam cælum versùs, roscido impletur conceptu, proque roris accepti qualitate, quem in se coagulat, partum, dato tempore, enititur, purum, si puro; turbidum, si turbido rore impleta est. Admittunt alii rorem esse Margaritam coagolatum, at palloris, vel candoris in eâ causam dicunt esse, quòd cælo nubilo, vel sereoo concepta sit, à quo vel nubilum, turbidum, pallentem, vel purum, candidum, clarum habeat colorem; ajuntque cæli eidem majorem esse societatem, quam maris. Alii referunt conceptionem, & colorem unius ad dispositiones ipsius ostreæ, talis, vel talis generis, quæ ex hac, sive illa determinata materia habeat in se illum generare, & ratione ejusdem Ostreæ, quoad sanitatem ipsius, vel infirmitatem, candiorem, & obscuriorem producere coagulatom unionem.

(b) Definitionis Margaritæ explicatio.

(c) Ejus generatio.

Prov. 25. 12. (d) Arguens obedientem margaritæ similis. Matth. 7. 6. (e) Margaritæ non projicendæ porcis, ubi expl. ? ero.

In Proverbiis legimus: *Inauris aurea, & (d) margaritum fulgens* (est,) *qui arguit sapientem, & aurem obedientem.* Christus monebat Apostolos, ne darent (e) *sanctum canibus,* neque mitterent *margaritas ante porcos &c.* h. e. evangelicam doctrinam, & divina mysteria impudentibus, & obstinatis, ne illa conspurcent, & profanent; & semetipsos periculo exponant; quocirca subdit: *Ne fortè conculcent eas pedibus suis, & conversi dirumpant vos.* Alibi parabolam proposuit (f) dicens: *Simile est regnum calorum homini negotiatori quarenti bonas margaritas, inventâ autem unâ pretiosâ margaritâ, abiit, & vendidit omnia, qua habuit, & emit eam.* Scribens ad Thimotheum Paulus, ait: (*Volo*) (g) —— *Similiter & mulieres in habitu ornato, cum verecundia, & sobrietate ornantes se, & non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosâ.* Mulier fornicaria Babylon visa in Apocalypsi (h) *erat circumdata purpurâ, & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis, habens poculum aureum in manu sua &c.* In lapsu autem Babylonis, exprobratur eidem civitati: (i) *Merces auri, & argenti, & lapidis pretiosi, & margarita, & byssi, & purpura &c.* —— *discesserunt à te.* Et adducuntur mercatores longè stantes, & dicentes: (k) *Va, va, civitas illa magna, qua amicta erat bysso, & purpurâ, & cocco, & deaurata erat auro, & lapide pretioso, & margaritis; quoniam una hora destituta sunt tanta divitia.*

– 13. 45. – 46. (f) Regnum cælorum margaritarum negotiatori simile.

1. Tim. 2. 9. (g) Ornatus mulierum in margaritis reprobatus.

Apoc. 17. 4. (h) Babylon fornicaria ornata margaritis.

– 18. 12. (i) Margaritæ à Babylone lapsâ recedentes.

– – 16. (k) Babylon margaritis dives, inde misera.

– – 17.

In descriptione novæ civitatis Jerusalem, pariter visæ in Apocalypsi, legitur: *Duodecim porta duodecim margarita* (l) *sunt, per singulas: & singula porta erant ex singulis margaritis, &c.*

Apoc. 21. 21. (l) Portæ 12. Jerusalem margaritæ 12.

Myst.

Apparentes virtutes, quæ fuor in malis, eruntque in Antichristo, & asseclis ejus, repræsentantur in margaritis ornantibus mulierem meretricem in Apocalypsi, ut habetor in Glossa ordinaria. Gl. ord. s. Apoc.

Charitas, quæ virtutum pretiosissima est & præclarissimè animam exoroat, margaritæ assimilatur à D. Aogustino. D. Aug. tr. 5. in Epist. Joan.

Christus, ut pretiosissima margarita genitus, Spiritu sancto supervemente in utero Virginis Mariæ, quæ mare gratiarum est, exhibetur; ex Div. Joan Damasceno, Origine, & aliis SS. PP. & DD. (Vid. *Propheta.*) D. Joan. Damasc. Or. de Nat. S. V. Orig. s. Matth. 13

Caleste Regnum. Vid. *Regnum caleste.*

Doctor comparatur margaritæ, quæ aureo ornatui gemmæ fulgorem annectit, à Beda. Bed. in Prov. 25.

Gaudia spiritualia, pro quibus omnia debemus vendere, h. e. contemoere, quæ in hoc mundo habemus, comparantur margaritæ pretiosæ, à D. Greg. Magno. D. Greg. s. Matth. 22.

Gloria visio. Vid. *Visio gloria.*

Mysteria veritatis divina, quæ in profunditate sacræ Scripturæ posita sont, symbolizantur in margaritis, quæ ex profundo maris erui debent, à D. Joan. Chrysostomo. O. J. Chr. in Matth. 13.

Prophetæ in synagoga geniti, figurantur in margaritis, quæ generantur in conchis: Inter hos autem inventus est pretiosissima margarita Christus, ut innuit Origenes. Orig. s. Matt 13.

Redargutio (ut legimus in textu Proverbiorum 25. & Beda notat,) quâ arguitur sapiens, & cui idem ipse est obediens, à Salomone fulgenti margarito comparatur. Bed. in Prov. 25.

Regnum caleste, & visio gloria margarita pretiosa sunt, juxta Origeoem. Orig. s. Matt. 13.

Sensus perfectus Sacra Scriptura exhibetur, taoquam margarita pretiosa; ex D. Ambr. D. Ambr. ser. 5.

Spiritualia gaudia. V. *Gaudia spiritualia.*

Veritatis divina mysteria. Vid. *Mysteria veritatis divina.*

Virgo Maria vocatur margarita à D. Bern. & etiam margarita immaculata laudum fluentis, ac prædicationibus celebranda, à D. Gregorio Thaumaturgo. Eam margaritam dicit, qoa Ecclesia more sponsarum ornatur; & margaritum inviolatum veræ incorruptionis, quod pro conjugii legibus Ecclesia induit, D. Andreas Cretensis. Item Richardus à S. Laurentio eam nuncupat margaritam pretiosam, cujus pretium non fuit de terra, sed de cælo: Pro qua omnia, quæ habentur, vendenda sunt, ut ematur; & quam Deus elegit. Eadem margarita pretiosa dicitur à D. Antonino, quam negotiator cælestis, id est, filius Dei, invenit. Et margaritum nuncupatur miri splendoris, ac inæstimabile à Theophyl. D. Bern. s. Sal. Reg. serm. 3. D. Gr. Thaum. or. 2. de ann. B. V. D. Andr. Cret. Or. de Nat. B. V. Rich. à S. Laur. de laud. Virg. l. 1. & 6. D. Anton. in sum. p. 4. tit. 15. c. 1. Theoph. Or. de praesent. V.

Visio gloria. Vid. *Gloria visio.*

Unitas voluntatum in bonum, pro quâ omnia alia vendenda sunt, margarita pretiosa appellatur à D. Bernardo. D. Bern. ser. parv. 96.

Virtutes apparentes. V. *Apparentes virtutes.*

Margo.

Hist.

Uniuscujusque (a) *res materialis extremitas,* Margo dicitur; sic Littus Margo maris dici potest &c. In rationali Aaron erant duo (b) annuli aurei in utraq; ejus summitate, dictumq; est:

(a) Quid est. Exod. 28. 24. (b) In margine rationalis Aaron annulis aurei.

est: *Catenas aureas junges annulis, qui sunt in marginibus ejus.* In Ezechiele (c) margo ente thalamos portæ Templi ad viem orientalem, visa in spiritu, erat cubiti unius.

Ezech. 40, 12.
(c) Margo visa ab Ezechiele.

Myst. *Christus*, qui finis est utriusque testamenti significatur per marginem ante thalamos Templi; per D. Hieronymum.

D. Hier. l. Eccle. 40.

Fides, introducens ad charitatem, margo est ad portam viæ orientalis, & quidem cubiti unius, non potens dividi per schismata; ut notat D. Gregorius magnus.

D. Greg. l. Ezech. h. 16.

Maria.

Hist. Clarissimum, & probè admiratinne omni, & veneretione dignum nomen hoc est, (e) cujus interpretatio est: *Exaltata: amaritudinis mare; Myrrha maris: Magistra maris; Doctrix maris*; & ex Syro, & Hebraico: *Domina maris*; itemque interpretantur alii: *Stellam maris: Illuminatricem maris*; & plurimis datur illustribus mulieribus in Sacris litteris.

(e) Nom. signif.

I. Detur (b) ergo primò Mariæ nomen sorori Moysis, & Aaron, & ita *filia Amram ex Jocabed*, quæ sanè (cum unica tantum nominetur eorum soror, & unica) natu major eorum fuit; & certitudinem ex hoc hebere possumus, quòd ipse fuit, quæ Moysen Nili aquis eepositum ad littus secute est, ut illiue eventus ed genitores referret; quæque ipsum, visum in manu sororis Pharaonis, curavit, ut matri suæ nutriendus daretur; ex quo expertum vivaxque puellæ ingenium dignoscitur. Hæc cum fratribus egressa in desertum ex Ægypto; terram promissam versùs, cùm persequens Judæos, Pharao, cum suis, submersus esset in mari rubro, sumpsit Prophetissa (c) *tympanum in manu sua: egressæque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis, & choris, quibus præ~ebat, dicens: Cantemus Domino; gloriosè enim magnificatus est, equum, & ascensorem ejus dejecit in mare*; cætera prosequens in exultationis signum, & canens, quæ in Cantico Moysi ponuntur. Hæc eadem locuta est cum Aaron fratre *contra Moysen* (d) *propter uxorem ejus Æthiopissam*, cum ambitione & superbiâ insimulens, ex colloquio Dei, dicebant enim: *Num per solum Moysen locutus est Dominus? nonne & nobis similiter locutus?* hæc eutem audiens, Dominus, loqui (e) contre servum suum Moysen virum mitissimum, vocans eundem Moysen cum Maria, & Aaron, in introitu tabernaculi descendens in columna nubis, epud obmurmurentes ipsum Moysen à familiaritate sua laudavit tanquam specieliter à semet favoribus decoratum, *& iratus contra eos abiit; nubes quoque recessit, quae erat super tabernaculum: & ecce, Maria apparuit candens lepra, quasi nix. Cumq; respexisset ad Aaron, & vidisset perfusam lepra*, pro ea rogavit Moysen, qui pariter pro sorore oravit Dominum, ut eam sanaret; (f) idemque Dominus voluit eam separeri septem diebus extre castra, & postea senata est: *& populus non est motus de loco illo*, (erat enim Isreël in Haserot in deserto) *donec revocata est Maria*; de qua nihil amplius habetur, nisi quòd in Cades mortue sit, & sepulta iu eodem loco. Exemplum Mariæ leprâ tactæ edducitur in Deuteronomio; eademque cum fratribus apud Michæam memoratur. (g) Cùmque non reperiatur cui ea nupte sit, creditur virgo fuisse, & inter cæteros Patres hanc sententiam tenuit D. Gregorius Nyssenus.

(b) Quæ sit prima
Num. 26, 59. & alibi.
Exod. 2, 4. &c. & alibi.
- 15, 20.
(c) Hæc prophetissa carmen epinicium Deo cantat. - - 21.
Num. 12, 1.
(d) De Moyse obloquitur.
- - 2.
- - 5. &c.
(e) Laudat Deus Moysen, & leprâ Mariam percutit.
- - 9.
- - 10.
- - 11. &c.
(f) Quæ precibus Moysi sanatur, & mundatur.
- - 15.
- 20, 1.
Deut. 24, 9.
Mich. 6, 4.
(g) Virgo fuisse censetur.
D. Greg. Nyss. l. de Virg. c. 6.

II. Ex Novo Testamento aliæ fuerunt mulieres, quæ nomine *Maria* fuerunt insignitæ; celeberrime omnium tamen, tum earum, quæ in Nov. Testamento nominantur, tum Mariæ Moysi sororis, ea est, (h) unà simul *Virgo, & Mater*, Nazarena virgo, & mater Dei clerissima, *Joachim & Anna filia* pluribus in sacræ Scripturæ locis prænuntiete, in urbe Nazereth neta, de Tribu Jude, senibus ee parentibus, & sterilibus, ut communiter habetur, octave die Septembris; detumque est eidem, Angelo parentibus ejus prænuntiente, illustrius inde, & præclerius factum, Mariæ nomen, quod inter plures euctores notat S. Antoninus Florentiæ Archi-Episcopus. Cùm annorum tredecim esset, ut hebet Lippomanus ad Secerdotem in Templo adducta est, (i) eidemque præsenteta in oblationem Domino, ut scil. in puellarum collegio, quod propè templum erat, in obsequium Altissimi nutriretur, ut præ cæteris scribit D. Ambrosius, prout evenit; (k) ennoque, ut scribunt ejus vitæ Auctores, decimo quarto completo Josepho nupta est, viro de Tribu Jude sanctissimo, miraculo præcedente, ex multorum sacrorum Scriptorum testimonio, quòd scilicet erida virga in ejus manibus floreret. Cum ipso viro (quod D. Thom. Aquinas admittit) virginitatis votum emisit Virgo Maria, & cum eo in Nezareth Civitate habitavit. Hæc entem omnia hucusque exposita, præter id, quòd nupta esset Josepho, ex sacris Scriptoribus, extre sacras peginas, ecceptum est.

(h) Quæ secunda.
(i) Præsentatur in Templo.
D. Ambr. l. 2. de Virg.
(k) Josepho nubit, quocum Virgine, Virgo semper manet, & in Nazareth habitat.
D. Thom. 3 p. q. 28. art. 4.
Matth. 1. 16.
- - 18.
& alibi.

In urbe ergo Nazareth vivene Maria, & Omnipotentis Dei, inter cæteras creaturas, gretiosa oculis facte est; quapropter legitur epud Evengelistae: (l) *In mense autem sexto* (scilicet à conceptione Joannis Baptistæ in utero Elisabeth) *missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilææ cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph de domo David, & nomen Virginis Maria*; qui ad eam ingressus, selutevit dicens: *Ave gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu mulieribus.*

Luc. 1, 26.
(l) Nuntiatur ab Angelo eidem quod mater facta sit unigeniti Dei.
- - 27.
- - 28.

Ad hæc expavescens virgo ab eodem Angelo confortata est, dicente ei, ne timeret, eò quòd gratiam apud Deum invenisset; certamque eam fecit, quòd futura esset mater JEsu, qui magnus, & Altissimi filius regnum hebiturus erat, cui non erat finis; & quidem sine ullo virginitatis detrimento in ipse, quæ efficienda erat prægnans ex supervenientis Spiritûs Sancti virtute, & mater intecte futura, detâ ei signum in certitudinem eorum, quæ ei dicebantur fæcunditate Elisebeth cognatæ sterilis; quapropter divine operante in Virgine gratiâ tota humilis Maria in ea prorupit verba: (m) *Ecce, ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum*; divino, cælestique fœtu repleta est, intacta mater, & Virgo. Mox in montane (n) cum festinatione ebiens, ad invisendam Elisabeth cognatam suam, quæ Joennem Baptistam in utero habebat, se contulit: *Et factum est, ut audivit salutationem Mariæ Elisabeth, exultavit infans in utero ejus, & repleta est Spiritu Sancto Elisabeth, & exclamavit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui*; alieque addidit amoris plena, & pietatis, qualia sunt: *Et*

- - 29. &c.
- - 38.
(m) Verbum æternum humilis concipit, sine virginitatis detrimento.
- - 39. &c.
(n) Elisabetham visitat prægnantem, quæ in ea portentum plura.
- - 41.
- - 42.
- - 43.

Luc. 1. 44. *Unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei*
ad me? Ecce enim, ut facta est vox salutationis
tuæ in auribus meis, exultavit in gaudio infans
- - 45. *in utero meo. Et beata, quæ credidisti, quoni-*
am perficientur ea, quæ dicta sunt tibi à Domino.
- - 46. &c. Ex tunc Maria canticum quod incipit: (o) *Ma-*
(o) Canticum Magnificat canit *gnificat anima mea Dominum*, edixit, remanens
- - 56. inde cum Elisabeth cognatâ suâ *quasi mensibus*
tribus: & reversa est in domum suam: &
cum Joseph Mariam adverteret prægnantem,
Matth. 1. 19. essetque justus, *& nollet eam traducere, voluit*
occultè dimittere eam; dicitur autem, quòd Vir-
- - 18. go Maria desponsata viro suo Joseph, (p) *ante-*
(p) Suspicio nata in Josepho de Maria V. prægnante; super quo duplex quæstio proposita, soluta. *quam convenirent, inventa est in utero habens de*
Spiritu Sancto; super quibus verbis *antequam*
convenirent, duplex quæstio enata est; alia ab
hæreticis introducta; alia inter Catholicos sor-
tita.

Quoad primam hæreticorum quæstionem,
fuit aliquorum hujusmodi farinæ hominum
sententiæ, quod ex ly *antequam convenirent*,
eruatur, quòd postea convenerint; & pro ly
convenire intelligunt commercium carnis ha-
bere; at, ut optimè Div. Hieronymus habet,
debet intelligi, quòd Virgo Maria inventa est
in utero habens de Spiritu Sancto, antequam
convenirent Maria, & Joseph, h. e. cùm nun-
quam convenissent. Hinc

Quoad secundam inter Catholicos, quæ est
circa locum, ubi Virgo Maria æternum verbum
concepit; sunt, qui ly *antequam convenirent*,
interpretantur, antequam cohabitarent; & sic
dicunt, quod Virgo Maria non in domo Joseph,
non domi suæ, sed in virginum, & puellarum
collegio, ubi educata fuit, nuntium habuit de
maternitate verbi; reponuntque in suæ sen-
tentiæ probationem, quòd Angelus dixit Jose-
pho, cogitanti Virginem Mariam dimittere:
Noli timere accipere Mariam conjugem tuam;
ajuntque, si timebat accipere, signum est,
quod nondum acceperat, ergo antequam acci-
peret, prægnantem eam advertit; debuit autem
eam accipere in ipso egressu, ex collegio illo,
ergo in illo effecta fuit divini fœtûs plena, &
sic non domi suæ, non in domo Joseph; at si
advertatur, quod collegium puellarum erat Je-
rosolymis apud Templum, pro cujus servitio, pu-
ta plurima, ad idem spectantia, ingeniosè ela-
borando, nutriebantur; & deinde notentur
verba Evangelistæ dicentis: *Missus est An-*
gelus Gabriel à Deo in civitatem Galilææ, cui
nomen Nazareth, facilè omnes fatebuntur
nuntium maternitatis Verbi ad virginem alla-
tum esse non in collegio puellarum, sed domi
in Nazareth; & quòd ly *antequam convenirent*,
si referatur ad cohabitationem, debeat intelligi,
ac si Joseph, rediens cum virgine à domo Eli-
sabeth, advertisset eam habere in utero fœtum;
& proinde timeret eam accipere, hoc est, cum
ea habitare, postquam hoc novisset. Quæ sa-
nè à me scripta sunt in gratiam cujusdam viri
Niceph. 1. hist. Eccl. 3. sacrarum litterarum studiosi super his me scri-
D. Bern. f. Missus est h. 2. bentem interrogantis, quem etiam ad Nicepho-
rum, & D. Bernardum remisi.

Redeundo igitur ad cogitationem Joseph,
quâ Mariam meditabatur occultè dimittere, dum
hæc inter se cogitabat, Angelum in somnis appa-
Matth. 1. 20. rentem sibi habuit, & dicentem: *Ioseph, fili Da-*
vid, noli timere accipere Mariam conjugem tuam;
quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est;
docuitque eum (q) Angelus de nomine pueri Matth. 1. 21. &c.
nascituri; de salute, quam allaturus erat in po- (q) Angeli apparitione omnis suspicio de Virgine Maria à Josepho tollitur.
pulum Dei; deque Prophetiis, circa hoc in
sacra pagina expressis; ideòque *accepit* Mariam
Joseph *conjugem suam*, h. e. tanquam verè suam - - 24.
amavit, nec de ea imposterum quicquam cogi-
tavit pro dimissione, cum eâ castissimè vivens.
(r) Post hæc verò, cum exiisset edictum à Cæ-
sare Augusto, ut describeretur universus orbis, Luc. 2. 1. &c.
Is scilicet, qui Romano parebat Imperio; irent- (r) Bethlehem pergit M. Virgo cum Josepho.
que omnes, *ut profiterentur singuli in suam civi-*
tatem, Præside Syriæ Cyrino, Joseph de Naza- - - 3.
reth profectus est in Bethlehem, civitatem Juda,
eò quod esset de domo, & familia David, ut profi-
teretur cum Maria conjuge sua; erat autem iter - - 4.
ad triginta duas leucas. Ibi cùm non esset eis - - 5.
locus, ex gentium frequentia, in diversorio; - - 6. &c.
essentque impleti dies, (s) ut Maria pareret, pe-
perit filium suum JEsum, pannis eum involvit, (s) Ibi Jesum Christum Deum hominem parit, quem in præsepio reclinat.
& in præsepio reclinavit; peperit autem sine
dolore, & sine ullo virginitatis suæ detrimen-
to die 25. Decembris; viditque postea eum à
pastoribus adorari, per Angelos advocatis; &
suo tempore circumcisum à Magis recob, ac - - 21.
pretiosis donari muneribus, qui ductu stellæ Matth. 2. 1. &c.
mirabiliter illuc venerant; cùmque multa dice-
rentur de puero, omnia conservabat Maria, con- Luc. 2. 19.
ferens in corde suo. Impletis verò diebus pur-
gationis ejus, perrexit Maria Jerosolymam, & - - 22. &c.
(t) obtulit natum JEsum in Templo, sistens eum (t) Offert filium in Templo.
Domino, dans hostiam juxta legem Domini; &
à Simeone, lætante, quòd Christum Domini vi-
disset, & prophetante, audivit parentibus bene-
dicentem, & prædicentem sibi dolores, quos suo
tempore, extanti filii morte, passura erat; at He- - - 33.
rodes Ascalonita se illusum, à Magis cogitans, à Matth. 2. 13. &c.
quibus audierat novum natum Judæorum Re-
gem, & ex quibus responsum expectabat, ut sci-
ret, ubi esset; nec tamen ad eum reverterant;
excitatoque de amittendo Regno timore, furiis
agitatus, (u) infantium necem, à bimatu, & in-
fra, jussit existentium in Bethlehem, & in
omnibus finibus ejus; unde Angelo admonen- (u) Monitu Angeli, ne infans in manus Herodis veniat, fugit Joseph cum Maria, & ipso infante in Ægyptum; unde, Herode mortuo, iterum Angelo monente, redit, & in Nazareth habitat.
te Joseph, fugit idem Joseph cum Maria, &
puero JEsu in Ægyptum, ubi ad septennium
permanserunt, donec defuncto Herode, &
regnante Archelao in Judæa, Angelo iterum
monente Josephum, idem Joseph cum Ma-
ria, & puero rediit; & veniens habitavit in
urbe Nazareth, Jerusalem devitans, cùm time-
ret, ne Archelaus Herodis filius easdem nutriret
cogitationes, quas Pater. Hic eundem puerum
JESUM nutriebat Maria; & cùm duoden- Luc. 2. 41.
nis jam esset JEsus, ascendentibus Mariâ, & Jo- - - 42.
seph in die solemni Paschæ Jerosolymam, secun-
dùm consuetudinem, & redeuntibus, *remansit* - - 43.
puer Iesus in Ierusalem, & non cognoverunt Paren- - - 44.
tes ejus, existimantes autem illum, esse in comi-
tatu, venerunt iter diei, & requirebant eum
inter cognatos, & notos, & (x) non invenientes, - - 45. &c.
reversi in Jerusalem, post triduum invenerunt in (x) Maria filium Jesum duodennem amissum quærit, & invenit.
Templo, in medio Doctorum sedentem, illos-
que audientem, & interrogantem; diceñteque
ad eum Mariâ: *Fili, quid fecisti nobis sic? ecce,* - - 48.
Pater tuus, & ego dolentes quærebamus te, ait ad
illos: *Quid est, quòd me quærebatis? nesciieba-* - - 49.
tis, quia in his, quæ Patris mei sunt, oportet me
esse? & ipsi non intellexerunt verbum, quod locu- - - 50.
tus est ad eos. Venerunt ergo deinde Naza-
reth, & proficiente Jesu sapientiâ, ætate, &
gratiâ apud Deum, & homines, & subdito vi- - - 51.
vente

Luc. 2, 51. (y) Eadem servavit in corde suo dicta de Jesu.

venta parentibus, (y) Maria, *Mater ejus conservabat omnia verba hæc in corde suo.*

Joan. 2, 1. &c.

Incipiente autem JEsu prædicationem suam, Maria (Joseph juxta communem Patrum sententiam vitâ functo) adfuit nuptiis, factis in Cana Galilææ, cum eodem JEsu, & discipulis ajus, in quibus, deficiante vino, dixit ipsamet filio suo:

- ℣. 3.–6. &c. (z) Maria adest cum Filio in nuptiis, à quo impetrat vinum ex aqua.

(z) *Vinum non habent. Et dixit ei JEsus: quid mihi, & tibi est mulier, nondum venit hora mea: dicit mater ejus ministris: quodcunque dixerit vobis,, facite*; unde ad ejus nutum hydrias sex lapideas inibi positas aquâ taplavarunt, & in iis à JEsu aqua in vinum conversa est; (ea) *post hoc descendit Capharnaum ipse, & mater ejus, & fratres ejus, & discipuli ejus; & ibi manserunt non multis diebus.*

- - 12. (aa) Eadem cum Filio Capharnaum habitat brevi tempore.

De cætero in sacro Christi Evangalio non habemus da Maria virgine, nisi, quod, eo exprobrante Scribis, & Pharisæis eorum crimina, & ad turbas adhuc loquenta, eadem virgo Maria, & fratres ejus (consanguinai videlicet,) erant quærentes aum alloqui; de qua ra monitus JEsus, raspondit: *quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei?* edixitque discipulos suos, & saciantes voluntatem Patris cælastis, matrem, fratresque suos assa. Item quòd eodam Christo ejus operante prodigia; & super iis mirantes Judæi sapientiam ejus, adducuntur, dicentes: *Nonne hic est fabri filius? nonne, mater ejus dicitur Maria? &c.* Et taodam notatur, (ab) quòd eadem Virgo mater Maria, quando crucifixus ast Dominus JEsus, stabat juxta crucem; & *cùm vidisset —— Jesus matrem, & discipulum* (Joannem vidalicet Evangalistam, ipsummet hæc scribentam) *stantem, quem diligebat, dicit matri suæ:* (ac) *Mulier, ecce, filius tuus. Deinde dicit discipulo: ecce, mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.* Et hæc de beata Virgine Maria in evangelica legimus historia.

Matth. 12. 46.
- - 48.
- - 49.
Marc. 3, 31. &c.
Luc. 8. 19. &c.
Matth. 13. 55.
Joan. 19, 25. 26. (ab) Maria juxta crucem filii stans
- - 27. (ac) Eadem commendatur à JEsu Joanni, qui commendatur Mariæ.

In Actis autem Apostolurum habetur, quòd ea (ad) intar Apostolos fuit in cænaculo, quando Spiritus S. effusus est super eos; sicuti & quando alactiu facta est Matthiæ in locum Judæ, perseverans enim arat cum eis in oratione. Deinde nihil penitùs in sacrâ pagina de Maria Virgine appatat; (aa) supplentibus taman sacris scriptoribus, qui dicunt annu quarto decimo ab ascensiona Christi JEsu in cœlum, ax hac tarrena vita eam migrâsse, cælesti fruituram anno ætatis suæ sexagesimo sacundu inter deflantium, ex ejus amissiona, Apostorum lachrymas, & gemitus, qui postquam sepulturæ curpus ajus tradiderant, iterum sepulchrum ejus adaperientes, ut Thomæ, qui absuerat, pro ejus cunsulatione, illud monstratant, non ampliùs invanerunt; unde cunstantissimè semper assertum ast in Ecclasia, quòd unitum animæ sit in cælu, unà simul, cum illa, beatitudinis gluriâ fruiturum.

Actor. 1, 14. &c. (ad) Maria in cœnaculo cum Apostolis in oratione perseverans. &c.
Hist. Ecclesiast. Alph. Villa in B. Virg.
(ae) Scriptorum consensus de tempore mortis Mariæ Dei matris & ejus assumptione in cælum.

III. In sacra pagina da alia Maria mentio pariter est, (af) cui additum ast agnomen ab oppido, unda fuerat; sive ut aliis placet, quòd sub propricrate illius tanquam Dominæ fuerat, nempe Magdalo, *Magdalene* si Græco more ponamus, aut *Magdalena* Latinè. Hæc, ut communior Patrum santentia est, aa fuit mulier, de qua Evangelistæ habent, (ag) quòd *erat in civitate peccatrix*; non quidem meretrix,

(af) Quæ sit tertia dicta Magdalena.
Luc. 7. 37. (ag) Eadem dicta peccatrix, & cur.

sed nimis luxui, & vanitatibus dedita, & da se malum præbens odorem: Et hæc ipsa in se ipsam ex Christi prædicatione, vel, (ut aliqui scribunt, quos inter Albertus Magnus, & Simon de Cassia) ex ralatione edolescentis filii viduæ da Naim, à mortuis per virtutem Christi, qui revocatus fuerat, circa pœnas inferni, quem dicunt ante mortem fuisse ajusdem Mariæ Amasium in se ipsam, inquam, conversa, & ad cor revarians, *ut cognovit, quòd accubuisset in domo Pharisæi, attulit alabastrum unguenti; & stans retrò, secus pedes ejus, lacrymis* (ah) *cœpit rigare pedes ejus, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes ejus, & unguento ungebat*: Et super hoc obmurmuranti Simoni Pharisæo raspondit idam Christus pro Maria Magdalena, eumque per additam parabolam taprehendit, quod, debito scilicet hospitum obsequio, ab ao nun dignè receptus fuisset; illam autem, remissis ei peccatis multis, quia dilaxerat multùm, dimisit. Et hæc prima est Mariæ Magdalanæ actio, quæ in Evangelio apparet, ex qua proptar habitam peccatorum veniam, daiode aliquando lagimus eam mulieтem vocari, (ai) *de qua septem dæmonia exierant*; abjectis enim peccatis, & peccatorum causis, dæmonem exuit, & Christum induit Maria, quæ cum aliis mulieribus, quas Christi virtus à malis pluribus curaverat, (ak) ei ministrabat, ipsum sequens, & facultatibus suis eum sustentans. Bethaniæ autem domum Mariæ Magdalenæ fuissa habetur, communis tùm ei, tum fratri ajus Lazaro, tum Marth[illegible]triusqua sorori; cum anim illuc descandissat Christus, & axcepissat illum Martha in domum suam, Maria se posuit ad pedes illius, varbum audiens; qua de ta Martha sollicita pru JEsu conquesta est, quod soror Maria eam non adjuvaret; at à Jesu, qui pro Maria Patroni personam egit, audivit: *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea*; Immo & nedum domus Mariæ Magdalenæ Bethaniæ fuit, sad aliquo modo atiam ratione possessionis vidatur ad ejus familiam ejusmodi castellum pertinuissa; & nisi ratione (am) sit possessionis, & dominii, saltem ratiune communis patriæ & Lazari, & sororum, cum nutetur apud Joannem Evangelistam: *Erat autem quidam languens Lazarus à Bethania, de castello Mariæ, & Marthæ sororis ejus*; & cum subdatur *Maria autem erat, quæ unxit Dominum unguento & extersit pedes ejus capillis suis, cujus frater Lazarus infirmabatur*, meo vidari, celabris illa quæstio, an Maria (an) Magdalena ea sit, quæ dicabatur, siva *erat in civitate peccatrix*, nec ne? solvitur; siquidem Maria hæc illa fuit, quæ hoc fecit. Bethaniæ igitur (ao) Languente Lazaru, Maria, & Martha sorores ejus ad JEsum miserunt, qui nuntiaret: *Domine, ecce, quem amas, infirmatur*; siquidem amabat, & *diligebat Jesus Martham, & sororem ejus Mariam, & Lazarum*; Ivit ergo biduo post JEsus Bethaniam, mortuo scilicet jam Lazaro, unde *multi ex Judæis venerant ad Martham, & Mariam, ut consolarentur eas de fratre suo*: Obvia autem tantum Martha facta est Christo JEsu, Maria domi sedante; nec priùs ad JEsum ivit, quàm silentio par Mattham vocata, dicentem: *Magister adest. & vocat te*; & sanè, *ut audivit, surgit citò, & venit ad eum*, quam secuti sunt

Luc. 7, 38.
(ah) Hæc in domo Pharisæi pedes Christi lavat lacrymis, & unguento ungit; in se, & ad ipsum conversa.
- 8. 2.
(ai) Eadem dicta mulier, de qua 7. dæmonia exierant.
- - 3.
(ak) Eadem Christo ministrans, & necessaria suppeditans, & eum sequens.
- 10. 38. &c.
(al) Jesu in domo Mariæ ad pedes ejus jacentis, eam dicit meliorem partem elegisse.
- - 42.
(am) Quomodo Bethania dicatur Castellum Mariæ.
Joan. 11, 1.
- - 2.
(an) Maria Magdalena eadem est quæ erat in civitate peccatrix.
- - 3.
(ao) Historia de Lazaro à Jesu de morte excitando, Marthâ, & Mariâ petentibus.
- - 4.
- - 5. &c.
- - 19.
- - 20.
- - 28.
- - 29.
- - 30. &c.

Judæi, qui ad consolandum venerant eam, putantes, quòd ed fratris monumentum pergeret,
Joan. 11, 32. ut ibi ploraret. *Maria ergo cùm venisset, ubi erat JEsus,* (qui eetra castellum erat in eo loco, ubi Martham obviam babuit,) *videns eum, eecidit ad pedes ejus, & dicit ei: Domine, si fuisses*
- - 33. &c. *hic, non esset mortuus frater meus;* visâque eâ plorantê, cum Judæis periter plorentibus, JEsus infremuit Spiritu, & turbavit se ipsum, & orans Petrem, suscitavit eum jam quatriduanum, & fœtidum;
- - 41. (Vid. *Lazarus*) & *multi ex Judæis, qui venerant ad Mariam, & Martham & viderant, quæ fecit Iesus, crediderunt in eum.*
Joan. 12, 1. Matth. 26, 6 &c. Marc. 14, 3. &c. Post hæc factum est, quòd *IEsus ante sex dies Pascha venit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitavit Iesus.* Factaque est ei cæna magna, ministrente Marthâ, in domo quidem Simonis leprosi, discumbente etiam Lezaro; & Mariâ Msgd. quæ simpliciter mulier eb eliqnibus Evangelistis vocatur,

(ap) Maria eadem pedes Christi ungens in cæna nardo pistico &c. cujus facti an unius, an duplicis quæstio remissivè.

(ep) ecceptâ librê unguenti nardi pistici pretiosi, unxit pedes JEsu, & eetersit pedes ejus capillis suis, immò fracto alebastro, vase scilicet ee eâ materiâ, quâ continebatur unguentum, effudit super caput ejus; unde tote domus impleta est unguenti illins pretiosissimi odore. Quod factum, an unum sit apud omnes Evangelistas, an duplicatum, V. in voce *Unguentem.*

Murmur ergo ed suavissimum unguenti odorem inter discumbentes suscitatum est. Judâ præ cæteris Iscariothe addente, perditionem eam esse, quòd unguentum illud ita projiceretur, quod trecentis vendi potuisset denariis in egenorum præsidium, & inde occasionem sumpsit proditionem moliendi contra JEsum, qui Megdalenam iterum defendit eb omni calumnia, & convivarum obmurmuratione. De ipsa antem nulla alia mentio apud

Joan. 19, 25. (aq) Eadem stans ante Christi crucem, mortem, & sepulturam ejus observans. Matth. 27, 56. Marc. 15, 40. Matth. 27, 61. Marc. 15, 47.

sacros Evangelistas est, (ag) nisi cùm dicatur ante crucem JEsu, in ea fixi, stetisse, unà cum matre virgine, omniaque vidisse portenta, quæ in ejus morte evenetunt, & usque ad sepulturam ejusdem estitisse, videre volens, & videns, ubi poneretur corpus illius, sedens contra sepulchrum. Vespere autem Sabbati, quæ lucescit in prima sebbati, venit (ar) Maria Megdalene, & Maria Jacobi, & Salome ed sepulchrum, ut ungereut JEsum, ideoque emerent ipsæ aromete; venit autem *orto jam sole* ad monumentum, ut eit Marcus; quæ discesseret domo, *cum adhuc tenebra essent*, ut scribit Joannes; & cum cæteris, quibuscum erat, vidit lapidem sublatum, è monumento; sicque omnes introeuntes in monumentum, & Angelum ibi reperientes monitæ sunt de Christi resurrectione, remissæque sunt ed enuntisndam eam Apostolis, plenæ timore, & pavore;

Joan. 19, 38. Matth. 28, 1. &c. Marc. 16, 2. &c. Joan. 20, 1. &c. (ar) Eadem ad Christi sepulchr. cum aromatibus monetus de Chr. resurrectione ab Angelo.

(as) Quam sollicita renuntiat Petro, Joanni, & aliis Apostolis.

ipsaque Maria Magdalena cucurrit, (as) & renuntiavit illis, & præsertim Petro, & Joanni dicens: *Tulerunt Dominum de monumento, & nescimus, ubi posuerunt eum*; & cum ipsi venissent, & sepulchrum ingressi essent, & inde ebiissent, dicitur, quòd
- - 11. *Maria* (et) *stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret, inclinavit se, & prospexit in monumentum, &*
- - 12. *vidit duos Angelos in albis sedentes, unum ad ca-*
- - 13. & 14. *put, & unum ad pedes, ubi positum fuerat corpus IEsu: dicunt ei illi: mulier, quid ploras? dicit eis: quia tulerunt Dominum meum; & nescio, ubi posuerunt eum*; at retrorsum con-

(at) Eadem plorans ad Christi sepulchrum angelos videt & inde ipsum JEsum, a se primum non cognitum.

versa vidit JEsum stantem, quem tamen non novit. dicentem: *Mulier, quid ploras? quem* Joan. 20, 15.
quaeris? & ille reputans eum hortulanum respondit: *Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi, ubi posuisti eum: & ego eum tollam. Dicit* - - 16.
ei Iesus: (familiari scilicet voce, quâ eam aloqui solebat) *Maria. Conversa illa, dicit ei: Rabboni (quod dicitur Magister) Dicit ei Iesus:* - - 17.
Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum; vade autem ad fratres meos, & dic eis: ascendo ad Patrem meum, & Patrem vestrum; - - 18.
Deum meum, & Deum vestrum. Venit Maria Magdalena annuntians discipulis: quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi. Et hæc narrat per eetensum Joennes, cui concordant elii Evangelistæ, Marc. 16, 9.
quos inter Lucas notat, quòd Apostolis *visa* Luc. 24, 11.
sunt ante illos sicut deliramentum, verba ista: & non crediderunt illis. Hæc de Maria Magdelena in sacris litteris: ee historia eutem Ecclesiestica habetur, Hist. Eccl.
(au) quod in Christi assecias axsurgente persecutione, Maria Magdalene, unà cum Lszsro fratre, Marthâ sorore, & aliis in navem sine remis, & velis imposita est; quæ immensum pelegum circuiens, Messiliæ ad littore eppulit in Gallia, (Criticis eliquibus super hæc multe congerentibus, dubitendo,) propè quam urbem in agro, seu meliùs antro, pænitens ed triginta annos vixit, angelicam quidem potiùs vitam, quàm humanam; ibiqoe mortua est; antrumque in Templum mutatum. (Vid. *Martha, Simon num. VIII.*)

(au) Reliqua de Maria Magdalena vita usque ad mortem.

IV. Est & elia Maria in sanctis Evengeliis, (ee) quæ à viro, dicto Cleophâ, & Alphæo, *Maria Cleopha* dicta est, & à filiis Jacobo, & Joseph, dicte est etiam *Maria Iacobi, Maria Ioseph*; & ee eo, quòd consanguinea (ey) & quidem consobrina esset Mariæ Matris Christi, more Hebræorum, qui consanguineas proeimes, sorores eppellare solent, (Vid. *Frater,*) etiam *Maria, soror matris IEsu* nuncupata est. Hæc in passione (sz) Christi JEsu astitit; eratque ee mulieribus illum sequentibus & ei ministrantibus. Astitit quinimò ejusdem sepulturæ; & tertiâ die cum aliis piis mulieribus, emptis erometibus, venit ed monumentum, ut ungeret corpus Jesu, & viso lapide, ab ostio monumenti remoto, (ba) ingressa vidit Angelum, auditque JEsum resurreeisse; quo circa timens exivit è sepulchro, & pavens; nuntievitque, quòd videret, & audierat Apostolis. Hæc eadem, ut plures scribunt Auctores, Judæ Tedæi, & Simonis, post Jscobum, Jerosolymitani Episcopi fuisse metec traditur. Et hæc dicta sint circa hanc sanctam mulierem, de qua (bb) multæ opiniones sunt; inter quas est, quod fuerit Annæ, quæ fuit genitrie Matris JEsu, filia ex elio viro, mortuo jam Joachim genita; nec desunt SS. PP. & DD. qui in eo fuère sensu; & sic dicunt, quòd benè dicitur soror matris JEsu, quia verè soror uterina fuit; at mihi setis est eam secutum esse sententiam, quæ solidior, & plausibilior est, infinitas propemodùm objectiones non timens, probabilior tum ratione, tum auctoritate: sicuti & circa Mariem Megdalenam factum est.

(ax) Quæ quarta, dicta Maria Cleophæ.

(ay) Eadem dicta soror Matris Virginis.

Joan. 19, 25. Matth. 27, 61. Marc. 15, 47. Matth. 27, 56.

(az) Hæc eadem Christo ministrans, & eum sequens, & in ejus passione adstans.

Luc. 24, 10. (ba) Ad Christi sepulchrum monita de ejus resurrectione, eam nuntiat Apostolis.

(bb) Variæ opiniones circa Mariam Cleophæ.

V. Sunt, (bc) qui dicunt, quod Salome, una ex mulieribus, quæ Christum sequebantur, vocebstur Marie; et cùm in sacris litteris non appareat, nos habemus remissivè ad dictionem propriam *Salome.* Supponitur eb aliquibus socrus Petri.

(bc) Quæ quinta dicta Maria Salome; & remissivè.

VI. Est

(b d) Quæ sextâ dicta mater Joannis &c. & remissivè. Actor. 12, 12.

VI. Est & (b d) alia Maria, quæ erat mater Joaoois, qui cognominatus est Marcus, Jerosolymis quæ babitabat, ad cujus domum se contulit Petrus, quando liberatus ab Herodis carcere est per Angelum; erant autem in eâdem domo multi congregati, & orantes. (Vid, *Joannes: Marcus: Rhode.*) Ex quo dignoscitur hujus Mariæ sanctitas, & erga Christum Dominum, ejusque asseclas pietas, & devotio.

Rom. 16, 6. (b e) Quæ septima à Paulo salutata.

VII. Scribens ad Romanos Apostolus Paulus inquit: (b e) *Salutate Mariam, quæ multùm laboravit in vobis.* Quænam Maria hæc sit; ex dictis Apostoli constat fidelem fuisse Christo, & ejus discipulis, multumque laborantem apud Romanos pro fide. Aliqoibus ea fuit opinio, quòd eadem possit esse, quæ supra numero VI. relata est, facilè cum D. Petro primò Romam profecta; at dubium boc per simplices conjecturas neque proponi, neque resolvi potest.

Myst. Pro I.

D. Ambros. de Virg. 1.

Ecclesia, laudans Deum, pro his, qui baptizantur, figuratur in Mariâ sorore Moysi, canente post transitum maris rubri; ut habet D. Ambrosius.

Origen. (Num. h. 6.

Judaicus populus contra Christum obmurmurans; & iccircò separatus, ut plenitudo gentium Ecclesiam Dei ingrederetur, designatus est in Mariâ sorore Moysi de ipso Moyse obmurmurante, & ideò sepatatâ, quia leprosâ; ex Origene.

D. Hieronym. (S Mich. 6.

Vaticinium Prophetarum significatur in Mariâ Propbetissâ; ut habet D. Hierooymus.

Pro II.

D. Ambr. (Luc. 2.

Ecclesia, conjuncta Christo, & sine maculâ, repræsentatur in B. V. Mariâ, quæ desponsata est viro, sine maculâ; ut habet Div. Ambrosius.

D. Bern. ser. p. 8.

Prædicator, Jesum aliis portans, exhibetur in Virgine Maria Dei genitrice; ex Div. Bernardo.

Quot autem hujus cælestis mulieris Virginis Deiparæ habeantur in sacra Scriptura omnes penè dictiones videantur, & ferè io quàlibet pro sensu mystico, aliquam Virgiois Mariæ figuram videbimus.

Mariam.

Hist. 1. Par. 4, 17. (a) Quis est, & nom. interpr.

Eandem interpretationem (a) habet hoc nomen cum *Mariâ*; verùm non mulieris, sed viri nomeo est. *Filius Ezra* est in Tribu Juda.

Marimuth.

Hist. 1. Esd. 10, 36. (a) Quis primus.

I. De *filiis* (a) *Bani* est Marimuth, inveotusqoe est sub Esdrâ inter eos, qui alienigenam uxorem duxeraut, debuitque eam repudiare.

2. Esd. 9, 3. (b) Quis secundus.

II. *Filius* (b) *Uriæ*, & nepos Accus, reperitur etiam Marimuth (credimus diversum à præterito posito num. I. cum filii Bani significent, descendentes à Bani; attamen licèt possimus ita credere, seu potiùs opinari, oon tamen asserere certò possumua), qui ædificavit in nova Jerusalem juxta filios Asnaa, ad portam piscium. Sonat: (c) *Amaritudo mortis: Myrrha mortis: Altitudines: Fraudulentia.*

(c) Vocis etym.

Marinus. Maritimus. Vid. post Mare.

Maritus. Maritalis, e.

Hist. (a) Quis Maritus. Gen. 16, 2. & alibi. (b) Nomina aliquorum maritorum sub hac dictione expressa.

Vir (a) *uxoris* est Maritus, quasi uxori dicatur: Ecce Mas tuus, à mas, maris. Expressè (b) sub bac dictione in sacris litteris babetur *Abraham* maritus Saræ, quæ dedit ei ancillam Agar, ut ab eâ susciperet filios. *Jacob* Liæ, quæ post partum tertii filii gavisa est, putans se marito suo gratam futuram. Item & Racbelis, quæ ab eo petebat liberos; quæque dedit marito suo aocillam Zelpham, ut ex eâ filios haberet; & quæ cum Lia conquesta est, quòd præripuisset sibi maritum; quæ etiam Lia, post sextum editum filium, novam concepit spem habendi secum maritum suum: *Putiphar* maritus impudicæ mulieris, quæ Joseph in Ægypto tentavit; & quæ, eidem Joseph imponens tentatum adulterium, revertenti marito ostendit pallium Joseph, quod acceperat à fugiente: *Manue* maritus mulieris, cui Angelus apparuit sterili, prædicens, nasciturum ei filium, qui fuit Samson: *Levita* maritus mulieris, interfectæ in Gabaa; ex quâ re proveoit destructio ferè omnimoda Tribus Benjamin: *Elimelech* maritus Noëmi celebris mulieris, quæ illo remansit orbata, in terra Moab. *Joakim* maritus Susannæ, de qua est in prophetiæ Danielis libro historia. Hi autem *sub dictionibus suis* videri possunt; cùm tamen non desint alii mariti, de quibus in sacra pagioa habetur notitia, sed qui non exprimuntur sub hac dictione. Præter hos autem, textus aliqui sunt sacrarum litterarum, in quibus de Marito disseritur.

- - 29, 34. - 30, 2. - - 9. - - 15. - - 20. - 39, 16. Judic. 13, 6. - - 3. - 20, 3. Ruth. 1, 3. - - 5. Dan. 13, 63.

Gen. 38, 14. (c) Thamar sine marito.

Sic ergo ponitur, quòd Thamar curavit Jodam igoota sibi acquirere, (c) *eò quòd crevisset Sela, & eum non accepisset maritum*; res hæc, cùm in præsenti uno bene intelligatur, meliùs apprehendetur in lectione dictionis *Thamar*; quæ facilè dicit, quòd eum non accepisset maritum, quia aliò distractus fortè juvenis, eam majori in ætate constitutam docere noluisset uxorem; sive ea ex aliquâ causa, quæ in illo sibi displicebat, illi nubere renuisset. Percutiens mulierem prægnantem, & ipsa vivente, abortivum causans; lex est: (d) *Subjacebit damno, quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri judicaverint.* Pro Sacerdotibus lex erat: *Scortum, & vile prostibulum, non ducent uxorem, nec eam, quæ repudiata est à marito, quia consecrati sunt Deo.* Præterea præceptum est universaliter: (e) *Vir, cujus uxor erraverit, maritumq; contemnens dormierit cum altero viro, & hoc maritus deprehendere non quiverit, sed latet adulterium &c.* Si zelotypis agitatus fuerit, eam adducet Sacerdoti, ac legi zelotypiæ eam subjiciet. (Vid. *Aqua: Amarissimus: Zelotypia*); additurque: *Ista est lex zelotypiæ. Si declinaverit mulier à viro suo, & si polluta fuerit, maritusq; zelotypiæ spiritu concitatus adduxerit eam in conspectu Domini, & fecerit ei Sacerdos juxta omnia, quæ scripta sunt: Maritus absque culpâ erit, & illa recipiet iniquitatem suam.* De muliere quacuoque dicitur: (f) *Si maritum habuerit, & voverit aliquid, & semel de ore ejus verbum*

Exod. 21, 22. (d) Maritus judex in abortu causato &c. Lev. 21, 7. Repudiatam à marito non ducebat Sacerdos. Num. 5, 12. - - 13. (e) Lex pro marito zelotypo. - - 14 &c. - - 29. - - 30. - - 31. - 30, 7. (f) Jus mariti in vocis uxoris.

 egrediens

Num. 30, 8. *agrediens animam ejus, obligaverit juramento, quo die audierit vir, & non contradixerit, voti*
- - 9 &c. *rea erit, reddetq; quodcunque promiserat*; additurque, quòd si vir, seu maritus contradixerit extemplò, non tenebitur; si vir tacuerit, & in alium diem distulerit sententiam, illa reddet promissa; quòd si resciens hæc vir postea contradicet, portabit ipse iniquitatem ejus. (Vid. *Vir.*)

- 36, 8. (g) Fœminæ maritos de eâdem Tr. capiant.
Item lex fuit: (g) *Cuncta fœmina de eâdem tribu maritos accipient &c.* De muliere jam remissâ cum libello repudii, ponitur:

Deut. 24, 2. - - 3. (h) Lex de marito uxorem dimittente. - - 4.
(h) *Cùm egressa alterum maritum duxerit, & ille quoque oderit eam, dederitq; ei libellum repudii, & dimiserit de domo suâ, vel certò mortuus fuerit: Non poterit prior maritus recipere eam in uxorem, quia polluta est, & abominabilis facta est coram Domino: ne peccare facias terram tuam, quam Dominus Deus tuus tradiderit tibi possidendam.*

Judic. 12, 9. (i) Filiæ Jephte maritis datæ.
De Jephte scribitur, quod habuit triginta filias, (i) *quas emittens foras, maritis dedit.*

- 14, 20. (k) Uxor Samsonis alium maritum accipiens.
Uxor Philisthæa Samsonis, cum detexisset Philisthæis ænigma ejusdem, post hæc, (k) *accepit maritum unum de amicis* patris sui, & pronubis; unde iratus Samson Philisthæorum messes incendit.

Tob. 10, 13. (l) Documenta data Saræ uxori Tobiæ jun. à parentibus.
Raguël, & uxor ejus, dimittentes Saram filiam, uxorem junioris Tobiæ, eam instruebant, (l) *monentes eam honorare soceros, diligere maritum, regere familiam &c.*

Esth. 1, 18. (m) Imperia maritorum ab uxoribus servanda. - - 20.
Sapientum Consilio, (m) loquente inter eos Mamuchan ex Magnatibus, repudiata est Vasthi ab Assuero Persarum, Medorumque Rege, eò quòd accersita venire, non paruerat, ne illius exemplo conjuges Persarum, atque Medorum parvipenderent imperia maritorum; discerentque deferre maritis honorem.

1. Mach. 1, 28. (n) Omnis maritus lamentum sumens. (o) Quid Maritale.
Antiocho Epiphane occupante Judæam, & profanante Jerosolymam, scribitur, quòd (n) *omnis maritus sumpsit lamentum, & quæ sedebant in thoro maritali* (h. e. uxores, & sponsæ) *lugebant.* *Quod* (o) autem *ad maritum pertinet*, Maritale dicitur.

Marma.

Hist. 1. Par. 8, 10. (a) Quis est, & quid sonat.
Filius (a) *Saharaim*, de Hodes uxore, est Marma in Tribu Benjamin; fuitque Princeps in familiâ suâ. Sonat: *Dolus: Fraudulentia: Altitudo: Extollens se.*

Marmor. Marmoreus.

Hist. (a) Quid est Marmor, & ejus varietas.
Genus lapidis durissimi, & solidissimi est Marmor, cujus variæ sunt species, puta e. g. marmor album, quòd Parium etiam dictum est, eò quòd in Paro insulâ præsertim sit: Marmor viride, quòd Laconium dicitur eò, quòd apud Lacones reperiatur: Ophites, seu serpentinum, quòd est maculosum, quia maculis in modum serpentum distinguitur: Lucullejum, quod satis Lucullo placebat, quod atrum, seu nigrum est, Porphyrites, quod est rubrum, candidis punctis intervenientibus; & etiam leucostictos appellatur; Basaltes, quòd ferreum habeat colorem, & duritiem. Alabastrites, quòd candidum est; & sic plurimæ aliæ, quæ à colore, sive à duritie, sive à regione nomen habent. De marmoris naturali structurâ in lapidicinis videatur id, quòd in dictione *Lapis* dictum est; addimus autem hìc, quòd facilè etiam alibi à nobis dictum,

Gabr. Bremond. Itin. Ægypt. l. 1. c. 3.
ex observatione factâ à Gabriele Bremonda in suo itinerario Ægyptiaco circa columnæ Pompei, quæ in Asiâ est, magnitudinem, & structuram, videlicet, quod etiam apud aliquos ea est opinio, (b) quòd artificialiter lapis durissimus & solidissimus fieri, & confici possit. De ipsâ enim columnâ ingenti, (c) quæ ad Alexandriam est, altâ 113. pedes, cujus circumferentia est ad 55. pedes, ita ut sex homines eam brachiis amplecti nequeant, agens, curiosam affert quæstionem, in Ægypto coram prodigiosis marmoreis molibus, quæ inibi esse solent, ab Europæis moveri solitam; an hujusmodi magnæ moles, & præcisè columna ipsa, naturales sint, sive artificiales? & pro iis, qui affirmant naturales esse, inquit, quòd (d) opinio est eas moles ex montibus superioris Ægypti erutas esse, ipsasque ad Nilum usque deductas, in mare super ligneis, & trabalibus cratibus immissas, quòlibet devectas esse; talesque dicunt esse obeliscos, qui Romæ videntur; & sententiam suam eò magis firmant, quòd in monte Sinaï ejusdem generis marmor reperitur, vulgò apud Italos *Granito d' Egitto*; ibique loca videntur, unde plures extractæ sunt moles, earumque adhuc aliæ inibi imperfectæ, & semiexcisæ sunt; non tamen (pro veritate) loca illa excisa spatium videntur habere pro molibus tantæ magnitudinis, quales columnæ sunt, & Obelisci; neque semiexcisæ ipsæ moles, quæ inibi conspiciuntur, immensas, quas habemus moles, exæquant. Pro (e) iis verò, qui moles illas, non naturales, sed artificiales dicunt, asserit, quod ii proponunt tanquàm impossibile, quòd tantæ, & immensæ moles possint, & potuissent integræ exscindi, & è longè advehi, & de facto sola difficultas eas advehendi per Ægypti deserta ad Nilum, inverisimile reddit, quòd hujusmodi immensæ moles naturales sint, excisæ scilicet è monte; iter enim satis difficile est, & longum, redderturque, pro iis devehendis, unicuique viam illam callenti, qui sciet camelos, cùm solito eisdem onere apposito, vix tale iter superare posse, pluresque ex illis siti laborantes perire. Hinc igitur dicunt, quod moles hujusmodi artificiales sunt, & ex artificiali marmore, composito videlicet ex diversis lapidum granis, albis, rubris, subnigris, & id generis colorum variorum, aliquâ mixturâ, tanquam glutine unitis; magisque opinionem suam firmant ex hoc, quòd aliqui lapillus illos albos, nigros, rubros &c. separantes, durissimos illos reperiêre; & dum eos separarent, remanere ultra ipsos observârunt materiem quandam nigram satis fragilem, quæ digitis facilè conteratur: unde cùm tantam habeat unusquisque lapillus in se duritiem, difficultatem aliam necessariò fuisse dicunt maximam futuram, pro incidendis hieroglyphycis, & figuris, quas incisas inibi aspicimus; perfectam enim non potuissent habere, politâ levitate, incisionem; seu improbus penè labor fuisset, ubi tot insculpendæ erant figuræ, quæ subtilissimas, & tenuissimas habent partes, & margines plurimas. Hæc quoad sensum scribit Remondus concludens, quod utriusque partis rationes adduxit, arbitrio lectorum relinquendo, eam eligere sibi, quam vellent, opinionem; addens, quod, si eorum sententia vera esset, quæ dicit, artificialem esse molium illarum compositionem, certè ab ætate nostrâ amissum esset, & deperditum rarum, ac pretiosum artis arcanum: quæ quidem & ipse repetens, illud

(b) Quæstio, & opiniones, an marmor columnæ Pompeji in Asiâ, sit naturale, vel artificiale.
(c) Altitudo, & circumferentia ejusdem columnæ.
(d) Opinio, quòd marmor illud sit naturale exponitur circa prædictam columnam, & obeliscos Romanos.
(e) Opinio, quòd marmor illud sit artificiale proponitur tùm circa prælaudatam columnam, tùm circa Romanos obeliscos.

tantùm

tantùm sddo, Neapoli ex lapillis quibusdam levibus satis, & pumiceis, cùm calce compositionem quandam fieri pro tectorum straturâ, aperto cælo expusitorum; quæ sanè compositio ita induratur, ut lapis reputari possit; quinimò, si hojusmodi straturæ, seu pavimenta rescindantur, in gradus scalarum deinde rescindnntur durissimos: Ita & in Regno Neapolitano ex quibusdam pariter lapidibus pumiceis, qui tamen propriè pumices non sunt, cùm glutine nescio quali simul junctis, molares artificiales fiunt lapides ad terendum triticum durissimi.

Ad rem autem nostram revertendo in sacris litteris de hac dictione habemus, quòd Beseleel à Domino deputatus est in fabricam Tabernaculi artifex, cui dedit intellectum *ad excogitandum,* (f) *quicquid fabrefieri potest ex auro, & argento, & ære, marmore, & gemmis, & diversitate lignorum.* David ad Templi ædificationem (g) *marmor Parium abundantissimè* paravit. Hiram missus est à Rege Tyri ad Salomonem pro extruendo Templo, (h) vir, qui novit operari *in auro, & argento; ære, & ferro, & marmore, & lignis &c.* Scribitur autem Salomon statuisse (i) *pavimentum Templi pretiosissimo marmore, decore multo.* In Apocalypsi defletur lapsus Babylonis, quæ erat civitas omnis mercaturæ, ad quam deferebantur pretiosa, & præcisè (k) *vasa de lapide pretioso, & æramento, & ferro, & marmore.* (Vid. *Saxum*).

Exod. 31. 4.
- - 5.
(f) Beseleel in elaborando marmore doctus.
1.Par. 29. 2.
(g) Marmor Parium pro Templo paratum.
2.Par. 2. 12.
(h) Hiram in elaborando marmore doctus.
- 3. 6.
(i) Templum stratum à Salomone marmore pretiosissimo.
Apoc. 18. 12.
(k) Vasa ex marmore deleta Babylonem.

Quod (l) autem *ex marmore* est, *Marmoreum* dicitur; & in sacris litteris, ubi describitur pompa Assueri in convivio, toto semestri celebrato, tentoria dicuntur adfuisse variorum colorum, *sustentata funibus byssinis, atque purpureis, qui eburneis circulis inserti erant,* (m) *& columnis marmoreis fulciebantur.* Et Sponsa mystica, in Canticis Sponsum suum describens, inter cætera inquit: (n) *Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundata sunt super bases aureas.*

(l) Quid Marmoreum.
Esth. 1. 6.
(m) Columnæ marmoreæ in loco convivii Assueri.
Cant. 5. 15.
(n) Crura Sponsi myst. columnæ marmoreæ.

Myst.
D. Ambr. s. Psal. 118. ser. 3.

Fortitudo designatur per marmor, quòd ponebatur in Templo; & quidem fortitudo indefessa; ex D. Ambrosio.

D. Greg. s. Cant. 5.

Fortitudo Apostolorum figuratur in columnis marmoreis; ut notat Div. Gregorius Magnus.

Marsana.

Hist.
(a) Quis est.
Esth. 1. 14.
(b) Contra Vasthi judicat.
(c) Nom. interpr.

Unus (a) *ex Regni Assueri Optimatibus, septem Persarum Ducibus* est Marsana, cujus mentio est in libro Esther, (b) cùm interrogatus est circa inobedientiam Vasthi, contra quam fuit. Sonat: (c) *Myrrha rubi: Myrrha inimici: Amaritudo rubi: Amaritudo inimici; Ostendens rubum: Ostendens inimicum.*

Marsupium.

Hist.
(a) Quid est.

(a) *Sacculus ad detinendam pecuniam* est. Revertentes fratres Joseph ad ipsum in Ægypto, postquam primâ vice accepto frumento, invenerant, redeuntes in terram Chanaan, pecuniam in saccis, protestabantur, quòd eandem pecuniam reportaverant; & etiam aliam secum portâsse dicebant dispensatori domûs, ad emendum iterùm frumentum, & alia necessaria, addentes: (b) *Non est in nostrâ conscientiâ, quis posuerit eam in marsupiis nostris.*

Gen. 43. 22.
(b) Pecunia pro tritico soluta reperta in marsupiis fratrum Jos.

In Proverbiis cavetur homo, ne acquiescat peccatoribus, dicentibus: (c) *Sortem mitte nobiscum, marsupium unum sit omnium nostrûm.*

Prov. 1. 14.
(c) Non acquiescendum volentibus marsupium unum in omnibg.

Myst.
Syl. all. h. v.

Communitas, & concordia hæreticorum marsupium unum sunt malorum, ut notatur in Sylvâ allegoricâ Laureti.

Martha.

Hist.
(a) Quæ est, & ejus gesta in Evangelio narrata.
Luc. 10. 38. &c.

Soror (a) *Lazari, & Mariæ Magdalenæ* hoc est nobilissima virgo, Christi discipula, & hospita: *Excepit* namque *illum in domum suam*, satagens circa frequens ministerium, & dolens, quòd soror Maria reliquisset eam solam ministrare; & à Domino monita est, ne turbaretur, & quòd Maria optimam partem elegerat, ab eâ non auferendam. Hanc Virginem amabat Jesus, cum sorore ejus Mariâ, & fratre Lazaro, quem suscitavit à mortuis, (vid. *Lazarus*) coram Judæis, qui venerant ad eam consolandam super morte illius ejusdem
fratris defuncti. Hæc facta obvia ipsi Jesu - - 20.
venienti ad suscitandum eum, dixit confidenter: *Domine, si fuisses hic, frater meus non fuis-* - - 21.
set mortuus; sed & nunc scio, quia quæcunque - - 22.
poposceris à Deo, dabit tibi Deus. *Dicit illi* - - 23.
Jesus: resurget frater tuus. *Dicit ei Martha:* - - 24.
scio, quia resurget in resurrectione in novissimo
die. *Dixit ei Jesus: Ego sum resurrectio, &* - - 25.
vita; qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit,
vivet. *Et omnis, qui vivit, & credit in me,* - - 26.
non morietur in æternum. *Credis hoc? ait illi:* - - 27.
utiq; Domine, ego credidi, quia tu es Christus
Filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti.
Mox vocavit Mariam, ut ad Jesum veniret; & - - 28. &c.
cum iis adfuit, quando Jesus volens Lazarum à mortuis revocare jussit lapidem auferri à monumento, ideoque dixit ipsi Jesu: *Domine,* - - 39.
jam fætet, quatriduanus est enim. *Dicit ei* - - 40.
Jesus: nonne dixi tibi, quoniam si credideris, videbis gloriam Dei & planè hæc visa est, cùm Lazarus à mortuis revocatus est per Jesum; cui, cœnanti Bethaniæ eadem Martha mini- - 12. 2.
strâsse scribitur, quando unxit Maria Magdalena Marthæ soror, pedes ejusdem Jesu pretiosissimo unguento. Et hæc de Marthâ sunt in sacris litteris expressè notata, de quâ habet Ecclesiastica historia, quòd (b) Maximinus ipsam, totamque ejus familiam baptizavit; & quòd tum ipsamet Martha, tum alii ejus familiares, cum sorore Maria, Lazaro fratre, Marcella pedissequa, Maximino uno ex septuaginta Christi discipulis, eo videlicet, qui baptizaverat, pluribusque aliis Christianis à Judæis comprehensi in navem, sine velo, ac remigio impositi sunt, marique ad certum naufragium commissi; (c) verùm, cum navis, gubernante Domino, Massiliam appulisset, Massilienses, & Aquenses, viso miraculo, prædicatione auditâ, ad fidem conversi, primi Lazarum, secundi Maximinum Episcopum habuerunt; Magdalena in vastam altissimi montis speluncam abdita, in cælestium rerum contemplatione ad triginta annos vivens, inibi ad superos migravit: Martha verò cum aliquot honestissimis fœminis in locum, à viris remotum, se recipiens,

Hist. Eccl.
(b) Alia circa Martham ex Ecclesiasticâ historia.
(c) Massilienses ad Christi fidem conversi; sicuti & Aquenses.

recipiens, ioibi pariter mortem ſuam multò ante prædicens, clara miraculis obiit (d) die 29. Julii, ejúsque corpus apud Taraſcum colitur. Sonat: *Provocans: Amaricans:* Syriacè: *Domina: Doctrix.*

(d) Memoria D. Marthæ in mart. Rom. cujus corpus ap. Taraſcum Xr. nom. ſingul.

Myſt. *Vita activa*, ut communis habet SS. PP. aſſenſus, repræſentatur per Martham, ſicuti per Magdalenam *vita contemplativa*; notat autem expreſsè Origenes.

Orig. l. 2. Reg. h. 2.

Virgo Maria, quæ in utero ſuo excepit Chriſtum, figuratur in Matthâ, excipiente domi ſuæ eundem; ut habet D. Bernardus.

Div. Bern. ſer. 2. aſſum.

Martyr.

Hiſt. Græca vox eſt, (a) & idem eſt ac *teſtis*; ſic *qui ſanguine ſuo teſtimonium reddunt Chriſti, & fidei ejus*, Martyres dicuntur. In Apocalypſi vidit Joannes Babylonem, mulierem fornicariam, *mulierem ebriam de ſanguine Sanctorum*, (b) *& de ſanguine martyrum Jeſu.*

(a) Quid eſt, & quid ſonat.

Apoc. 17. 6. (b) Babyl. ebria de ſanguine martyrum Jeſu.

Mas. Maſculus.

Hiſt. Utraque dictio idem ſonat; (a) per utramque enim venit ſignificatio *ſexûs fortioris, & validioris oppoſiti appellationi fœminæ*; & quamvis in re Maſculus ſit diminutiva vox à Mas, attamen indifferenter pro eodem accipitur. (b) Sic vir, Mas, & Maſculus dicitur; quinimò Maſculus adjectivi interdum rationem habet, & appropriatur plantis, aliisque rebus inanimatis; unde Thus maſculum, & hujusmodi: Ita translatè accipitur pro *fortis generoſe, & quod virum decet*; unde Maſculæ mulieres, *fortes* videlicet; Maſcula facies &c. Et cùm applicatur inanimatis, hoc fit, ex eo, quòd in rebus illis aliquid proprium maſculini ſexûs, à robore, à ſimilitudine, à figurâ, & id generis, appareat.

(a) Quid hæ voces, quorum textûs pauci ad marginem notis ſignantur, cùm ex dictiones locum non prohibeant. (b) Acceptiones particulares vocis maſculus.

Pro dictione *Mas* in ſacrâ paginâ eſt, quòd Abraham (c) cunctos mares domûs ſuæ circumcidit, ſicut præceperat Dominus. Jacob, videns mares in gregibus, aſcendentes ſuper fœminas, cùm dormiret, diverſorum colorum, inde per Angelum monitus eſt, ut conveniret cum Laban, quatenùs ſibi remanerent varii, & maculoſi greges. (Vid. *Jacob.*) Cuncti (d) mares ex Sichimitis circumciſi ſunt, & deinde morti dati. (Vid. *Dina.*) Cùm Pharao præcepiſſet obſtetricibus, ut filios Judæorum maſculos interficerent, ipſæ tamen Deum timentes *conſervabant mares*. Hoſtia pacificorum, ſive mas, ſive fœmina, immaculata eſſe debebat: *Mares tantùm ſtirpis Aaron* comedebant de ſacrificio. De Core ſcribitur, quòd *non habuit mares filios.* Miſſi Judæi contra Madianitas, & victores facti, *omnes mares* (Madianitarum) *occiderunt*. Cùm datur poſſeſſio Tribui Manaſſe deſcribuntur (e) nominatim mares, qui dicuntur filii Joſeph, hoc eſt, deſcendentes ab ipſo, per cognationes eorum. Sacerdotibus, & Levitis diſtributa ſunt oblata in Templo, *exceptis maribus ab annis tribus, & ſupra &c.* iis ſcilicet data, qui in Templum ingrediebantur. (Vid. *Templum.*)

Gen. 17. 23. (c) Circumciſio marium apud Abraham.
- 30. 39.
- 34. 24. (d) Mares Sichimitæ circumciſi, & dati morti.
Exod. 1. 17. Levit. 3. 1.
- 6. 18. & alibi.
Num. 27. 3.
- 31. 7.
Joſ. 17. 2. (e) Mares in Tr. Manaſſe deſcripti.
2. Par. 31. 16.

Pro dictione *Maſculus* habemus, quòd *creavit Deus hominem ad imaginem ſuam - - - - - -, maſculum, & feminam creavit eos.* In (f) arcam Noë de mundis animantibus ſeptena, & ſeptena recepit, de mandato Domini, idem Noë maſculum, & feminam, ſicuti & de immundis duo, & duo maſculum pariter, & feminam. Deus circumciſionem Abrahæ præcipiens dixit: (g) *Maſculus, cujus præputii caro circumciſa non fuerit, delebitur anima illa de populo ſuo: quia pactum meum irritum fecit.* Ex viſione, quam habuit Jacob de maſculis maculoſis in grege, ſuper feminas aſcendentibus, docuit eum Angelus, quale pactum cum Laban facere debebat. (Vid. *Jacob.*) Cùm Sichimitæ maſculi omnes ſe circumcidiſſent, omnes interfecti ſunt à Simeone, & Levi filiis Jacob. (Vid. *Dina.*) Maſculos Judæorum in partu præcepit interfici ab obſtetricibus Pharao. Paſchalis agnus eſſe debebat maſculus, anniculus; abſque maculâ. Maſculus immaculatus offerebatur pro holocauſto. Maſculus, aut fœmina, ſine maculâ tamen, offerebatur pro hoſtia pacificorum. Omnis maſculus de genere Sacerdotali veſcebatur de carnibus hoſtiæ pro peccato, & pro delicto. Lex erat de muliere, pariente maſculum, quòd immunda eſſet ſeptem diebus; ita præceptum erat: *Cum maſculo non commiſcearis coitu fœmineo, quia abominatio eſt. Qui dormierit cum* (h) *maſculo coitu fœmineo, uterque operatus eſt nefas, morte moriantur: ſit ſanguis eorum ſuper eos.* Maſculus (i) immaculatus ex bobus, ovibus, offerebatur in victimam pacificorum, item ab advenis, à vota faciente &c. etiam ex capris. Homo votum faciens, & ſpondens animam ſuam, ſub æſtimatione dabat pretium, & lex erat; (k) *Si fuerit maſculus à vigeſimo anno uſque ad ſexageſimum annum, dabit quinquaginta ſiclos argenti ad menſuram Sanctuarii - - - à quinto autem anno uſque ad vigeſimum, maſculus dabit viginti ſiclos. - - - - - Ab uno menſe uſque ad annum quintum, pro maſculo dabuntur quinque ſicli - - - ſexagenarius, & ultra maſculus dabit quindecim ſiclos &c.* & deinde cum jam aſſignata ſit æſtimatio pretii pro fœminis, ſubditur moderatio pro pauperibus. Filii Levi in deſerto numerati ſunt (l) maſculi ab uno menſe, & ſupra; & fuerunt viginti duo millia; recenſiti autem ſunt ex primogenitis Iſraël (m) *maſculi per nomina ſua à menſe uno, & ſupra viginti duo millia ducenti ſeptuaginta tres*; & cùm Levitas accepiſſet Dominus pro primogenitis Iſraël, voluit pro ducentis ſeptuaginta tribus, qui ſupererant ſolvi quinque ſiclos per ſingula capita ad menſuram Sanctuarii, ut factum eſt. Leproſum quemcunque tam maſculum, quàm fœminam ejici de caſtris juſſit Dominus. Omnem (n) *ſimilitudinem, aut imaginem maſculi vel fœminæ* prohibuit Dominus Judæis. Saram, filiam Raguëlis, pro uxore, propoſuit Tobiæ juniori Angelus, notans, quòd *neque maſculum, neque fœminam ullam* (habebat) *aliam, præter eam.*

Gen. 1. 27.
- 5. 2.
- 7. 3. &c.
(f) Maſculum & fœminam de animantibus mundis recepit Noë ſeptena in arcam &c.
Gen. 17. 14. (g) Maſculus incircumciſus delendus de populo Judaico.
- 31. 12.
- 34. 22.
- - 25.
Exod. 1. 16.
- 12. 5.
Levit. 1. 3.
- - 10.
- 3. 6.
- 6. 29.
- 7. 6.
- 12. 2.
- 18. 22.
- 20. 13.
(h) Dormiens cum maſculo coitu fœmineo dignus morte.
- 22. 19.
- - 21.
(i) Maſculus de animalibus offerendus, quod pluribus eſt.
- 27. 3.
(k) Lex pro pretio maſculorum ſe devoventium.
- - 5.
- - 6.
- - 7.
Num. 3. 15.
(l) Numerus maſculorum filii Levi in deſerto.
- - 43.
(m) Numerus maſculorum totius Iſr. in deſerto.
- 5. 3.
Deut. 4. 16.
(n) Imago quævis tam maſculi, quàm fœminæ vetita.
Tob. 6. 11.

In Eccleſiaſtico habetur: *Omnem maſculum excipiet mulier.* In Iſaiâ habetur: (o) *Antequam parturiret, peperit; antequam veniret partus ejus, peperit maſculum*; quòd de Eccleſiâ dictum volunt multi, cum non cum multo, longoque miniſterio, circuitu, & labore; non ſenſim, & lentè, ut olim Synagoga, ſed ſimul, & ſubitò maſculum peperit, h. e. fortem prolem, & egregiam, quales fuêre Martyres &c. Jeremias dolens de miſeriâ, in quâ erat, inter cætera habet: (p) *Maledictus* (h. e. malus, & miſer fuit nuntius) *vir, qui annuntiavit patri meo, dicens:*

Eccli. 36. 23.
Iſai. 66. 7.
(o) Fœmina ante partum pariens maſculum; ubi expl. tant.
Jerem. 20. 15.
(p) Nuntius nati Jeremiæ maſculi malus dicitur; ubi expl. tant.

dicens: natus eſt tibi puer maſculus; & quaſi gaudio lætificavit eum. Ad demonſtrandum autem miſeriam, & dolorem Judæorum in captivitate, dicit ex ore Domini: (q) *Interrogate, & videte, ſi generat maſculus;* q. d. videte; an hi dolores ſint parturientis? quia graves nimis ſunt &c. & ſic metalepſi utitur. In Malachia ait Dominus: (r) *Maledictus doloſus, qui habet in grege ſuo maſculum, & votum faciens immolat debile Domino, quia Rex magnus ego, dicit Dominus exercituum, & nomen meum horribile in gentibus.*

Jerem. 30, 6.
(q) Synagoga interroganda an generat maſculum; ubi explicant.

Malach. 1, 14.
(r) Maſculum vovens Deo, & debile offerens, maledicitur.

1. Mach. 5, 28.

Judas Machabæus, irruens in gentes, occupata Boſor, occidit omnem maſculum in eâ; ſicuti & in Ephron. Scribens ad Romanos Paulus, & ex idololatria in abominanda eos incidiſſe ſcelera notans, inter cætera inquit: (s) *Similiter autem & maſculi, relicto naturali uſu fœminæ, exarſerunt in deſideriis ſuis in invicem maſculi in maſculos turpitudinem operantes, & mercedem, quam oportuit erroris ſui in ſemetipſis recipientes.* Et Corinthios monet, quòd *maſculorum concubitores* non Regnum Dei poſſidebunt. Et ad Galatas habet, quòd omnes unum ſunt in Chriſto Jeſu, apud quem (t) *non eſt Judæus neque Græcus: non eſt ſervus, neque liber: non eſt maſculus, neque fœmina,* exceptus particulariter. Malis, & inter eos *maſculorum concubitoribus* legem poſitam dicit, ad Timotheum ſcribens. In Apocalypſi mulier, amicta ſole &c. (o) *peperit filium maſculum, qui recturus erat omnes gentes in virgâ ferreâ; & raptus eſt filius ejus ad Deum, & ad thronum ejus.*

- - 52.
Rom. 1, 27.
(s) Maſculorum in maſculos libido ex idololatriâ.
1. Cor. 6, 10.
Galat. 3, 28.
(t) Apud Deum non excipitur neque maſculus, neque fœmina.
1. Tim. 1, 10.
Apoc. 12, 5. &c.
(u) Maſculus à muliere, ſole amicta, partus.

Myſt.

Bed. ſ. Exod. 2.

Agens opera fortia, & virilia, figuratur In maſculo, quocum non debet quis miſceri concubitu fœmineo; ne ſcilicet operâ ſuâ illum effæminari faciat; ex Beda.

Orig. ſ. Lev. h. 2.
D. Aug. ſ. Apoc. h. 9. & 1. de Gen. contr. Manich. 23, 25.

Chriſtus agnus immaculatus; fortis, & potens; qui diabolum vicit, oonne maſculus dicendus eſt? & qoidem maſculus, quem mulier amicta ſole peperit? nonne is eſt maſculus, de quo dictum eſt, maſculum, & fœminam creavit Deus à principio, h. e. Chriſtum, & Eccleſiam? Vide Origenem, & Auguſtinum.

Bed. ſ. Exod. 2.

Doctores, & Prælati, quibus alii, ceu fœminæ, ſubjiciuntur, in maſculis repræſentantur; ut notat Beda.

Orig. ſ. Exod. h. 7.

Hæreſes ſunt imagines maſculi; apparent enim fortes aſpectu, & oppugnatione validâ indigent; ex Origene.

Rich. de S. Vict. de 12. Patr. 13.

Hæretici confutati deſignantur per maſculos Sichimitas, interfectos; ut notat Richardus de S. Victore.

Phil. de vict. & ſacr. Abel, & Cain.

Mens, ratio, ſeu ſenſus rationalis, qui offertur Deo; & circumciditur à ſuperfluis, mundaois, & animalihus, in maſculo exhibetur; ut ex Philone habemus.

Orig. ſ. Lev. h. 3.

Opera virilia; & ſic ipſæ *virtutes* per quas viriliter operamur, ſignificantur per maſculum; prout ſcribit Origenes.

Lyr. ſ. Lev. 12.

Peccatum minus grave videtur exhiberi per maſculum, pro qoo minor purificatio requiſita eſt; ex Lyrano.

Prælati. Vid. *Doctores.*

Ratio. Vid. *Mens.*

Orig. ſ. Lev. h. 4.

Robuſtiores in fide, & opere in maſculis ſymbolizantur; ex Origene.

Senſus rationalis. Vid. *Ratio.*

Viriliter agens. Vid. *Agens viriliter.*

Virilia opera. Vid. *Opera virilia.*

Virtutes. Vid. *Opera virilia.*

Maſculinus, a, um.

Hiſt.

Adjectivum (a) nomen eſt, & ad *ſexum pertinet, quo vir à muliere diſtinguitur*, Idemque eſt dicere *Maſculinum*, ac *fœminæ contrapoſitum, quoad appellationem*; & ſolet ſubſtantivè uſurpari quoque ad denotandum ſexum, & genus.

(a) Significationes hujus vocis, cujus textus notis ad marginem ſignantur, ubi tantùm eſt locus.

Gen. 6, 19.

Noë dictum eſt: *Ex cunctis animantibus univerſæ carnis, bina induces in arcam, ut vivant tecum: maſculini ſexûs, & fœminini.* Abrahæ dictum eſt pariter à Domino: (b) *Infans octo dierum circumcidetur in vobis, omne maſculinum in generationibus veſtris: tam vernaculus, quam emptitius circumcidetur, & quicunque non fuerit de ſtirpe veſtrâ*; & hoc pro pacto, & fœdere ſtatutum eſt. Sichimitæ invitati ſunt, ut circumcideretur in eis omne maſculini ſexûs. (Vid. *Dina.*) (c) Pharao volens deſtruere Judæos juſſit: *Quicquid maſculini ſexûs natum fuerit, in flumen projicite.* Et quicunque peregrinus (d) vellet in Judaicam tranſire coloniam, & facere Phaſe Domini, circumcidere debebat prius omne maſculinum, & tuoc erat indigena terræ. Item iiſdem Judæis præceptum eſt, quòd omne primitivum in pecoribus maſculinum Domino offerretur, & conſecraretur, ita & in hominibus. Et lex erat Judæis: *Ter in anno apparebit omne maſculinum tuum coram Domino Deo tuo*; (e) ſcilicet *in ſolemnitate azymorum, in ſolemnitate hebdomadarum, & in ſolemnitate Tabernaculorum*; additurque: *Non apparebis ante Dominum vacuus.* Item præcepit Dominus: (f) *Omne, quod aperit vulvam generis maſculini, meum erit, de cunctis animantibus, tam de bobus, quam de ovibus, meum erit*; & hoc idem eſt, quod ſupra diximus Exod. 13. Ita in deſerto Sinai juſſit Judæos tollere (g) *ſummam univerſæ congregationis filiorum Iſraël per cognationes, & domos ſuas, & nomina ſingulorum quicquid ſexûs eſt maſculini* à vigeſimo anno, & ſupra, De filiis Levi ab uno menſe, & ſupra de familiis Gerſon, *numeratus eſt populus ſexûs maſculini - - -, ſeptem millia quingenti.* De familiis Caath, fuerunt: *Omnes generis maſculini - - - octo millia ſexcenti.* De familiis Merari fuerunt *omnes generis maſculi - - - ſex millia ducenti.* Et ſic (h) *omnes Levitæ, quos numeraverunt Moyſes, & Aaron juxta præceptum Domini per familias ſuas in genere maſculino à menſe uno, & ſupra, fuerunt viginti duo millia.* Et eodem modo juſſit Dominus numerari *primogenitos ſexûs maſculini de filiis Iſraël.* In ſecunda numeratione facta *fuerunt omnes, qui numerati ſunt* (i) (de Tribu Levi) *viginti tria millia generis maſculini ab uno menſe, & ſupra.* Moyſes juſſit ioterfici quicquid erat (k) *generis maſculini etiam in parvulis*, ex Madianitis. Juſſi pariter ſunt Judæi, capta civitate reſiſtente, percutere omne, *quod in eâ generis maſculini* erat, *in ore gladii.* Cùm (l) *omnis populus Iſraël, qui egreſſus eſt de Ægypto generis maſculini, univerſi bellatores viri, mortui* (eſſent) *in deſerto per longiſſimos viæ circuitus, qui omnes circumciſi erant*; populus, natus in deſerto, circumciſus eſt in Galgalis. In deſtructione Gabaa, factâ à Tribubus Iſraël, in vindictam deturpatæ, & interfectæ uxoris Levitæ (Vid. *Benjamin*), cùm non reperiretur in exercitu, deſtruente habitatores Jabes Galaad, miſſi ſunt; qui in ore gladii illos

- - 17, 12.
(b) Omne maſculinum inter Judæos circumcidendum.
- - 10.
- 34. 15.
Exod. 1, 22.
(c) Juſſu Pharaonis Judæi infantes maſculini ſexûs mergendi.
- 12, 48.
(d) Per circumciſionem ſexûs maſculini advena, fiebat inter Judæos indigena.
- 13, 12.
- - 19.
& alibi.
- 23. 17.
& alibi.
Deut. 16, 16.
(e) Omne maſculinum ex Judæis ter in anno coram Domino apparebat.
Exod. 34, 19.
(f) Primogenita maſculina Dei erant.
Num. 1, 2. &c.
(g) Judæi maſculini ſexûs in deſerto numerata.
- 3, 22.
- - 28.
- - 34.
- - 39.
(h) Filii Levi maſculini ſexûs numerati in deſerto.
- - 40.
- 26, 62.
(i) Alia numeratio item filiorum Levi ſexûs maſculini.
- 31, 17.
(k) Madianitæ ſexûs maſculini cæſi.
Deut. 20, 13.
Joſ. 5. 4.
(l) Omnes Judæi egreſſi de Ægypto generis maſculini mortui in deſerto &c.
- - 5.

Judic. 21, 11. (m) Omnes generis maſculini in Jabes Galaad interfecti. 2.Par. 31, 19. (n) Partes diſtributæ filiis Levi maſculini ſexûs. Ezech. 16, 17. (o) Imagines maſculinas fecerunt ſibi Judæi. 2.Mach. 7, 21. (p) Animus maſculinus matris Machabæorum martyrum.

percuterent, cum hoc præcepto: (m) *Omne generis maſculini, & mulieres, quæ cognoverunt viros, interficite, virgines autem reſervate.* Sub Ezechiâ (n) *univerſo ſexui maſculino de Sacerdotibus, & Levitis* diſtribuebantur partes per agros, & ſuburbana urbium. Apud Ezechielem contra Judæos, ſub nomine Jeruſalem, conqueritur Dominus, quod feciſſent ſibi (o) *imagines maſculinas*; h.e. idola. De matre ſeptem martyrum Machabæorum notatur, quòd hortabatur illos voce patriâ, ut fortiter (p) tormenta paterentur, (p) *fœmineæ cogitationi maſculinum animum inferens.* (Vid. *Vulva*).

Myſt. (Vid. Dictiones: *Mas: Maſculus.*)

Maſal.

Hiſt. Joſ. 21, 30. 1.Par. 6, 74. (a) Quid eſt, quid ſonat, & Lect. LXX.

Civitas (a) eſt *in Tribu Aſer*, data Levitis, cum ſuburbanis ſuis. Legunt aliquando Hebræi *Meſſal*. Sonat: *Parabola: Imperans: Dominans.* Legunt Septuaginta *Maaſal*; juxta Carmelum eſt.

Maſaloth.

Hiſt. (a) Quid eſt. 1.Mach. 9, 2. (b) Capitur à gentibus. (c) Signif. nom.

In codice Græco eſt (a) μαισαλὼθ, *Maiſaloth*, ſeu *Meſaloth*. In Arbellis eſt, in Galilæâ ſuperiori, ſive gentium, *civitas Tribûs Nephthalim.* Bacchidis, (b) & Alcimi milites *occupaverunt eam, & peremerunt animas hominum multas* (in ea). Idem ſonat: ac (c) *Maſal*, ſed numero multitudinis.

Maſculus. Vid. Mas.

Maſculinus. Vid. poſt Mas.

Maſepha.

Hiſt. Joſ. 15, 38. (a) Quid eſt, quid ſonat, & lect. LXX.

Urbs eſt (a) *in Tribu Juda.* Legunt Septuaginta μασφὰ, *Maſpha.* Sonat: *Speculatio: Specula: Coopertimentum: Expectatio.*

Maſerci.

Hiſt. 1.Par. 2, 53. (a) Quis eſt, & quid ſonat.

Vir (a) *ex Cariathiarim* in Tribu Juda, ſeu potius familiâ. Sonat: *Stratum: Tangens ſocium, amicum, paſtorem: Auferens ſocium, amicum, paſtorem.*

Maſerephot.

Hiſt. Joſ. 11, 8. — 13, 6. (a) Quid eſt, & quid ſonat. D.Hieron. in loc. Hebr. lit. M. (b) Salinæ in finibus Tr. Aſer.

Ad aquas Maſerephot uſque perſecutus eſt Joſue Regem Jabin cum aliis pluribus; & *à Libano uſque ad aquas Maſerephot, univerſiq; Sidonii*, conſtituuntur termini terræ appromiſſæ. In dictione *Aqua* nos lectorem ad hanc dictionem remiſimus. (a) Non reperitur hoc nomen niſi junctum cum voce *aquæ*, & eidem voci eſt tanquam nomen appoſitum, quod ſonat: *Incendia: Aduſtiones*; & ſic legitur *Maſerephot maim*, & ut habet Div. Hieronymus *Maſſerephoth maim*, h. e. *aduſtiones, exſiccationes aquarum; combuſtiones aquarum.* Erant enim Salinæ ad excoquendam aquam maris paratæ, unde ſal extrahebatur. Cum communi ſententiâ puto, (b) quòd hujuſmodi Salinæ, quæ erant in confiniis Tribûs Aſer ad mare magnum, foſſæ eſſent, quò per alveos; ſive etiam tempore excreſcentis, & inundantis maris, aquæ deducebantur, ibique ſtagnantes, ſolia fervore exſiccatæ, ſalis maſſam præberent; quales quidem ſalinæ pluribi in Italiâ majores, minoreſve videntur; erant autem propè Sidonem. Origenes legit *Maſephoth*; alii *Maſephoth maim*, μασεφὼθ μαὶμ, quòd Chaldæus (c) interpretatur: *Salina aquarum.* (d) Saptuaginta in Joſ. 11. legunt μασερὼν, *Maſeron*; & in Joſ. 13. μασερὼθ μεμφωμαὶμ, *Maſereth memphomaim.*

(c) Interpretatio Chaldaica. (d) Lect. LXX.

Maſeroth. Vid. poſt Moſera.

Maſia.

Hiſt. 2.Eſd. 11, 7. (a) Quid eſt, & quid ſonat.

In (a) *Tribu Benjamin locus* eſt. Et ſonat vel *ſtratum Domini*; vel ſicut *Maaſia.*

Maſma.

Hiſt. (a) Quis primus. Gen. 25, 14. & alibi. 1.Par. 4, 25. &c. (b) Quis ſecundus, & nom. ſign.

I. *Inter* (a) *filios Iſraëlis* eſt Maſma.

II. Alius eſt (b) *Inter deſcendentes Simeonis Patriarchæ*; pater Hamuelis &c. Sonat: *Exauditio: Audiens: Obediens.*

Maſmana.

Hiſt. (a) Quis eſt. 1.Par. 12, 10. (b) Interpr. nom.

Princeps (a) *in exercitu David* fuit, qui de Gad illum ſecutus eſt, fugientem à Saul; & inter Principes quartus ponitur. Significat: (b) *Pinguedo ejus: Oleum ejus: Tangens præparationem, munus, numerum: Auferens præparationem, numerum, munus.*

Maſobia.

Hiſt. (a) Quid eſt. 1.Par. 11, 46. (b) Signif. nom. & lect. LXX.

Loci (a) *nomen* eſſe videtur apud editionem vulgatam hæc vox, cùm inibi legatur inter fortiſſimos Regis David milites *Jaſiel de Maſobiâ*; ubi autem ſit, nullus nos docet; ex hoc, nomen appoſitum Jaſiel putant aliqui ex aliquâ proprietate, quæ facilè tali viro competebat, expoſitâ in ipſius vocis interpretatione, quæ eſt: (b) *Damula: Stans Dominus: Statio Domini.* Addunt opinioni firmitatem Septuaginta dicentes *Jeſiel Meſobia*, Ἰεσιὴλ ὁ μεσωβία.

Maſpha.

Hiſt. (a) Difficultates circa hujus vocis elucidationem. (b) Tres urbes hujus nominis; & terra pariter Maſpha vocata.

Cùm plures reperiantur hujus nominis urbes in ſacris litteris, (a) mirum eſt, quantâ diverſitate inter ſe auctores de hac eadem voce ſcribant, præcipuè, cùm una, eademque polynomia ſit: In hac autem diverſitate quot eſſe poſſint errores, dictu facile non eſt; unde & ego ipſe, quamvis cautè procedere curabo, attamen utrum me ab errore liberabo, ignoro; hoc enim habent ſcriptores de re longinqua, inviſa, & antiqua, quòd per conjecturas procedendo, ſæpiùs more cæcorum, ſive in parietem difficultarum impingant; ſive ab uno tramite ad alium inſcii, vel ex ſe, vel aliis etiam ducentibus cæcis, deflectant. Ut ut res ſit; hoc certò ſcimus; tres (b) urbes fuiſſe hujus nominis, aliam in Tribu Benjamin, ſeu Juda; aliam in Tribu Gad; aliam in Tribu Ruben: itemque terram hujuſce pariter nominis in Tribu Aſer, cui quarta facilè urbs nomen dederit. De iis autem ita pro poſſe, & pro re, ex diverſis enucleata, differimus, ſcilicet quòd

(c) Quid eſt Terra Maſpha. Joſ. 11, 3. — 8. (d) Lect. LXX.

I. Terra (c) Maſpha erat *Hevæorum habitatio* ad radices montis Hermon, ad cujus terræ Orientalem partem eſt campus *Maſphe*, ubi ſeu ad quem uſque terminum percuſſus eſt Rex Jabin, cum aliis plurimis fœderatis Regibus, & populis Joſue. Legunt (d) Septuaginta pro

terre Maſpha εἰς γῆν μασσύμα, *in terram Maſſyma*. Et pro Maſphe μασσὺχ *Maſſoch*.

2 Reg. 22, 3. (e) Quid Maſpha in Tr. Ruben; & Lect. LXX.

II. *Urbs* (e) *in Tribu Ruben* reperitur, nomine Maſpha, cui additur, *quæ eſt Moab*, versùs torrentem Arnon poſita; hæc à Rege Moab occupabatur, cùm David à Saule fugiens eò profectus eſt, eidem Regi commendans parentes ſuos, donec Deus aliter de eo diſponeret. Legunt Septuaginta μασσηφὰθ τῆς Μωὰβ, *Maſſephath Moab*. Ipſa eadem eſt, ac *Mephaad*, Joſ. 13. v. 18. ubi legitur, (f) eam datam eſſe Rubenitis, itémque 21 v. 36. ubi habetur, quòd facta eſt civitas Levitica, & refugii, & Septuaginta in cap. 13. (g) legunt μαϕαὰδ, *Masraad*, & in cap. 21. μαφὰ, *Mopha*, & in aliquibus exemplaribus, ponitur *Mephaad*, ſicuti habetur in libro primo dierum, ubi habent Septuaginta μασφλὰ, *Maephla*. Dicunt etiam alii *Mephes*, *Mophaat*, & Joſephus *Mellen*, ſive *Mellam* vocat. Adrichomius pro una duas ponit urbes, quarum uni dat nomina ſupra allata, alteri dat nomen *Maſepha*, quæ eſt Moab: alii Adrichomio contradicunt, qui ſanè videtur circa varias hujus nominis urbes hallucinatus.

Joſ. 13. 18. (f) Vices variæ ejusdem. - 21, 36. (g) Alia lectio LXX. pluribus varia. 1.Par. 6, 79.

Judic. 10, 17. - 11, 11. &c. (h) Quid Maſpha in Tr. Gad.

III *In Tribu Gad* (h) alia *urbs* eſt Maſpha, in quâ filii Iſraël ſub Jephte, congregati antea, prælium decreverunt in Ammonitas: Indéque movit Jephte, Dux, & Princeps, & Judex factus in Iſrael, contra Ammon: cùmque in Maſpha videatur emiſiſſe votum, quod fecit, de immolando primo obvio in ſacrificium Domino, revertens ab hoſtium expulſione, & contritione in Maſpha, quæ apparet ejus patria fuiſſe, ubi domum ſuam habebat, erátque in terra Galaad, filiam ſuam occurrentem primò habuit, quam in voti executionem immolavit. (Vid. *Jephte*.) Legunt (i) Septuaginta ἐν τῇ σκοπιᾷ, *in Scopiâ*; Hebræi: *in Maſſepha*; & hæc eadem eſt ac *Maſphe* in Joſ. 13.

- - 34.

(i) Lect. LXX.

Joſ. 15. 26. (k) Quid Maſpha in Tr. Juda, ſeu Benjamin.

IV. Alii (k) *in Tribu Juda*, alii *in Tribu Benjamin* aliam *urbem* ponunt, quæ Maſpha dicitur; ipſique aliquando adhuc dubitantes potius Tribui Benjamin, quàm Tribui Juda eam concedunt; ratio autem dubitandi eſt, quòd in confiniis earum Tribuum poſita ſit. D. autem Hieronymus eam in Tribu Juda facit, & Jephte in eâ habitantem ponit contra Cariathiarim; ſed ab eo in hoc plures, & plurimi diſſentiunt. In hac urbe, ubi arca Domini diu fuit, congregati (l) ſunt filii Iſraël ad Dominum, ultionem ſumpturi de Gabaa pro injuria, & morte probroſâ uxoris Levitæ (vid. *Benjamin*), hoſpitali quâvis lege fractâ; hincque, habito Domini oraculo, de inſtruendo bello, & committendo prælio, perrexerunt in pugnam; & victores, ita ut de Tribu Benjamin, quam contriverant, non remanſiſſent, niſi ſexcenti viri in ſolitudines profecti, *juraverunt filii Iſrael in Maſpha, & dixerunt: nullus noſtrum dabit filiis Benjamin de filiabus ſuis uxorem*. Cùm cæteris autem filiis Iſraël in Maſpha non fuêre habitatores Jabes Galaad, iccircò & ipſi contriti ſunt, & virgines ex eis reſervatæ datæ ſunt Benjamitis bis ducentæ. In hac urbe judicavit (m) populum Samuel; & populo Regem petenti hìc convocato leges Regni edixit, uncto jam Saule in Regem. (n) Hanc urbem tractu temporis munivit (quod in ſacra pagina dicitur ædificare) Aſa Rex Juda ex lignis, & lapidibus

D.Hieron. in loc. Hebr.

Judic. 20, 1. &c. (l) In eâ congregati filii Iſr. contra Gabaa.

- 21, 1. &c.

- - 8.

1.Reg. 10, 17. (m) Ibi Samuel Judex.

3 Reg. 15, 22. 2.Par. 16, 6. (n) Varia de hac urbe.

Rama. Et in hac ipſa urbe habitavit poſt deſtructionem per Babylones factam ſub Nabuchodonoſor, urbis Jeroſolymæ, Godolias Regis Babylonis Præpoſitus Judæis, & alii Duces militiæ cum Jeremiâ; ibique percuſſus eſt idem Godolias ab Iſmahele. De hac urbe fuerunt Meltias & Jadon, qui numerantur inter primos renovatæ urbis Jeroſolymæ ædificatores; & cùm dicantur *viri de Gabaon, & Maſpha*, quæ ambæ erant in Tribu Benjamin urbes, videntur ab utrâque, puta ratione patris, & matris, ex diverſis ſcilicet familiis, quarum altera ex Gabaon eſſet, altera ex Maſphâ, originem duxiſſe. Et cùm legatur: *Et portam fontis ædificavit Sellum filius Cholhoza, Princeps pagi Maſpha*, de hac urbe conveniunt omnes ſermonem eſſe, pro temporum infelicitate, facilè in pagum, ex urbe, mutata. Quòd hæc (o) urbs fuiſſet locus orationis, uti ſupra innuimus, ob arcam Dei in eâ aliquando repoſitam, memoria adhuc vigebat, & cum memoria reverentia quædam, Machabæorum tempore; cùm enim Judæorum ſub Juda Machabæo adversùs gentes congregatus eſſet conventus, *ut eſſent parati in prælium; & ut orarent, & peterent miſericordiam, & miſerationes*; & Jeruſalem non habitaretur, relicta quaſi deſertum, gentéſque habitarent in arce, ſanctis proculcatis, *congregati ſunt Judæi, & venerunt in Maſpha contra Jeruſalem; quia locus orationis erat in Maſpha ante in Iſrael*; jejunantes, ſigna pœnitentiæ demonſtrantes, ad Dominum clamantes, & auxilium à Domino petentes. Septuaginta (p) in Judic. 29. legunt μασσηφὰ, *Maſſepha*; in 21. μασσηφὰθ, *Maſſephath*. Eademque eſt hæc urbs cum *Maſphath*, de quâ 1.Reg. 7, 5. &c & Jerem. 40. per tot. & 41. & cum *Maſphe*, de qua Joſ. 18, 26. Sonat: (q) *Speculatio: Specula: Coopertimentum: Expectatio*.

4.Reg. 25, 23.

- - 25.

2.Eſd. 3, 7.

- - 15.

1 Mach. 3, 46. (o) Eadem urbs orationis, in quâ arca.

- - 44.

- - 41.

- - 46.

- - 47. &c.

(p) Lect. LXX.

(q) Nom. etym.

Maſphath.

Hiſt. (a) Quid eſt.

Hæc (a) eadem *urbs* eſt, de qua locuti ſumus in *Maſpha num. IV.* Sub hac præcisè voce notatur, quòd (b) Samuel inibi habitationem habebat, judicans populum, quem congregavit in ea, ut jejunaret, opémque ſibi à Domino poſceret contra Philiſthæos; poſtque ſacrificia egreſſi Judæi de Maſphath percuſſerunt Philiſthæos ipſos, qui prælium inierant; & percuſſio facta eſt, dum Samuel holocauſtum offerret. (Vid. *Lapis adjutorii*.) Quamvis Samuel habitationem haberet in Maſphath, non tamen ſemper in ea habitavit, ſed tantùm per aliquam anni partem; ibat enim *per ſingulos annos circuiens Bethel, & Galgala, & Maſphath, & judicabat Iſraëlem in ſupradictis locis; revertebaturque in Ramatha: ibi enim erat domus ejus: & ibi judicabat Iſraëlem; ædificavit etiam ibi altare Domino*. (c) In hac urbe, poſt deſolationem factam à Nabuchodonoſor urbis Jeroſolymæ, habitavit Jeremias cum Godolia Præfecto Regis, qui Godolias omnes animavit Judæos diſperſos, ut quietè viverent ſub Rege Chaldæo, & rura ſua colerent, unde ad eum, præter Duces, etiam alii congregati ſunt Judæi; inibi autem ab Iſmahele proditoriè occiſus eſt Godolias. Sonat, ut *Maſpha*.

1.Reg. 7, 5. &c. (b) Samuel Judex in Maſphath, ibi judicans pro aliquâ anni parte.

- - 16.

- - 17.

Jerem. 40, 6 &c. (c) Facta urbs hæc habitatio Jeremiæ & Godoliæ poſt Jeruſalem excidium.

(d) Nom. ſign.

Masphe, Vid Maspha.

Masreca.

Hist.
Gen. 36. 36. 1.Par. 1, 47.
(a) Quid est, & quid sonat.
(b) Lect. LXX.

Civitas (a) *Idumaa* creditur, de qua fuit Semla, qui regnavit quintus in Edom post Adad, ex descendentibus ab Esau. Significat: *Sibilus*: *Sibilans*: *Attractio vanitatis*: *Tangens vanitatem*: *Tangens vacuitatem*: *Vitis*. Legunt (b) Septuaginta ἐκ μασεκκάς, *de Masseccâ*.

Massa, Propr.

Hist.
Gen. 25. 14. 1.Par. 1, 30.
(a) Quis est, & quid significat.

Inter (a) *filios Ismaëlis* filii Abraham ponitur Massa, cujus interpretatio est: *Onus*; *Assumptio*; & translatè: *Prophetia*.

Massa, Appell.

Hist.
(a) Quid est hac vox, cujus textus non omnes notis signat, ob loci carentiam in margine.
1.Reg. 25. 18.
(b) Massa caricarum 200, allatæ ab Abigail ad David.
- 30, 12.
(c) Fragmen massæ caricarum ad refocillationem datum.
2.Reg. 16, 1.
4.Reg. 20, 7.
Isai. 38, 21.

Propriè est (a) *farina macerata*, & *aquâ condensata*; ad cujus similitudinem Massa dicitur: *Quicquid densum est, seu spissum ad modum farina condensata*; sic dicitur Massa auri, massa æris &c. ac si diceretur aurum, æs condensatum simul. Inter dona, quæ attulit ad Davidem Abigail (b) fuère ducentæ massæ caricarum, Italicè *filza di fichi secchi*. Viro Ægyptio, qui postea judicavit, quò Amalecitæ perrexissent, post direptam Siceleg, (c) datum est fragmen massæ caricarum cum una passa, ut refocillaretur. (Vid. *David.*) Inter munera, à Siba oblata Regi David, fugienti à facie Absalom, fuère centum massæ palatharum, hoc est, caricarum. Isaias massa ficorum, hoc est, ficis unà simul compactis, appositâ super ulcus Ezechiæ Regis Juda, eum sanavit illo cataplasmate.

Eccli. 22, 18.
(d) Massa ferri levior imprudente &c.

In Ecclesiastico legimus: (d) *Arenam*, & *salem*, & *massam ferri facilius est ferre*, *quam hominem imprudentem*, & *fatuum*, & *impium*. Daniel picem, adipem, & pilos coxit simul, (e) *fecitq; massas*, & *dedit in os draconis*, (quem scilicet adorabant Babylonii), & *diruptus est draco*: & *dixit*: *ecce*, *quem colebatis*.

Dan. 14, 26.
(e) Massâ rerum variorum occisus draco à Daniele ap. Babyl.
Zach. 5, 8.
(f) Massa plumbea in os Amphoræ visæ à Zacharia.

Apud Zachariam habemus, quòd massa plumbea immissa est in os (f) amphoræ, in qua vidit Propheta idem mulierem.

Rom. 9, 21.
(g) Potestas figuli ex eâdem massa luti vas in bonum, & malum usum facere.
- 11, 16.
(h) Delibatio sancta, ita & massa; ubi explicant.

Apostolus, ad Romanos scribens, & homines in manu Dei repræsentans, ad modum Cretæ in manu figuli, interrogat: (g) *An non habet potestatem figulus luti ex eâdem massâ facere aliud quidem vas in honorem*, *aliud verò in contumeliam?* Monensque ipsos Romanos, ne adversùs Judæos glorientur, de his ait: *Quòd* (h) *si delibatio sancta est*, (hoc est, eorum primitiæ, scilicet parentes sancti, venerabiles videlicet fuère), & *massa* (erit quoque sancta, tota nempe natio, sanctitate analogicâ, tanquam Sanctorum patrum filii; q. d. eos non rejiciatis, quia à parentibus sanctis, & DEO sacris proveniunt, & ex hoc venerationem aliquam habere debent, non contemptum. Quod Corinthii tolerarent inter se incestuosum, eis scribit idem Apostolus: *Non est bona gloriatio vestra: nescitis*, *quia* (i) *modicum fermentum totam massam corrumpit?* repetitque hoc idem de fermento ad Galatas, dum eos, ut à seductoribus caveant, hortatur.

1.Cor. 5, 6.
Galat. 5, 9.
(i) Modico fermento massa tota corrumpitur.

Iniquitas gravis, quæ continetur in avaritiâ, designatur in massa plumbea, quâ conclusa est amphora, visa à Zacharia; ex D. Gregorio Magno.

Myst.
D. Gregor. 14. m. 23.

Mater.

Hist.
(a) Quid hæc vox, cujus textus, quibus locus non est ultra citationem ad marginem, notatione carebunt.

Fœmina (a) *in animalibus similibus*, *in specie generans* propriè dicitur Mater; translatè autem dicitur de *arbore*, quæ propagines emittit; de *ape*, quæ mel quodammodò parit; & ita *de aliis* etiamsi non sensibilibus. Hoc nomen Matris, de cujus origine nullus sermonem habet, puto ego, quod sicuti *pater*, Græcè πατὴρ, ponitur, quasi παῖδας τηρῶν, hoc est, *pueros*, *seu natos servans*; ita quod *mater*, Græcè μητὴρ, Latinè redditum *Mater*, ponatur quasi μῆτιν τηρῶν, hoc est, *consilium servans*, *prudentiam servans*, *hortatum servans*, ac si dicatur ea esse, cujus prudentia, consilio, & hortatu filii nutriuntur; neque placet eorum sententia, qui volunt matrem dictam ἀπὸ τῆς μήτρας, à mitrâ, hoc est, matrice, utero &c. potius enim matrix à matre, quam mater à matrice dicta est, primo aspectu.

Gen. 2, 24.
(b) Mater relinquitur pro uxore.
- 3. 20.
- 20, 12.
- 21, 21.
- 24, 28.
- - 55.
- - 53.
- - 67.
- 27, 29.
(c) Ante Jacob incurvandi filii matris ejus.
- 32, 11.
(d) Jacob timens, ne mater cum filiis percuteretur ab Esau; ubi expl. text.

Postquam creavit Dominus Adam, & Evam, quam viraginem dixit, quoniam de viro sumpta fuerat, addidit: (b) *Quamobrem relinquet homo patrem suum*, & *matrem*, & *adhærebit uxori sua*: & *erunt duo in carne unâ*; & sic dicta est Eva ab Adam uxor sua, *eò*, *quòd mater esset cunctorum viventium*. Abraham dixit Regi Geraræ, quòd Sara verè esset sibi soror, scilicet filia patris, cùm nepotes nomine filiorum veniant, non matris suæ. Ismaëli filio Abrahæ accepit Agar *mater sua uxorem de terrâ Ægypti*. Rebecca, audito Abrahæ servo ad fontem cucurrit, & *nuntiavit in domum matris sua omnia*, *qua audierat*: Mater autem poposcit, postquam assenserat, ut pro uxore adduceretur ad Isaac, ut per decem dies ea apud se maneret: & ea ipsa mater dona accepit à servo Abrahæ, & Isaac. Ivit ergo Rebecca, & introducta est in Tabernaculum Saræ matris Isaac. Inter benedictiones datas Jacob ab Isaaco fuit illa: *Esto Dominus fratrum tuorum*, & *incurventur* (c) *ante te filii matris tua*. Jacob, revertens ex Mesopotamiâ in terram Chanaan rogabat Dominum: (d) *Erue me de manu fratris mei Esau*, *quia valdè eum timeo*, *ne fortè veniens percutiat matrem cum filiis*; de uxore sua tum Liâ, tum Rachele loquebatur Jacob, quas in duabus distinctis turmis posuerat, quarum si una percuteretur, altera salva esset. Contra Joseph, de somnio ejus, adorati à stellis undecim, & à sole, & luna; nec non manipuli ejus, adorati à manipulis aliorum, dixit Jacob, increpans eum: (e) *Quid sibi vult hoc somnium*, *quod vidisti? num ego*, & *mater tua*, & *fratres tui adorabimus te super terram?* Judas, rogans Ægypti Pro Regem, quem fratrem suum Joseph esse non cognoscebat, pro Benjamin, dicebat, quòd ejus frater uterinus mortuus erat, addebâtque: (f) *Ipsum solum habet mater sua.*

- 37. 10.
(e) Somnium Joseph indicans eum adorandum à patre, matre, fratribus.
- 44. 20.
(f) Benjamin dictus solus filius matris suæ.
Exod. 2, 8.
(g) Mater Moysi ad eum lactandum vocata.

Moysis soror, (g) videns eum devenisse in manum filiæ Pharaonis, quasi vocans nutricem, de assensu ejusdem Pharaonis filiæ, perrexit, & *vocavit matrem suam*, (Vid. *Moyses*).

In præ-

In præceptis Dominicis est: (h) *Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut sis longævus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.* Itemque habetur: *Qui percusserit patrem suum, aut matrem, morte moriatur. Qui maledixerit patri suo, vel matri, morte moriatur.* (Primogenitus filiorum) *septem diebus sit cum matre sua, die octavâ reddes illum mihi*, ait Dominus: *Non coques hædum in lacte matris suæ. Turpitudinem patris tui, & turpitudinem matris tuæ non discooperies: mater tua est, non revelabis turpitudinem ejus. Turpitudinem sororis tuæ ex patre, sive ex matre, quæ domi, vel foris genita est, non revelabis. Turpitudinem sororis matris tuæ non revelabis, eo, quod caro sit matris tuæ. Unusquisque* (i) *patrem suum, & matrem suam timeat.* Iterùmque repetitur: *Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur: patri, matrique maledixit, sanguis ejus sit super eum.* Pariter habetur: (k) *Qui supra uxorem filiam, duxerit matrem ejus, scelus operatus est: vivus ardebit cum eis, nec permanebit tantum nefas in medio vestri.* Filiis Aaron dictum est: (l) *Ne contaminetur Sacerdos in mortibus civium suorum, nisi tantùm in consanguineis, ac propinquis, id est, super patre, & matre, & filio, & filiâ, fratre quoque, & sorore virgine, quæ non est nupta viro. Pontifex, id est, Sacerdos maximus - - - - - - super patre quoque suo, & matre non contaminabitur.* Ita legitur: (m) *Bos ovis, & capra, cùm genita fuerint, septem diebus erunt sub ubere matris suæ: die autem octavo, & deinceps offerri poterunt Domino.* De Nazaræo lex erat: *Omni tempore consecrationis suæ - - - -* (n) *nec super patris quidem, & matris, & fratris, sororisque funere contaminabitur, quia consecratio Dei sui super caput ejus est.* De muliere, in bello captâ, quam Dominus velit in uxorem accipere, dictum est, quòd in domum introducta, rase cæsarie, & circumcisa unguibus, *deponet vestem in quâ capta est*; & subditur: (o) *Sedensque in domo tuâ flebit patrem, & matrem suam uno mense: & postea intrabit ad eam, dormietque cum illâ, & erit uxor tua.* Notatur etiam jus (p) patris, & matris educendi filium contumacem, & inobedientem ad tribunal, ut lapidetur. Invenienti nidum avis, (q) *& matrem pullis, vel ovis desuper incubantem*, dictum est: *Non tenebis eam cum filiis.* Maritus, objiciens uxori nomen pessimum, quòd eam non invenerit virginem, verberibus damnebatur; (r) tollebant enim pater, & mater uxoris, & ferebant signa virginitatis illius ad Seniores urbis, qui in porta erant. Inter maledictiones, recitatas ab Israël, transecto Jordene, præceptum est, ut apponeretur: (s) *Maledictus, qui non honorat patrem suum, & matrem. Et dicet omnis populus: Amen.* Moyses, benedicens filiis Levi, dixit inter plura: (t) *Qui dixit patri suo, & matri suæ: nescio vos; & fratribus suis: ignoro vos, & nescierunt filios suos; hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum servaverunt &c.* (Domine.) Rachab meretrix, occultans in urbe Jericho exploratores Judæorum petiit signum ab eis, ut in urbis capturâ salvarentur pater, & (u) mater sua, fratres, ac sorores suæ. & datus est ei funiculus coccineus. (Vid. *Rahab.*) Debbora, (x) mater in Israël dicta est; &

Exod. 20, 12. & alibi in Deut.
(h) Honor matri debitus, & pœna in contra facientes.
- 21, 15.
- - 17.
- 22, 30.
- 23, 19. & alibi in Deut. Levit. 18, 7.
- - 9.
- - 13.
- 19, 3.
- 20, 9.
(i) Timor matris habendus, & reverentia, secus pœnæ intimantur.
- - 14.
(k) Pœna filiæ, & matris nuptarum eidem viro.
- 21, 2.
- - 2.
(l) Sacerdoti permissum adesse matris funeri.
- - 3.
- - 12.
- 22, 27.
(m) Bos, ovis, capra Deo non offerenda nisi per 7. saltem dies à matre lactati.
Num. 6, 7.
(n) Nazaræo non permissum adesse matris funeri.
Deut. 21, 12.
- - 13.
(o) Lex de matre deflenda à captiva Domino nuptura.
- - 18.
(p) Jus matris in filium inobedientem.
- 22, 6.
(q) Mater avium, cum iis in nido reperta, dimittenda.
- - 15.
(r) Mater filiæ virginitatem asserens contra malignum.
- 27, 16.
(s) Matrem non honorans maledictus.
- 33, 9.
(t) Filii Levi, matrem nescientes pro Deo, benedicti.
Jos. 2, 13.
- - 18.
(u) Mater Rahab salva à Judæorum armis.
Judic. 5, 7.
(x) Debbora mater dicta.

pro nece Siseræ dicitur in cantico Debboræ ipsius, quòd *per fenestram respiciens ululabat mater ejus*; anxia, quod tardaret revertere. Quia de alterâ matre natus erat Jephte, ejectus est à fratribus suis. Noëmi, mortuis filiis suis, eorum uxoribus dixit: *Ite in domum matris vestræ.* Samueli puero ministranti ante faciem Domini *tunicam parvam faciebat - - - - - - -* (y) *mater sua, quam afferebat statutis diebus, ascendens cum viro suo, ut immolaret hostiam solemnem.* Exprobrans Saul Jonathæ, filio suo, quòd amaret Davidem, dicebat ei: (z) *Numquid ignoro, quia diligis filium Isai, in confusionem tuam, & in confusionem ignominiosæ matris tuæ?* David patrem suum, (a a) & matrem suam, apud Regem Moabitarum salvos posuit, donec cessaret Saulis persecutio. Deflens super Jonathâ mortuo idem David, dixit: (a b) *Sicut mater unicum amat filium suum, ita ego te diligebam.* Berzellai in aulâ habitare recusavit, petens redire domum suam, & Regi Davidi ait: (a c) *Obsecro, ut revertar servus tuus, & moriar in civitate meâ, & sepeliar juxta sepulchrum patris mei, & matris meæ.* Dum obsidebatur Abela à Joab propter Sebam, mulier (a d) sapiens interrogavit eum, cur quærebat *subvertere civitatem, & evertere matrem in Israël?* titulo autem hoc ornabat ipsam Abelam, quæ erat Academia celebris studiorum in Israël; unde studiis enutriti, tanquam pabulo, ceu filii, egrediebantur Hebræorum alumni. Matrem infantis vivi Salomon cognovit, quod ipsa sola repugnavit, ut divideretur, (vid. *Salomon*) dixitque: *Date huic infantem vivum, & non occidatur: hæc est enim mater ejus.* Elias viduæ Sarephtanæ filium, à morte revocatum, matri restituit. Elisæus, antequam sequeretur Eliam, petiit ire ad osculandum patrem suum, & matrem suam. De Ochozia Rege Israël scribitur, quòd *fecit malum in conspectu Domini*, (a e) *& ambulavit in viâ patris sui, & matris suæ &c.* De Joram, Rege pariter Israël, quòd (a f) *fecit malum coram Domino, sed non sicut pater suus, & mater.* Et huic, Elisæum interroganti de futuro belli eventu, respondit idem Elisæus: *Vade ad Prophetas patris tui, & matris tuæ.* Ductus ad messem ex agro, filius Sunamitidis, caput (a g) dolens, in genibus ejus mortuus est; ipsa autem ad Elisæum recurrit, & non multò post filium vivum sibi restitutum amplexus est. (Vid. *Elisæus.*) Nabuchodonosor abduxit ex Jerusalem in Babylonem captivos Regem Juda Joachin, matrem, uxores, & eunuchos Regis.

Tobias senior putans se brevi moriturum, filio Tobiæ dicebat: *Cùm acceperit Deus animam meam, corpus meum* (a h) *sepeli: & honorem habebis matri suæ omnibus diebus vitæ ejus.* Missusque Tobias junior ad Gabelum, fecit vale patri suo, & matri suæ; cùmque abiisset, *capit mater ejus flere*, neque à fletu cessavit, nisi in bonam spem erecta à Tobiâ marito; at cùm moras faceret Tobias filius, iterùm *flebat mater ejus irremediabilibus* (a i) *lacrymis*, nec consolari poterat eam Tobias maritus. Interea Tobias filius, domum suam redire volens, dicebat: (a k) *Ego novi, quia pater meus, & mater mea modò dies computant, & cruciatur*

Judic. 5, 28.
- 11, 2.
Ruth, 1, 8.
1. Reg. 2, 19.
(y) Mater Samueli tunicas ei præparans.
- 20, 30.
(z) Jonathas dictus amare Davidem in confusionem matris suæ ignominiosæ.
- 22, 3.
(a a) Mater David apud Regem Moab posita.
2 Reg. 1, 26.
(a b) David amans Jonathan, ut mater filium.
- 19, 37.
(a c) Berzellai petens sepeliri.
- 20, 19.
(a d) Abela urbs, dicta mater in Isr. ubi explicatur.
3 Reg. 3, 27.
- 17, 23.
- 19, 20.
- 22, 53.
(a e) Ochozias R. Isr. ambulans in viâ matris suæ malâ.
4 Reg. 3, 2.
(a f) Joram R. Isr. non ambulans in viâ matris suæ bonâ.
- - 13.
- 4, 19. &c.
(a g) Filius Sunamitidis in genibus matris mortuus.
- 24, 12.
- - 15.
Tob. 4, 3.
(a h) Honor matris commendatus Tobiæ jun.
- 5, 22.
- - 23.
- - 28.
- 10, 4.
(a i) Mater Tobiæ jun. deflens ejus absentiam.
- - 9.
(a k) Tobias jun. abiens, cogitans de matre &c.

Tob. 14. 12. *ſpiritus eorum in ipſis.* Tobias ſenior, propin-
(al) Idem poſt matris mortem abiens aliò, cum filius, ut dixerat pater. quus morti, dixit filio, & nepotibus, (al) ut
quando ſepeliſſent matrem in ea terra, migra-
rent Niniva, quam avertendam prædixit: &
- - 14. ita *poſt obitum matris ſuæ* abiit ex ea terra To-
Eſther. 2. 7. bias junior reverſus ad ſoceros ſuos. De Eſther
(am) Eſther mortuâ matre, &c. adoptata in filiam à Mardochæo habetur, quòd Mardochæus eam, (am) mortuis
patre, & matre ejus, ſibi adoptavit in filiam.

Job, deperditá omni ſubſtantiâ, & inter-
Job. 1, 21. emptis filiis, dicebat: *Nudus egreſſus ſum de u-*
tero matris meæ, & nudus revertar illuc, &c.
- 17. 14. *Putredini dixi: Pater meus es; mater mea, &*
- 31. 18. *ſoror mea vermibus. Ab infantia mea* (an)
(an) Job dicens ſecum egreſſam de utero matris miſerationem. *crevit mecum miſeratio: & de utero matris meæ*
egreſſa eſt mecum. David in Pſalmis ait:
Pſal. 21. 10. *Tu es* (Domine,) *qui extraxiſti me de ventre:*
- - 11. *ſpes mea ab uberibus matris meæ. In te proje-*
ctus ſum ex utero: de ventre matris meæ Deus
- - 12. *meus es tu, ne diſceſſeris à me. Pater meus, &*
- 26. 10. *mater mea dereliquerunt me, Dominus autem aſ-*
- 49. 20. *ſumpſit me.* (Peccatori dixit Deus) *Sedens ad-*
verſus fratrem tuum loquebaris, & adverſum
- 50. 6. *filium matris tuæ ponebas ſcandalum. In pecca-*
- 68. 9. *tis concepit me mater mea.* (ajebat David.) *Ex-*
traneus factus ſum fratribus meis, & peregrinus
- 70. 6. *ſum filiis matris meæ. De ventre matris meæ,*
- 108. 14. *tu es protector meus.* (Domine) *Peccatum matris*
- 112. 9. *ejus* (peccatoris, & doloſi) *non deleatur. Quis*
ſicut Dominus Deus noſter —— *qui habitare fa-*
cit ſterilem in domo matrem filiorum lætantem.
- 130. 2. *Sicut ablactatus* (h. e. puer recens natus) (ao)
(ao) Ut puer pendet à matre; ita nos à Domino, ubi expl. text. *eſt ſuper matre ſua* (h. e. ſe habet in ſinu matris
ſuæ) *ita retributio* (expectata ſcilicet bona pen-
dent à Domino) *in anima mea. Suſcepiſti me,*
- 138. 13. (Domine) *de utero matris meæ.*

Prov. 1. 8. & alibi. In Proverbiis ponitur: *Ne dimittas legem*
matris tuæ. Ego (ſcriptor videlicet Proverbio-
- 4. 3. rum) *filius fui patris mei, tenellus, & unigenitus*
- 10. 1. *coram matre mea. Filius ſapiens lætificat patrem;*
- 15. 20. *filius verò ſtultus mæſtitia eſt matris ſuæ. Filius*
ſapiens lætificat patrem: & ſtultus homo deſpicit
- 17. 25. *matrem ſuam. Ira patris filius ſtultus: & dolor*
- 19. 26. *matris, quæ genuit eum. Qui affligit patrem, &*
- 20. 20. *fugat matrem, ignominioſus eſt, & infelix. Qui*
maledicit patri ſuo, & matri, extinguetur lu-
- 23. 22. *cerna ejus in mediis tenebris. Audi patrem tu-*
um, qui genuit te: & ne contemnas, cùm ſenue-
- - 25. *rit mater tua. Gaudeat pater tuus, & mater tua,*
- 28. 24. *& exultet, quæ genuit te. Qui ſubtrahit aliquid*
à patre ſuo, & à matre, & dicit, hoc non eſſe pec-
- 29. 15. *catum, particeps homicidæ eſt. Puer, qui dimit-*
titur voluntati ſuæ, confundit matrem ſuam. Ge-
- 30. 11. *neratio, quæ patri ſuo maledicit, & quæ matri*
ſuæ non benè dicit; (ſubintellige: execrabilis eſt.)
- - 17. *Oculum, qui ſubſannat patrem, &* (ap) *qui deſpicit*
(ap) Maledictio in deſpicientes partum matris ſuæ. *partum matris ſuæ, effodiant eum corvi de torren-*
tibus, & comedant eum filii aquilæ. Et ultimum
caput in eodem libro Proverbiorum habet, pro
- 31. 1. initio: *Verba Lamuelis Regis, viſio, quâ erudivit*
Eccle. 5. 14. *eum mater ſua.* Apud Eccleſiaſten legimus:
(aq) Nudus egreſſus ab utero matris, nudus revertetur. *Sicut* (aq) *egreſſus eſt nudus de utero matris ſuæ,*
ſic revertetur, & nihil auferet ſecum de labore
Cant. 1. 5. *ſuo.* Sponſa myſtica in Canticis lamentatur, di-
cens: *Filii matris meæ pugnaverunt contra me, &c.*
- 3. 4. & ait, ſe detenturam dilectum, *donec* (inquit) *in-*
troducam illum in domum matris meæ, & in cu-
- - 11. *biculum genetricis meæ.* Ita invitat filias Sion,
(ar) Salomon à matre ſua diademate coronatus. (ar) ut egrediantur, & videant *Regem Salomo-*
nem in diademate, quô coronavit illum mater ſua
in die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis
ejus. Et ſponſus de ſponſa dicit: (as) *Una eſt*
- 6. 8. (as) Sponſa myſtica una matris ſuæ. *columba mea, perfecta mea, una eſt matris ſuæ,*
electa genitricis ſuæ. Iterumque Sponſa ait ad
Sponſum: Quis mihi det te fratrem meum (at) Cant. 8. 1.
(at) Sponſus myſticus optatus à Sponſa ſugens ubera matris ſuæ. *ſugentem ubera matris meæ, ut inveniam te fo-*
ris, & deoſculer te, & jam me nemo deſpiciat?
(au) *Apprehendam te, & ducam in domum ma-*
tris meæ, ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex - - 2.
vino condito, & muſtum malorum granatorum (au) Idem à Sponſa ducendus in domum matris ſuæ.
meorum &c. Sponſusque ad Sponſam inquit:
Sub arbore malo ſuſcitavi te; ibi corrupta eſt ma- - - 5.
ter tua, ibi violata eſt genitrix tua. Quæ omnia (av) Mater Sponſæ myſticæ ſub arbore malo corrupta.
Sponſi, & Sponſæ verba, utpote repræſentanti-
um Chriſtum, & Eccleſiam: Chriſtum, & ani-
mam, plena myſteriis ſunt, & nonniſi myſtica
ſignificant. Auctor libri Sapientiæ dicit de ſe
ipſo; quod eſt mortalis homo, additque: (ay) Sap. 7. 2.
Et in ventre matris figuratus ſum caro. (ay) Homo figuratus caro in ventre matris.

In libro Eccleſiaſtici habetur: *Deus hono-* Eccle. 3. 3.
ravit patrem in filiis, & judicium matris exqui-
rens, firmavit in filios. Sicut qui theſaurizat, ita - - 5.
qui honorat matrem ſuam. Qui obedit patri, - - 7.
refrigerabit matrem. Benedictio Patris firmat - - 11.
domos filiorum; maledictio autem matris eradi-
cat fundamenta. Pro peccato matris (moleſtæ, - - 16.
patienter tolerato à te filio) *reſtituetur tibi bo-*
num. Eſt maledictus à Deo, qui exaſperat ma- - - 18.
trem. In judicando eſto pupillis miſericors, ut - 4. 10.
pater, & pro viro matri illorum. Et eris tu velut - - 11.
filius Altiſſimi obediens, & miſerebitur tui magis,
quàm mater. Honora patrem tuum, & gemitus - 7. 29.
matris tuæ ne obliviſcaris. Qui continens eſt - 15. 1.
juſtitiæ apprehendet illam, & obviabit illi, quaſi - - 2.
mater honorificata. Memento patris, & matris - 23. 18.
tuæ, in medio enim Magnatorum conſiſtis. Ego - 24. 24.
Mater (ait Sapientia) *pulchræ dilectionis, & ti-*
moris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei. Occupatio - 40. 1.
magna creata eſt omnibus hominibus, (az) *& ju-*
gum grave ſuper filios Adam, à die exitus de ventre (az) Occupatio magna hominis ab egreſſu de ventre matris.
matris eorum, uſque in diem ſepulturæ, in matrem
omnium. (ſcilicet terram.) De Jeremia dicitur,
(ba) quòd *à ventre matris conſecratus eſt Prophe-* - 49. 9.
ta, evertere, & eruere, & perdere, & iterum ædi- (ba) Jeremias à ventre matris Propheta conſecratus.
ficare, & renovare. Et Auctor libri Eccleſiaſtici,
librum volens concludere habet: *Et nunc orate*
Deum omnium, qui magna fecit in omni terra, qui - 50. 24.
(bc) *auxit dies noſtros à ventre matris noſtræ, &*
fecit nobiſcum ſecundùm ſuam miſericordiam, (bc) Deus augens dies hominum à ventre matris eorum.
det nobis jucunditatem cordis, &c.

In Prophetis juſſus eſt Iſaias ad Prophetiſ-
ſam accedere, & filio naſcenti apponere nomen:
Accelera ſpolia detrahere: feſtina prædari; & ad- Iſai. 8. 3.
ducitur ratio: *Quia antequam ſciat puer vocare* - - 4.
patrem ſuum, & matrem ſuam, auferetur fortitudo (bd) Antequam filius Iſaiæ ſciat vocare matrem, prædicitur ruina Samariæ &c. ubi expl. text.
Damaſci, & ſpolia Samariæ, coram Rege Aſſyrio-
rum; quibus verbis prædicta eſt ruina Samariæ
ſub Achaz, & Damaſci ſub Raſin à Teglatphala-
ſar Rege Aſſyriorum; & hoc ſecundùm litteram;
myſticè autem prænotatur Chriſto adhuc parvu-
lo, & infante, Herodem Samariæ Regem perituru-
rum, & Obodam Syriæ Regem, Auguſto Domi-
no, & Rege Aſſur, ſive Aſſyriorum, cum totius
Romani Imperii dominium haberet. Et in per-
ſona Chriſti alibi habet Propheta: (be) *Audite* - 49. 1.
Inſulæ, & attendite populi de longè: Dominus ab (be) Iſaias de ventre matris vocatus à Domino.
utero vocavit me, de ventre matris meæ recorda-
tus eſt nominis mei. Et alio in loco ait: *Hæc dicit* - 50. 1.
Dominus: quis eſt hic liber (bf) *repudii matris* (bf) Mater Judæorum Synagoga repudiata, & relicta à Deo.
noſtræ (ad Judæos loquitur, pro quorum matre
Synagoga intelligitur,) *quo dimiſi eam? aut*
quis eſt creditor meus, cui vendidi vos? ecce,
in iniquitatibus veſtris venditi eſtis, & in ſce-
leribus veſtris dimiſi matrem veſtram.

Pro

Pro consolatione autem restituendæ Sion, h. e. Ecclesiæ, dicit idem Dominus, ex ore ejusdem Prophetæ: (bg) *Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, & in Jerusalem consolabimini.*

Isai. 66, 13. (bg) Dominus, ut mater, consolaturus Sion.

In Jeremia contra Jerusalem est à Domino: *Multiplicatæ sunt mihi viduæ ejus super arenam maris.* (bh) *Induxi eis super matrem adolescentis vastatorem meridie.* Et querela Prophetæ est: *Væ mihi,* (bi) *mater mea: quare genuisti me virum rixæ, virum discordiæ in universa terra?* Et alibi denuntiari mala inquit super filios, & filias, Jerosolymæ generatos, (bk) *& super matres eorum, quæ genuerunt eos, & super patres eorum; &c,* dicitque quod non dabitur in angustiis populo potus calicis *ad consolandum super patre suo, & matre.* Et cunquerens de iis, quæ patiebatur, ajebat: (bl) *Maledicta dies, in qua natus sum; dies, in qua peperit me mater mea, non sit benedicta;* vultque illum miserum circumdari, *qui* (inquit) *non me interfecit à vulva,* (bm) *ut fieret mihi mater mea sepulchrum, & vulva ejus conceptus æternus.* (Vid. *Maledictus.*) Prophatat item de Jechonia, Rege Juda, ducendo in captivitatem cum matre. Ad Babylonios pariter dicit: (bn) *Confusa est mater vestra,* (id est Babylon) *nimis, & adæquata pulveri, quæ genuit vos: ecce, novissima erit in Gentibus, deserta, invia, & arens.* De miseriis autem Judæorum in destructione Jerosolymæ, deflens ait: (bo) *Matribus suis dixerant: Ubi est triticum, & vinum? Cùm deficerent quasi vulnerati in plateis civitatis: Cùm exhalarent animas suas in sinu matrum suarum.* Idemque orans habet; *Pupilli facti sumus absque patre, matres nostræ quasi viduæ.*

Jerem. 15, 8. (bh) Hostis Chaldæus inducendus super matres adolescentis.
- - 10. (bi) Propheta matrem suam invocans.
- 16, 3. (bk) Mala denuntiata super matres in Jerusalem.
- - 7.
- 20, 14. (bl) Jeremias maledicens diei, in qua mater eum peperit.
- - 17. (bm) Idem sibi fuisse matrem sepulchrum augurans.
- 22, 26.
- 50, 12. (bn) Confusio matris babyloniorum.
Thren. 2, 12. (bo) Filii à matribus petentes victum, ubi miseriæ describuntur.
- 5, 3.

Apud Ezechielem exprobratur Jerosolymæ, tanquam adulteræ: (bp) *Radix tua, & generatio tua de terra Chanaan: Pater tuus Amorrhæus* (h.e. ex scelerato Patre genita es;) & *mater tua Cethæa* (scilicet impudica;) & infra est Proverbium: (bq) *Sicut mater, ita & filia ejus,* & deinde subditur: *Filia matris tuæ es tu, quæ projecit virum suum, & filios suos; & soror sororum tuarum es tu, quæ projecerunt viros suos: & filios suos: mater vestra Cethæa, & pater vester Amorrhæus.* Sic ad Joachaz, & ad Joakim, Reges Jerosolymæ dicitur Parabola de matre ejus (br) Leæna; pro matre autem intelligitur seu Jerosolyma, seu Synagoga juxta varios, quæ nutrivit Leunculos, quorum unus, doctus prædas facere, missus fuit postea in caveam, ductosque est ad Regem Babylonis, quo significatur Rex Juda; ita & dicitur parabola de matre ejus, (bs) quasi vineâ plantatâ super aquas in ejus sanguine, postea transplantatâ in desertum; quo destructio Jerosolymæ, seu Synagogæ significatur. (Vid. *Leo: Vinea.*) Et cùm varia scelera Jerosolymæ numerentur, ei dicitur, *Principes Israël ——— Patrem,* (bt) *& matrem contumeliis affecerant in te &c.* Et Propheta, locuturus de Jerosolyma, & Samaria, sub figura duarum mulierum, ait ex Domino: *Duæ* (bu) *mulieres filiæ matris unius fuerant.* Reperitque alibi de Levitis, quod dictum est Lev. 21. scil. non contaminandis nisi in mortibus patris, matris, filii, filiæ, fratris, sororis.

Ezech. 16, 3. (bp) Mater Jerusalem dicta Cethæa; ubi expl. text.
- - 45. (bq) Sicut mater, filia, & Jerusalem matris suæ filia; ubi expl. text. ex præced. text.
- 19, 2. &c. (br) Parabola de matre leæna; ubi expl. text.
- - 10. &c. (bs) Item de matre vinea, ubi expl. text.
- 22, 7. (bt) Inter scelera Jerusalem, mater contumeliis affecta.
- 23, 2. (bu) Jerusalem, & Samaria filiæ unius matris.
- 44, 25.

In Osee cùm repudium minetur Israëli Dominus, tanquàm adulteræ uxori, volt, ut Prophetæ populis dicant, quatenus super hoc judicent matrem suam; h. e. Synagogam, cujus filiorum dicit se non misereturum, *quia,* inquit, *fornicata est mater eorum, confusa est, quæ concepit eos, &c.* Et alibi ait Dominus Israëli: *Corruet hodie, & corruet etiam Propheta tecum;* (bx) *nocte tacere feci matrem tuam,* h. e. Synagogam; & si ad Deum non convertetur, postquam Assyriis traditus primò revertetur, comminatur ei Dominus: *Consurget tumultus in populo tuo:* (by) *& omnes munitiones tuæ vastabuntur, sicut vastatus est Salmana à domo ejus, qui judicavit Baal in die prælii, matre super filios allisa.* Apud Zachariam dicitur; quod cum fuerit fons patens in domo David, qui accipitur pro Christo, sanguinem in cruce effundente, *cum prophetaverit* (bz) *quispiam ultra* (mala sc. & mendacia) *dicent ei pater ejus, & mater ejus, qui genuerunt eum: non vives; quia mendacium locutus es in nomine Domini, & configent eum, pater ejus, & mater ejus, genitores ejus, cùm prophetaverit.*

Osee. 2, 4.
Osee. 2, 5.
- 4, 5. (bx) Mater Israël tacens.
- 10, 14. (by) Mater allisa super filios signum magni excidii.
Zach. 13, 3. (bz) Malus Propheta etiam à matre ejus configendus.

Simon Machabæos parentibus, & fratribus suis sepulchrum condidit, (ca) *& statuit septem pyramidas unam contra unam patri, & matri, & quatuor fratribus.* Affertur item in libris Machabæorum constantia matris septem filiorum, quos coram tyranno Antiocho Epiphane hortata est ad martyrium, pro fide, & lege Judæorum servandâ, & abjiciendis idolis; ipsa (cb) etenim cum septem filiis apprehensa est, & cùm renuerent contra fas carnes porcinas comedere, & iniquo resisterent Judici, ex quo inauditis tormentis contusi, & fracti dolorosissimam oppetere mortem cogebantur, ipsa ma-
21. ter *singulos illorum hortabatur voce patriâ fortiter, repleta sapientiâ; & fœminea cogitationi ma-*
22. *sculinum animum inferens, dixit ad eos: nescio, qualiter in utero meo apparuistis: neque enim ego spiritum & animam donavi vobis, & vitam,*
23. *& singulorum membra non ego ipsa compegi, sed enim mundi creator, qui formavit hominis nativitatem, quique omnium invenit originem, & spiritum vobis iterum cum misericordia reddet, & vitam, sicut nunc vosmetipsos despicitis propter leges ejus.* Et sic mirabile erat, dum unus-
4. quisque illorum, *cæteris ejus fratribus, & matre inspicientibus,* cruciabatur, & videre, & au-
5. dire, quòd *cæteri unà cum matre invicem se*
6. *hortabantur mori fortiter, dicentes: Dominus Deus aspiciet veritatem, & consolabitur in nobis, quemadmodum in protestatione cantici declaravit Moyses: & in servis suis consolabitur;* quam hortationem, sicuti notat libri Machabæorum scriptor, factam in morte primi ex fratribus, ita possumus credere semper fuisse in aliorum etiam nece, dum singulos illorum mater hortabatur fortiter mori, ut notatum est desuper,
24. quod fuit usque ad sextum ex filiis ejus: Cùmque videretur nequissimus Rex impiâ quâdam pietate in septimom, & adolescentiorem moveri, ne morti daretur, promissisque instaret, ut
25. à lege recederet patriâ, *ad hæc cùm adolescente nequaquam inclinaretur, vocavit Rex matrem, &*
26. *suadebat ei, ut adolescenti fieret in salutem. Cùm autem multis eam verbis esset hortatus, promisit*
27. *suasuram se filio suo. Itaque inclinata ad illum, irridens crudelem tyrannum, ait patriâ voce: fili mi, miserere mei, quæ te in utero novem mensibus portavi, & lac triennio dedi, & alui, & in æta-*
28. *tem istam perduxi. Peto, nate, ut aspicias ad cælum,*

2. Mach. 13, 28. (ca) Sepulchrum a Simone Mach. erectum patri, matri, &c.
2. Mach. 7, 1. &c. (cb) Constantia matris 7. fratrum Mach. martyrum.

cælum, & terram, & ad omnia, quæ in eis sunt: & intelligas, quia ex nihilo fecit illa Deus, &
Mach. 7. 29. *hominum genus: Ita fiet, ut non timeas carnificem istum, sed dignus fratribus tuis effectus particeps, suscipe mortem, ut in illa miseratione*
- - 30. *cum fratribus tuis te recipiam. Cùm hæc illa adhuc diceret*, instituit adolescens, ut morti daretur, protestans se legi Mosaicæ obedire, & improperans Tyranno iniquitatem ejus, morti
- - 42. datus est crudelissimæ: *novissimè autem post filios & mater consumpta est.* (Vid. *Machabæus frater.*) Hæc autem præcisa matris verba rescribere omnia volui, & non per compendium referre, ut tantæ matris zelus appareret, constantia & imperturbabilitas in amissione, & nece filiorum, quibus nil carius matribus solet esse; & tamen Heroinæ huic carior fuit divina lex; & carior filiorum anima corpore.

Apud Evangelistas legimus, quòd Christus Dominus, docens, nihil esse præponen-
Matth. 10. 35. dum amori suo, dixit: *Veni separare hominem adversùs patrem suum, & filiam adversùs matrem suam, & nurum adversùs socrum suam.*
- 36. 37. *Et inimici hominis, domestici ejus. Qui amat*
Luc. 14. 26. (cc) Amans matrem plus Christo, eo non est dignus. (cc) *Patrem, aut matrem plus quàm me, non est me dignus &c.* De filia Herodiadis scribitur, quòd quæsita à Rege, quid vellet præmii pro
Matth. 14. 8. saltibus *præmonita à matre sua, da mihi, inquit,*
- - 11. *hic in disco caput Joannis Baptistæ.* ——— (cd)
Marc. 6, 24 &c. (cd) Caput Joan. Baptist. defert filia ad matrem. *& allatum est caput ejus in disco, & datum puellæ, & attulit matri suæ.* Exprobrabat item Jesus Pharisæis mandatorum Dei inobservantiam cum præceptis traditiones præponerent, & in-
Matth. 15. 3. 4. 5. ter cætera ajebat: *Deus dixit: Honora Patrem & matrem, & qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur; vos autem dicitis: quicumque dixerit patri, vel matri: munus quodcunque est*
- - 6. *ex me, tibi proderit:* (ce) *& non honorificabit*
Marc. 7. 10. &c. (ce) Punitio inhonorantium patrem, & matrem. *patrem suum, aut matrem suam; & irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram.* Et docens matrimonium esse indissolubile habe-
Matth. 19. 5. bat: *Propter hoc dimittet homo patrem, & ma-*
Marc. 10, 7. *trem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una &c.* Et de castitatem servantibus loquens,
Matth. 19. 12. (cf) Eunuchi de matris utero nati dicebat: *Sunt eunuchi,* (cf) *qui de matris utero sic nati sunt; & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus &c.* (V. Eunuch.) Et de observantia præceptorum sermonem faciens quæ-
- - 19. renti, quid facturus esset pro vita æterna, in-
Marc. 10, 19. Luc. 18, 20. &c. quiebat inter cætera mandata: *Honora patrem tuum, & matrem tuam, &c.* & de sequentibus
Matth. 19. 29. se dicebat: *Omnis,* (cg) *qui reliquerit domum,*
Marc. 10, 29. &c. (cg) Relinquenti patrem, & matrem propter Christum, vita æterna promissa. *vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.* Da matre filiorum Zebedæi sermo pariter est in Evangeliis, quòd petiit pro filiis
Matth. 20. 20. 21. à JEsu, ut unus ad dexteram ejus, & unus ad
Marc. 15. 40. Matth. 27, 56. sinistram ejus in regno sederet: hæcque eadem fuit cum Maria virgine, & matre Jacobi, & Joseph in calvario ad crucifixionem JESU. Ha-
Luc. 8, 51. Marc. 5. 40. Matth. 9, 25. betur item, quòd Jesus, assumpto Archisynagogo patre, & matre puellæ jam mortuæ, ingressus in cubiculum, ubi jacebat, eam suscitavit à mortuis. Itemque prædictum fuisse Zachariæ ab Angelo de Joanne Baptista, ejus fi-
Luc. 1, 15. (ch) Mater Jesu, & mater Joan. Baptistæ, ambæ prægnantes sibi obviæ. lio, quod Spiritu Sanctô replendus erat ab utero matris suæ. Et (ch) quod Elisabeth, mater ejusdem Joannis, videns Mariam, matrem Jesu, ad se venientem, dixit: *Unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me?* In nativitate
Luc. 1, 43. & - - 60. autem ejusdem Joannis ipsa Elisabeth mater, interrogata respondit, puerum vocandum esse Joannem. Præterea legitur, (ci) quod dum
- 7. 12. (ci) Filium unicum matris suæ mortuum Jesus suscitat. è civitate Naim *defunctus efferebatur filius unicus matris suæ*, viduæ, Dominus JEsus, misericordiâ motus, eum excitavit à mortuis; *& dedit illum matri suæ.* Ita quòd nuntiato JE-
- - 15. - 8. 20. - - 21. so, quòd mater, & fratres ejus volebant eum videre, respondit: (ck) *Mater mea, & fratres*
Matth. 12. 46. &c. Marc. 3. 31. &c. (ck) Mater sua dicitur a Christo facientes verbum Dei. *mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt, & faciunt.* Notatur pariter, quod Nicodemus, edoctus à JEsu de necessitate renascendi, pro acquirendo Regno Dei, dixit ad JEsum: (cl)
Joan. 3, 4. (cl) Homo non potens in ventrem matris introire, ut iterum nascatur. *Quomodo potest homo nasci, cùm sit senex? numquid potest in ventrem matris suæ iteratò introire, & renasci?* Cùm JEsus diceret se esse panem unicum, qui de cælo descenderat, murmurabant Judæi de illo, *& dicebant: Non-*
- 6. 42. *ne hic est Jesus, filius Joseph, cujus nos novimus*
Matth. 13. 55. Marc. 6, 3. *patrem, & matrem? &c.*

Actor. 3. 2. Claudus ab utero matris suæ, sanatus est à Petro, ad portam speciosam Templi Jerosolymæ; sicuti & claudus ex utero matris suæ, qui
- 14. 7. nunquam ambulaverat, sanatus est Lystris à Paulo.

Rom. 16, 13. Matrem Rufi electi, quam etiam vocat suam, salutat Paulus, ad Romanos scribens. Ad Galatas ait, se ex (cm) utero ma-
Galat. 1. 15. (cm) Paulus ex utero matris segregatus, ut Christum nunciaret. tris suæ segregatum, & vocatum esse per gratiam à Deo, prædeterminante, ut revelaret filium suum in ipso, ut evangelizaret illum in Gentibus. Matremque (cn) nostram vocat
- 4. 26. (cn) Ecclesia mater nostra. cælestem Jerusalem, h. e. Ecclesiam. Ad Ephesios repetit, cùm de amore mutuo inter
Ephes. 5. 31. (co) Pater, & mater relinquenda propter uxorem. conjuges loquitur illud Gen. 2. scilicet: *Propter hoc* (co) *relinquet homo patrem, & matrem suam, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una.* Et ad filios habet: *Honora patrem*
- 6. 2. (cp) Pater, & mater honorandi. - - 3. *tuum, &* (cp) *matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione, ut bene sit tibi, & sis longævus super terram.* Timotheum docet,
1. Tim. 5. 2. ne increpet, sed roget *anus, ut matres.* De
Hebr. 7. 3. (cq) Melchisedech sine Patre, & matre &c. Melchisedech ait, quòd fuit *sine patre,* (cq) *sine matre, sine genealogia*, cùm in sacris litteris de his nihil ponatur. Quæ visa est in Apocalypsi mulier fornicaria, habebat in fronte scriptum:
Apoc. 17. 5. (cr) Babylon mater fornicationum. *Mysterium: Babylon magna,* (cr) *mater fornicationum, & abominationum terræ.*

Et hæc sunt, quæ de hac dictione *Mater* breviter collegimus è sacra pagina, remittendo pro iis, quæ notata non sunt, ad dictiones se-
(cs) Varia remissivè. quentes, (cs) videlicet: *Domus, Capharnaum, Frater, Filius, Gedeon, Liber, Jephthe, Michas, Nazaræus, Samson, Soror, Uterus, Vulva.* Itemque videri debebunt nomina quæque mulierum propria, cùm plures ex illis matres fuerint; & præcipuè quæ sequuntur, cùm expressè in sacris litteris, titulus matris iis apponatur, & sunt: *Abigail, Agar, Amital, Atara, Azuba, Athalia, Abi, Bethsabee, Eunice, Haphsiba, Idida, Joadan, Jezabel, Jechelia, Jerusa, Lia, Maacha, Maria, Michaja, Nohesta, Messalemeth, Naama, Rebecca, Sara, Sarna, Salumith, Sabia, Zebida.*

Anima

Myst. *Animæ natura.* Vid. *Natura animæ.*

Hych. s. Lev. 18. *Concupiscentia, parens peccatum* figuratur in matre, cujus turpitudo non est revelanda, ex Isychio.

D Hier. s. Os. 10. *Congregatio hæreticorum*, cum suis erroribus, & hæresiarchia, comprassa repræsantatur in matre, allisa super filios in Os. 10. ex Div. Hieronymo.

D. Greg. s. 1. Reg. 13. *Culpa originalis* exhibetur par mattem Agag, quæ postea sina liberis fuit; illa enim inordinatos motus parit, qui cùm interimantur, eadem sine liberis manet; ex Div. Gregotio Magno.

Arn. s. Psal. 112. *Ecclesia*, mater viventium per fidem, & gratiam dicitur, ex Arnobio; & significatur etiam per matram JEsu, quæ erat in nuptiis; ex Rup. 2. s. Joan. Ruperto.

Bed. s. Gen. 24. *Gentilitas*, unde orta ast Ecclesia, Christo desponsata, exprimitur permatrem Rebeccæ, ut D. Hier. s. Ps. 16. ootat Beda. Et ex Div. Hiaronymo hæc ipsa Gentilitas mater dicitur, quæ relioquit filios, quos salvara non potest, nisi vaniant ad fidam.

Hæreticorum congregatio. Vid. *Congregatio hæreticorum.*

Orig. s. Matth. h. 31. *Lex*, cujus nobilitas prophetata ipsi est à Christo, dasigoatur in matte filiorum Zebadæi, quæ excallentiam propter filioa babuit; ex Origene.

Malorum Potestas. Vid. *Potestat malorum.*

D. Ambr. 3. de Virg. *Natura animæ* Mater Spoosæ nuocupatur à Div. Ambrosio.

Originalis culpa. Vid. *Culpa originalis.*

Cl. Alex. 4. strom. *Patria*, adbuc relinquenda propter Evaogelium, notatur per matram, relioquendam propter Christum; ax Clemante Alexandrino.

Arn. s. Psal. 108. *Potestas*, *Iniquitas*, *Infidelitas malorum*, mater peccatoris dici potest, ax Arnobio.

D. Hier. s. Ezech. 16. *Sæculum*, cum suis blanditiis, quæ à Deo separant, in matre Jarusalem Cathæâ apparet; ex Div. Hiaronymo.

Tert. de Carn. Christi. *Synagoga*, quæ Christi Mater fuit, & oon Ecclesiæ, exhibetur per mattem Abrahæ, & non D. Hier. s. Matth. 12. Saræ; ut scribit Tertulliann. Item demonstratur in matre Christi, foris stanta; ut notavit D. Orig. s. Cant. h. 3. Hier. Item de matre, quæ coronavit Sponsum; Rup. s. Zach. 13. ex Origene. Et in matre Prophetæ, Christi namque, Prophetarum omoium Propbetæ, ipsa mater extitit; ex Ruperto.

Orig. s. Job. 2. *Terra* mater Job dici potest; ut notat Origenes.

D. Greg. 13. m. 13. *Vermes* mater Job pariter ouncupari possunt; ex D. Greg. Magno.

D. Ambr. de Instit. Virg. 16. *Virgo Maria*, Mater Christi, in matre Salomonis reptæsautatur; ax Div. Ambrosio; I-Rup. s. Jud. 14. temqua in matre Samsonis, non bibentis vinum, nec comadentis immundum; ex Ruperto. Item Orig. s. Lev. h. 13. in cœlesti patria Jerusalem, quæ vocatur mater D. Bon. in Ps. B. V. nostra; ex Origene. Ipsa mater nostra sancta est; ex Div. Bonaventura. Mater incorrupta; D. Hier. epist. ad Paul. ex D. Hieronymo. Mater Plasmatoris, ax Ric. à S. Laur. de laud. B. V. l. 4. Richardo à S. Laurentio. Mater Dai uniganiti Do-Orig. h. 1. in div. mini, & Regis omnium plasmatoris; ex Origene, qui eam vocat matram, & virginem inta-D. Gr. Th. serm. 3. de annunc. ctam. - Mater judicis, & Redemptoris à Div. Gregorio Thaumaturgo, & sic applicando Christo omnia ejus munera, Virgo Maria à SS. Patribus, & DD. vocatur illius Matar, pront fuit, Idiot. de B. Virg. Cont. 1. p. 14. & 15. per titulos, Christo dabitos, eam honorantibus. Sic appellatur Mater agnitionis, & ravelationis fidei, Mater dilectionis, & sanctæ spei per Idiotam, de beata Virgine scribentam; nec non timoris, & veritatis. Naque satis nos asseptamus ad notanda loca, qmbus SS. PP. & D. Virginem Mariam, dulcissimo Matris nomina vocando, oroant, & ornando invocant, quapropter satis est ionuisse.

Materfamilias.

Idem est, ac (a) *Mater familiæ*, ablato modo Græco à nomine Latino; ex quo cognoscitur, quòd aa est, *quæ nedum uxor est ad procreandos filios, sed quæ viri, filiorum, servorum, ac omnium, qui in familia sunt, sedulam gerit curam, ut mater*; habetque boc nomen, licèt vidua sit, à familia nempe, quam curat. (b) Matarfamilias ergo vocatur in sacris litteris mulier Saraphthana, vidua, apud quam bospitabatur Elias. (Vid. *Mulier.*) Ad Timotheum scribens, Apostolus ait: (c) *Volo juniores nubere, filios procreare, matresfamilias esse, nullam occasionem dare adversario maledicti gratiâ.*

Hist. (a) Quid hæc vox. 3. Reg. 17. 17. (b) Mulier Saraphtana matersfamilias. 1. Tim. 5. 14. (c) Laudat Apostolus juniores mulieres esse matresfamilias.

Matertera.

Matris (a) *soror* dicitur Matertera, qoasi *Mater altera.* In Lavitico est: *Turpitudinem materteræ, & amitæ tuæ non discooperies: qui hoc fecerit, ignominiam carnis suæ nudavit, portabant ambo iniquitatam suam.*

Hist. Lev. 20. 19. (a) Quid est, & Materteræ turpitudo non discoopetienda.

Matricida.

Qui (a) *matrem cadit, occidit.* Ad Timothaum ait Apostolus: *Lex justo non est posita*, (b) *sed injustis, & non subditis* —— *parricidis, & matricidis, homicidis, &c.*

Hist. (a) Quid sit. 1 Tim. 1. 9. (b) Lex posita parricidis, & matricidis.

Materia.

Id, (a) *ex quo aliquid fit*, illius Materia est. Filii Prophetarum sub Elisæo ad Jordanem iverunt, ut tollerent (b) *singuli de sylva materias singulas*, ut habitationes sibi ædificarent, & sic *accidit* (cùm cæderent ligna,) *ut, cùm unus materiam succidisset, caderet ferrum securis in aquam*: & Elisæus natara fecir ferrum. (Vid. *Elisæus.*) In libro Sapientiæ dicitur, quòd Deua (c) *creavit orbem terrarum ex materia invisa.* Et ubi agitur da idolorum artificibus, & irridentur, ponitur: *Hic scit se super omnes delinquere*, (d) *qui ex terra materiâ fragilia vasa, & sculptilia fingit.*

Hist. (a) Quid est. 4. Reg. 6. 2. (b) Materia parata pro habitationibus à filiis Prophetarum. - - 5. Sap. 11. 18. (c) Orbis ex materia invisa à Deo creatus. c. 15. 13. (d) Idola ex terra materiâ facta.

Matertera. Vid. post Materfamilias.

Mathan.

I. *Sacerdos* (a) *Baal*, hoc nomine iodicatus, reperitur, sub Athalia Regina Juda, occisus à populo, postquam Joas alavatus fuit ad thronum; & quidem occisus est ante aras ejusdem Baal.

Hist. 4. Reg. 11. 18. 2. Par. 23. 17. (a) Quis primus.

II. Alius est Mathan (b) *Pater Saphatiæ*, unius ex Principibus Jerusalem.

Jerem. 38. 1. (b) Quis secundus.

III. Alius est avus (c) Josaph patris putativi Christi Domini, patar *Jacob, & filius Eleazari.* Sonat: *Donum eorum: Lumbus eorum: Mors eorum.* Syriacè autem; *Expectatio: Spes.*

Matth. 1. 15. (c) Quis tertius, & nom. etym.

Mathanai.

Hist. 1. Esdr. 10, 37. 37. (a) Quis primus, & secundus.

I. II. *Duo* (a) hoc nomine vocati sunt in sacris litteris, qui sub Esdra reperti sunt uxores alienigenas duxisse, quas repudiârunt.

2. Esdr. 12, 19. (b) Quis tertius, & nom. signific.

III. An fuerit ex prædictis (b) Princeps familiæ Joatib, dictus Mathanai, sicuti non affirmo, ita negare non audeo. Sonat hoc nomen idem, ac *Mathan*.

Mathania. Mathanias.

Hist.

Unà ponuntur hæ duæ dictiones, cùm in textu Latino apparentes, ut plurimum, casus obliqui earum non relinquant modum cognoscendi, utrum casus rectus terminet in *a*, vel in *as*. Utcunque sit,

(a) Quis primus. 4. Reg. 24, 17.

I. Habemus primo loco in sacris litteris Mathaniam (a) *Patruum Joachim, Regis Juda*, quem translato Rege, cum universa Regia domo in Babylonem, constituit loco illius Nabuchodonosor Regem in Jerusalem, imposuitque nomen ei Sedeciam. (Vid. *Sedecias*.)

(b) Quis secundus 1. Par. 9, 15. 2. Esdr. 11, 17.

II. Alius est Mathania, (b) *Filius Micha*, Levitarum Princeps, ex primis habitatoribus Jerosolymæ post captivitatem.

(c) Quis tertius. - 25, 16. 2 Par. 20, 14.

III. In designatione (c) familiarum, pro vicibus Levitarum in Tabernaculi servitium, nona erat Mathaniæ deputatio, nonum scilicet locum habens cum filiis, & fratribus suis duodecim; & erat *de filiis Asaph*. Idem autem à me creditur (conjecturaliter tamen, & non certò,) qui habuit descendentem Jahaziel Leviten, prophetantem sub Josaphat, Rege Juda.

(d) Quis quartus. - 29, 13.

IV. Mathanias (d) item ponitur sub Ezechia, Rege Juda, Levita *de filiis Asaph*, & hic sanè confundi non potest cum supradictis.

(e) Quis quintus. 1. Esdr. 10, 18.

V. Notatur pariter (e) Mathania *de filiis Ælam* Sacerdos, inter eos, qui sub Esdra reperti sunt, uxores alienigenas duxisse, adeòque eas repudiarunt.

(f) Qui sextus, & septimus. - - 30. - - 37.

VI. VII. Duo item (f) Mathanias nomina ponuntur, qui pariter alienigenas uxores duxerunt, & repudiarunt sub Esdra; primus erat *de filiis Phahath Moab*; secundus *de filiis Bani*; & uterque de filiis Sacerdotum.

2. Esdr. 13, 13. (g) Quis octavus, & interpr. nom.

VIII. Notatur pariter (g) Hanan, quidam filius Zachur, filii Mathaniæ; utrum autem hic idem sit ac Mathania, de quo supra num. II. dubitari potest. Significat: *Donum Domini*: *Lumborum Dominus*; & Syro-Hebraicè: *Spes Domini*.

Mathaniau.

Hist. 1. Par. 25, 4. (a) Quis est, & quid sonat.

Inter Levitas (a) *ex filiis Heman* Mathaniau est, & significatio nominis est: *Donum Domini*: *Lumbus Domini*: *Spes, expectatio Domini*: *Lumborum Dominus*.

Mathanites.

Hist. (a) Quid est. - 11, 43.

Nomen (a) patrium est à Mathana (alii, & quidem in vulgatâ, scribunt *Matthana*, de qua voce infra;) seu *Methane*, ut scribit S. Hieronymus, solitudine; sive etiam postea inibi loco seu oppido in Tribu Ruben ad Arnonem torrentem; datur Josaphat uni ex fortissimis in exercitu David Regis. Sonat (b) ut *Mathan*.

(b) Nom. signific.

Mathath.

I. II. In progenie (a) Joseph viri Mariæ, & Patris putativi Jesu duo reperiuntur hoc nomine insigniti, alius *Pater Heli*; alius *Pater Jorim*; & primus quidam fuit avus ipsiusmet Joseph. Sonat: *Donum*: *Donans*.

Hist. Luc. 3, 24. - - 29. (a) Qui sint duo Mathath, & nom. signific.

Mathatha.

I. Inter eos, (a) qui reperti sunt, uxores alienigenas duxisse, & repudiare debuerunt sub Esdra est Mathatha.

Hist. 1. Esdr. 10, 33. (a) Quis primus.

II. Alius hujus nominis est in progenie (b) Joseph viri Mariæ Pater Menna, *filius Nathan*, & nepos David Regis. Significat: *Donum ejus*.

Luc. 3, 31. (b) Quis secundus, & nom. interpr.

Mathathias.

Plures hoc nomine noti sunt in sacris litteris; & quidem

Hist.

I. Habetur *Mathathias Levites primogenitus Sellum Coritæ, præfectus ——— eorum, quæ in sartagine frigebantur; sub David Rege*.

1. Par. 9, 31. (a) Quis primus.

II. Alius (b) Mathathias Levites Cantor, ideòque à nuper laudato diversus, reperitur deputatus, cùm transferretur arca Domini sub eodem David; & quidem numeratur inter eos, qui *in citharis pro octava canebant epinicion*. In aliquibus exemplaribus lego *Nathathias*; at impressoris error est. Et quidem ipse coram arca fœderis Domini deputatus est; crediturque idem, qui cum aliis quinque, sub manu Idithun etiam ipse *in cithara prophetabat super confitentes, & laudantes Dominum*; ipsique, filiis, & fratribus ejus duodecim datus est quartus decimus locus in vicibus ministerii.

- 15, 18. (b) Quis secundus. - - 21. - 16, 5. - 25, 3. - - 21.

III. *De (c) filiis Nebo* est Mathathias, inter eos, qui sub Esdra reperti sunt, alienigenas uxores duxisse, & repudiâsse.

1. Esdr. 10, 43. (c) Quis tertius.

IV. Reperitur (d) & Mathathias, qui primus nominatur inter eos, qui steterunt juxta Esdram distinctè populo recitantem, & legendo explicantem verba legis; unde apparet ex primoribus Judæorum fuisse; an autem hic idem sit cum prælaudato nuper num. III. nescimus.

(d) Quis quartus. 2. Esd. 8, 4.

V. Est & alius (e) Mathathias, celeberrimus in sacris litteris *Machabæorum Pater*. Hic Sacerdos (quem Tyrinus etiam magnum Sacerdotem appellat) *ex filiis Joarib*, videns abominationem in sancta civitate ab Antiocho Epiphane, & ministris ejus patratam, surrexit ab Jerusalem, & consedit in monte Modin, cum filiis suis quinque, Joanne, Gaddis dicto; Simone, Thasi cognominato; Judâ, Machabæo appellato; Eleazaro, Abaron vocato; Jonathâ, Apphus nuncupato, (f) multisque aditis mœstitiæ signis, vestimentis scissis, sacco opertus deflebat populorum afflictionem, & sanctorum desolationem. Cùm autem inter hæc ad locum illum venirent missi ab Antiocho, qui eos, qui confugerant in civitatem Modin, ad immolandum idolis cogerent, & à lege Dei recedendum, (g) quamvis plures ex Judæis regio parerent mandato, *Mathathias, & filii ejus constanter steterunt*; ac promissionibus variis, nomine Antiochi, sibi factis, quatenus eidem obtemperaret, (h) *respondit Mathatias, & dixit magnâ voce: Et si omnes Gentes Regi Antiocho obediunt*,

1. Mach. 2, 1. &c. (e) Quis quintus Machabæorum pater. (f) Populi afflictionem, & Sanctorum pollutionem deflet cum filiis & aliis. - - 15. &c. - - 16 &c. (g) In lege contra Regis mandatum persistit cum suis. Math. 2. 19. (h) Protestatur 19. & suos legem

ut

fram non fractu- ros; Judæum i- dololatram, & missumRegis oc- cidens, & idola destruens. *ut discedat unusquisque à servitute legis pa-*
trum suorum, & consentiat mandatis ejus, ego,
& filii mei, & fratres mei obediemus legi patrum
nostrorum. Propitius sit nobis Deus: non est no-
1.Mach. 2,20,21. *bis utile relinquere legem, & justitias Dei: non*
- - 22. *audiemus verba Regis Antiochi, nec sacrifica-*
bimus, transgredientes legis nostræ mandata, ut
- - 23. *eamus alterâ viâ*; moxque Judæum videns,
Regis obtemperantem mandatis, coram omni-
- - 24. bus idolis sacrificantem, furore succensus, *& in-*
- - 25. *siliens trucidavit eum super aram*; eundemque
missum ab Antiocho Rege *occidit in ipso tempore,*
- - 26. &c. *& aram destruxit.* Hinc (i) invitans omnes,
(i) In montes cum suis seceo- dens, deflens a- liorum necem, se parat bello, ad- ditis sibi sociis, & Gentes percute- re incipit, aras i- dolorum destru- ens, & pueros circumcidens. legis zelum habentes, ad sui sequelam, relictis
omnibus, quæ possidebat, fugit ipse, & filii ejus
in montes. Abeuntibus deinde pluribus in de-
sertum, & prælio per Gentes contritis, cùm
non resisterent, & præcisè cùm oppugnaren-
tur die sabbato, Mathathias jamjam sibi, & su-
is bellum, & prælia imminere videns, aliorum-
que exemplis cautus factus, dum eorum, qui oc-
cisi fuerant deflevit mortem, decrevit cum suis
resistere Gentibus, quocumque die impeteren-
- - 42. tur ab ipsis. *Tunc congregata est ad eos*, (Ma-
thathiam scilicet, & filios ejus) *Synagoga Assi-*
daorum, fortis viribus ex Israel, omnis volunta-
- - 43. &c. *rius in lege*; additique sunt alii à Gentibus fu-
gientes; & exercitus ex variis compactus est,
qui iniquos persequi incepit, & percutere; *&*
- - 45. *circuivit Mathathias, & amici ejus, & destru-*
- - 46. *xerunt aras; & circumciderunt pueros incir-*
cumcisos quotquot invenerunt in finibus Israel;
- - 47. &c. factumque est, ut legem Dei defenderent, &
inimicos ejus dejicerent. Vix autem ad annum
- - 49. &c. Dux populi fuerat Mathathias, senex egregius
contra Gentes, in legis defensionem, quod dies
(k) Morti propin- quus filios ad le- gem Dei tuen- dam hortatur, & Judam Macha- bæum Ducem constituit; filiis benedicit; mori- tur, & cum plan- ctu magno sepe- litur. mortis ejus appropinquaverunt; quod (k) ad-
vertens vir fortis, convocatos coram se filios
moriturus hortatus est, ut Patrum exemplo le-
gem Domini semper tuerentur, filiúmque Si-
monem in rerum agendarum consultorem, &
Judam in militiæ Principem constituit; post
quæ *benedixit eos, & appositus est ad patres suos,*
- - 69. anno centesimo quadragesimo sexto, Regni
Græcorum scilicet, sub fine quadragesimi sæcu-
- - 70. li ab O. C. *& sepultus est à filiis suis in se-*
pulchris Patrum suorum in Modin, & planxe-
runt eum omnis Israël planctu magno.

(l) Quis sextus. VI. Est alius (l) Mathathias, *filius Absolomi*,
qui sub Jonatha Machabæo adversùs copias De-
: 11, 70. metrii pugnans, omnibus fugientibus suis, solus
cum Juda filio Calphi ex parte Jonathæ reman-
sit, animum strenuum, & constantem præsefe-
rens, seque fortem præ cæteris ostendens.

(m) Quis septi- mus. VII. Fuit & alius Mathathias, (m) *filius*
Simonis, & nepos illius Methathiæ, de quo su-
: 16, 14. pra numero V. dictum est, qui à Ptolemæo Abo-
bi filio proditoriè cum patre, & fratre occisus
est in convivio in Doch.

VIII. IX. Apud Lucam duos (n) Mathe-
thias habemus in progenie Joseph, viri Mariæ, &
Luc. 3. 25. Patris putatitii Jesu, scilicet Mathathiam, patrem
- - 26. (n) Qui octavus, & nonus, & vo- cis significatio. Joseph alterius, & *filium Amos*; & Mathathiam,
patrem Mahath, & *filium Semei*. Hominis hu-
jus etymon est: *Donum Domini.*

Mathias.

Hist. (a) Quis est. Christi discipulus (a) fuit Mathias; & ali-
quibus placet scribere *Matthias*. Hic, post
Christi mortem, cum Apostolis, & Christi ejus-
dem asseclis conveniens, fuit in cænaculo, in
quo congregatis omnibus fidelibus, Petrus ser-
monem habuit de alio, sufficiendo in locum pro-
ditoris Judæ, ut numerus Apostolorum duode-
narius conservaretur; cùmque idem Petrus pro-
poneret, ut ex congregatis unus eligeretur, (b) Actor. 1, 23. (b) Eligitur Apo- stolus loco Judæ Iscariotis.
statuerunt duos; Joseph, qui vocabatur Barsa-
bas, qui cognominatus est Justus, & Mathiam.
Et orantes dixerunt: Tu Domine, qui corda nosti - - 24.
omnium, ostende, quem elegeris ex his duobus u-
num, accipere locum Ministerii hujus, & Aposto- - - 25.
latûs, de quo prævaricatus est Judas, ut abiret in
locum suum. Et dederunt sortes eis, & cecidit - - 26.
sors super Mathiam, & annumeratus est cum
undecim Apostolis. Et hæc de eo in sacris lit-
teris habemus; maximaque est ipsius laus
communis omnium fidelium consensus, pro eo
in Apostolum deligendo. Quid autem senti-
endum sit de sorte, quæ super eum cecidit. Vid.
Sors. Ex historia Ecclesiastica habemus, quòd
(c) cùm diu apud Judæos permansisset, prædi- (c) Apud Æthio- pes Christi Evan- gelium prædi- cans capite ple- ctitur.
cans verbum Dei, ad Æthiopes transivit, ubi pa-
riter fidei semina sparsit, multa à Gentibus pa-
tiens, & tandem mortem, obtruncato capite,
pro Christo subiens; (d) cujus festum ad diem (d) Memoria e- jusdem in Mart. Rom. & nom. interpr.
24. Febr. celebratur. Hujusmodi nomen idem
ac *Mathathias* est, sed abbreviatum, idémque
sonat.

Mathusael.

Filius (a) est *Maviaël*, & pater Lamech. Hist.
Ejus Etymologia est: *Mortem suam postulans:* Gen. 4. 18. (a) Quis est, & nom. etymol.
Mors sua infernus: Mors sua sepulchrum.

Mathusala. Mathusale.

Filius (a) est *Henoch*, & cùm octoginta se- Hist.
ptem numeraret annos, genuit Lamech, post Gen. 5. 22. (a) Quis est.
quem genitum vixit *septingentis octoginta duobus* - - 25.
annis, & genuit filios, & filias; & facti sunt - - 26.
omnes dies Mathusala nongenti sexaginta novem - - 27.
anni, & mortuus est; quæ ætas omnium homi-
num ætates superavit; (b) hinc in proverbium (b) Ætas Mathu- salæ in proverbi- um usurpata.
usurpatur ætas Mathusala, pro ætate longa, &
longissima, ad quam non facilè quis pervenire
possit. Alibi scribitur *Mathusale.* Et à Divo 1.Par. 1, 3.
Luca notatur inter progenitores Joseph Patris Luc. 3. 37.
putativi Jesu Christi. Significat: (c) *Mortem su-* (c) Nom. significa.
am misit: Mortis sua arma; & Hebræo-Syria-
cè: *Mortem suam spolians: Mortis sua spolium.*

Matred.

Filia (a) *Mezaab* fuit, & mater Meetabel, Hist.
uxoris Adar, qui de stirpe Saul regnavit in E- Gen. 36. 39. (a) Quæ sit.
dom septimus. Sonat: (b) *Virga descendens: virga* 1.Par. 1. 50.
Imperantis: Lectuli descensio: Lectuli imperium; (b) Interpr. nom.
Syriacè: *labor.*

Matricida. Vid. post Matertera.

Matrimonium.

Maris, (a) *& fœmina conjunctio est per contra-* Hist.
ctum coram testibus factum juxta legem; seu me- (a) Quid est.
lius *contractus inter marem & fœminam ad con-*
jungendum se sine crimine; (b) habetque in Ec- (b) Sacramen- tum est in eccle- sia Dei.
clesia locum inter sacramenta. Flevit Esdras co-
ram Domino, quòd Judæi (c) in captivitate man- 1.Esdr. 9, 14.
datum illius non servassent de matrimoniis, non (c) Matrimonia Judæorum cum alienigenis vetita.
jungendis cum populis abominationum, h. e.

Prov. 30. 23.
(d) Mulier odiosa in matrimonium sumpta omnia confundens.

Gentibus. Inter tria, per quæ movatur terra, h. e. omnia confunduntur, est: (d) *Per odiosam mulierem, cùm in matrimonio fuerit assumpta.* In Ecclesiastico, postquam mala, aventura super virum adulterum, enarrata sunt, additur:

- 23. 32.
(e) Mulier, ex alieno matrimonio prolem habens, punienda.

(e) *Sic & mulier omnis relinquens virum suum, & statuens hæreditatem ex alieno matrimonio.* Scribene ad Corinthios, Paulus habet: *Iis* (f) *qui matrimonio juncti sunt, præcipio non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere.* *Qui* (g) *matrimonio jungit virginem suam, bene facit & qui non jungit, meliùs facit.*

1. Cor. 7. 10.
(f) Matrimonio juncti non discedant invicem.
- - 38.
(g) Jungens filiam virginem matrimonio benè, non jungens meliùs facit.

Matthæus.

Hist.
Matth. 9. 9.
Marc. 2. 14.
(a) Quis est, & quomodo ad Apostolatum vocatus.

Apostolus (a) hicast, *& Evangelista Alphæi filius*, alio nomine *Levi*, qui ad telonium sedens, à Christo vocatus est ad sui sequelam; *& surgens secutus est eum*: idemque Matthæus de se ipso rem narrat, & factum, numeransque nomina proprio Apostolos, nomini suo addit titulum publicani, ut misericordiam Dei, & Domini nostri Jesu Christi magis celabrat, & sese ipsum contemnat; unde legitur: (b) *Matthæus publicanus.* (Vid. *Publicanus.*) Qui sanè titulus ab aliis ejus nomini apponitur, dum eum inter Apostolos nominant. Nominatur autem etiam in Actibus Apostolorum in cænaculo cum aliis Apostolis unius, (c) in orationa perseverans post Christi mortam, resurrectionem, & in cælos ascensionem. Et hæc da Matthæo in sacris litteris, Evangelii scriptora, da quo Evangalio mox dicemus.

Matth. 10. 3.
Marc 3. 18.
Luc. 6. 15.
(b) Idem publicanus antea.

Act. 1. 13.
(c) Post Christi mortem cum aliis perseverans in oratione.

Ex hist. Eccles.
(d) Capharnai, ubi Matthæus, quando à Christo vocatus.

(e) Quid publicanus, & hoc nomen apud Judæos exosum.

Per ea autem in cognitionam devenimus, quod Matthæus (ita scriptoribus da re Ecclesiastica referantibus) (d) Capharnai vocatus ast à Christo Domino, cùm sederet ad Telonium, h. e. curam babens vectigalium, quæ super populo Romani Imperatores imposuerant; quo circa, quamvis hujusmodi munus apud (e) Romanos in æstimationa asset, attamen apud Hebræos, qui tanquam electum populum, se ab omni gravadine immunes volabant, odio hababatur quicumque illud exercebet, & publicaous raputabatur, (h. e. vectigalium qoidem, & publicorum Principis redituum exactor;) quippe hoc nomine, tanquam infamis dijudicabatur, reproborumque morum vir, & sine conscientia, quicunque talis dicebatur. Vocatus argo à Christo, & eum saquans, cùm dicatur in Evangelio, quòd cum Publicanis comedaret Christus, communis Expositorum sententia est, (f) quòd in domo Matthæi convivio exceptus sit. Hinc post Christi ad cælos ascensionem: Ecclesiastica historia, quòd in Judæa verbum Dei prædicavit; (g) proqua iis, qui ex circumcisione crediderant, Evangelium scripsit; inde Æthiopiam sacrâ Evangelii luce, illuminare conatus ast, ad Indos traosians; ibiqua ad viginti quatuor annos circiter messem multam pro Ecclesia collagit, plures scil. ad fidem convertendo, (h) quos inter Iphiganiam Regis filiam à mortuis per ipsum revocatam, & propter eam Regem Patrem, uxoremqua ejus; at Rege mortuo, successor in Regnum Hirtacus, Iphigeniæ nuptias sibi negari ægrè ferens, utpote quæ Deo virginitatem ad Matthæi suasionam vovarat, (i) ipsum Matthæum, inctuaotom sacrificium offerentem, ad aram occidi jussit. Et ejus festiva dies vigasima prima Septembris nobis est.

(f) Christus convivio à Matthæo exceptus.

(g) Judæis prædicat, & Evangelium scribit, ad Æthiopes, & ad Indos transit, multos convertit ad Christum.

(h) Iphigeniam Regis filiam in morte revucat, & convertit eum Rege Patre, eâdem Deo virginitatem vovente.

(i) Occiditur pro fide Matthæus ad aram, & ejus memoria in Mart. Rom.

(k) Evangelium Matthæi quâ linguâ scriptum ab eo, & ab aliis in varias partes allatum, explicatum.

Evangelium, quod scripsisse diaimus, (k) scripsit Judaico, seu melius Syriaco, quo utebantur Judæi, sermone, rogantibus discipulis, Apostolis aliis jubentibus; & eùm transiret ad Indos exemplar ejusdem secum transtulit; quod etiam fecit D. Bartholomæus juxta Tyrinum ax Eusebio, & Hieronymo; nec non & Barnabas in Græciam, quod repertum esse eom illius corpore sub Zenone traditur; quinimò scribit Div. Athanasius illud Jerosolymitanis exposuisse Jacobum fratrem Domini; at dolandum, quòd (l) nullibi autographum reperiatur (spuria enim, quæ adhuc exemplaria allata sunt, dijudicantor ab omnibus) eùm tantùm Græca traductio remanserit. Dividitur verò sanctum Christi Evangalium

(l) Nullibi ejusdem evangelii repertus autographum.

Matth. 1. -
(m) Compendium Evangelii, à D. Matthæo scripti.

in capita viginti & octo, In (m) quorum Primo
Christi gaoeratio per avorum, & proavorum Jo-
seph, ejus patris putativi, secundùm carnem no-
tatur; babeturqua instructio Josaph, quoad
sponsæ suæ fœtum, partumqua futurum. In 2do. - 2. -
Adoratur Christus à Magis, repertus stellâ duce;
qui inde, Angalo præmonente, transfertur in
Ægyptum, eum Matre à Joseph; moxque infan-
ticidium ab Herode jubetur. In 3tio Joannes, - 3. -
austerè vivens, in daserto prædicat pœnitentiam;
confluit ad ipsum populus; Pharisæi cum Sad-
ducæis ab eodem reprehenduntur, qui differan-
tiam sui à Christi Baptismo damonstrat, Chri-
stumque ipsum baptizavit, Spiritu sancto in
forma columbæ descendente, & Patris voce au-
dita. In 4to. Jejunat Christus in deserto, & - 4. -
diaboli tentationes vincit. Capitur Joannes:
Prædicat Christus; vocat discipulos; infirmos
curat; & ad ipsum confluunt turbæ. In 5. de - 5. -
octo beatitudinibus sermonam habet: salem
terræ, & lucem mundi Apostolos vocat; se non
venisse legem solvare, aut Prophetas docet; do-
cumenta tradit da non irascendo fratri; de mulie-
re non concupiscenda; de scandalo abjicien-
do; de uxore non dimittendâ; de non jurando;
de dimittendo inimicis, & eos diligendo, &c.
In 6. sermonam habet Christus da eleemosynâ, & - 6. -
oratione; de offensarum condonatione; da je-
junio; de thesaurizando in cælo, de oculo mun-
dando; de non serviendo duobus Dominis; de
solicitudine victûs, vestitûs, & de crastino, non
habenda. In 7. De non judicando de proximo; - 7. -
de sancto canibus non tradendo; de agendo com
proximo, uti nobiscum ipsis; de quærandi mo-
do à Deo; de via lata cavenda, da vitandis pseu-
doprophetis; de mala, bonâve arbore ax fructi-
bus dignoscandâ, deque ædificando non supra
arenam, sed supra Petram. In 8. Leprosum, ser- - 8. -
vum Centurionis, Petri socrum, & alios pluri-
mos malè se habentes sanat JEsus. Scribam à sui
sequelâ rejicit; alium, insepulto vel etiam Patre,
sequi se jubet: Mare sedat: Dæmoniacos duos
à spiritibus malis liberat, quos in porcos ablegat.
In 9. Paralyticum sanat; Matthæum vocat ipsum, - 9. -
qui hoc Evangelium scribit; Jairi filiam è mor-
tuis suscitat; mulierem à profluvio sanguinis li-
berat, de suis non jejunantibus, rationem red-
dit; cæcis visum restituit, infirmos plures sanat,
quos inter mutum & dæmoniacum; & opera-
riorum necessitatem in messe multâ demon-
strat. In 10. Instructos Apostolos, & curatio- - 10. -
num gratiâ ditatos, ad evangalizandum mittit.
In 11. Mittit Joannes de carcere nuntios ad Je- - 11. -
sum: Christus Joannem laudat: Judæos, ut in-
corrigibiles, arguit; iisque obstinatia minatur;
humilibus gratulatur; pressos ad se vocat, & a-
pud se ad requiem invitat. In 12. Discipu- - 12. -
los, sabbato spicas vellentes, excusat, &
menum

manum aridam sabbato curat; obloquentes
Pharisæos negligens, aliis sanitatem restituit;
eosdem Pharisæos, blasphemantes, quasi in
Beelzebub ejiceret dæmonia, confutat; Jonæ-
que signum iis, & Scribis dandum dicit; &
quæ sint veri, & Evangelici parentes sui docet.
Matth. 13. - In decimo tertio. De naviculâ turbas instruit;
seminantis, & zizaniorum parabolas, necnon
de grano Sinapis, de fermento in farinâ occul-
tato; de thesauro, & margaritâ inventis; de
rete mari immisso proponit; & Prophetam in
- 14. - patriâ non honorari edicit. In decimo quar-
to caput Joannis saltatrici puellæ datur. Sa-
tiat Jesus quinque panibus, & duobus pisci-
bus quinque millia virorum in deserto, rema-
nentibus adhuc reliquiarum cophinis duode-
cim. Ambulat super mare, & discipulos co-
borat, ex tempestate timidos, Petrumque à
submersione liberat; tactu inde fimbriæ ejus-
- 15. - dem omnes sanantur languidi. In decimo
quinto Pharisæos increpat Jesus, qui traditio-
nes suas divinis præponebant mandatis: quæ
sint sordes, animam coinquinantes, docet:
mulieris Chananææ ad preces filiam ejus sanat;
curatisque ad mare Galilææ languoribus variis,
quatuor millia virorum septem panibus, pau-
cisque pisciculis satiat, fragmentorum septem
- 16. - sportis sublatis. In decimo sexto signum Jo-
næ, dandum Pharisæis, & Sadducæis, signum
petentibus, dicit. Discipulos monet, ut à
Pharisæorum fermento, hoc est, doctrinâ
Pharisæorum, caveant. Interrogat eosdem,
quem se ipsum dicant, & responso à Petro de
divinitate suâ recepto, illi cælorum claves pro-
mittit. Passionem suam inde prædicens, in-
crepatur à Petro dehortante; at Jesus illum à
se removens crucem suam unumquemque fer-
re docet, & sui abnegationem inculcat. In
- 17. - decimo septimo transfiguratur in monte; ju-
betque id silentio premi, usque ad sui resur-
rectionem. Eliam ante mundi finem ventu-
rum dicit; imò jam venisse in Joanne Bapti-
stâ. Lunaticum, quem ob fidem modicam
curare non potuerant discipuli, curat: Hinc
fidei efficaciam, quam grano sinapis assimilat,
orationem, & jejunium ad hæc patranda po-
tentissimè exaltat: passionem suam prædicit;
proque se, & Petro, statere in ore piscis in-
- 18. - vento, didrachma solvi imperat. In decimo
octavo parvulo proposito majoritatem Regni
cælorum designat, & quàm sit à pusillorum
scandalo cavendum docet. De correptione
fraternâ loquitur; de non audiente Ecclesiam,
ut ethnico, judicando. Discipulis potestatem
ligandi, & solvendi communicat: communis
orationis efficaciam patefacit; & quoties igno-
scendum sit in nos peccanti, per parabolam
Regis rationem ineuntis cum servis suis expri-
- 19. - mit. In decimo nono indissolubile matrimo-
nii vinculum dicit; eunuchos varios referens,
eos laudat, qui se propter Regnum cælorum
castrârunt. Parvulos recipit, & eis manus
imponit; remittit adolescentem, mandata cu-
stodientem, ut sua omnia vendat, ut perfectus
sit; at ille tristis abit; ex quo Jesus difficulta-
tem, quam afferunt divitiæ ad cælorum acqui-
sitionem demonstrat, & præmium cæleste pro
iis, qui omnia pro Deo relinquunt, ostendit.
- 20. - In vigesimo, de operariis diverso tempore ad
laborem vocatis, & eodem pretio remissis ha-
bet parabolam; passionem suam tertiò prædi-
cit; rejicit instantiam de promovendis filiis
Zebedæi; majoritatem attendi debere à mini-
sterio, non à potestate insinuat, humilitatem
docens; & visum duobus cæcis donat. In vi- Matth. 21. -
gesimo primo, Asinâ vectus Jerosolymam tri-
umphans ingreditur; mox negociatores de
Templo ejicit: Indignantibus de applausu Pha-
risæis per appositum Psalmorum textum os ob-
struit. Ficulneæ maledicit, quæ aresit; & ex
hoc fidei efficaciam declarat: Quæstionem de
ejus potestate, sibi à Sacerdotibus factam, per
aliam quæstionem propositam retundit; Re-
gnumque Dei, à Judæis ad gentes transiturum,
per duplicem vineæ parabolam, prædicit. In - 22. -
vigesimo secundo, Parabolam producit de nu-
ptiis, filio Regis factis, vocatis ad eas, & de
non habente vestem nuptialem damnato. Phari-
sæos, super censum, dandum ne Cæsari, do-
losè interrogantes, confusos remittit; ita &
Sadducæos super resurrectionem quæstionem
moventes; ita & Doctorem, tentantem su-
per magno legis mandato; iterùmque Phari-
sæos, interrogans eos de Messiæ parente. In
vigesimo tertio, Doctrinam, ubi error non est, - 23. -
Pharisæorum, & Scribarum amplectendam
docet, non autem imitanda opera eorum,
quos de hypocrisi, & ambitione arguit, hu-
militatem laudans; deinde multiplici væ pro-
lato contra eos, scelerum mensurâ impletâ,
Jerosolymam perdendam ab hostibus, & de-
serendam ab incolis prædicit. In vigesimo - 24. -
quarto, Ita prædicit Templi eversionem, mo-
nensque suus, ut à seductoribus caveant, fu-
tura prænuntiat bella, & persecutiones, ter-
roresque de cælo; postremique judicii diem
omnibus ignotum dicit, & exemplo boni, &
mali servi, semper vigilandum esse monet. In - 25. -
vigesimo quinto, Parabolas de virginibus de-
cem; & de talentis, unicuique servo datis,
exponit; sic præmia & pœnas, juxta meritum,
vel demeritum dari docens: Extremúmque
judicium ponit ob oculos. In vigesimo sexto, - 26. -
Consultant Principes Sacerdotum de Christo
occidendo. Ungitur Jesus pretioso unguento
à Mariâ Magdalene: murmurant discipuli,
Judas proditionem paciscitur cum Judæis; de
câ Christus in cœnâ Paschali loquitur ad suos,
quibus corpus, & sanguinem suum præbet;
eorum scandalum, & Petri negationem de se
prædicit. In Gethsemani transit; ibi capitur,
Petro auriculam uni exscindente, fugientibus-
que discipulis; ad Caipham ducitur, coram
quo falsis testibus accusatur, & reus mortis
judicatur; opprobriis inde cumulatur, & cæ-
ditur; & à Petro ter negatur. In vigesimo - 27. -
septimo, Pilato traditur Jesus ad mortem: Ju-
das se suspendit: accusatus Jesus scilicet Ba-
rabbæ postponitur, flagellatur, & quamvis diu
nitatur Pilatus, ut eum liberet, cæsus tamen
idem Jesus, & spinis coronatus, ad crucem
damnatus, cruci supponens humeros, in Gol-
gatha adducitur; ibi inter latrones, felleo po-
tatus vino, crucifigitur, blasphematur, &
universo orbe doloris signa ferente, moritur.
Deponitur è cruce ejus corpus, & ad sepul-
chrum, in quo ponitur, obsignatum à Judæis,
milites custodes destinantur. In vigesimo - 28.
octavo, A mortuis Christum resurrexisse monet
Angelus mulieres, quæ eundem ipsum viderunt,

& jussæ nuntiârunt discipulis: Pecuniâ milites currumpuntur, ut dicant, seipsis dormientibus, corpus Jesu sublatum esse. Apparet Jesus Apostolis, qui ab eo mittuntur ad evulgandum ubique Evangelium.

(n) Quo tempore scripserit D. Matthæus Evangelium
(o) Nom. etym.
(p) Idem Matthæus Angelo assimilatus.

Et hæc sunt brevi relata compendio, quæ in sacro Matthæi Evangelio latè scribuntur; (n) voluntque Auctores, hæc à Matthæo scripta esse anno, à Christi morte, octavo fluente; tertio Imperii Caji Caligulæ. Significat hoc (o) numen: *Donatus*. Angelo assimilatur (p) Matthæus, seu melius faciei hominis assimilatur, qui inter quatuor animalia visa à Prophetâ Ezechiele ponitur; quippe humanam Christi generationem exponit.

Matthias. Vid, Mathias.

Maturus, a, um.

Maturè, Maturiùs. Maturitas.

Hist.
(a) Quid Maturus.

Idem est (a) *Maturus, ac neque crudus, neque immitis, sive acerbus, neque caducus, neque nimiùm coctus, sed tempestivus, & in tempore, temperatus &c.* Et de Fructibus dicitur; soléntque Latini ad res animatas transferre pro *perfecto, opportuno, sene, gravi, constante &c.* Angelus, habens falcem, jussus

Apoc. 14. 18.
(b) Uvæ maturæ vindemiatæ in Apoc.

est in Apocalypsi vindemiare *botros vineæ terræ*: (b) *quoniam maturæ* erant *uvæ ejus.* (Vid. *Uva*).

(c) Quid Maturè.
Gen. 32, 22.
(d) Jacob maturè surgens.

Maturè (c) adverbium est positivum, quod sonat *tempestivè: in tempore*. Sic dicitur de Jacob, quòd præmissis aliis, rediens ex Mesopotamiâ in terram Chanaan, (d) maturè surrexit, & trans vadum, quod dictum est, Jacob alios mittens, ipse solus mansit; & tunc fuit, quando luctatus est cum Angelo.

(e) Quid Maturius.
2. Mach. 7, 37.
(f) Junior ex 7. fratribus Mach. mart. invocans Deum maturiùs Judæis propitium fieri.

Maturiùs (e) adverbium est comparativum, & significat *opportuniori tempore, magis tempestivè.* In libris Machabæorum adolescentior ex septem fratribus, qui martyrium pro lege sanctâ Dei subierunt, sub Antiocho Epiphane, eidem dicebat: (f) *Animam, & corpus meum trado pro patriis legibus, invocans Deum maturiùs genti nostræ propitium fieri, téque cum tormentis, & verberibus confiteri, quòd ipse est Deus solus.* Festus, Romanorum Præses Judææ, cum Paulus Cæsareæ servaretur in custodiâ, rogatus à Judæis, ut illum Jerosolymam vocaret, ubi ipsemet Festus tunc erat,

Actor. 25. 4.
(g) Festus maturius profecturus Jerusalem.

respondit: (g) *Servari Paulum in Cæsareâ: se autem maturiùs profecturum.*

(h) Quid Maturitas.
4. Reg. 19, 25.
- - 26.
(i) Herba tectorum arefit ante maturitatem.

Maturitas (h) est *coctio opportuna succi, qui in fructibus est*; sumiturque pro *tempore opportuno, perfectione.* Contra Assyrios per Isaiam Dominus inter cætera locutus est: *Erunt in ruinam collium pugnantium civitates munitæ. Et qui sedent in eis, humiles manu contremuerunt, & confusi sunt, facti sunt, velut fœnum agri, & virens (i) herba tectorum, quæ arefacta est, antequam veniret ad maturitatem.*

Psal. 118. 147.
(k) David Deum præveniens in maturitate.

In Psalmis ait David ad Dominum: *Præveni (k) in maturitate, & clamavi, quia in verba tua supersperavi.*

Isai. 28, 4.
(l) Israëlis gloria similis, quasi temporaneum potatum ante maturitatem.

Et Isaias, contra Judæos prophetans habet: *Et erit* (Ephraim, seu Israël) *flos decidens gloriæ exultationis ejus, qui est super verticem vallis pinguium,* (l) *quasi temporaneum ante maturitatem autumni, quod cùm aspexerit videns, statim ut manu tenuerit, devorabit illud.*

Matutinus, a, um.

Hist.
(a) Quid hæc vox, cujus textus, ubi locus, notis signantur.
Exod. 14. 24.
(b) Ad vigiliam matutinam Ægyptii submersi in mari rubro.

Tempus (a) Matutinum dicitur, cùm apparere incipit Matuta, quæ eadem est, ac Aurora; sic igitur Matutinum illud est, *quod circa auroram est.* In libro Exodi legimus, quòd *jam* (b) *advenerat vigilia matutina*; quando scilicet transibant mare rubrum Judæi per siccum, & ingressi erant post eos etiam Ægyptii persequentes, *& ecce, respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis, & nubis, interfecit exercitum eorum &c.*

1. Reg. 11, 11.
(c) Item castra Ammonitarum percussa à Saule.

Saul, à Deo in Regem populi sui electus, (c) in vigiliâ matutinâ ingressus media castra Ammonitarum, eos percussit, usque dum incalesceret sol. David placatus ab Abigail, quæ occurrit ei cum muneribus in deserto, dixit illi: (d) *Nisi citò venisses in*

- 25, 34.
(d) Nabal non remansurus usque ad lucem matutinam &c. nisi Abigail intercessisset.

occursum mihi, non remansisset Nabal, usque ad lucem matutinam, mingens ad parietem. Interponens se Dominus disputationi Job, & Eliu, dicebat interrogans, & unà demonstrans magnitudinem suam, & hominis ex nihilo creati tenuitatem, & miseriam: *Ubi eras - - - cùm me*

Job. 38. 7.
Psal. 21, 1.
(e) Psalmus inscriptus pro resurrectione matutinâ; ubi expl. text.

laudarent simul astra matutina, & jubilarent omnes filii Dei? Psalmus 21. inscribitur (e) *pro susceptione matutinâ*; ex Hebræo idem est ac *pro cerva; pro stella matutina*; super quo varii varia, & quidem in sensu mystico applicantes resurrectioni Christi Domini, qui matutino surrexit tempore. Quid si litteraliter dicamus, Psalmum hujusmodi factum pro susceptione matutinâ, h. e. ad laudes Dei matutino tempore dicendas, & canendas, cùm matutina oblatio fieret? Ita in Psal-

- 64. 9.
(f) Exitus matutini delectabiles; ubi expl. text.
- 129, 6.
(g) Sperandum in Domino à custodiâ matutinâ; ubi expl. text.

mis habetur: (f) *Exitus matutini, & vesperæ delectabis* (Domine) h. e. matutinum tempus, & vesperas terminare delectabiliter facies. Item: (g) *A custodia matutina, usque ad noctem speret Israel in Domino*; h. e. à vigiliâ matutinâ; iidem enim qui tempore matutino vigilant, rem custodiunt, cui vigilant; & sic dicit Propheta, quòd à mane ad vesperas, videlicet semper, sperare in Domino opus est.

Eccli. 50, 6.
Isai. 8. 20.
(h) Matutina lux non futura recedentibus à lege.

De Simone, Oniæ filio, Sacerdote magno scribitur: *Quasi stella matutina in medio nebulæ; & quasi luna plena in diebus suis lucet.* Isaias contra recedentes à lege dicit ex ore Domini: (h) *Si non dixerint juxta verbum hoc, scilicet, juxta legem, non erit eis matutina lux.* Apud Osee expostulat Dominus cum Joda, & Israël, dicens:

Osee 6. 4.
(i) Misericordia Isr. quasi nubes matutina.
- 13, 3.
(k) Ita & sicut ros matutinus.

(i) *Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Juda? misericordia vestra, quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens.* Et exitium minans Israelitis idololatris, ait: (k) *Iccircò erunt quasi nubes matutina, & sicut ros matutinus, præteriens &c.* Apud Joël, magnam prosperitatem promittente Domino ad eum conversis,

Joël. 2, 23.
(l) Imbet matutinum, & serotinus affuturus conversis Deo.
Amos 4, 13.
Mich. 2, 1.
(m) Væ malum in luce matutinâ facientibus.
Apoc. 2, 28.
- 22, 16.
(n) Jesus stella matutina.

dicitur: (l) *Filii Sion exultate, & lætamini in Domino Deo vestro, quia dedit vobis Doctorem justitiæ, & descendere faciet ad vos imbrem matutinum, & serotinum, sicut in principio.* Apud Amos dicitur Dominus *faciens matutinam nebulam.* Apud Michæam ponitur: *Væ, qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris;* (m) *in luce matutina faciunt illud, quoniam contra Deum est manus eorum.* In Apocalypsi stella matutina promittitur à Deo custodienti mandata (V. *Stella.*) Et Jesus inquit: (n) *Ego sum radix, & genus David, stella splendida, & matutina.*

Est

(o) Alia hujus vocis significatio.

Est & dictio *Matutinum*, quòd est *tempus* (o) *matutinum*; & sumitur substantivo modo, nedum in singulari numero, sed etiam numero multitudinis *Matutinu*, scilicet, *temporu*.

Psal. 29. 6.
(p) Lætitia ad matutinum; ubi expl. text.
- 48. 15.
(q) Justi Dominantes in matutino; ubi expl. text.
- 62. 7.
- - 8.
- 72. 14.

In Psalmis legimus: (p) *Ad vesperum demorubitur fletus, & ad matutinum lætitia*; & ita quidem fuit, cùm ad matutinum surrexit Dominus. (q) *Dominabuntur eorum* (gloriantium in divitiis suis) *justi in matutino*, hoc est, in gloriâ, & visione beatificâ. *Si memor fui tui* (Domine) *super stratum meum, in matutinis meditabor in te; quia fuisti adjutor meus. Fui flagellatus totâ die* (de justo sermo est in afflictionibus posito; cùm etiam referatur hujusmodi textus ad Christi Domini passionem) (r) *est castigatio mea in matutinis*; q. d. manè, statim ac surgo, affligor, & crucior. Atque David: (s) *In matutino interficiebam omnes peccatores terræ*; hoc est, antequam invalescerent; sicut sol summo manè dispergit nebulas, ita ego summo manè judicia contra sceleratos exercebam; vel contra illos ponebam decreta, antequam, crescente die, seu eorum vitâ, diu elongatâ, pejores fierent, & vires sumerent majores.

(r) Castigatio in matutinis; ubi expl. text.
- 100. 8.
(s) Peccatores in matutino interfecti; ubi expl. text.

1. Mach. 4. 52.
(t) Sacrificium oblatum ante matutinum à Juda Mach.
(u) Aliqua remissivè.

Judas, erecto novo altari, (t) ante matutinum surgens, cùm suis, obtulit sacrificium in eo secundùm legem. Et hæc de hac dictione dicta sint; cum tamen etiam videri debeant dictiones: (u) *Oblatio: Holocaustum: Ritus: Sacrificium: Dies: Stella.* Addimus etiam allatis locis, textum Isaiæ, contra persecutores populi Domini, cum dicat: *In tempore vespere, & ecce turbatio:* (x) *in matutino, & non subsistet, hæc est pars eorum, qui vastaverunt nos, & sors diripientium nos.*

Isai. 17. 14.
(x) Persecutores populi Dei non subsistunt in matutino.
(y) Matutinum hora Canonica.

Inter horas Canonicas (y) prima dicitur *Matutinum*; cùm matutino tempore solitum semper fuerit eam recitari; ita tamen, ut in tria divideretur, sicut & in præsenti, nocturna tempora, & ad matutinum perficeretur.

Myst. *Visio beatifica*, ex communi SS. PP. & DD. prout etiam apparet in Theologicis, pro Matutino sumitur, ut desuper notavimus *in notis historicis* ad Psalmi 48. textum.

Maviael.

Hist.
(a) Quis est, & quid sonat.
Gen. 4. 18.

Filius (a) *Irad*, nepos Henoch, & pater Mathusaël, & avus Lamed est Maviaël, quod nomen sonat: *Annuntians Deum: Delens Deus: Radens Deus.* Et ex Syro, & Hebraico: *Percussus à Deo.*

Maumam.

Hist.
(a) Quis est.
Esth. 1. 10.
(b) Interpr. nom.

Unus (a) erat *ex* septem *eunuchis*, qui in conspectu Regis Assueri ministrabant; quibus præcepit idem Rex, ut vocarent Vasthi Reginam, introducerentque coronatam, ut ostenderetur populis; & quidem primo loco nominatur inter septem. (Vid. *Vasthi.*) Significat: (b) *Turbatus: Tumultuans: Multitudo.*

Mausoleum.

Hist.
2. Par. 35. 24.
(a) Josias in mausoleo patrum suorum sepultus.
Mart. de Amph. Dom.
(b) Quid significat hoc nomen, & unde dicatur, ubi de Artemisiâ &c.

Josias, contra Regem Ægypti pugnans in campo Mageddo, vulneratus à sagittariis, & asportatus in Jerusalem, mortuus inibi est, (a) *& sepultus in mausoleo patrum suorum; & universus Juda, & Jerusalem luxerunt eum.* Quòd (b) Mausolo Regi Cariæ sepulchrum ab artemisiâ conjuge tantâ magnificentiâ constructum fuisset, ut inter septem orbis miracula locum habuisset; nomenque sibi ab eo, qui in eo tumulatus fuerat, fecisset, nempè *Mausoleum*; hinc ab ejus similitudine sumptuosiora sepulchra Mausolea dicta sunt; & tale debuit esse sepulchrum, quo tumulabantur Reges Juda: Cùm autem de Regum ipsorum sepulchris sermo sit apud peregrinos Scriptores, qui in terram sanctam pertexerunt, (c) ea referunt in saxo fabrefacta, & quidem opere mirabili, & maximè artificioso; unde magnificentiam Regiam etiam in antiquitate suâ redolent.

(c) Mausolea Regum Juda, qualia.

Maxilla.

Hist.
(a) Quid hæc vox, cujus textus notis signantur, ubi ii loci.

Putarunt (a) aliqui dictionem hanc diminutivum esse à *malâ*; at ex Cicerone docent alii, quòd mala à maxillâ proveniat per detractionem syllabæ mediæ. Maxilla autem propriè *ea pars in ore* est, *in quâ fixi sunt dentes*; & tamen etiam sumitur pro *eâ parte laterali vultûs, quæ barbam emittit in homine.* De

Judic. 15. 9. &c.
(b) Philisthæi maxilla asini à Samsone percussi, quæ etiam dedit aquas ipsi, & nomen loco.
- - 17.
- - 19.

(b) Maxillâ asini mentio est in sacris litteris, quâ usus est Samson, quando ligatus à Philisthæis, & se solveus, eamque arripiens, quæ jacebat, tria millia eorum, qui circumdabant dissipavit, mille ex iis percutiens; & locus ille dictus est *Lechi*, hoc est, *maxillæ*; seu *Ramatlechi*, hoc est, *elevatio maxillæ.* (Vid. *Lechi: Asinus: Samson: Mandibula &c.*) Et post hæc ex dente maxillæ scaturiente aquâ sitim sibi levavit Samson; locusque nomen habuit; *Fons invocantis de maxillâ, usque in præsentem diem.* Michæam, vera prophetantem, contra Achab, Regem Israël, & dicentem, cæteros Prophetas falsa prænuntiare, percussit Sedecias filius Chanaana. Job ait: *Aperuerunt super me ora sua, & exprobrantes* (hostes mei) *percusserunt maxillam meam* (quod figuratè intelligendum est pro oppressione) *satiati sunt pœnis meis.* De Leviathan ait Dominus: (c) *Numquid - - - - - - armillâ perforabis maxillam ejus?* quod dictum est ad demonstrandam ejus, utpote indomabilis, ferocitatem.

3 Reg. 22. 24.
2. Par. 18. 23.
Job. 16. 11.
- 40. 21.
(c) Leviathan maxilla non perforabitur; ubi expl. text.

Psalm. 31. 9.
(d) Expl. text.

David, ad Deum dicebat, contra impios: *In camo, & fræno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te*; q. d. (d) ut bruta, eos coërceas, & castiges.

Eccli. 35. 18.
- - 19.
(e) Lacrymæ descendentes ad maxillam viduæ, ascendentes ad Deum.

In Ecclesiastico legimus: (e) *Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio ejus super deducentem eas? A maxillâ enim descendunt usque ad cælum, & Dominus exauditor non delectabitur in illis?*

Isai. 30. 28.
(f) Frænum Chaldæorum in maxillis populorum perdendum; ubi expl. text.

In comminatione, quæ habetur apud Isaiam, adversùs Judæos, est, quòd etiam benignus erit Dominus erga convertentes se; ita & severus contra affligentes populum suum; unde dicit Propheta: (f) *Spiritus ejus* (Domini scilicet) *velut torrens inundans usque ad medium colli, ad perdendas gentes in nihilum, & frænum erroris* (Chaldaicum videlicet Dominium Tyrannicum super Judæos), *quod erat in maxillis populorum.*

Thren. 1. 2.
(g) Lacryma in maxillis Jerusal.

In Threnis Jeremiæ de Jerusalem est: (g) *Plorans ploravit in nocte, & lacrymæ ejus in maxillis ejus.* Et de viro, portante jugum ab ado-

Thren. 3, 30.

eb adolescentia sua, ait, quòd essuescet esflictionibus, & *dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobriis*, h. e. patienter tolerabit.

Ezech. 29. 4. - 38. 4. (h) Expl. text.

Contra Regem Ægypti est in Ezechiele: (h) *Ponam frenum in maxillis tuis*; ita & ad Gog; quod est: subjiciam te alteri. Apud Osee dicens Dominus, à se diligi populum suum, & id beneficiis manifestaturum, inquit:

Osee. 11. 4. (i) Deus exaltans jugum super maxillas, ubi e. t.

(i) *Ero eis quasi exaltans, jugum super maxillas eorum; & declinavi ad eum, ut vesceretur*; sumpta est figura ab aratore, qui refecturus cibo suos boves jugum sublevat, & aufert ab eis, ut pascantur. Contra Jerusalem ait Michæas:

Mich. 5. 1. (k) Maxilla Judicis percutienda.

(k) *Nunc vastaberis filia latronis: obsidionem posuerunt super nos, in virga percutient maxillam Judicis Israel.* Christus dixit, & docuit: *Si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, prabe illi & alteram.*

Matth. 5. 39. Luc. 6. 29. (l) Maxilla locus in Tribu Dan.

(l) Maxilla *locus est in Tribu Dan.*

Maximus. Vid, Magnus.

Maximè.

Hist. (a) Quid hæc vox, cujus textibus notis signantur, ubi locus.

Adverbium est, (a) quod varias habet significationes. Sonat *summè, summopere, præcipuè, sæpissimè*; & Latini etiam eo utuntur *pro affirmativa responsione.* Jacob de domo Laban abire decrevit, *maximè dicente sibi Domino: revertere in terram patrum tuorum, &c.*

Gen. 31. 3. - 47. 13.

Notatur, quòd *oppresserat fames terram, maximè Ægypti, & Chanaan*, dum Joseph erat Prorex in Ægypto.

Exod. 22. 15. 1. Reg. 18. 5. - 21. 4. - 22. 8. 2. Par. 35. 25.

Jumentum omne, mortuom in manu alterius, præsente tamen Domino, *maximè si conductum fuerit*, non restituetur. Apud omnes, *maximè in conspectu famulorum Saul*, erat gratus David. Mundis pueris *maximè à mulieribus*, panis sanctus datus est ab Abimelech. Davidi, & aliis profugis à Saule. Dolebat Saul, quòd omnes, *maximè filius* suus, cum Davide sentiret. *Jeremias maximè* flevit Josiam, Regem Jerusalem mortuom.

Job. 29. 19. Eccli. 7. 37. (b) Maximè in Dei mandatis insistendum. Osee. 13. 10.

Job dolebat, dicens: *Quem maximè diligebam aversatus est me.* In Ecclesiastico est: *Cogitatum tuum* (b) *habe in præceptis Dei, & in mandatis illius maximè assiduus esto*; & promittuntur bona. Contra Israël dicitur in Osee: *Ubi est Rex tuus? maximè nunc salvet in omnibus urbibus tuis; & judices tui, de quibus dixisti; Da mihi Regem, & Principes.*

1. Mach. 8. 5. Actor. 20. 38. (c) Dolores discipulorum Pauli, maximè quòd eum non essent visuri. - 25. 26. (d) Festus Paulum produxit ad Agrippam, ut maximè haberet, quod inscriberet. - 26. 3.

Judas Machabæus, *maximè nobilibus*, excutrebat contre Gentes. Discipuli Pauli, cùm discederet Epheso, erant (c) *dolentes maximè in verbo, quòd dixerat, quoniam amplius faciem ejus non essent visuri.* Festus Præses dicebat, (d) se produxisse Peulum, maximè, ad Regem Agrippam, ut per interrogationes factas haberet, quid scriberet. Et Paulus dicebat se reputare felicem, quòd posset se defendere coram eo, *maximè*, inquit, *te sciente omnia, & quæ apud Judæos sunt, consuetudines.*

Gal. 6. 10. Phil. 4. 22. 1. Tim. 4. 10. - 5. 8. - - 17. (e) Presbyteri maximè laborantes verbo, & doctrinâ, duplici honore digni.

Ipse Paulus scribens ad Galatas, *maximè ad domesticos fides* sermonem suum convertit. Philippenses salutat, *maximè* nomine eorum, *qui de Cæsaris domo sunt.* Ad Timotheum dicit, quòd Deos est *Salvator omnium hominum, maximè fidelium*; & quòd *si quis suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior*; itemque quòd (e) *qui benè præsunt Presbyteri duplici honore digni habeantur; maximè, qui laborant in verbo & doctrina.*

2. Tim. 4. 13. Tit. 1. 10. Phil. 9. 16. (f) Onesimus maximè sibi servetur, petit Paulus.

Item vult, quòd ad eum vadens, afferat secum penulam, relictam Troade, & libros, *maximè autem membranas.* Monet Titum de multis hominibus malis; *maximè, qui de circumcisione sunt.* Onesimum remittens ad Philemonem, ait: (habe illum) *jam non* (f) *ut servum, sed pro servo charissimum fratrem, maximè mihi; quanto autem magis tibi, & in carne, & in Domino.*

Mecherathides.

Hist. 1. Par. 11. 36. (a) Quis est, & quid sonat.

Patronymicum (a) nomen est, sive ab origine, sive à petre, sive à patria nescimus: Datur cuidam Hepher inter fortissimos Regis David heroas connumerato. Sonat: *Venditio: Cognitio.*

Mechmas.

Hist. 2. Esdr. 11. 31. (a) Quid est, & nom. signif.

Urbs est (a) *inter fines Ephraim*, & quam Benjamin filii inhabitârunt, post reditum è captivitate. Eadem est, ac *Machmas*, cum qua dictione habet eandem significationem.

Mechnedebai.

Hist. 1. Esdr. 10. 40. (a) Quis est, & quid significat.

De *filiis* (a) *Bani* est, & quidem unus ex iis, qui sub Esdra reperti sunt alienigenas duxisse uxores, & repudiare debuerunt. Nominis etymon est: *Percussor vovens, spontaneus: Pauper vovens, spontaneus: Percussio voventis: Paupertas voventis: Percussio, Paupertas, Spontanei.*

Medaba.

Hist. (a) Quid est. Num. 21. 30. (b) Moabitæ lassi in Medaba. Jos. 13. 9. (c) Assignata Tribui Ruben. - - 16. 1. Par. 19. 7. (d) Syri ad Medaba castrametati. Isai. 15. 2. (e) Moab ululans super Medaba. (f) Vocis significatio, & notitia de Medaba quæ, & ubi fuerit.

Hæc (a) *Urbs* est eadem ac *Madaba*, de qua suo loco diximus: In præsentiarum addimus, quæ sub hac præcisa denominatione de eadem Madeba dicuntur in sacris litteris. In Proverbio, seu Cantico, quòd Amorrhæi canebant, victis Moabitis, dicebatur: *Jugum ipsorum disperiit ab Hesebon usque Dibon, lassi pervenerunt in Nophe, & usque Medaba*, Tribui Ruben assignata sunt inter reliqua, *universa campestria Medaba*, Regio scilicet circa eandem urbem; & *universa planities, quæ ducit Medaba.* Syri, auxiliares Ammonitarum contra Davidem, (d) *castrametati sunt è regione Medaba.* Isaias, prædicens exitium Moabitarum, ajebat: *Ascendit domus* (natio Moabitarum.) *& Dibon ad excelsa*, (ubi scilicet erat idolum Moabitarum Chamos) *in planctum super Nabo, &* (e) *super Medaba Moab ululavit.* Eandem significationem habet, (f) cum *Madaba.* Et notamus, quòd urbs hæc est in Arabia, in regione Moabitide; quæ Ammonitarum primò fuit, & quidem eorum Metropolis; dabátque nomen planitiei, in qua sita erat; jure belli autem deinde ad Amorrhæos pervenit, qui munierunt, & muris circumdederunt; in circuitu autem sui montes, saltus, ac paludes habuit. Usque ad Div. Hieronymum nomen adhuc antiquum retinebat; & ab aliquibus etiam dicta est *Medeba.*

Medad.

Hist. (a) Quis sit.

Eldad, & (a) Medad duo Israëlitæ fuêre in deserto, qui, (cùm Deus onus Moysis regendi populum in septuaginta Seniores partitus esset,

aufe-

auferens da Spiritu, qui erat in Moyse, & dans
Num. 11, 26. illis) remanſarunt in caſtris, quamvis inter ſeptua-
- - 27. ginta illa daſcripti fuiſſent, & non axierunt
ad Tabernaculum, & cœperunt prophetara in
caſtris, quâ de re monitus Moyſas (etiamſi
inſtaret Joſua, qui facilè eos neſciabat inter
alios fuiſſa daſcriptos, ut prohiberet,) re-
- - 29. ſpondit ipſi Joſua: *Quid amularis pro me? quis tribuat, ut omnis populus prophetet, & det eis Dominus Spiritum ſuum?* ax his autam de-
duceta licèt, quòd vir gravis eſſat Medad. cu-
(b) Etym. nom. jus nominis (b) etymologia aſt: *Menſurans: Aqua uberum: Aqua dilectionis: Aqua patrui.*

Meddin.

Hiſt. *Urbs* eſt (a) *in daſerto data Tribui Juda.*
(a) Quid eſt, Jos. 15, 21. Legunt Septuaginta Θαραβααμ, *Tharabaam.*
(b) Lect. LXX. & nom. interpr. Significat: (b) *Judicium: Litigans; Objurgans.*

Medemena.

Hiſt. *In Tribu* (a) *Simeon urbs* eſt. (Antea ta-
(a) Quid eſt. Jos. 15, 31. men erat Tribus Juda.) Lubin aandem facit
Lub. h. v. cum *Bethmarchabeth*; divarſam Adrichomius,
Adrich. in Tr. Sim. num. 17. cui adhæreo, & *Berſabe* etiam aliquando di-
(b) Lect. LXX. ctam aſſa admittit. (b) Septuaginta lagunt
μαχαρὶμ, *Macharim.* Apud Iſaiam mentio aſt
Isai. 10, 31. da Medamena, ubi prædicitur reverſurus Iſraël.
(c) Interpr. nom. Ejus Etymologia aſt: (c) *Menſura muneris: Menſura numeri: Indumenti munus: Indumenti præparatio: Sterquilinium.*

Medena.

Hiſt. In primo Eſdræ mantio eſt de volumine
1. Esd. 6, 2. (a) Quid eſt, & nom. ſignif. taparto (a) *in Ecbatanis, quod eſt caſtrum in Medena Provinciâ*; & hæc eadem aſt ac *Media*, cùm quâ habet aandam ſignificationam; quare vid. *ſuo loco.* Hebraicè מדי, *Madai.*

Medela.

Hiſt. *Remedium* (a) eſt; & pro remedio *Medi-*
(a) Quid eſt. Eccli. 28, 3. *camen.* In Eccleſiaſtico eſt: (b) *Homo homini*
- 38, 2. *reſervat iram; & à Deo quærit medelam. A*
(b) Medela à Deo. *Deo eſt omnis medela.*

Jeremias contra Iſraëlem idololatrantem
Jerem. 8, 15. (c) Tempus medelæ expectatum. prophetans ait: (c) *Expectavimus pacem, & non erat bonum: Tempus medela, & ecce formida.*

Myſt. *Virgo Maria* unica noſtra Medala dicitur
Ven. Fort. eleg. de B. V. M. à Vanantio Fortunato; & ab aliis SS.PP. & DD.
Vid. *Medicamen.*

Media, Medus.

Hiſt. *Regio* (a) *Aſiæ maxima* Media eſt, quæ fe-
(a) Quid Media, & ejus deſcriptio, cum diviſione; notando, quod hujus vocis tantùm nocis non ſignantur; niſi ubi ſit locus. rè per Antonomaſiam Provincia dicta aſt, ut in dictiona *Medena* legimus; Ragnumque fuit ditiſſimum. Hyrcaniam habet ab ortu, & Parthiam, à quâ per Coſſæorum montes ſaparatur: Ad occaſum Armeniam majorem, & Aſſyriam, ſeu potiùs Aſſyriæ partem; dum alteram habet pariter Aſſyriæ partem ad meridiam, cum Perſide, & præcisè Suſianam; ad Boream verò Caſpium mare admittit; Duplicam facit
Strab. l. 11. Strabo Mediam, alteram majorem vocans, cujus primum facit caput, & emporium Ecbatana; & hæc eſt *Medena*; alteram minorem, quam Atropatiam ab Atropato Duce daſenſore nominat. Montibus fraquans aſt Media, &
ſic etiam frigida, & ſterilis, ſi tamen partem axcipias ſub Caſpiis portis poſitam, opulentam, & feracem (oleam verò non producit); unde
(b) Medicum malum habemus, quòd citraum; (b) Medicum malum idem ac malum citrum.
quamvis non deſint, qui non à regione, ſad ab effactu velint illi nomen inditum; et convincunt, ubi ſyllaba prima longa notatur: Fuitque olim celabris in aâ ipſa parte campus latiſſimus, in quo armentum Regium, ad quinquaginta ſcilicet equorum millia paſci tradiderunt Scriptores; at da Madiâ antiquâ locuti ſumus in ſuo quidam aſſa; quæ, varias vices paſſa, modò major, modò minor ſa ipſâ conſiderata eſt. In ſactis litteris, cum Medorum imperium longè, latáqua ſa diffudiſſet, utpotè qui (Madi Mediæ populi ſunt) Aſſyriam, Armeniam, Meſopotamiam &c. invaſerunt, obtinuarunt, urbes omnes Aſſyriæ, Armeniæ, Meſopotamiæ &c. urbes Medorum, & Madiæ oppida dictæ ſunt; quapropter Media ſe ipſa major in ſacra pagina apparet; cùm taman pro urbibus Medorum, ſeu Mediæ, non Ragionie illius præcisè urbes ſemper dabeant intalligi, ſed urbes Medorum imperio ſubjectæ. In præſantiarum Regiones tantùm complactitur, quæ *Schirvvan, Karabach, Kilan, Erak* appellantur. Immo aliqui ſcribunt unâ tantùm Provinciâ, quæ hodie Schirvvan, ſeu Sarvan dicitur, ubi aſt urbs Thauris, Madiam totam comprehendi.

Quoad dictionam *Media* (quæ ab Ezechiele 27. *Chelmad*, ita Paraphraſte Chaldæo interpretante, dicitur) habemus, quòd per Jeremiam Babyloni prædicuntur imminantia mala
à Medis, & *Reges Media* invitantur, ad ſancti- Jerem. 51, 28.
ficandas gentes, (c) h. a. juramanto unitas vo- (c) Expl. text.
candas contra Babylonem. Mentio aſt in libris 1. Mach. 6, 56.
Machabæorum da Philippo, reverſo à Perſide,
& Madiâ. (Vid. *Philippus.*) Et da Demetrio,
qui *abiit in Mediam* ad contrahenda ſibi auxi- - 14, 1.
lia, quem vivum comprehandendum curavit
Arſaces Rex Perſidis, & Mediæ. - - 3.

Medi (d) appellantur *populi hujus Regio-* (d) Qui Medi.
nis; qui terribiles fuerunt vicinis, maximè cum
uniti Aſſyriis unum idémque fecarunt imperium.
Anno Regni Oſeæ nono, Regis Iſraël Salma- 4 Reg. 17, 6.
naſar Rex Aſſyriorum (e) *Samariam cepit, &* - 18, 11.
tranſtulit Iſraël in Aſſyrios; poſuitque eos in Hala, (e) Iſraëlitæ in civitates Medorum translati.
& in Habor juxta fluvium Gozan, in civitatibus Medorum. Et tunc fuit, cùm abductus
etiam fuit in captivitatem Tobias, qui venit
in Rages civitatem Medorum. Sara item filia Tob. 1, 16.
Raguëlis, & patar ejus Raguël ibi habitabat &c. - 3, 7. &c.
Et ſic habes, quòd Rages civitas Medorum eſt;
quæ plurias nominatur; vide igitur *Rages*,
ſuo loco. Arphaxad, (f) Rax Medorum à Nabu- Judith. 1, 1.
chodonoſor Rega Aſſyriorum & Chaldæorum (f) Rex Medorum Arphaxad victus à Nabuchodonoſor.
victus fuit; & tunc Aſſyriorum Rax idem, comparato exarcitu popolorum ſibi ſubditorum terram in circuitu per Holofarnem ſubjicare ſibi tentavit, donec à Judith Holofernes ad Bethuliam obtruncatus aſt; (V. *Judith*) quapropter in
canticо victoriæ cantatum aſt: (g) *Horruerunt* - 16, 12.
Perſæ conſtantiam ejus, & Medi audaciam ejus; (g) Medi horrentes audaciam Judith.
ex quo vides Perſas, & Medos ſub uno eodemque Rege poſitos, & pluribus etiam ex ſequentibus textibus magis, magiſque cognoſces. Aſſuarus Rex Perſarum, & Madorum in libro Eſthar memoratur, qui convivium granda fecit (h) *cunctis Principibus,* Esth. 1, 3.
& pueris ſuis, fortiſſimis Perſarum, & Medorum inclytis, & præfectis Provinciarum coram ſe; (h) Aſſuerus Rex Perſarum, & Medorum.

& cum etiam introducere vellet Vasthi Reginam coronatam, ut pulchritudinem illius populis, & Principibus cunctis ostenderet, eedemque recusans non obediret,
Esth. 1, 14.
consuluit *septem Duces Persarum, atque Medorum, qui videbant faciem Regis, & primi post eum residere soliti erant.* Eorum autem consilio, quod protulit Mamuchan;
- - 18.
ne hoc exemplo omnes Principum conjuges Persarum, atque Medorum parvipenderent
- - 19.
imperia maritorum; egressum est edictum à facie Regis, & scriptum (i) *juxta legem Persarum, atque Medorum, quam praeterire illicitum est*, ut Regno abjiceretur Vasthi, & alia in locum illius assumeretur à Rege.

(i) Lex Persarum, & Medorum immutabilis.

De hoc autem Assuero,
- 10, 2.
fortitudo ejus, & imperium, & dignitas, (k) *atque sublimitas, quâ exaltavit Mardochaeum, scripta sunt in libris Medorum, atque Persarum.*

(k) Exaltatio Mardochaei scripta in libris Persarum, & Medorum.

Contra Babylonios ab Isaiâ prophetatur ex ore Domini:
Isai. 13, 17.
(l) *Ecce, ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non quaerant, nec aurum velint, sed sagittis parvulos interficient, & lactantibus uteris non miserebuntur,*
- - 18.
& super filios non parcet oculus eorum.

(l) Medi contra Babylonios suscitandi.

Sic ad destructionem Babylonis invitantur nationes, & dicitur:
- 21, 2.
Ascende Elam, obside Mede.

Jerem 25, 25
Apud Jeremiam autem (m) *Regibus Medorum* indicitur ruina, utpote qui etiam afflixerunt Judaeos; & totum caput 51. versatur in apertâ Babyloniorum ruinâ faciendâ per Medos,
- 51, 11.
ubi dicitur, quòd contra eos *suscitavit Dominus spiritum Regum Medorum.*

(m) Ruina indicta Regibus Medorum.

Deniel erat in aulâ Regis Chaldaeorum, qui dicebatur Baltassar; & interpretatus fuit scripturam in muro apparentem scriptam, *Mane, Thecel, Phares*, ubi pro ultimâ dictione
Dan. 5, 28.
Phares interpretatus fuit: *Divisum est Regnum tuum,*
- - 30.
(n) *& datum est Medis,*
- - 31.
& Persis; & de facto *eâdem nocte interfectus est Baltassar Rex Chaldaeus, & Darius Medus successit in Regnum annos natus sexaginta duos.*

(n) Regnum Babyl. datum Persis, & Medis, Dario Rege Medorum.

Ab hoc Rege, ut Danielem morti darent, edictum impetrêrunt Magnates Regni, ne immu-
- 6, 8.
taretur *quod statutum* erat à *Medis, & Persis*, nec praevaricari cuiquam liceret, quatenus nullus ad triginta dies alium orare auderet, nisi
- - 12.
Regem; hinc cum reperissent Danielem Deo Israël preces offerentem Regi accuseverunt, ut juxta decretum praelaudatum morti damnaret;
- - 15.
& renitenti Regi dixerunt: (o) *Scito Rex, quia lex Medorum, atque Persarum est, ut omne decretum, quod constituerit Rex, non liceat immutari.*

(o) Lex Medorum, & Persarum immutabilis.

In visione autem, habitê à Daniele, de
- 8, 20.
Regnis hujus mundi, Rex (p) Medorum, atque Persarum figuratus est in ariete habente cornua victo ab hirco unius, & postmodùm quatuor cornuum, Rege scilicet Graecorum quae Propherie haboit locum sub Alexandro M. Darius, qui successit Regi Baltassar, & in c. 5.
- 11, 1.
& 11. dicitur *Medus*, fuit filius Assueri, &
- 9, 1.
alibi dicitur *de semine Medorum*; & *qui imperavit super Regnum Chaldaeorum.*

(p) Figura Regis Medorum, & Persarum in visione Danielis.

1. Mach. 1, 1.
In libro Machabaeorum mentio est (q) de Alexandro Magno, qui percussit *Darium Regem Persarum, & Medorum.* Indos, *& Me-*
- c. 8.
des, (r) *& Lydos* factos Romanos tributarios, in eodem libro pariter ponitur.

(q) Rex Persarum, & Medorum victus ab Alexandr. M.

(r) Medi tributarii Romanis.

Effuso Spiritu Sancto super discipulos, audiebant illos lo-
Actor. 2, 9.
quentea unusquisque linguâ suâ Judaei, *Parthi*, (s) *& Medi, & Ælamitae &c.* unde stuporem ingesserunt validum auditóribus ita loquentes discipuli.

(s) Medi etiam audientes Apostolos linguâ suâ loquentes.

Ut autem meliùs (t) percipiatur, quomodo intelligendae sint Scripturae circa civitates Medorum dictas, & alia, quae notantur, breviter noto, quòd regnantes Medi Reges in Mediâ saepè, seu impetiti, seu impetentes, bellum cum vicinis Regibus habuêre, in quibus saepè etiam fracti sunt; unde Reges tum Assyrius, tum Chaldaeus mejores ex spoliis Medorum facti sunt; Medorum autem Regnum perstitit semper, licèt modò auctum, modò diminutum urbibus (& hae civitates eae sunt, quae Medorum dicuntur) juxta verias bellorum, Regumque, modò bellicosorum, modò imbecillium, & otiosorum vices, donec bellicosissimus Medorum Rex Phraartea decorem Regno, statumque restituit, qui usque ad Astiagem perduravit; donec Cyrus illum depressit Persarum Rex; victoque Chaldaeae, & Assyriae Rege, quòd praedixerant Prophetae, Medos Persis, Chaldaeis, Assyriisque addidit, seu potiùs illis istos; Darioque Medo, sub quo Daniel fuit, quem ut patrem colebat, Chaldaeem dedit, & Assyriam; post quem iterùm unita est Persarum, Medorumque super Chaldaeos, & Assyrios Monarchia, quae perduravit usque ad Darium Codomanoum, ab Alexandro Magno, Graecorum Rege devictum; ut monstratum est in visione Danieli; &, ut deinde narratur in libro Mechabaeorum primo. Tum Medus, tum Media sonat ut (u) *Medena*; hoc est: *Mensura*: *Abundans*: *Indumentum,*

(t) De Regni Mediae variis vicibus, & Monarchia notatio ad sacra pagina elucidationem.

(u) Signif. nom.

Medians. Vid. post Medius.

Mediator.

Hist.

Is, (a) *qui se medium interponit, ut alter ab altero aliquid obtineat, puta veniam, pacem, gratiam, donum &c.* Mediator dicitur.

(a) Quis sit.

Jephte cum eligeretur in Judicem à Judaeis, annon ex corde hoc vellent fieri, interrogevit, & (b) *responderunt ei: Dominus, qui haec audit, ipse Mediator* (q. dicerent: Ipse medium se ponit, ut à te gratiam hanc obtineamus, ut eligi velis), *& testis est, quod nostra promissa faciemus.*

Judic. 11, 10.
(b) Deus Mediator dictus in Jephte electione pro Judice; ubi expl. text.

Ad Galatas scribens Apostolus ait: (c) *Quid igitur lex? Propter transgressiones posita est, donec veniret semen, cui promiserat, ordinata per Angelos in manu Mediatoris*: (& hic Christus est in novo Testamento; in veteri verò Moyses, de quo hìc sermo est.)
- - 20.
Mediator autem unius non est: Deus autem unus est.

Galat. 3, 19.
(c) Lex ordinata per Angelos in manu Mediatoris; ubi expl. text.

Et ad Timotheum dicens, quod Deus vult omnes homines salvos fieri, subdit:
1. Tim. 2, 5.
(d) *Unus Deus, unus & Mediator Dei, & hominum, homo Christus Jesus.*

(d) Christus unus Mediator Dei, & hominum.

Et ad Hebraeos, ubi ait, excellentius esse Christi Sacerdotium Levitico, dicit:
Hebr. 8, 6.
Nunc autem melius sortitus est (Christus) *ministerium, quanto & melioris Testamenti Mediator est, quod in melioribus repromissionibus sancitum est.* Et prosequens eundem sermonem, & explicans, quòd ipse Christus fuit Pontifex, & hostia ad emundationem peccatorum oblata, habet:
- 9, 15.
Et ideo novi Testamenti Mediator est, ut morte intercedente, in redemptionem earum praevaricationum, quae erant sub priori Testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt aeternae haereditatis; iisdemque scribit:
- 12, 24.
Accessistis ad - - - - - - - - Testamenti novi Mediatorem Jesum, & sanguinis aspersionem meliùs loquentem, quàm Abel.

Myst.

Ut litteraliter apparet ex ipsis textibus in sacris litteris, duplicem nobie datum mediatorem habemus. *Moysen* scilicet in veteri Testamento, & *Jesum Christum* in novo, Se medium enim posuit Moyses inter Deum, & populum suum, quo à Deo legem datam populo referret, & sæpè sæpiùs ab eodem veniam populo impetraret. Sic idem Christus Jesus medium se posuit inter Deum Patrem, & homines, eidem peccatores, reconcilians, & veniam ipsis impetrans. Iidémque aliquando *Sancti*, mediatores se faciunt; præcipuè autem pro nobis, post Christum Dominum.

D. Epiph. ser. de laud. B. V. — D. Jo. Chrysost. or. de nat. V. — D. Jo. Damasc. in Nat. V. & or. 1. de ass. V. & or. in hypap. Dom. — Idiot. de B. V. p. 5. Cont. 8. & p. 8. Cont. 13.

Virgo Maria mediatrix à SS. PP. & DD. appellatur, & quidem mediatrix cæli, & terræ; Deique, & hominum à D. Epiphanio: Mediatrix Dei, & hominum reconciliationis à S. Jo. Chrysostomo: Mediatrix apud eum, qui de ipsâ natus est à S. Jo. Damasceno; & mediatrix, quæ inter se dirempta in unum coëgit; cui latus ad filium aditus est. Item ab Idiotâ mediatrix, quâ mediante divina beneficia nobis charitativè donata fuerunt: Mediatrix, quæ mediatorem peperit Dei, & hominum, nempè Christum. A D. autem Bernardo vocatur Ecclesiæ Mediatrix apud solem justitiæ Christum; Mediatrix ad mediatorem filium; Mediatrix nobis à Deo, benignissimâ miseratione provisâ. A Richardo de S. Victore Mediatrix inter divina, & humana. A Richardo de S. Laurentio Mediatrix nostra ad filium: Mediatrix prudens inter matres, & virgines mirabiliter media. Ab Alberto Magno Mediatrix familiarissima, quæ totum mundum Deo reconciliavit: Mediatrix pia, pro peccatoribus jugiter intercedens. A D. Bonaventurâ Mediatrix totius generis humani: qui iidem sensus apud universos ferè SS. PP. & DD. de beatâ Virgine Mariâ scribentes, legentur.

D. Bern. ser. de B. V. sup. Apoc. verba: Signum magnum. — Rich. de S. Vict. f. Cant. 39. — Rich. de S. Laur. de laud. V. c. 1. 2. — Alb. M. f. Missus est. c. 5. ser. 2. in ass. B. V. — D. Bon. in Cant. Psalt. B. V.

Medicamen, Medicamentum. Medicina.

Hist. — (a) Quid hæ voces, quarum textus non omnes notis significantur, nisi ubi locus.

Unà (a) simul tres voces complectimur, cùm idem habeant significare ab eodem verbo sive *medeor*, sive *medicor* provenientes: Medicamen enim, Medicamentum, & Medicina idem sunt, ac *illud, quod in morbi remedium adhibetur*. Dictio tamen Medicina aliquando pro *ipsâ arte medendi* sumitur.

Sap. 12, 4. — (b) Opera mala per medicamina facta. — Isai. 1, 6. — (c) Plaga Judæorum non curata medicamine. — Jerem. 46, 11. — (d) Frustranea medicamina pro Ægypto.

Quoad dictionem *Medicamen* legimus in sacris litteris inter hominum peccata, quòd *odibilia* (b) *opera* (Deo) *faciebant per medicamina, & sacrificia injusta.* Apud Isaiam, prophetantem Jerosolymæ, & populi excidium, & mortalem, afflictionem, habetur de eâ, sive ejus populo: *A plantâ pedis usque ad verticem non est in eo sanitas: vulnus, & livor, & plaga tumens non est circumligata,* (c) *nec curata medicamine, neque fota oleo.* Ironicè contra Ægyptum, dum ei desolationem prædicit, ait Jeremias: *Ascende in Galaad, & tolle resinam,* (quâ scilicet medearis vulneribus tuis) *virgo filia Ægypti;* (d) *frustra multiplicas medicamenta, sanitas non erit tibi.*

Tob. 6, 5. — (e) Interiora piscis capti a Tobia jun. utilia ad medicamenta. — Sap. 1, 14. — (f) Medicamentum exterminii non est; ubi expl. text.

Quoad dictionem *Medicamentum.* Angelus ducens Tobiam juniorem, illum misit, ut apprehenderet piscem immanem, quo in siccum attracto, dixit ei: (e) *Exentera hunc piscem, & cor ejus, & fel, & jecur repone tibi: sunt enim hæc necessaria ad medicamenta utiliter.* (Vid. *Tobias.*) In libro Sapientiæ dicitur de Deo: (f) *Sanabiles fecit nationes orbis terrarum; & non est in illis medicamentum exterminii* (sumitur hìc medicamentum per similitudinem, sed à contrario; similitudo est in hoc, quòd medicamentum datur per potionem, per bolos, & hujusmodi; sic etiam datur aliquando aliquid aliud iisdem modis; contrarietas autem significationis est in hoc, quòd medicamentum datur semper ad salutem; dari autem potest aliquid aliud ad nocendum, & ad mortem; similitudo hæc, & contrarietas est in veneno, quod veluti pharmacum & medicamentum sumitur, & interdùm medicamentum dolosè nominatur, & infert exitium; & sic dicitur, quòd Deus, quandò mundum creavit, neque mortem, neque mortiferum quicquam in actu secundo produxit; invectum autem hujusmodi malum est hominum vitio in terram), *nec inferorum Regnum in terrâ &c.* In Ecclesiastico ponitur: (g) *Amicus fidelis medicamentum vitæ, & immortalitatis, & qui metuunt Dominum invenient illum.* (h) *Altissimus creavit de terrâ medicamenta, & vir prudens non abhorrebit illa.*

D. Th. 1. p. q. 69. a. 2. ad 2. — Eccli. 6, 16. — (g) Medicamentum vitæ amicus fidelis. — 38, 4. — (h) Deus medicamenta creavit de terrâ.

Prov. 6, 15. — Eccli. 18, 20. — 3, 24. — (i) Medicina omnium, quæ infert gelu f. ubi expl. text.

Quoad dictionem *Medicina* in Proverbiis est: *Huic* (viro apostatæ) *extemplò veniet perditio sua, & subitò conteretur, nec habebit ultra medicinam.* In Ecclesiastico legitur: *Ante languorem adhibe medicinam &c.* (i) *Medicina omnium* (damnorum scilicet, quæ à gelu afferuntur consistit) *in festinatione* (& citâ acceleratione) *nebulæ; & ros obvians* (excitatus) *ab ardore veniens humilem efficiet eum;* (torporem videlicet invectum à vento frigido.) Ubi Ezechiel torrentem describit defluentem in latus Templi dextrum, habentem ad ripas fructiferum lignum, de eodem ligno ait: (k) *Erunt fructus ejus in cibum, & folia ejus ad medicinam.* (Vid. *Medicus*).

47, 12. — (k) Folia ligni ad ripas torrentis Templi in medicinam.

Myst. — D. Hier. f. Ezech. 47.

Doctrina moralis figuratur per medicinam, ad quam valebant arbores torrentis Templi; ex D. Hieronymo.

Idem f. Isai. 1. — Clem. Alex. 1. pæd. 6.

Lacrymæ pœnitentiæ medicina animi sunt; ex eodem; & ex Clem. Alexandrino habet, quod

Prædicatio verbi Dei, & ipsum Dei verbum Medicina est, corpus, & animam sanans.

D. Aug. f. Ps. 17.

Præcepta dicuntur quoque medicamenta, ad morbos animæ repellendos; ex D. Augustino.

Cl. Alex. 1. pæd. 2.

Sapientia, liberans animam à perturbationibus, medicina animi est; ex Clem. Alexandrino.

Verbum Dei, Vid. *Lacrymæ pœnitentia.*

Albert. M. in Bibl. Mar. f. Eccli. & serm. 16. de Sanct. — D. Jo. Dam. or. 1. de assumpt. B. V. — Idiot. de B. V. p. 3. cont. — D. Bonav. in Psalt. min. B. V. quinq. 2. & in laud. B. V. & in exposit. f. Salve Regina.

Virgo Maria dicitur medicamentum generationis, h. e. infirmorum filiorum Adam; & medicina peccatorum, qui in igne vitiorum sunt adusti, ab Alberto M. Medicina ægrotantibus à D. Jo. Damasceno. Medicina hominum; medicina à Deo, hominibus à Deo ædificata ab Idiotâ. Medicina mundi; medicina peccantium, signo serpentis promptior, alluditur enim serpenti erecto in deserto à Moyse, quo sanati sunt Hebræi; medicina rei; medicina vera sordidorum criminum; à D. Bonaventura.

Medicus.

Hist. — (a) Quid sit Medicus propriè, & analogicè. & quid Ars Medicina; pro qua voce Medicus etiam non signantur textus, nisi ubi locus.

Quis (a) sit præcisè Medicus, multi multa; & communiter hoc nomine intelligendus ille est, *qui medicinæ artem callet*, sive practicè, sive tantùm speculativè; unde Medicus alius est exercens medicinam; alius sciens, & non exercens. Medicina autem *ars est, & scientia ad medendum morbis instituta, cujus objectum est corpus sanabile; finis corpus sanum.* Quia verò Medicina, ut ars est, jubet componi pharmaca, antidota, remedia &c. ad expellendos, seu præcavendos morbos; debent-

debentque dari hujusmodi pharmecorum, antidotorum, remediorum &c. compositores, & fabricatores Mechanicis; & ipsa nomine medicinæ veniunt; Medici etiam dicti sæpè sæpiùs sunt ipsi *Pharmacopola*. Insuper, com Medicus, à medendis morbis, nomen habeat, etiam medicos nuncupatos interdum habemus, *qui vulnera curant, & ulcera; ossa fracta conjungunt; instaurant*; & hujusmodi alia tractant, quæ ad *chirurgiam* pertinent; quæ tamen, ut para Medicinæ reputari debet, habetque quasi proprium satis nobile illud munus anathomicè perscrutandi enimalis partes, ex cujus fabricâ, & compositione, pro salute restituendâ, multa eliciuntur, ad rem utilissima, argumenta. Præterea cum medicina illud primum babeat efficere, ut morbos erceat, & etiam ab iis præcaveat; quæ quidem secunda pars plurimùm ex ciborum esu provenit, juxta modum, quo condiuntur, huic, vel illi enimalis complexioni plus; minusque convenientem, ministri, *qui curam ciborum coquendorum, & condiendorum habent*; quin etiam *qui vinum, aliosque liquores curant* ad potum, cujus ratio validè habenda pro corporis sanitate, Medici appellati sunt; quæ sanè omnia præmittere necessarium duxi, cùm sæpè audiatur illud rememorari medicorum scilicet multitudinem causam mortis Imperatoris fuisse; quæ non ad Medicos, ut nobilissimæ scientiæ cultores, referenda est, sed ad coquos; necnon ut in referendis sacris textibus circa hanc dictionem: *Medicus*: variatum denominationum sensus ad rei intelligentiam prompti sint, quibus tamen opus sit. His ergo ad rem præmissis loca Scripturæ sanctæ adducimus: In Genesi dicitur quòd Joseph (b) *præcepit servis suis medicis* (hi erant medicinarum Mechanici fabricatores), *ut aromatibus condirent* patrem (Jacob.) Si vir percussus ab alio lapide, vel pugno jacuisset in lecto, & deinde surrexisset, lex erat, ut percussor innocens reputaretur, ita tamen, (c) *ut operas ejus, & impensas in Medicos* restitueret.

Gen. 50. 2. (b) Servi Joseph Medici condientes cadaver Jacob.

Exod. 21. 19. (c) Impensæ in Medicos restituendæ à percussore.

De Asâ Rege Juda scribitur quòd in infirmitate suâ *non quæsivit Dominum, sed* (d) *magis in Medicorum arte confidit*; & mortuus est.

2. Par. 16, 12. (d) Asa R. Juda in Medicis confidens.

David in Psalmis ad Deum habet: *Numquid* (e) *mortuis facies mirabilia? aut Medici suscitabunt, & confitebuntur tibi?* q. d. in suâ afflictione: Domine Deus, ad quid mortuis miracula operaris? Medici arte suê vitam restituere nequeunt mortuis, ut resurgentes te laudent; qui vivit, ipse confitebitur tibi, & laudabit te; da ergo vitam; afflictionem, quæ mortem dat, ebigas &c. ac si demonstrare prætendet Domino, quòd major ejus misericordia prælucet ex beneficiis, quàm ex afflictionibus in hominem collatis.

Psalm. 87. 11. (e) Medici mortuum suscitare impotentes, ubi expl. text.

Apud Ecclesiasticum legimus: *Omnis potentatûs brevis vita: (f) languor prolixior gravat medicum: Brevem languorem præcidit Medicus: sic & Rex hodie est, & cras morietur.* Et caput trigesimum octavum, magnâ ex parte, circa Medicum, & Medicinam versatur, cujus textum produco, videlicet: (g) *Honora Medicum propter necessitatem: etenim illud creavit altissimus. A Deo est enim omnis medela; & à Rege accipiet donationem. Disciplina Medici exaltabit caput illius, & in conspectu Magnatorum collaudabitur. Altissimus creavit de*

Eccli. 10, 11. - - 12. (f) Languor longus gravaus Medicum, brevis à medico præcisus.

- 38. 1. - - 2. (g) Honor Medico adhibendus necessariò. - - 3. - - 4.

terrâ medicamenta, & vir prudens non abhorrebit illa. Nonne à ligno indulcata est aqua ama- Eccli. 38. 5.
ra? Ad agnitionem hominum virtus illorum, & - - 6.
dedit hominibus scientiam altissimus, honorari in
mirabilibus suis. In his curans mitigabit do- - - 7.
lorem, & unguentarius faciet pigmenta suavi-
tatis, & unctiones conficiet sanitatis, & non
consummabuntur opera ejus. Pax enim Dei su- - - 8.
per faciem terræ. Fili in tuâ infirmitate ne de- - - 9.
spicias te ipsum, sed ora Dominum, & ipse cu-
rabit te. Averte à delicto, & dirige manus, - - 10.
& ab omni delicto munda cor tuum. Da sua- - - 11.
vitatem, & memoriam similaginis, & impingua
oblationem, & da locum medico: Etenim illum - - 12.
Dominus creavit: & non discedat à te, quia
opera ejus sunt necessaria. Est enim tempus, - - 13.
quando in manus illorum incurras: Ipsi verò - - 14.
Dominum deprecabuntur, ut dirigat requiem
eorum, & sanitatem, propter conversationem il-
lorum. Qui delinquit in conspectu ejus, qui fe- - - 15.
cit eum, incidet in manus Medici.

Ubi apud Isaiam describitur future Judæorum efflictio, ac desertio, dicitur, quòd in eâ unusquisque recurret ad proximum suum, honestiùs vestitum, petens misericordiam, & auxilium, & quòd ille, qui ex honestiori vestitu putatur anoonâ abundans (h) *respondebit in die illâ dicens: Non sum Medicus* (qui scilicet mederi possim vulneribus tuis, miseriis videlicet, quibus subjiceris), *& in domo meâ non est panis, neque vestimentum &c.*

Isa. 3. 7. (h) Pauperi alius respondebit: Non sum medicus; ubi expl. text.

Ubi Jeremias ruinam prænuntiat Jerosolymæ, ostendendo hoc sceleratorum culpam esse, nolentium resipisci, & se ab erroribus, & scelestis criminibus emendare ait: (i) *Numquid resina non est in Galaad? aut Medicus non est ibi? Quare igitur non est obducta cicatrix filiæ populi mei?* Ubi pro cicatrice scelus, pro Medico Prophetam, pro resinâ admonitiones venire patet.

Jerem. 8. 22. (i) Medicus in Jerusalem; ubi expl. text.

In Evangelio hebemus, quòd dolentibus Pharisæis, & conquerentibus de Jesu, quia cum Publicanis, & peccatoribus manducaret, respondit: (k) *Non est opus valentibus Medicus, sed malè habentibus. Non necesse habent sani Medico, sed qui malè habent; non enim veni vocare justos, sed peccatores.* Item notatur quòd mulier, quæ fluxum Saangninis patiebatur, (l) & *multa* erat *perpessa à compluribus Medicis*; cùm esset enim per duodecim annos in hac infirmitate *in Medicos erogaverat omnem substantiam suam, nec ab ullo potuit curari*, tangens fimbriam vestimenti Christi Domini sanata est. Idem Christus Dominus, cùm esset in civitate Nazareth, dixit circumstantibus: *Utique dicetis mihi hanc similitudinem:* - 4. 23.
(m) *Medice, cura te ipsum: quanta audivimus facta in Capharnaum, fac & hic in patriâ tuâ*; & deinde subdidit, ferùrationem, propter quam eadem in patriâ non faciebat, videlicet: *Quia nemo Propheta acceptus est in patriâ suâ.* - - 24.
Lucas qui fuit Evangelista, & pictor, & medicus fuit; idem enim esse tenetur, de quo ad Colossenses habet Apostolus: (n) *Salutat vos Lucas Medicus charissimus &c.*

Matth. 9. 12. Marc. 2. 17. Luc. 5. 31. (k) Sani medico non egent.

Marc. 5. 26. Luc. 8. 43. (l) Æmorrhoissa pluris Medicis elargita, à solo Christo sanatur.

(m) Proverbium Medico medicina egenti.

Coloss. 4. 14. (n) Lucas Evangelista etiam Medicus.

Christus Salvator noster, curens verbis, non herbis; & quandoque contrariis adhibitis, & aliquando sola nudâ voluntate, Medicus noster est; ex Origene, Myst.

Orig. s Lev. h. 8. & i. Psal. 37. h. 1.

Dolleres,

D. Basil. de Reg. fus. 51.

Doctores, qui animi defectus curant, & salutis præcepta, tanquam medicinas animæ proponunt, Medici appellari possunt; ut notat D. Basilius.

Phil. de Jos.

Judices, Leges, Magistratus, Præsides &c. Medici nominantur, cum præcepta ad salutem animæ conducentia præscribunt; ut notat Philo.

D. Hier. C. Isa. 6.

Philosophi vani, hoc est, qui in sæculari scientiâ tantùm delectantur, ideoque animam non curant, in Medicis, non suscitantibus repræsentantur; ut habet D. Hieronymus, & verè ii sunt, in quos mulier, hoc est, anima expenderat omnem substantiam, tempus scilicet omne hujus vitæ, multa ab eisdem perpessa, diu laborans, & non est curata.

Propheta. Vid. in *notis historicis.*

Medietas. Vid. post Medians.

Mediocris, e.

Hist.
(a) Quid est.

Illud Mediocre dicitur, (a) *quod neque summam ascendit ad gradum perfectionis, neque ad infimum descendit carentia*; & sic quasi mediâ incedat viâ, & medium habeat locum, Mediocre dicitur, & appellatur.

Eccli. 18, 33.
(b) Ne sis mediocris in contentione ex fœnore.

In Ecclesiastico est: (b) *Ne fueris mediocris in contentione ex fœnore, & est tibi nihil in sacculo; eris enim invidus vitæ tuæ.* Et sic sumitur pro *medium tenente, moderato, modesto.*

Mediterraneum.

Hist.
(a) Quid est.

Quod (a) *per medium terræ excurrit*, Mediterraneum vocamus; ita mare illud, quod medium terræ dissecare videtur; mediterraneum appellatur; & quidem nomine adjectivo; translata est hæc vox in sacris litteris ad ipsam terram, ubi Mediterraneum dicitur, *quod interponitur e.g. inter urbem, & urbem; Provinciam, & Provinciam; Regnum, & Regnum, ad neutrum pertineat, solum*; & quidem per substantivum neutrius generis nomen explicatur. Ita

2. Mach. 8, 35.
(b) Nicanor per mediterranea fugiens.

de Nicanore victo à Judæis, (b) è Judæâ *per mediterranea fugiens*, q.d. per mediam terram Judæam; sive per terram, quæ inter urbem, & urbem intercedebat, de loco, in locum abscondité, non per loca populo frequentia fugiens, *solus venit Antiochiam, summam infelicitatem, de interitu sui exercitûs, consecutus.*

Meditans.

Hist.
(a) Quid est.

Participium præsentis temporis est à *Meditor.* (a) quod est *Contemplor: Mente cogito &c.* Apud Isaiam deflentur scelera, propter quæ à Deo imminere afflictiones prænuntiat, & inter cæteras ait: (b) *Rugiemus, quasi ursi omnes, & quasi columbæ meditantes* (à simili

Isai. 59, 11.
(b) Gemitus ut meditantis columbæ futurus in hominibus.

scilicet hominum cogitantium, otio(x)*gememus: expectavimus judicium, & non est: salutem, & elongata est à nobis.*

Meditatio.

Hist.
(a) Quid est.

Idem est, (a) ac *contemplatio, & mentis cogitatio.*

Psal. 18, 15.
- 38. 4.
(b) Rapi. cent.

In Psalmis est: *Meditatio cordis mei* (Domine) *in conspectu tuo semper. Concaluit cor meum intra me*, (b) *& in meditatione meâ exardescet ignis* (indignationis scilicet contra malos.) *Os meum loquetur sapientiam, & meditatio cordis mei prudentiam.* (c) *Testimonia tua* (Domine) *meditatio mea est. Lex tua meditatio mea est. Quomodo dilexi legem tuam Domine? tota die meditatio mea est. Mandata tua meditatio mea est.* Quæ dicta sæpè repetuntur in ipso Psalmo 118.

Psal. 48. 4.
- 118, 24.
(c) Lex Dei meditatio David.
- - 77.
- - 97.
- - 143.

Ecclesiastes in fine libri sui ponit: *His amplius, fili mi, ne requiras: faciendi plures libros nullus est finis:* (d) *frequensq; meditatio, carnis afflictio est.*

Eccle. 12, 12.
(d) Frequens meditatio carnis afflictio.

In Threnis ait Jeremias: (Audisti Domine) *labia insurgentium mihi*, (e) *& meditationes eorum adversum me.*

Threu. 3, 62.
(e) Meditationes hostium contra Jeremiam.

Medius, a, um.

Medium.

Hist.
(a) Vocis hujus diversa acceptio; cujus textus non signentur notis, nisi ubi locus datur.

Adjectivè (a) sumitur vox *Medius* per sua genera excurrens, & declinata; at in genere neutro sumi solet sæpissimè substantivè; & licèt sive adjectivè, sive substantivè sumatur hæc vox, respectu loci sumatur, attamen considerandа diversimodè est.

Dicimus ergo, quòd Medius is dicitur, *qui in loco ita constitutus est, ut æqualiter distet ab extremis ejusdem loci.* Et Medium substantivè est *ipse locus medius.* A ratione autem loci diversas significationes habet Medius, diciturque de eâ *re, quæ de utroque extremo participat*; sic amicus medius is est, qui duorum amicorum inter se Amicus quoque est, cum de amicitiâ utriusque participet; sic Tepidus, medius est inter calidum & frigidum, quia de calido, & frigido participat; & sic de hujusmodi singulis, quæ infinita afferri possent, exemplis. Quia vero, qui in medio est, undequaque circumspici potest, hinc medius pro *manifesto* aliquando sumitur; & cum constituatur medius ex participatione communi extremorum Medius pro *communi* interdum venit. Hinc etiam Medium substantivè acceptum iisdem rationibus sumitur pro *consortio*; pro *conspectu*, eò, quòd conspiciatur Medium ab omnibus, & circa illud cæteri sint. Quin etjam medium substantivè pro *parte æquali alteri parti, quæ ambæ unum integrum constituant*, sumitur; unde & Medius adjectivè sæpè applicatur hoc sensu nominibus substantivis. Sic dicitur medius siclus; Media pars; media portio &c.

Quoad vocem *Medius, a, um* habemus, quòd *mediâ nocte* percussi sunt primogeniti Ægyptiorum; quòd Ægyptios involvit Dominus *in mediis fluctibus* maris rubri; quòd *per medias tabulas* Tabernaculi à *summo usque ad summum* vectes de lignis Setim ponebantur, ad eas continendas. *Media pars sicli* offerebatur Domino à quoquam, quando numerabatur populus; & quidem tàm à divite, quàm à paupere. Medius siclus cinnamomi ponebatur in compositione olei sancti, pro unctione Sacerdotum, & vasorum Templi. Mediam partem (ex decimâ ephi parte) similæ offerebant manè, & mediam vesperè Sacerdotes in die unctionis suæ. *Medius stipes* candelabri in Tabernaculo erat ex auro ductili. *Media pars hin* vini per singulos vitulos in holocausto per mensem Domino libabatur. Cæsis Madianitis

Exod. 12, 4.
- 14, 27.
- 26, 28. & alibi.
- 30, 13.
- - 23.
- - 23.
Levit. 6, 20.
Num. 8, 4.
- 28, 14.

Num 31, 30 &c. (b) Media pars prædæ ex Madian, quomodo distributa. (b) *ex media parte filiorum Israel* acceptum est
quinquagesimum caput animantium de præda,
& data est Levitis: & mediam partem filiorum
Israël, quam separaverat, Moyses dedit his, qui
fuerant in prælio. Profecti de Phihahiroth
- 33, 8. Judæi notantur *per medium mare* transiisse in so-
- 34, 14. & alibi. litudinem. *Media Tribus Manasse* locum sibi
Deut. 3, 12. & alibi. sumpsit trans Jordanem. *Usque ad mediam
partem montis Galaad* data est Regio ab Aroër
Tribubus Ruben, & Gad; & omnis regio Ar-
- - 13. gob *media Tribus Manasse*. Moyses populo
- 5, 5. dicebat: *Ego sequester, & (c) Medius fui* (hic
(c) Medius idem aliquando, ac Mediator. sonat: Mediator) *inter Dominum & vos in tem-
pore illo, ut annuntiarem vobis verba ejus.* Jo-
sue capturus urbem Hai, nocte illa in medio
mansit populi, stetitque manè cum pugnato-
Jos. 8, 11. (d) Vallis media inter Hai, & Judæos. ribus *ad septemtrionalem urbis plagam*, (d) *in-
ter quam, & eos erat vallis media*; positisque
insidiis per bellicum stratagema, Haitæ edu-
- - 22. (e) Haitæ in medio Judæorum positi. cti sunt ex urbe; (e) unde Judæi medios hostes
habuêre, quos ferirent (Vid. *Hai*,) & ita illos
fregerunt, & contuderunt; postque hæc, scri-
psit Josue Deuteronomium, populusque in il-
- - 33. lius lectione ita dispositus est, *ut media pars
Israël esset juxta montem Garizim, & media
- 17, 16. juxta montem Hebal.* Urbs Jezraël dicitur *me-
diam possidens vallem.* (Vid. *Jezrael*). Jussit
- 18, 6. item Josue descriptores terræ promissæ *mediam*
pro septem, quæ remanserant tribus, *terram in
- 22, 7. septem partes* describere. (f) *Media, quæ su-
(f) Sors data mediæ Tribui Manasse. perfuit* Tribus Manasse, habitaturæ cis Jorda-
nem dedit Josue sortem ad occidentalem pla-
gam. Gedeon Madianitas oppugnaturus, in par-
Judic. 7, 19. tem castrorum ingressus est, cum suis, *incipi-
entibus vigiliis noctis mediæ.* E turri excelsa,
- 9, 51. &c. quæ erat *in media civitate* Thebes, dejectum
est fragmen molæ à muliere, & occisus Abi-
Ruth. 3, 8. melech. *Nocte jam media* vidit Booz mulie-
rem Ruth jacentem ad pedes suos. Saul in-
1. Reg. 11, 11. gressus *media castra* Ammonitarum in vigilia
- 14, 14. matutina, eos percussit, & disperdidit. (g) *In
(g) Philisthæi occisi in media parte jugeri. media parte jugeri, quam par boum in die ara-
re consuevit*, percussit Jonathas, & armiger
ejus quasi viginti virorum Philisthæorum. Ha-
2. Reg. 10, 4. non (h) Rex Ammonitarum *præscidit vestes* le-
(h) Mediæ vestes legatorum David præscissæ. gatorum Davidis *medias usque ad nates, & di-
misit eos*, dimidiâ parte barbæ rasâ. Populus
noluit, quòd David exiret in prælium contra
Absalom, dicens se magis de eo curare, quàm
- 18, 3. si etiam *media pars* ex ipso populo cecidisset.
Cùm autem rediret David ex campo Jerosoly-
- 19, 40. mam, *omnis populus Juda traduxerat Regem,
& media tantùm pars adfuerat de populo Israel.*
- 20, 12. De Amasa occiso scribitur, quòd *conspersus san-
- 23, 20. guine jacebat in media via.* De Banaja, quòd *per-
1. Par. 11, 22. cussit leonem in media cisterna in diebus nivis.* Quod
erat ex tribus tabulatis, per gyrum templi, Salo-
3. Reg. 6, 6. monis jussu fabrefactis, *medium tabulatum sex
- - 8. cubitorum latitudinis* erat. Ita *ostium lateris* (i)
(i) Ascensus in medium cænaculum Templi, &c. *medii in parte erat domûs dexteræ; & per coch-
leam ascendebant in medium cænaculum, & à
medio in tertium.* Cùm alæ Cherubim in ora-
culo positorum, utriusque una, tangerent Tem-
- - 27. pli parietem, *alæ alteræ in media parte Templi
- 7, 8. se invicem contingebant.* Ita habetur, quod
*domuncula, in qua sedebatur ad judicandum, e-
- - 32. rat in media porticu Templi.* Ita *media* (k)
(k) Inter columnas media basium in Templo pro luteribus. *intercolumnia* basium pro luteribus notantur
fuisse *quadrata, non rotunda.* Saba Regina
videns Salomonem, fassa est, quòd de ser-

monibus, & sapientiâ ejus licèt multa audis-
set, & magna, (l) *media pars* sibi non narrata 3. Reg. 10, 17. (l) Media pars mirabilium Salomonis non narrata Saba.
fuerat. Propheta, missus de Juda ad Jeroboam
Regem Israël, recusavit apud eum cibum su-
mere, etiamsi *mediam partem domûs* regiæ - 13, 8.
obtenturus fuisset; quia mandatum Domini ha-
bebat. Zambri *Dux mediæ partis equitum* - 16, 9.
erat, cùm rebellavit ab Ela, Rege Israël: post
mortem Zambri *divisus est populus Israel in du- - - 21.
as partes: (m) media pars populi sequebatur Theb- (m) Media pars Israel stans pro Thebni, media pro Zambri.
ni filium Gineth, ut constitueret eum Regem;
& media pars Amri.* Cùm Isaias nuntiâsset
mortem Regi Ezechiæ, (n) *antequam egrede- 4. Reg. 20, 4. (n) Ad mediam partem atrii revelatio facta Isaiæ de vita Ezechiæ.
retur mediam partem atrii*, revelatum est ei à
Domino, quòd adhuc anni quindecim vitæ con-
cedebantur Regi. Mentio est in sacris litteris
de virtute trium fortium, qui Davidis desiderio
audito aquæ, de cisterna Bethlehem, *per media* 1. Par. 11, 18.
castra Philisthiim transeuntes, aquam hause-
runt, & ad David attulerunt, qui eam Domino
libavit. Josaphat Rex Juda (o) *in medio cœtu* 2. Par. 20, 5. (o) Josaphat Rex Juda in medio cœtu Deum orans.
*Juda, & Jerusalem, in domo Domini, ante a-
trium novum*, supplex ad Deum confugit, orans
contra Gentes, quæ in ipsum insurrexerunt.

In libris Esdræ notantur aliqui ædificatores 2. Esdr. 3, 12.
in novâ Jerusalem mediæ partis hujus, vel illius - - 12.
vici; illiusque Principes, & Domini. Cùm au-
tem adversarentur Gentes in circuitu hujusmo-
di ædificationi, *media pars juvenum* (Judæo- - 4, 16.
rum) *faciebat opus, & media parata erat ad
bellum, &c.* & sic, dum alii ædificabant, *me- - - 21.
dia pars* eorum tenebat lanceas ab ascensu au-
roræ, donec egrederentur astra. *De manè* - 8, 3.
usque ad mediam diem, legit Esdras coram po-
pulo verba legis. Et quando dedicatio muri
Jerusalem celebrata est, *Osaias, & media pars* - 12, 32.
Principum Juda ascendit ad dexteram super
murum ad portam sterquilinii. Sic & *media* - - 37.
pars populi stetit super murum, & super turrim
furnorum, &c. In populi autem recognitione
advertit Esdras, quòd Judæi alienigenas duxerant
uxores, unde (p) *filii eorum ex media parte lo-* - 13, 24.
quebantur Azoticè, & nesciebant loqui Judaicè; (p) Filii Judæorum ex media parte loquentes Azoticè.
*& loquebantur juxta linguam populi, & populi;
&c.* unde eos increpuit & remedium apposuit.
De Tobia seniore habemus, quòd sepeliendis
mortuis addictus, eorum cadavera occultabat
(occisorum videlicet fratrum suorum. (Vid. *To-
bias.*) in domo sua, *& mediis noctibus sepelie-* Tob. 2, 9.
bat ea. Urbs Charan dicitur *in medio itinere* - 10, 6.
posita contra Niniven. Judith Holoferni di-
cebat, quòd revelante Domino tempus, ipsa ad-
duceret ipsum (q) *per mediam Jerusalem*: Oc- Judith. 11, 15. (q) Holofernes per mediam Jerusalem adducendus ex dictis Judith.
cisò autem ipsò Holoferne, in Cantico victoriæ
laudavit Dominum, *qui*, inquit, *posuit* (r) *castra
sua in medio populi, ut nos eriperet de manu o-
mnium inimicorum nostrorum.* Mardochæus, - 16, 4. (r) Castra Dei in medio populi sui
auditâ, quam moliebatur Aman, Judæorum
nece, indutus sacco, & capite cinere sparsus, *in*
(s) *platea media civitatis clamabat, ostendens* Esther. 4, 1. (s) Mardochæus in platea mediæ civitatis clamans.
amaritudinem animi sui, &c. Ubi Eliu apud Job
justitiam, & potentiam Domini ostendere niti-
tur, dicit, quòd in (t) *media nocte turbabun-* Job. 34, 20. (t) Turbatio populorum in media nocte.
*tur populi, & pertransibunt, & auferent violen-
tum* (quemquam Tyrannum) *absque manu* (h. e.
facilè adjuvante, & disponente Domino.)

In Psalmis est: *Si dormiatis inter medios* Psal. 67, 14.
cleros, pennæ columbæ deargentatæ &c. (V. *Clerus.*)
Ut quid (Domine) *avertis manum tuam, & dex-* - 73, 11.
teram tuam (eam non adducens pro salute nostrâ)
(u) de

(u) Deuteronomium de medio sinu suo educens.
Psal. 118. 62.
Prov. 8. 2.
- 20. 20.
- 23. 34.
- 30. 19.

(u) *de medio sinu tua in finem? Mediâ nocte surgebam ad confitendum tibi super judicia justificationis tuæ.* In Proverbiis describitur Sapientia, invitans ad amplexum sui, *in mediis semitis stans.* Item habetur: *Qui maledicit patri suo, & matri, extinguetur lucerna ejus in mediis tenebris.* Se inebrianti dicitur: *Eris, sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator, amisso clavo, &c.* Inter difficilia sibi ad intelligendum ponit Salomon *viam navis in medio mari.* De ferculo Salomonis in Canticis ponitur, quòd illud (x) *media charitate constravit, propter filias Jerusalem.* In libro Sapientiæ, inter scelera terræ sanctæ notatur, quòd ipsi idolis sacrificantes filios suos, fuerunt *comestores viscerum hominum, & devoratores (y) sanguinis à medio sacramento* (Dei); q. d. retrahentes se à juramento, & fœdere, quo Deo conjuncti erant, filios Deo Moloch sacrificabant, & de sacrificio illo viscera, & sanguinem sumebant. Ubi autem narratur occisio primogenitorum Ægypti, scribitur: *Cùm quietum silentium contineret omnia, & (z) nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus* (Domine) *de cælo à regalibus sedibus, durus debellator in mediam (aa) exterminii terram prosilivit, &c.*

Cant. 3. 10.
(x) Ferculum Salomonis media charitate constratum.
Sap. 12, 5.
(y) Idololatræ devoratores sanguinis à medio sacramento; ubi expl. text.
- 18. 14. 15.
(z) In medio noctis cursu facta occisio primogenitorum in Ægypto.
(aa) Ægyptus dicta terra exterminii.

Apud Jeremiam narratur, quòd capta Jerosolyma, Principes Babylonis *sederunt in porta media.* Vidit Ezechiel in visione virum, lineis vestitum, transire *per* (ab) *mediam civitatem in medio* h. e. in conspectu) *Jerusalem*, & signare Thau super frontes gementium super abominationibus, quæ fiebant in medio ejusdem urbis. In Templo reædificando, viso pariter ab Ezechiele in visione Gazophylacia erant *in superioribus humiliora*, (ac) *quia supportabant porticus, quæ ex illis eminebant de inferioribus, & de mediis edificii: Tristega enim erant, & non habebant columnas, sicut erant columnæ atriorum: propterea eminebant de inferioribus, & de mediis à terra cubitis quinquaginta.* Apud Danielem habetur, quòd Sidrach, Misach, & Abdenago, in fornacem immissi, *ceciderunt* (ad) *in medio camino ignis ardentis, colligati.* Idem Daniel, auditâ responsione unius ex senibus accusatoribus Susannæ mendace, ei dixit; (ae) *Rectè mentitus es in caput tuum: ecce enim, Angelus Dei acceptâ sententiâ ab eo, scindet te medium.* Ita & alteri pariter mentito ait: *Manet Angelus Domini gladium habens, ut secet te medium, & interficiat vos.* Prophetat Zacharias de Jerusalem: (af) *egredietur media pars civitatis in captivitatem, & reliquum populi non auferetur ex urbe;* cùmque dicat staturos pedes Domini contra Gentes, quæ Jerosolymam afflixerunt super montem olivarum, qui est contra Jerusalem ad orientem, subdit: (ag) *Et scindetur mons olivarum ex media parte sui ad Orientem, & ad Occidentem prærupta grandi valdè; & separabitur medium montis ad Aquilonem, & medium ejus ad Meridiem;* quibus verbis terræ motus aliquis futurus describitur eo tempore.

Jerem 39. 3.
Ezech. 9. 4.
(ab) Vir viliis per mediam Jerusalem transire signans frontes hominum T.
- 42. 5. 6.
(ac) Partes aliquæ eminentes de medio ædificii in templo, viso ab Ezechiele.
Dan. 3. 23.
(ad) Sidrach, & socii in medio camino ardenti positi.
- 13. 55.
(ae) Falsus accusator Susannæ medius scindendus ab Angelo.
- - 59.
Zach. 14. 2.
(af) Media pars Jerusalem egressura in captivitatem.
- - 4.
(ag) Mons olivarum medius scindendus.

Abiens in Persidem Antiochus Epiphanes, Lysiam reliquit ab Euphrate ad Nilum sui locum tenentem, & Antiochi filii sui Gubernatorem, dans ei *medium exercitum.* *Per mediam Ephron* debebat transire Judas Machabæus, (ah) cum copiis suis; at, cùm transitum negaret, capta est, omni masculo ejus interempto, Machabæum ipsum, congredientem cum Timotheo, duo cælestes viri, ex quinque, qui apparuerant, (ai) *medium*, habebant, & *armis suis circumseptum incolumem conservabant.* De Razia scribitur, quòd in turbas Gentium viriliter se præcipitans (ibant enim, ut ad Gentilismum eum traherent, secùs enormiter affligerent,) locum dantibus ipsis turbis, *venit per mediam cervicem &c.* (Vid. *Razias.*)

1. Mach. 3. 34.
- 5. 46.
(ah) Judas Mach. per mediam Ephron transiturus.
2. Mach. 10. 30.
(ai) Cælestes viri duo medium habentes J. Machab. pugnantem.
- 14. 44.

Mentio est, apud Evangelistas de navicula Apostolorum periclitante, fluctibus jactata *in medio mari.* In parabola virginum expectantium Sponsam, & Sponsum dicitur, quòd *mediâ nocte clamor factus est: ecce, sponsus venit, exite obviam ei.* (Vid. *Parabola.*) Christo (ak) Jesu venienti *per Sidonem ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos* adductus est surdus, & mutus, quem sanavit. (Vid. *Mutus, Surdus.*) Idem JEsus docens homines, ut vigilent, exemplo servorum, expectantium Dominum, subdebat: *Nescitis enim, quando Dominus domûs veniat, serò* (al) *an media nocte, an galli cantu, an mane.* Parabolam item habebat de amico, petentem ab alio (am) panem *media nocte*, cui non ex amicitia, propter importunitatem, cùm perseveret petere, dabitur; quo homines ad petendum, & orandum perseveranter instruebat. Idem Christus JEsus describitur transiens *per mediam Samariam, & Galilæam.* Quod *velum Templi* (an) *scissum est medium* in morte Christi Domini, pariter scribitur. Joannes Baptista, interrogatus à Pharisæis, num ipse esset Propheta, an Christus &c. respondit: *Medius vestrûm stetit, quem vos nescitis.* JEsus (ao) medius crucifixus est inter duos latrones.

Matth. 14. 24. & alibi.
- 25. 6.
Marc. 7. 31.
(ak) Christus inter medios fines Decapoleos sanans surdum, & mutum.
- 13. 35.
(al) An serò, an media nocte Dominus venturus sit, ignoratur.
Luc. 11. 5.
(am) Amicus media nocte panem petens ab alio.
- 17. 11.
- 23. 45.
(an) Velum Templi scissum medium in Christi morte.
Joan. 1. 26.
- 19. 18.
(ao) J. Christus medius inter duos latrones crucifixus.

In Actibus Apostolorum habetur, quòd Judas *suspensus crepuit medius.* De Paulo, & Sila notatur, quòd *media nocte —— laudabant Deum.* Troade Paulus, disputans, (ap) profecturus in crastinum *protraxit sermonem usque in mediam noctem;* & tunc fuit, cùm Eutychus de cænaculo decidit, & mortuus est, quem suscitavit Apostolus. (Vid. *Eutychus.*) Idem Paulus sui rationem reddens, dicebat, quòd (aq) *mediâ die* appropinquabat Damasco, quando vocatus est à Christo, lumine circumfusus, quod & Agrippæ Regi narravit. In magna maris tempestate, quam passa fuit navis Adrumetina, quæ vehebat Paulum dum *circa mediam* noctem navigarent in Adriâ, *suspicabantur nautæ apparere sibi aliquam regionem.* Ad Ephesios ipse Paulus scribens, ait, de Christo: (ar) *Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum, & medium parietem maceriæ* (quod metaphoricè intelligendum pro impedimento quocumque interposito) *solvens inimicitias* (h. e. causam inimicitiarum; diversitatem nempe Religionis inter Gentes, & Judæos; quos utrosque populos unum fecit, scilicet Christianum.) *in carne sua;* quænam autem sit hæc maceria, seu murus, patet ex sequentibus, scilicet, lex mandatorum. In Apocalypsi est, quod aperto sigillo septimo, (as) *factum est silentium in cælo, quasi media hora.* Et hæc sunt, quæ in sacrarum paginarum volumine habemus de hac dictione medius adjectivè sumptâ.

Actor. 1. 18.
- 16. 25.
- 20. 7.
(ap) Paulus in mediam noctem sermonem protrahens.
- 26. 13.
(aq) Mediâ die Christus Paulo apparuit.
- 27. 27.
Ephes. 2. 14.
(ar) Christus medium parietem solvens; ubi expl. text.
Apoc. 8. 1.
(as) Silentium in cælo factum, quasi mediâ horâ.

Quoad dictionem *Medium*, substantivè sumptam, habemus quidem plura; inter quæ est de idolis apud Isaiam, quod idolum artifex facit ex ligno, cujus ligni (at) *medium*, h. e. partem *combussit igni, & de medio ejus comedit carnes,*

Isai. 44. 16.
(at) Media pars ligni, ex quo fit idolum, igni reservata, ubi &

nes, igne scilicet coctus; q. d. videte, quid sint idole? ligoum nempe ad comburendum, & ad coquendas carnes eptum. Apod Danielem legimus, quòd cùm ellent in Babylonensi fornace tres pueri Judæi, Angelus Dei descendit in

Dan, 3, 50.

fornacem cum eis, *& fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem, & non tetigit eos omninò ignis, &c.* Zacherias prædicit, quòd

Zach. 14, 4.
(au) Medium montis oliveti ab alio medio separatum, ubi expl. text.

(au) *separabitur medium montis* (oliveti; & hoc ex ipsorum expositorum opinione creditur evenisse tempore Machabæorum sub Antiocho ex eliquo terræ motu, aliove prodigio, qualia quidem prodigia visa fuêre in cælis &c.) *ad Aquilonem, & medium ejus ad meridiem.* Sic prænnntiet,

(ax) Medium aquarum de Jerusal. ab alio medio diversè excurrens.

quòd (ax) *exibunt aqua vivæ de Jerusalem: medium earum ad mare orientale, & medium earum ad mare novissimam in æstate, & in hyeme erunt.*

Marc. 3, 3.
Luc. 6, 8.
Matt. 14, 60.

Jesus *habenti manum aridam* (dixit): *Surge in medium; & eum curavit. Exsurgens Summus Sacerdos*, ed quem ductus fuerat captus Jesus, *in medium; interrogavit JEsum, dicens: Non respondes quicquam aden, quæ tibi objiciuntur ab his? ille autem tacebat, & nihil respondit.*

- - 61.

Increpante Jesu dæmonium in obsesso, & jubente

Luc. 4, 35.
(ay) Dæmon projiciens obsessum in medium.

abire. (ay) *cùm projecisset illum Dæmonium in medium, exiit ab illo, nihilque illum nocuit.* Deferentes paralyticum ad JEsum, *& non invententes, quà parte illum inferrent præ turba, ascenderunt supra tectum,*

- 5. 19.
(az) Submissio paralytici per tectum in medium ante Jesum.

(az) *& per tegulas summiserunt eum cum lecto in medium ante JEsum.* Verùm cùm sæpè legamus *per medium: de medio: in medio: ad medium: contra medium: in medium: inter medium; circa medium*; quæ locutiones sint designativæ loci; & per vocem *Medium* non compleatur discursus, nisi explicatâ re, quæ erat in medio; seu cujus medium notatur, jam non est, quòd diu moremur referendo textus omnes, quæ de ipsa voce sunt in secre pagina, utpote qui alibi, & sæpè repeti debent; quepropter, notatâ solùm phrasi ille, quâ usus est

Coloss. 2, 14.
(ba) JEsus de medio tollens chirographum, &c. ubi expl. text.

Paulus dicens, quod JEsus (ba) *tulit de medio* chirographum decreti, quod eret contrarium nobis, *affigens illud cruci*; h. e. ebolevit decretum de morte, & damnatione æternâ. Itemque aliâ simili, quâ dicit: *Mysterium jam operatur iniquitatis*

2. Thess. 2, 7.
(bb) Mysterium iniquitatis de medio tollendum; ubi &c.

(bb) (signum videlicet Antichristi, & ejus symbolum Simon Magus, seductor,) *tantùm* (subintellige, restat) *ut qui tenet nunc,* (Spiritus verus Dei scilicet) *teneat* (h.e. duret.) *donec fiat de medio* (h. e. tollatur de medio mysterium hujusmodi.) Jamque satis erit voces & dictiones monere, in quibus præsens hæc dictio

(bc) Alia tensifirè.

legetur; & suot: (bc) *Abraham, altare, arx, anathema, arca, aries, atrium, Abimelech, Ægyptus, ager, amicus, abominatio, Auran, aqua, advena, arbor, avis, aquila, argentum, ædificium, adulterium, annus, amphora, Areopagus, animal, Babylon, Belial, Basilica, butyrum, benedictio, Carmelus, cælum, capra, civitas, caligo, Cherubim, cinnamomum, custram, cervix, caro, congregatio, confinium, cultor, catus, cor, catulus, Chananæus, cenans, capulus, consilium, compago, cogitans, collum, campus, catena, calumnia, cornu, cornicula, captivitas, Chobar, caminus, candelabrum, Dominus, Deus, domus, Damascus, discurrens, dæmonium, dolus, domesticus, Dux, Daniel, dens, Doctor, discipulus, Ecclesia, Euphrates, Ephraim, exasperans, equus, eques, egenus, exercitus, fax, fames, firmamentum, flamma, filius, frater fiumea, fluvius, femen, fornax, fons, furor, fundamentum, fatuus, fortis, fornicatio, Gabaonita, grex, germen, gladius, gratæ, gloriæ, Galaad, Heth, habitatio, hostis, hæreditas, Herodias, justus, ignis, Jordanes, jusjurandum, infirmitas, Jerusalem, Josaphat, inhabitatio, juvencula, jugerum, inimicus, iter, iniquitas, insensatus, idolum, incircumcisus, judicium, Jezonias, inquinamentum, insula, infernus, ignitus, Jada, interfectus, Job, Judex, Israel, infame, jumentum, humiliatio, Judæa, immundum, lignum, Levita, labor, leo, leunculus, lagena, lampas, linea, lebes, labium, laqueus, lacus, lactens, lucus, legio, lupus, lectum, lapis, mare, mirabile, mensura, multitude, malum, multus, mons, magnus, multum, mulier, magnificus, mærens; mel, magniloquus, meridies, manus, magnus, nox, nuvo, nubes, nebula, Noe, mundus, numerus 2. 3. 4. 7. novus, nomen, navis, navicula, Os, ossis, ortis, Oraculum, onus, olla, ovis, opus, Paradisus, pars, populus, pluten, Propheta, Prophetes, possessio, pestilentia, pollutum, porta, pax, paries, Princeps, pulvis, plumbum, petra, pellis, Presbyter, planctus, pecus, pauper, pedes, prodigium, parvulus, proximus, Petrus, Paulus, Rubus, Rex, Regio, Rector, rota, reversio, ficcum, sordes, Sanctuarium, sanctificatio, sanctus, senex, senior, sedes, salix, salus, saltus, solemnitas, sinus, sanguis, stercus, spiritus, Sacerdos summus, sanctificans, sermo, sol, Silo, Saul, Samuel, Samaria, similitudo, Sion, Synagoga: semita, sapiens, Saphira, scelus, Sabbatum, siccatio, sagena, Sidon, superius, statua, superbia, spolium, sedens, signum, terra, tribulatio, torrens, Tabernaculum, tenebra, Templum, tympanistria, vacca, urbs, vallis, vigilia, tribulatio, turba, trabes, turris, tribus, tristegum, triticum, transiens, trulla, thronus, vicus, venter, umbra, venditio, vertigo, vas, vulneratus, vidua, vinculum, uber, vinea, vitulus, virtus, volans, zizania*; præter quas etiam in eliis, aliquid frequenter apparebit quoad dictionem *Medium.* Interea *notas mysticas* legendo, plura etiam litteraliter de eedem dictione percipientur.

Carnalium corda in Ecclesie, quibus etiam nota sunt mysterie sacræ Scripturæ, medium ventris Christi dicit D. Augustin. Myst. D. Aug. ep. 180.

Conscientia medium, in qoo est Deus, eppellatur à D. Basilio, & Augustino. Idem, & D. Bas. in Psal. 45.

Ecclesia figuratur per medium terræ, & per medium terræ Ægypti figuratur à D. Aug. D. Aug. f. Ps. 73.

Fiducia divina pietatis, in qua spei pedem figere debemus, designatur, per medium Jordanis, in quo stetit arca, ex Richardo de S. Victore. Ric. de S. V. de ext. mal. 31.

Infirmitas mortalis, & peccatum, figurantur in medio rubi, ut notat Origenes. Orig. f. Jer. h. 2.

Initium boni operis symbolizetur in medio hyacinthinæ tunicæ, de qua Exod. 29. ut habet Glossa ordinaria; sic *Initium perfectum*; & quidem etiam ex profanis illud est carmen. Gl. ord. f. Ex. 18.

Dimidium facti, qui benè cœpit, habet.

Libidinosa vita. Vid. *Vita libidinosa.*

Mortalis infirmitas. Vid. *Infirmitas mortalis.*

Occultum tempus adventus Christi. Vid. *Tempus occultum.*

Opera perfecta, quæ ornantur prædicatione, repræsentantur in medio malorum granatorum; ut habet Glossa ordin. Gl. ord. f. Ex. 28.

Peccatum. Vid. *Infirmitas mortalis.*

Profe-

Orig. f. Jer. h. 4. — *Prosperitas* hujus mundi symbolizatur in medio dierum perdicis; ex Origine.

D. Hier. f. Hab. 3. — *Tempus adventûs Christi* significatur per medium annorum; ut scribit D. Hieronymus.

Orig. f. Matt. h. 30 — *Tempus occultum adventûs Christi* notatur in media nocte: Ita *Spiritus judicis*, quod inexpectatum veniet, dum nullus cogitat; ex Orig.

Tentationis vis. Vid. *Vis Tentationis.*

D. Hil. f. Psal. 56. — *Tribulatio*, & quidem *Tribul. Christi*, in medio catulorum leonum exemplificator; ex D. Hil.

Turpis vita. Vid. *Vita Turpis.*

Dion. Carth. f. Cant. 2. / D. Antonin. in sum. p. 4. tit. 15. c. 43. & c. 15. & part. 3. tit. 31. c. 2. paragr. 2. 3. & p. 4. tit. 15. c. 24 / Alb. M. f. Missus est c. 21. in postil. f. Luc. 1. & f. Missus est, c. 113. / D. Bonav. in spec. B. V. c. 10. / D. Bern. ser. 2. in Pent. — *Virgo Maria* dicitur medium incarnationis Dei à Dionysio Carthusiano. Medium omnis gratiæ: Medium Terræ, in quo Deus operatus est nostram salutem, & medium virginale, in quo nostram salutem operando carnem assumpsit humanam: Medium universale, per quod facta fuit pax inter Deum, & hominem, à D. Antonin. Medium omnis gratiæ, à Deo in homines transfundendæ; Medium terræ, in quo Deus salutem nostram operatus est: Medium universale in causa pacis, ab Alberto Magn. Medium terræ benedictum, in quo benedictus est Israël, Dei populus, cui benedixit Dominus, operando in eo salutem nostram, à D. Bonaventura. Medium terræ, ad quod respiciunt & qui in cælo habitant, & qui in inferno; & qui nos præcesserunt; & nos, qui sumus; & qui sequentur; & nati natorum, & qui nascentur ab illis, à D. Bernardo.

Orig. f. Exod. h. 6. — *Vis tentationis* exhibetur per medium maris, & per medios fluctus; ex Origene.

D. Greg. f. 1. Reg. 15. — *Vita turpis & libidinosa*, demonstratur per medium Amalec; ex D. Gregor. Magno.

Medians.

Hist. (a) Quid est. Joan. 7. 14. (b) Die festo mediante Christus in Templum ascendit; ubi e. t.

Participium (a) est à *medio*, verbo, quod est: *interponor*. Sic apud Joannem ait, quòd (b) *die festo mediante*, (quæ tamen vox pro medio interpretantur S. Augustin. & S. Jo. Chrysostomus, h. e. quarto die festi, ad medium septimanæ deducto) *ascendit Jesus in Templum, & docebat.*

Medietas.

Hist. (a) Quid est. Exod. 26. 12. (b) Usus medietatum sagi in tabernaculo. 2. Par. 9. 6. (c) Medietas sapientiæ Salomonis vix narrata Saba. Tob. 12. 4. (d) Medietas bonorum proposita Raphaëli in præmium à Tobia.

Quando aliquod totum (a) in *duas æquales partes* dividitur, una ex illis Medietas *totius* dicitur. (b) Ex medietate sagi (sermo est de sagis, paratis ad operiendum Tabernaculum) cooperiebatur tectum tabernaculi; & ex medietate posteriora ejus. Saba (c) testata est Salomoni, quòd vix medietas sapientiæ ejus sibi narrata fuerat. (d) Medietatem de omnibus, quæ attulerat secum ex itinere, proponebat porrò Tobias junior Tobiæ seniori, dare viæ duci Raphaëli, & sic ambo postea ipsimet Raphaëli, rogantes, ut acciperet; at ille se Dei Angelum declaravit. In libro Sapientiæ dicitur, quòd (e) Deus dedit scientiam, ut initium, consummatio, & medietas temporum sciretur. Apud Isaiam, ut stupor, & insensibilitas idolorum notetur, ponitur: (f) *Medietatem ejus* (ligni ad faciendum idolum scilicet) *combussi igni, & coxi super carbones, & comedi, & de reliquo ejus idolum faciam?* Ezechiel, dum comparat lignum vitis, quod solùm igni servit, cum Jerosolyma, de illo ait: *Ecce, igni datum est in escam: utramque partem ejus consumpsit ignis, & (g) medietas ejus redacta est in favillam; numquid utile erit ad opus?*

Sap. 7. 18. (e) Scientia data à Deo ad sciendam temporum medietatem &c. Isai. 44. 19. (f) Medietas ligni, quo fit idolum, igni tradita in hominum servitium. Ezech. 15. 4. (g) Medietas ligni vitis redacta in favillam.

Medulla. Medullatus.

Hist. (a) Quid utraque vox.

Concoctis (a) *sanguinis pars* est Medulla; seu *concoctum sanguineum alimentum*; seu ut aliis magis arridere videtur, *concoctum sanguinei alimenti excrementum, quod in ossibus medium est, & spinâ dorsali*; ideòque Medulla dicitur; ita verò, ut non omnia ossa Medullam habeant. Hinc derivative sumitur etiam *pro quacunque re, quæ in alia continetur*; ita pars arboris interior, arboris Medulla dicitur; & etiam *pro re pinguedine*; unde postea *Medullatus* pro *pingui*. Unde etiam Medulla pro *parte meliori*.

Gen. 45. 18. (b) Medulla terræ promissa Jacob. &c. Num. 18. 12. (c) Medulla olei, & tritici data à Deo Sacerdotibus, & Levitis. Deut. 32. 14. (d) Judæi comedentes medullam tritici. Job. 21. 24. (e) Ossa impiorum medullis plena cur; ubi expl. text.

Pharao dixit Joseph, ut fratribus suis imperaret, quatenùs patrem suum reducerent in terram Ægypti ad se, & appromisit: *Ego dabo vobis omnia bona Ægypti, ut* (b) *comedatis medullam terræ.* Dominus Deus addixit Sacerdotibus, & Levitis (c) *omnem medullam olei, & vini, ac frumenti, quicquid offerunt* (populi scil.) *primitiarum Domino.* In cantico Moysi canitur, quòd Dominus stabilivit, & constituit populum suum in eo felicitatis statu, ut comederet (d) *hircos, cum medulla tritici, & sanguinem uvæ biberet meracissimum.* Job quærit, *cur impii viscera — plena sunt adipe, & (e) medullis ossa illius irrigantur*; cùm pius ècontra miseriam patiatur, & bene advertit hoc ad divinam dispositionem, & providentiam pertinere, quæ impios ad æternas reservat cruciatûs; ècontrà verò pios ad æterna gaudia. Apud Ezechielem habetur ex ore Domini (f) *aquila grandis magnarum alarum* (Rex Babylonis) *longo membrorum ductu, plena plumis, & varietate*, (potens ex vasto Imperio, variarumque nationum exercitu) *venit ad Libanum* (in Judæam scilicet,) *& tulit medullam cedri* (Regem videlicet Jechoniam, totamque regiam familiam); *summitatem frondium ejus* (cedri intellige, h. e. Jechoniam Regem tenerum, juvenem satis) *avulsit, & transportavit eam in terram Chanaan*, (h. e. mercatorum; unde bene subsequentia ponuntur,) *in urbe negotiatorum* (in Babylone scilicet) *posuit illam &c.* & dum prosequitur sub hujusmodi metaphoris prænuntiare ventura de Regno Juda, & Regibus ejus adducendis in Babylonem, ultimò dicit Dominus: *Sumam ego de* (g) *medulla cedri sublimis* (h. e. de regia stirpe David) *& ponam.* (constituam scilicet super populum meum electum:) *De vertice ramorum ejus tenerum* (ramum videlicet, h. e. Zorobabelem, futurum postea Ducem Judæorum in reversione à captivitate; meliùs autem alii putant Messiam) *distringam, & plantabo super montem excelsum, & eminentem* (Sion.) Ad Hebræos scribens, Paulus habet, quòd sermo Dei, seu filius Dei *pertingens* (est) *usque ad divisionem animæ, ac spiritûs, compagum quoque,* (h) *ac medullarum, & discretor cogitationum, & intentionum cordis.*

Ezech. 17. 3. (f) Medulla cedri è Libano sublata ab aquila magnarum alarum; ubi expl. text. — — 22. (g) Deus de medulla cedri sumpturus; ubi e. t. Heb. 4. 12. (h) Sermo Dei pertingens usque ad divisionem medullarum.

Medullatus, ut supra innuimus, idem est, ac *pinguis abundans, pinguedine plenus &c.* David in Psalmis ajebat ad Dominum: *Holocausta* (i) *medullata offeram tibi, cum incenso arietum.* Isaias prophetans de beneficiis, à Deo futuris populo in monte Sion, ex ore ejusdem Dei refert: (k) *Faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc convivium pinguium, convivium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defæcatæ.* Et prædicens acerbam Dei ultionem super Idumæam dicit: *Gladius Domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe, de sanguine agnorum, & hircorum,* (l) *de sanguine medullatorum arietum &c.* h. e. Potentiorum, & ditiorum hominum, Principum, &c.

Psalm. 65. 15. (i) David Deo promittens holocausta medullata. Isai. 25. 6. (k) Convivium medullatorum &c. faciendum à Deo. — 34. 6. (l) Gladius repletus de sanguine medullatorum arietum, ubi e. t.

D. Hier. f. Ezech. 17. *Christus* verè est medulla cedri, quam plantavit Deus; ot notat D. Hieronymus. Vid. *Notas Historicas.*

D. Greg. 23 m. 23. *Divitiæ* in medulla terræ Ægypti repræsentaotur, ut habet D. Gregorius magnus; & hæ sunt, quæ divitis medullæ dicuntur.

Orig. f. Ezech. 12. 13. D. Hier. f. Ezech. 17. *Jechonias* medulla cedri dicitur, ut vidimus *in notis historicis*; suffragantur autem huic interpretationi omnes expositores; & præcisè Origenes, & D. Hieronymus.

D. Gr. f. Ezech. h. 32. *Intentiones*, quas discernit sermo Dei, medullæ cordium nuncupari possunt; ex D. Greg. Magno.

Idem 32. m. 33. *Sacrificia oris, & cordis*, quæ fiunt cum charitate, figurantur in holocaustis medullatis; ut scribit idem Div. Gregor. Magnus; sic omnia *opera bona* cum fervida charitate conjuncta.

Medus. Vid. Media.

Meetabel.

Hist. Gen. 36. 39. 1. Par. 1. 50. (a) Quæ est, nom. interpr.

Uxor (a) *Adar*, Regis septimi in Edom, fuit *Meetabel filia Matred filia Mezaab.* Significat: *quam bonus Deus: Benefaciens Deus.*

Megbis.

Hist. 1. Esdr. 2. 30. (a) Quid est, & nom. signif. Adrich. in Trib. Benj. num. 89.

Reversi (a) sunt cum Zorobabele de Babylone *filii Megbis centum quinquaginta sex*; an autem sit nomen viri, ut à pluribus creditur; an verò urbis, ut alii dubitant, nescimus. Sonat: *Eminens: Altitudo. Urbem* inter cæteros dicit esse Adrichomius, & ponit *in Tribu Benjamin.*

Megphias.

Hist. 2. Esdr. 10. 20. (a) Quis est, & quid sonat.

Inter eos, (a) qui fœdus initum cum Domino signârunt sub Nehemia, ponitur Megphias, cujus nominis interpretatio est: *Corpus compressum: Corpus congregatum: Corporis tinea: Vestimenti tinea.*

Mehusim.

Hist. 1. Par. 8. 11. (a) Quis est, & significat.

In (a) Genealogia Benjamin, & Saul ponitur *Mehusim Pater Abitob, & Elphaal*: Ejus etymologia est: *Tacentes: Festinantes, sensuales.*

Meiarcon.

Hist. Jos. 19. 46. (a) Quid est, & Lect. LXX.

In Josua inter (a) *urbes datas Tribui Dan*, legimus, quòd datæ sunt *& Meiarcon, & Arecon, cum termino, qui respicit Joppen*; ita in Vulgata est; qui textus legitur à Septuaginta: *καὶ ἀπὸ θαλάσσης ἱερακὼν ὅριον*, scilicet *& à mari Heracon Terminus &c.* Ex qua duplici lectione alii unam eandemque faciunt ex duabus dictionibus urbem, ut P. Lubin; alii duplicem, ut habet Adrichomius, imò triplicem.

Lubin. h. v. Adr. in Tr. Dan. n. 36. 37. 22.

In qua re dubia non displicet mihi opinio P. Lubin, si mecum velit dicere; quod Meiarcon non sit quidem urbs, sed *lacus prope urbem Arecon*, qui denotatur per mare apud Septuaginta; (b) Meiarcon enim sonat: *Aquæ Jarcon, sive Arecon*; unde Adrichomius vult dici *Mejajarcon*. Lacus autem hic *in Tribu Dan* erat, ad Septentrionem ipsius prope Tribum Benjamin, & Ephraim. Aliqua apocrypha exemplaria ponunt: *Atque Hiericon.*

(b) Signific. nom. ubi locus hic lacus putatur.

Mel

Mel.

Quid Mel sit, unusquisque novit. (a) Succum florum ingeniosa exugit apes, & in alveario reddit, ubi pars solidatur parum, pars liquida, viscosa tamen remanet; illa cera, hæc mel est; cibus quidem sumitur aut lambendo, satis nutritivus, & dulcis; quòd si quid melle liniatur, à vermibus, & corruptione servatur. Bilem tamen mover in stomacho; Quæ putrida sunt in vulneribus, & nosia exedit mel, quod cum diximus esse (b) *florum succum ab ape haustum, & redditum ab ore in alveario, separatum tamen à cera*; videndum est, quid sit hujusmodi succus; & is, ut scriptoribus attendamus, dicitur ab aliquibus (c) *cæli sudor*; ab aliis *syderum saliva*; ab aliis *se purgantis aeris succus*; at Metaphorica hæc sunt nomina; quid cæli sudor, & syderum saliva, quid se purgantis aëris succus? (d) *Ros est ex aere decidens, syderum maximè exortum, & sublucano tempore*: Hunc sugit apes, & in alvearium ore suo defert; ibi fermentatur; & mel (partem excrementitiam, id est ceram si detrahas,) pars roris illius purissima, habetur. Cùm ergo floribus abundantem terram debeat inhabitare apes, seu plantis odoris, jam terra illa, in qua apes frequentes sunt, & mellis copiam præbet, pro terra abundanti, & fœcundâ sumitur: Hincqua est, quod Balsamum, oleum, lac, (e) & mel in signum terræ fœcundissimæ referuntur; ut apparebit etiam ex adducendis textibus, & locis.

Hist. (a) Fabricatio mellis; & ejus dotes. Hujus autem vocis textus notus non signantur, nisi ubi sis locus. (b) Quid est. (c) Nomina varia à scriptoribus data succo florum. (d) Quid florum succus. (e) Mel in signum terræ fœcundissimæ est.

Ægrè filios suos remittens Jacob in Ægyptum cum Benjamin *modicum resinæ, & mellis, & stactes, &c.* eis dedit, tanquam munera Proregi offerenda. Dominus Moysi dixit, se daturum populo Judaico terram bonam, & spatiosam; & quod deducet eum *in terram, quæ fluit* (f) *lacte, & melle*; & quæ *lacte, & melle manat.* Quod sæpè in sacris litteris repetitur, cùm agitur de terra promissionis, seu Chanaan, in quam per Ducem Moysem, ipse Dominus Deus populum suum de Ægypto deduxit. De Man, quod idem Dominus Deus fecit, ut plueret populo suo in deserto scribitur, quod *erat quasi semen coriandri album; gustusque ejus, quasi simila cum melle.* In Levitico præscribitur ritus hujusmodi: *Omnis oblatio, quæ offertur Domino, absque fermento fiet,* (g) *nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio Domino.* Dathan, & Abiron, rebellantes à Moyse in deserto, obedire ipsi vocanti renuerunt, dicentes: *Non venimus. Numquid parum est tibi, quod eduxisti nos de terra, quæ* (h) *lacte, & melle manabat, ut occideres in deserto, nisi & dominatus fueris nostri? re verà induxisti nos in terram; quæ fluit rivis lactis, & mellis, & dedisti nobis possessiones agrorum, & vinearum. An & oculos nostros vis eruere? non venimus.* Terra promissionis item dicitur terra, in qua plura nascuntur, & pro coronide fœcunditatis demonstrandæ vocatur terra *olei, ac mellis.* Et in cantico Moysi dicitur, quòd Dominus constituit populum suum super *excelsam terram, ut comederet fructus agrorum, ut sugeret mel* (i) *de petra, oleumque de saxo durissimo.*

Gen. 43. 11. Exod. 3. 8. & alibi pass. (f) Terra Chanaan lacte, & melle manans. — 16. 31. Lev. 2. 11. (g) Mel non adolendum Domino. Num. 16. 12. 13. (h) Ægyptus lacte, & melle fluens. — 14. Deut. 8. 8. — 32. 13. (i) In terra promissa mel de petra.

De Samsone legimus, quod leonem cùm occidisset, *post aliquot dies revertens, ut acciperet* (uxorem,) *declinavit, ut videret cadaver leonis,* (k) *& ecce, examen apum in ore leonis erat, ac favus mellis, quem cùm sumpsisset in manibus comedebat in via*; deditque partem ejus parentibus suis, non eis manifestans, quòd mel de leo-

Judic. 14. 8. (k) Mel in ore leonis emortui. — 9.

de leone mortuo habuerat. Hinc ænigma sol-
Judic. 14. 4. vendum composuit: *De comedente exivit cibus,*
& de forti egressa est dulcedo; solutum autem fuit
hujusmodi ænigma à sodalibus illius, rem totam
qui sciverunt ab uxore ejusdem Samsonis, quæ ab
illo interpretationem didicerat, respondentibus:
- - 18. (l) Melle nil dulcius. (l) *Quid dulcius melle, & quid fortius leone?*
De Jonathe filio Saulis habemus, quod postquem
1. Reg. 14. 25. - - 26. Philisthæhos dispersit, agrum ingressus est, in quo
mellificaverant apes, unde extendens summita-
- - 27. &c. (m) Melle vix gustato revixit spiritus in Jonathâ lasso. tem virgæ quam habebat in manu, *intinxit in*
favum mellis, & convertit manum ad os suam,
& illuminati sunt oculi ejus; facilè enim propter
laborem pugnæ debilis factus nutabat visu, &
oculis; hinc cùm jejunium fregisset contra
Patris prohibitionem, quem ignorabat, nisi po-
pulus pro eo intercessisset, vix mortem effugis-
set. (Vid. *Jonathas*) De Sobi, Mechir, & Berzel-
lai scribitur, quod Regi David in castris, dum
contra Absalom esset, varia obtulerunt munera,
2. Reg. 17. 29. (n) Mel oblatum Regi Davidi ab amicis. inter quæ (n) *mel, & butyrum, oves, & pingues*
vitulos. Uxor Jeroboam, pergens incognite
ad Ahiam Prophetam, super filio ægrotante in-
terrogatura, secum tulit, offerenda Prophetæ,
3. Reg. 14. 2. (o) Item ab uxore Jeroboam Prophetæ. (o) *decem panes, & crustulam, & vas mellis.* Rab-
saces, minister Regis Assyriorum, invitabat Je-
rosolymitanos cives, ut se eidem Assyriorum
Regi dederent, appromittens ipsis pacem, &
4. Reg. 18. 30. tanquam verba Regis Assyriorum, dicens: *Hæc*
- - 32. *dicit Rex Assyriorum*, addebat: *Donec veniam,*
& transferam vos in terram, quæ similis est terræ
vestræ, in terram fructiferam, & fertilem vini,
terram panis, & vinearum, terram olivarum;
(p) Assyria dicta terra olei, ac mellis. (p) *& olei, ac mellis, & vivetis, & non moriemini.*
Ezechiâ Rege Juda, cultum veri Dei restituente,
2. Par. 31. 5. oblatæ sunt primitiæ à filiis Israël *frumenti, vini,*
& olei, mellis quoque, & omnium, quæ gignit hu-
mus, decima. Job, de Impio sermonem habens,
Job. 20. 17. ait: *Non videat rivulos fluminis, torrentes mellis,*
& butyri. In Psalmis judicia Dei, quæ intelli-
Psal. 18. 11. guntur pro mandatis, dicuntur *dulciora super*
mel, & favum; & quod Deus *de petra, melle sa-*
- 80. 17. *turavit* Judæos, quod intelligendum est de aqua
dulci, de petra in deserto extractâ virgæ Moysi
- 118. 103. tactu. David ad Dominum canit: *quàm dulcia*
faucibus meis eloquia tua super mel ori meo! In
Prov. 16. 24. Proverbiis legitur: *Favus mellis, composita ver-*
- 24. 13. *ba. Comede, fili mi, mel, quia bonum est, & fa-*
- - 14. *vum dulcissimum gutturi tuo; sic & doctrina sa-*
- 25. 16. *pientia animæ tuæ &c. Mel invenisti, comede quod*
- - 17. *sufficit tibi, ne fortè satiatus evomas illud: subtra-*
he pedem tuum de domo proximi tui, ne quando sa-
- - 27. *tiatus oderit te. Sicut qui mel* (q) *multum co-*
(q) Mel multum comestum non bonum. *medit, & est ei bonum: sic qui scrutator est maje-*
statis, opprimetur à gloria. In canticis Sponsus
Cant. 4. 11. mysticus ad mysticam Sponsam inquit: *Favus*
(r) Mel, & lac sub lingua Sponsæ mysticæ. *distillans labia tua,* (r) *Sponsa, mel, & lac sub*
lingua tua &c. Et Sponsa cum Sponso loquens,
- 5. 1. & eum invitans ad se, ait: *Comedi favum cum*
melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo. A-
pud Ecclesiasticum habemus sapientiam, dicen-
Eccli. 24. 27. tem: *Spiritus meus super mel dulcis, & hæreditas*
mea super mel, & favum. Inter necessaria vitæ
- 39. 31. hominum ponitur *mel & botrus uvæ &c.* Josue
& Caleb dicuntur à Deo constituti ad ducendum
- 46. 10. Judæos *in hæreditatem, in terram, quæ manat lac,*
- 49. 2. (s) Memoria Josiæ, ut mel. *& mel.* Et de Josia habetur: *In omni ore* (s) *quasi*
mel indulcabitur ejus memoria, & ut musica in
convivio vini. Apud Isaiam, cùm prædicitur Mes-
Isai. 7. 15. (t) Messias mel comesturus; ubi expl. text. siæ nativitas, dicitur de eo: *Butyrum, & mel*
comedet (ut infans videlicet suscepturus alimen-

tum,) *ut sciat reprobare malum, & eligere bonum.*
Ita & prophetans Judæos auferendos, & futura
in adventu Messiæ bona, dicit per metaphoram:
(u) *Butyrum, & mel manducabit omnis, qui reli-* Isai. 7. 22. (u) Reliquiæ in terra Juda manducatura butyrum, & mel.
ctus fuerit in medio terræ. De Ismaële, qui Go-
doliam interfecit, decem viris pepercit, qui ve-
nerant oblaturi munera Domino in domo sancta,
& qui habebant *thesauros in agro, frumenti, &* Jer. 41. 8.
hordei, & mellis. Ezechiel in visione comedit vo-
lumen, & ait: (x) *& factum in ore meo mel dul-* Ezech. 3. 3. (x) Volumen comestum ab Ezechiele, & mel dulce.
ce. Jerosolymæ item dicit ex ore Domini, ut
demonstret, quam exaltata fuerit ab ipsomet,
quæ erat prius abjectissima: *Similam, & mel,* - 16. 13.
& oleum comedisti, & decora facta es vehemen-
ter nimis, & profecisti in regnum; doletque Do- - - 19.
minus, quòd panem, similam, oleum, mel, & hu-
jusmodi, h. e. substantias omnes, quas habuerat,
idolis obtulerat. Et dum Tyro repræsentatur
opulentia ejus, inter reliqua dicitur: (y) *Juda, &* - 27. 17.
terra Israël, ipsi institores tui in frumento primo, (y) Mel allatum in urbem Tyri.
balsamum, & mel, & oleum, & resinam proposue-
runt in nundinis tuis. De Joanne Baptista scri-
bitur in Evangelio, quòd (z) *esca ejus erat locu-* Matth. 3. 4.
sta, & mel sylvestre. Item habemus, quòd Chri- Marc. 1. 6. (z) Mel sylvestre cibus D. J. Baptistæ.
sto Domino, apparenti post resurrectionem suam
discipulis, & petenti aliquid ad manducandum,
illi obtulerunt *partem piscis assi, & favum mellis*; Luc. 24. 42.
& manducavit &c. In Apocalypsi legimus, quòd
datus est Joan. Evangelistæ in visione (ab) liber ad Apoc. 10. 9.
devorandum, dulcis ut mel in ore, sed qui ama- - - 10. (ab) Liber vocatus à D. Joan. Ev. ut mel dulcis.
ricari fecit ventrem ejus. (Vid. *Favus.*) Item-
que *Apes.*) Incongruum interea non erit (ac) sci- Plin. l. 11. c. 12.
re, quòd cùm mel vitam diu servare habeat, De- (ac) Democritus melle usus, longævus.
mocritus melle usus ad 120. annos vixit
Itemque quòd præter apem (ad) etiam avis An- Diodor. & Apollon. c. 38.
thredon in Hyrcania; & aliquando homines ali- (ad) Mel ex aliis præter apem.
qui in Africâ mel ejusdem rationis fabricêrunt.

Allegorica locatio sacra Scriptura, Vid. *Sen-* Myst.
sus spiritualis Sacræ Scripturæ.

Anima, Deo grata, per Mel significatur, per D. Aug. S. Psal. 18.
eum enim & per vitam, quæ venit pro cera, ex-
primitur favus; ex Div. Augustino.

Consolatoria verba in melle significantur; & Laur. in Syl. all. v. favus.
tale est mel, quod est sub lingua Sponsæ Cant. 4.
ex Laureto.

Delectatio, Gustus, & Suavitas, quæ habe- Geor. Ven. Cant. to. 7.
tur ex divina Sapientia, designatur in melle; ut
habet Georgius Venetus.

Divinitas in Christo denotetur per mel, sicut D. Greg. 15. m. 9.
per ceram humanitas; & sic Christus dulcissi-
mus favus est; ex D. Greg. Magno.

Doctrina Evangelica, & perfecta, primatum Laur. in Syl alleg. v. favus.
tenens dulcoris in escis cordis, assimilatur melli;
ut notat Lauretus.

Doctrina Pauli Apostoli, quâ mentis vulnera D. Ambr. de Jo s. 9.
sine acerbitate curantur, repræsentatur in melle,
quô putrida vulnerum, & noxia exeduntur; ex
Ambrosio.

Dulcedo verborum, quâ delectabantur, & D. Hier. S. Isai. 7.
delectantur Judæi in superficie eorum manen-
tes, figuratur interdum in melle; ex D. Hieron.

Eloquentia vana, & scientia vana Gentium, Phil. de Vict. offer.
non admittenda in veritatis demonstratione, ex-
hibetur in melle, quod Domino non offerebatur
in sacrificiis; ex Philone.

Gustus. Vid. *Delectatio.*

Locatio allegorica sacra Scriptura. Vid. *Sen-*
sus sacra Scriptura.

Opera bona, & Verba bona demonstrantur Orig. S. Isai. h. 2.
per mel, quod dicitur comesturus Messias, seu
Emanuel, apud Isaiam cap. 7. ex Origene.

D. Hilar. f. Matth. c. 2. *Peccatores, ex gentibus conversi*, symbolizantur in melle Sylvestri; à D. Hilario.

Isych. f. Lev. 2. *Resoluti blandimentis delitiarum, & voluptatum*, utpotè qui mysteriorum Dei participes esse non possunt, significantur per mel, in sacrificiis noo adhibitum; ut scribit Isychius.

D. Gregor. M. f. Cant. 4. *Sapientia Prædicatorum*, ut mel æstimatur, latens in cerâ fragilitatis humanæ; à D. Gragorio M.

Scientia vana gentium. Vid. *Eloquentia vana.*

Laur. in Syl. alleg. v. favus. *Sensus varii sacræ Scripturæ* exemplificantur in melle; ex Laureto. Ita cùm favus sit sacra Scriptura, in quâ cera est littera, *sensus spiritualis* mel reputatur; seu etiam *allegorica locutio*; subductâ námque litterâ, & simplici locutiona, suavitas sensûs spiritualis habetur; qui equidem sensus, sicuti & allegorica locutio, sicuti & *sensus moralis*, & uno verbo, *omnis sensus sacræ Scripturæ mysticus* exprimi debet è litterâ, veluti mel de cera, cum labore, & mora, ut henè percipiatur.

D. Hier. f. Ezech. 16. *Spiritus sanctus*, cui attribuitur Prophetia, ostenditur per mel, quòd cum simila, & oleo comedit Jerusalem, in quâ plures fuêre Prophetæ; ex D. Hieronymo.

Suavitas. Vid. *Gustus.*

Verba bona. Vid. *Opera bona.*

Verba consolatoria. Vid. *Consolatoria verba.*

Rich. à S. Laur. de laud. B. V. l. 4. *Virgo Maria* à Richardo de S. Laurentio assimilatur melli illi, quo gustato, illuminati sunt ocoli Jonathæ, id est, justi; quocirca ab Ecclesia in salve Regina nuncupatur: *Vita, dulcedo &c.*

Voluptates à quibus nimiis abstinendum est, in melle figurari videntur, quod io sacrificus non adhibebatur; quod si multum edatur, non honum &c.

Melcha.

Hist. I. Mulier est, (a) *filia Aaron*, soror Jaschæ, & oxor Nachor, cui ganuit octo filios.

(a) Quæ prima. Gen. 11, 29. - 22, 20. - - 23. Num. 26, 33. & alibi.

II. Alia est etiam mulier, præter allatam, (b) una *ex filiabus Salphaad*, qui tantùm filias habuit, & non filios, (vid. *Filia*) ex Tribo Manasse. Sooat hoc nomen: *Regina*: *Consiliatrix.*

(b) Quæ secunda, & vocis interpr.

Myst. Phil. de congress. *Astrologia typus* ponitur in Melcha à Philooe, utpotè, quæ conjungitur Nachor, h. e. scientiam otiosam habenti.

Melchi.

Hist. Luc. 3, 24. - - 28. I. II. In Evangelio Lucæ duo ponuntur cum hoc oomina viri in progenie Joseph, qui fuit Pater putativus Christi Jesu; alter (a) pater Levi, & *filius Janne*; altar verò pater Neri, & *filius Addi*. Significat: *Rex meus*: *Consilium meum.*

(a) Duo hujus nominis, cujus significatio ponitur.

Melchia. Melchias.

Hist. Plures sub hoc nomine veniunt io sacris litteris.

1. Par. 6. (a) Quis primus. I. Alius (a) in Tribo Levi de filiis Caath est, ponitur que *filius Athanai*, & pater Basaa.

II. Alius (b) pariter de eâdem Tribu dicitur *filius Phassur* filii Jeroham filii Adajæ. 1. Par. 9, 12. (b) Quis secundus.

III. Sub Rege David, de filiis (c) Ithamar, & Elcazar, qui sortes assignavit io ministerio Templi, quinta sors fuit Melchiæ, h. e. ajus familiæ. - 24, 9. (c) Quis tertius.

IV. V. De filiis (d) Pharos repertus est Melchia, qui sub Esdra debuit repudiara uxorem alienigenam, quam duxerat; & qoidem non uoos, sed doo fuête hojus nominis in causa. 1. Esd. 10, 25. (d) Qui quartus, & quintus.

VI. In eâdem (a) quoqoe causa fuit de filiis Herem alius Melchias dictus; hicque idem censetur, qui *filius Herem* dicitur, ædificans mediam partem vici in nova Jerusalem. - - 31. 2. Esd. 3, 11. (a) Quis sextus.

VII. Habetur pariter Melchias (f) *filius Rechab*, in nova Jerusalem ædificator portæ sterquilinii, *Princeps vici Betharharam*; de quo dicitur, *ipse ædificavit eam, & statuit valvas ejus, & seras, & vectes.* - - 14. (f) Quis septimus.

VIII. Alius item *Melchias* (g) *filius aurificis* nntatur qui post Mosollam in oova Jerusalem ædificavit *usque ad domum Nathinæorum, & scruta vendentium contra portam judicialem, & usque ad cænaculum anguli.* - - 31. (g) Quis octavus.

IX. Quando Esdras populo legit verba legis, (h) inter stantes juxta eum nominatur Melchia, ex parte ejus sinistra. An autem hic onus ex prælaudatis sit, nescimus. - 8, 4. (h) Quis nonus.

X. Melchias item (i) ponitor inter signatores fœderis com Domino Deo soh Nehemia; & hic eadem difficultas, ac dubietas est, ac in *num. IX.* - 10, 3. (i) Quis decimus.

XI. Io progenie (k) Judith Melchia, seu Melchias ponitur pater Achitob, *filius Enan*, de Tribo Ruben. Judith. 8, 1. (k) Quis undecimus.

XII. Melchia item, seu Melchias est *pater* (l) *Phassur* (& hic quidem alius est, nt patet ax chronologia) missi à Sedecia, Rega Juda ad Jeremiam. Jerem. 21, 1. - 38, 1. (l) Quis duodecimus.

XIII. Nominatur etiam Melchia, seu Malchias apud eundem Jeremiam, (m) dum dicitur, qoòd tulerunt Jeremiam, & projecerunt enm in lacum Melchiæ *filii Amelech*. An verò hic filius Amelech idem sit, ac pater Phassur, de quo nuper diximus *num. XII.* neque affiroiare, nequa negare possumus. Etymologia hujus nominis est: *Rex Dominus*: *Consiliator Dominus.* - - 6. (m) Quis decimus tertius, & nom. etym.

Melchiel, Melchielitæ.

In Tribo Aser, ipsius Aser nepos, (a) & *filius Beria*, est Melchiel, *à quo familia Melchielitarum*. Hujus nominis significatio est: *Rex meus Deus*; *Regnum Dei*: *Consiliator meus Deus.* Hist. Gen. 46, 17. Num. 26, 45. 1. Par. 7, 31. (a) Quid hæ voces, & voc. signif.

Melchiram.

Inter (a) *filios Jechoniæ*, Regis Juda ponitur Melchiram, cujus nominis interpretatio est: *Rex excelsus*: *Consiliator excelsus*: *Consilium excelsum.* Hist. 1. Par. 3, 18. (a) Quis est, & nom. etym.

Melchisedech.

Io sacris litteris hoc nomen datur (a) *Regi Salem urbis*, cujus dicitur fundator; de hac autem urbe Salem, quæ una eademq; à pluribus fit cum Jerusalam. Vid. *Jerusalem*. Hic, utpotè noo Judæus, in sacra pagina, non notatur, Hist. (a) Quis est.

cujus

cujus filius sit, cujus pater, cujusve progeniei;
Gen. 14. 18. bene tamen scribitur *Sacerdos Dei Altissimi*
fuisse in lege naturæ; & cùm Abraham rediret
à victoriâ de Regibus Seonaar, Ponti, Elami-
tarum, & gentium, recuperato Lot, jam illo-
rum captivo, cum cæteris, qui abducti fue-
rant, multâque de illis relatâ prædâ, illi obviam
(b) Panem, & vinum offert in gratiarum actionem Deo; & benedicit Abrahæ.
fuit Melchisedech, proferens (b) panem, &
vinum; sacrificii scilicet oblationem vini, &
panis, in gratiarom actionem Deo; & bene-
dixit eidem Abrahæ prope Endor, ubi etiam-
num visitur, ut dicit Adrichomius, mensa, su-
per quâ vinum, & panem obtulit (Adrich. in
- - 19. Tr. Issach. num. 28.) & ait: *Benedictus Abram*
- - 20. *Deo excelso, qui creavit cælum, & terram, &*
benedictus Deus excelsus, quo protegente, hostes
(c) Decimas recipit ab Abraham.
in manibus tuis sunt; (c) Abrahamque dedit
Regi, & Sacerdoti Melchisedech *decimas ex*
omnibus.

In Psalmo centesimo nono, in quo David
non sui ipsius, non Abrahæ, non Ezechiæ
laudes canit, ut volunt Judæi, sed Messiæ,
Psalm. 109. 4. eidem Messiæ dicitur: (d) *Tu es Sacerdos in*
(d) Messias Sacerdos dictus secundum ordinem Melchisedech; ubi expl. text.
æternum secundum ordinem Melchisedech; hoc
est, perpetuò, & donec mundus erit sacrificans
juxta morem, & ritum Melchisedech, panem
videlicet, & vinum, sub qoorum speciebus
corpus, & sanguis Jesu Christi offertur. Et
hæc de Melchisedech habemus in Veteri Testa-
mento.

In Novo autem habemus repetitum illud
Psalmi 109. ab Apostolo Paulo, scribente ad
Hebr. 5. 6. Hebræos, de Christo Jesu, Messiâ vero, quòd
- - 10. nempè fuerit, & sit Sacerdos, & erit secun-
dùm, & juxta ordinem Melchisedech Pontifex
- 6. 20. in sempiternum. Hinc assereos, quod, cùm
Sacerdotium Melchisedech ex decimarum acce-
ptione, & benedictinne Leviticum excelleret,
Christi Sacerdotium necessitate quâdaoi se-
condùm ordinem Melchisedech in perpetuom
institutum, ac juramento firmatum præcellit
Leviticum, & ipsum unà cum lege evacuat,
- 7. 1. hæc affert: (e) *Hic enim Melchisedech Rex Sa-*
(e) Sacerdotium Melchisedech, est figura Sacerdotii Christi, quod superat Leviticum.
lem Sacerdos Dei summi, qui obviavit Abrahæ,
regresso à cæde Regum, & benedixit ei: Cui &
decimas omnium divisit Abraham: primum qui-
- - 2. *dem, qui interpretatur Rex justitiæ: deinde au-*
- - 3. *tem & Rex Salem, quod est, Rex pacis, sine*
patre, sine matre, sine genealogiâ, neque initium
dierum, neque finem vitæ habens, assimilatus
autem filio Dei, manet Sacerdos in perpetuum.
- - 4. *Intuemini autem, quantus sit hic, cui & decimas*
- - 5. *dedit de præcipuis Abraham Patriarcha. Et*
quidem de filiis Levi Sacerdotium accipientes,
mandatum habent decimas sumere à populo se-
cundùm legem, id est, à fratribus suis, quam-
- - 6. *quàm & ipsi exierint de lumbis Abrahæ. Cujus*
autem generatio non annumeratur in eis, decimas
sumpsit ab Abraham, & hunc, qui habet re-
- - 7. *promissiones, benedixit. Sine ullâ autem contra-*
dictione, quod minus est à meliore benedicitur.
- - 8. *Et hic quidem decimas morientes homines acci-*
- - 9. *piunt: ibi autem contestatur, quia vivit: Et*
(ut ita dictum sit) per Abraham, & Levi,
- - 10. *qui decimas accepit, decimatus est: Adhuc enim*
in lumbis patris erat, quando obviavit ei Mel-
- - 11. *chisedech. Si ergo consummatio per Sacerdo-*
tium Leviticum erat; (populus enim sub ipso le-
gem accepit) quid adhuc necessarium fuit,
secundùm ordinem Melchisedech alium surgere
Sacerdotem, & non secundùm ordinem Aaron
dici? Translato enim Sacerdotio, necesse est, ut Hebr. 7. 12.
& legis translatio fiat. In quo enim hæc dicun- - - 13.
tur, de aliâ Tribu est, de quâ nullus altari præ-
stò fuit. Manifestum enim, quod ex Juda or- - - 14.
tus sit Dominus noster: in quâ Tribu nihil de
Sacerdotibus Moyses locutus est. Et ampliùs - - 15.
adhuc manifestum est, si secundùm similitudinem
Melchisedech exsurgat alius Sacerdos, qui non - - 16.
secundùm legem mandati carnalis factus est, se-
cundùm virtutem vitæ insolubilis. Contestatur - - 17.
enim, quoniam tu es Sacerdos in æternum, secun-
dùm ordinem Melchisedech &c. Et sic prose-
quitur Apostolus demonstrare jurejurando fir-
matum Sacerdotium Christi Jesu Pontificis no-
stri, Sancti, innocentis &c.

Rabbinl (f) aliqui, de Melchisedech
(f) Fabulæ Rabbinicæ de Melchisedech.
Scribentes, cum ejus genealogiam in sacra pa-
gina non legerent, impudicæ mulieris filium,
cujus nomen indignom esset, quòd in Biblia
rescriberetur, ex incognito patre, stolidissimè
dixerunt; de pluribus enim sine scrupulo mu-
lieribus mentionem facit sacra Scriptura impu-
dicis; & moltos alios etiam sine hujusmodi
suspicione nominat, eorum patrem, & ma-
trem oon ponendo; quòd factum majori ratio-
ne pro Melchisedech est, qui ex Judæis non
erat. Ex dictis autem Apostoli in præallatis
textibus, nempe quòd Melchisedech fuerit
sine patre, sine matre, sine genealogiâ, neque
initium dierum, neque finem vitæ habens, assi-
milatus filio Dei, Sacerdos in perpetuum; item-
que quòd Christus Jesus fuerit *Sacerdos in*
æternum secundùm ordinem Melchisedech; &
pariter, quòd *secundùm similitudinem Melchi-*
sedech exsurrexerit *alius Sacerdos*, nempe Chri-
stus Jesus etiam inter Christianos variæ fuerunt
(g) Errores varii, & hæreses circa Melchisedech excitati.
(g) erroneæ, & hæreticæ opiniones: Occasio-
nem namque erroris desumpsit ex illis verbis
Origenes, dicens, Melchisedech Angelum
fuisse non hominem; erraveruot item alii, di-
centes, Melchisedech Dei filium fuisse, qui
Abrahæ sub bumano corpore apparuit; oeque
satis impietas blasphemâsse credidit, nisi ex ore
aliorum etiam illum produxisset errorem, quòd
scilicet Melchisedech fuerit virtus superior vir-
tuti Christi, quandoquidem à Melchisedech,
& secundùm ordinem illius susceperat Christus
Sacerdotium; non enim intelligebant, quid per
ly *secundùm* inferri debebat; scilicet similito-
dinem, & mysterium. Quinimò Melchise-
(h) Melchisedechianorum hæresis.
dechiani, (h) ab errore circa Melchisedech,
hæretici appellati temerè asseruerunt, Melchi-
sedech Spiritum Saoctum fuisse, qoi carnem
sumpsit humanam, ideòque mortuus non
est &c. quòd quidem non dicit Apostolus, sed
tantùm notat nec finem ejus vitæ, sicuti ne-
que ioitium notatum fuisse, ot inde eruatur
mysterium. Sonat autem nomen Melchise-
(i) Nom. sign.
dech: (i) *Rex Justitiæ*; & cùm dicatur Rex
Salem; hoc idem est ac *Rex Pacis*; quas in-
terpretationes notavit Apostolus, ut supra nu-
per retulimus. Qui faciont (k) eundem Sem
(k) Melchisedech creditus Sem; sed malè.
cum Melchisedech, ponentes Melchisedech,
ut nomen adjectivum, errâsse putantur; cùm enim
Melchisedech sine patre, & matre scriptus sit,
non advertunt, quòd Scriptura ponit Noë pa-
trem Sem.

Myst. *Christus Jesus Messias* in Melchisedech omninò designatur: en comparatio, seu potiùs mystica similitudo, ex Origene, Ambrosio, Augustino, Hieronymo.

Orig. [illegible] Jos. h. 26. D. Ambr. 2. de Abr. 3. D. Aug. 16. de C. D. 20. D. Hier. ad Evagr.

Christus.	*Melchisedech.*
Sine patre io terris ast, & sine matra in cælis; sicuti & in terris sine genealogia est; quin etiam de eo habet Isaias 53. *Generationem ejus quis enarrabit?*	Sine patra, & sine matre dicitur, & sina genealogiâ ootatur, ut scribit ad Hebræos Paulus; de eo quippe nulla mentio est, quoad patrem, matrem, genealogiam in sacris litteris.
Rex pacificus oominatur; & quidem Rax justitiæ.	Nomen ajus sonat Rex pacis; & Rex Salem, h. e. Rex justitiæ fuit.
Rex unctus Christus, & Sacerdos Dei Altissimi.	Rex fuit, & Sacerdos Dei Altissimi.
Sub panis, & vini speciebus sactificium corpotis, & saoguis sui nobis taliquit, nobis benedicens Christus.	Panem, & vinum obtulit, benediceus Abrahæ in nomine Domini Dei excelsi Melchisedech prope Endor.
Christus neque initium dierum habuit æternus, neque finem æternè vivens.	Neque finem, nequa initium dietum dicitur habuisse Melchisedech.
Sacerdos io perpetuum manens, & verè Sacerdotio, quod longè antecellit Leviticum.	Sacerdos quidem in æternum, Sacerdotio sanè, quod majus fuit Lavitico, dainde instituto.
Civitatis Sanctæ Dei, Patriæque cælestis fundator verus, illùc nos vocans.	Jerusalem civitatis sanctæ, quæ fuit postea, fundatot præsumitur.

Melchisua.

Hist. Unus (a) *ex filiis Regis Saul* fuit, & mortuus est in pugnâ cum eodem patre suo, & fratribus contra Philisthæos. Significat: *Rex Salvator: Rex salutis: Consilium salutis: Consilium Salvatoris: Rex Magnificus.*

1. Reg. 14. 49. - 31, 2. & alibi. (a) Quis est, & nom. interpr.

Melchom. Moloch.

Hist. (a) Quid est.

Nomen (a) hoc *idolo Ammonitarum* datur, quòd etiam *Moloch* appellatur; quapropter uti da uno sub duplici nomina hic unà simul agetur. Conveniunt Scriptores ferè omnes Melchom, seu Moloch præcipuè apud Ammonitas cultum fuissa idolum, quòd *Saturnum* dicunt; colebatur (b) autem hoc modo: erat idolum Moloch, seu Melchom æneum, & coocavum, cui vitulioum erat caput; reliquum hominis figutam referebat; sedebatque, Regiis otnatum insignibus, regali in throno, btachia, & manus portendens, super quibus nudi pueri apponebantur, accenso interim in idoli concavitate igna, cujus calore illi comburebantur horrendè, Sacerdotibus idoli sub eo tempora tympana, cùm clamore tubarum quatientibus, ne miserorum ululatos puerorum, & gemitus, dirissimis cruciatibus concramatorum exaudirentur; parentumque animus tangeretur. Tale ergo erat idolum referens, ut supra advertimus, commentitium gentium numen Saturnus apud Ammonitas; super quo non erit incongruum per transitum advertera, quòd apod Cophthos, barbaros populos hodiedum *Mars* Moloch dicitur, Petro da Valle scribente, & referente; cùm vocent Saturnum *Remphan*, *Rephan*. Sub utraque ergo deoominatione tum Melchom, tum Moloch sequentia da hoc idolo, & nominibus habemus in sacris Bibliis.

(b) Ritus pro cultu Melchom, & ejus figura, & ad eum horrenda sacrificia.

Petr. de Val. P. 1. l. 2.

In Levitico datur præceptum Judæis à Domino: (c) *De semine tuo non dabis ut consecretur idolo Moloch, nec pollues nomen Dei tui. Ego Dominus.* Et pœoas addens, minasque faciens Dominus super hoc, Moysi dixit: *Hæc loqueris filiis Israel, & de advenis, qui habitant in Israel: Si quis dederit de semine suo idolo Moloch, morte moriatur: populus terra lapidabit eum. Et ego ponam faciem meam contra illum, succidamq; eum de medio populi sui, eò quòd dederit de semine suo Moloch, & contaminaverit sanctum meum, ac pollueris nomen sanctum meum.* (d) *Quòd si negligens populus terra, & quasi parvi pendens imperium meum dimiserit hominem, qui dedit de semine suo Moloch, nec voluerit eum occidere, ponam faciem meam super hominem illum, & super cognationem ejus, succidamq; & ipsum, & omnes, qui consenserunt ei, ut fornicaretur cum Moloch, de medio populi sui.* Et tamen licèt his præceptis, pœnis & minis præcaveretur populus ab adoratione Moloch, coluit (e) *Salomon* - - - - - - - *Moloch idolum Ammonitarum*, alienigenis infatuatus mulieribus, ædificans ei faoum *in monte, qui est contra Jerusalem*; quapropter divisum est à Domino Regnum Judæorum, decem Tribubus alienatis à Salomonis Regis filio. Fanum autem hujusmodi fabrefactum (f) est in monte, qui dictus est offensionis, putaturque non fuisse præcisè dicatum idolo Moloch, seu Melchom soli, sed fuissa Pantheon idolis omnibus consecratum, puta idolo Moabitarum Chamos, Ammonitarum Moloch, Sidoniorum Astaroth &c. Et sic de singulis, juxta nationes fœminatum, quas ex variis populis sumpserat Salomon; & quæ juxta varios ritus vivebant. Colebatur verò (g) statua ejusdem Moloch, seu Melchom in valle Topheth; quæ vallis montis ejusdem offansionis erat ad pedes, orientem versùs Jerosolymæ. Hujusmodi (h) autam fauum, statuam, & lucum idolo hujusmodi factum abstulit, & contaminavit locum Josias Rex piissimus Juda, ut nemo consecraret filium suum, aut filiam per ignem Moloch; sicuti plures, vel etiam ipsi Reges, solebant nequissimè, in sacrificium *Melchom abominationi filiorum Ammon* offerre. Quocirca, (i) ob idololatriam hujusmodi, conqueritur Deus apud Jeramiam, da Judæis, ipsisque captivitatem minatur, dum apud Amos dicitur: (k) *Portâstis Tabernaculum Moloch vestro, & imaginem idolorum vestrorum, sidus Dei vestri, quæ fecistis vobis. Et migrare vos faciam trans Damascum, dicit Dominus Deus exercituum nomen ejus.* Ita & inquit Dominus apud Sophoniam: *Disperdam - - - - - eos, qui adorant super tecta militiam cæli* (sydera videlicet) *& adorant, & jurant in Domino, & jurant in Melchom.* Quod autem ex Amos hucùsque retulimus, replicat D. Stephanus, comme-

Levit. 18. 21. (c) De filiis Judæorum nullus Deo Melchom consecrandus sub pœnâ lapidationis.

- - 20. 2.

- - - 3.

- - - 4. (d) Pœna, & excidium intimatum Judæis ferentibus adoratores Judæos idoli Melchom, seu Moloch.

3. Reg. 11. 5. (e) Prima cassi [illegible] Regni Judæorum cultus Melchom per Salomonem.

- - - 7.

- - - 33.

(f) Fanum dicatum à Salomone idolo Melchom, & aliis idolis, quasi Pantheon.

(g) Locus cultûs idoli Melchom ad Jerusalem.

4. Reg. 23. 10. - - - 13. (h) Fanum, statua, lucus Melchom aufertur à Josiâ, & locus contaminatur.

Jerem. 32. 35. (i) Querela Domini contra Judæos adorantes Melchom.

Amos 5. 26. - - 27. (k) Captivitas Judæis intimata ex dato cultu Melchom.

Sophon. 1. 5.

Actor. 7. 43.

commemorans, quæ iis à Deo dicta fuerant. Remanent verò adhuc aliqui referendi textus, in quibus seu Moloch, seu Melchom notatur, tanquàm nomen adjectivum; (l) sonat etenim Melchom *Rex eorum: Consiliator eorum*; sicuti & Moloch; quapropter opinio est, quòd Saturno, seu Marti hoc nomen darent Ammonitæ, quasi dicerent: hic Rex noster est, hic Consiliator noster est; seu etiam exteri idolum Ammonitarum vocarent Moloch, seu Melchom, Regem scilicet eorum, Consiliatorem eorum; quinimmò Regem ipsum suum creduntur Ammonitæ vocâsse iisdem nominibus; quandoquidem cùm David Regem Ammonitarum debellâsset, scribitur quòd tulit (m) *coronam Melchom de capite ejus, & invenit in eâ auri pondo talentum, & pretiosissimas gemmas, fecitq; sibi inde diadema*; ubi pro ly Melchom non nomen idoli, sed significatio nominis venit, juxta plures, hoc est: *Coronam Regis eorum*, scilicet Ammonitarum; non enim poterat David Rex mandatorum Dei observantissimus, quæ mandabantur in Deut. 7. de argento, & auro idolorum comburendo, sibi eam coronam, si idoli fuisset, servare; fuisset quippe tanquàm anathema in domo ejus. At quomodo Regis erat, pondus habens talenti aurei, h. e. 125. librarum majorum, nulli homini capite ferendum? & tamen dicitur, quod tulit de capite ejus, ex quo credibilius videtur idoli, ærei nempe simulacri fuisse, quam viri Regis. Verùm ad hæc reponitur, quòd de capite quidem ablata est corona; scilicet de supra caput Regis; poterat enim, ut solent Reges magnifici apponere, posita esse in Throno, & Conopæo alevata ita, ut supra caput Regis, in Regio solio sedentis, appareret.

(l) Significatio hujus nominis, & alia ejusdem acceptio.

2. Par. 20, 2. (m) David auferens auream coronam Melchom; ubi expl. text.

Est etiam apud Jeremiam prædictio desolationis à Deo, filiis Ammon, seu Ammonitis dicente: (n) *Numquid non sunt filii in Israël? aut heres non est ei? cur igitur hereditate possedit Melchom, Gad?* q. d. cur igitur hæreditate possedit, quod pertinet ad Tribum Gad populus Ammonita cultor Melchom? ubi videre est, quòd Melchom pro populo Ammonitarum venit. Et paulò post subditur: *Melchom* (o) (quòd pro idolo intelligi quidem potest; sed multò meliùs pro populo, & aptiùs) *in transmigrationem ducetur, Sacerdotes ejus, & Principes ejus simul.* Quod idem ait Amos, ponens: *Et ibit Melchom in captivitatem, ipse, & Principes ejus simul, dicit Dominus.* Ammonitæ autem ita proterendi dicuntur; utpotè qui populum Dei valde vexabant, & vexaverant, Deo permittente; erantque antiquorum Ammonitarum ex reliquiis, quas Deus in terrâ Chanaan reliquerat ad exercitium populi sui, qui peccatis suis Deum offendens, ab eo quodammodo ultionem per ipsos hostes suos trahebat in se.

Jerem. 49. 1. (n) Melchom possidens Gad; ubi expl. text.

- - 3. (o) Melchom in captivitatem ducendus; ubi expl. text.

Amos 1, 15.

Myst. *Avaritia* figuratur in Melchom, seu Moloch; siquidem eidem vitio datur ab hominibus de semine suo, hoc est, de substantiis suis, ab illis, qui eidem serviunt; notat hæc Isychius.

Isych. l. Lev. 18.

Schismaticus, seu schismatis, & erroris auctor designatur etiam per Moloch; ex Divo Hieronymo.

D. Hier. l. Jer. 31.

Melea.

In progenie (a) Joseph patris putativi Jesu est Melea pater Eliakim, & *filius Menna.* Sonat: *Adimpleas: Adimpletus.*

Hist. Luc. 3, 31. (a) Quis est, & quid sonat.

Melech.

Filius (a) *Meribbaal*, pro-nepos Jonathan, & ab-nepos Saulis, Regis fuit Melech in Tribu Benjamin. Significat: *Rex: Consiliarius.*

Hist. 1. Par. 8, 35. - 9, 41. (a) Quis est, & quid significat.

Melior. Melius.

Quòd (a) *comparativè præ alio bono bonum est*, Melius illo dicitur. Cum Jacob promitteret Labano, se in domo ejus per septennium serviturum pro Rachel, quam petebat uxorem, dixit idem Laban: (b) *Melius est, ut tibi eam dem, quàm alteri viro &c.* Dum fratres Joseph de eo occidendo unà simul agebant, Judas proposuit: (c) *Melius est, ut venundetur Ismaelitis, & manus nostra non polluantur &c.* Judæi, videntes Pharaonem insequentem armatum, dolebant de Moyse, quòd eos abduxisset ab Ægypto, dicebantque: *Multò* (d) *meliùs erat servire eis* (Ægyptiis scilicet) *quam mori in solitudine.* Lex erat, quòd animal potens immolari Domino, si ei votum fuerat, sanctum esset; unde dictum est: (e) *Et mutari non poterit, id est, nec melius malo, nec pejus bono; quod si mutaverit* (vovens): *& ipsum quod mutatum est, & illud, pro quo mutatum est, consecratum erit Domino.* Auditis exploratoribus terræ appromissæ, malâ de eâ referentibus, Judæi, obmurmurantes dicebant: *Nonne meliùs est reverti in Ægyptum?* Sacerdotibus, & Levitis dictum est: (f) *Si præclara, & meliora quæque obtuleritis ex decimis, reputabitur vobis, quasi de areâ & torculari dederitis primitias.* Quæ trans Jordanem habitabant Tribus, pro erecto, in modum altaris, ad fluminis ripam tumulo, suspicionem removentes ab aliis, quasi mutatæ religionis, (g) dicebant, putâsse hoc melius, fecisse scilicet, quo testimonium fieret successoribus tum eis, tum ultra Jordanem eundem esse populum, & nationem. Gedeon Ephraimitas bonis verbis compescere volens, conquerentes, ac si contempti fuissent, non vocati ad bellum contra gentes, eis dicebat: (h) *Nonne melior est racemus Ephraim, vindemiis Abiezer?* Abimelech, Gedeonis filius, cui fratres erant septuaginta viri, ut Judex Judæorum ipse solus esset, hanc propositionem fieri curavit Sichimitis: (i) *Quid vobis est melius, ut dominentur vestri septuaginta viri omnes filii Jerobaal, an ut dominetur unus vir?* Jephte cum Rege Ammonitarum rationibus agens, ut transitum ei præberet, inter alias ei dicebat, quòd jure ab eodem possessa ipsi non debebantur, addebatque: (k) *Nisi fortè melior es Balac filio Sephor Rege Moab &c.* q. d. nisi meliori aliquâ ratione tu possidere demonstres, quam habuerit Balac, sapientissimus inter gentes, & potentissimus reputatus. Danitæ, Levitam adolescentem abducentes de domo Michæ, cum idolo, Ephod, & aliis rebus, ad idem pertinentibus, ut illum pacarent, ei dixerunt: *Tace, & pone digitum super os tuum: venique nobiscum,*

Hist. (a) Quid hæc vox, cujus textus notis non signantur, nisi ubi locus.

Gen. 29. 19. (b) Melius fuit Rachel dari Jacob, quam alteri.

- 37, 27. (c) Melius creditum est Joseph venundari, quàm occidi à fratribus.

Exod. 14, 12. (d) Melius putabant Judæi non exisse Ægypto, quam solitudini dari.

Levit. 27, 10. (e) Lex, ne melius malo, nec pejus bono commutaretur animal votum Deo.

Num. 14. 3. - 18, 30. (f) Meliora Deo oblata ab ipso gratè recepta.

Jos. 22, 25. (g) Tumulus erectus à Tribubus ultra Jordanem transeuntibus quid melius creditum est.

Judic. 8. 2. (h) Melior racemus Ephraim vindemiis Abiezer.

- 9. 2. (i) Proponitur, an melius, quòd 70. dominentur, aut unus.

- 11, 25. (k) Jephte quærens à Rege Ammon, an meliorem esse: Rege Moab; ubi expl. text.

- 18, 19.

nobiscum, ut habeamus te patrem, & Sacerdotem. (l) *Quid tibi melius est, ut sis Sacerdos in domo unius viri, an in unâ Tribu, & familia in Israel?*

(l) Melius esse Sacerdotem unius Tribûs, quam unius viri, dixerunt Danitæ.

Ruth. 3, 12.
(m) Melius in agro consanguinei, quàm in alieno metere.

Noëmi dixit socrui suæ Ruth: (m) *Melius est, filia mea, ut cum puellis ejus* (Booz scilicet consanguinei, posteà mariti ejus) *exeas ad metendum, ne in alieno agro quispiam resistat tibi.* Cùm autem Booz postea sumpsisset Ruth in uxorem, & ex eâ habuisset filium, dicebant aliæ mulieres Noëmi, eidem congratulantes, quòd nepotem haberet: (n) *De nuru tuâ natus est, quæ te diligit; & multò tibi melior est, quàm si septem haberes filios.*

- - 4, 15.
(n) Melius fuit Noëmi nepotem habere, quam septem filios.

Annâ, uxore Elcana, sese affligente, eò quòd filios non gigneret, dicebat vir ejus: *Numquid non ego melior tibi sum, quàm decem filii?* De Saule scribitur: (o) *Non erat vir de filiis Israel melior illo*; corporis scilicet firmitate, quô eminebat super alios. Doluit Samuel, quòd, devictis sub Saule Amalecitis, pepercisset populus *melioribus ovibus, & armentis, ut immolarentur Domino Deo*; illud dicens: (p) *Melior est obedientia, quàm victimæ, & auscultare magis, quam offerre adipem arietum*; addiditque inter cætera eidem Saul, ob præceptum Domini non servatum: (q) *Scidit Dominus Regnum Israel à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te &c.* David, inconstantiæ Saulis non fidens, dicensque in corde suo: (r) *Aliquando incidam unâ die in manus Saul: nonne melius est, ut fugiam, & salver in terrâ Philisthinorum, ut desperet Saul, cessetque me quærere in cunctis finibus Israel? fugiam ergo manus ejus*; profugit ad Achis Regem Geth. Absalom melius reputabat mansisse in Gessur, quàm esse Jerosolymæ, & non videre faciem Regis patris sui David. Idem melius (s) judicavit esse consilium Chusai Arachitæ consilio Achitophel. Volenti David egredi in prælium contra eumdem Absalom obstitit populus, dicens: (t) *Melius est, ut sis nobis in urbe præsidio.* Cùm eidem David data esset optio eligendi seu famem ad septennium, seu bellum trimestre, seu pestem triduanam, ad placandum ultorem Dominum Deum, dixit Gad Prophetæ: (u) *Coarctor nimis, sed melius est, ut incidam in manus Domini (multæ enim misericordiæ ejus sunt), quàm in manus hominum.* Salomon jussit Joab occidi etiam juxta altare, dicens: *Reddet Dominus sanguinem ejus super caput ejus,* (x) *quia interfecit duos viros justos, melioresque se &c.* Abner videlicet, & Amasam. (Vid. *Joab.*) Elias fugiens à Jezabel in deserto *petivit animæ suæ, ut moreretur, & ait:* (y) *Sufficit mihi, Domine; tolle animam meam: neque enim melior sum, quàm patres mei.* Syri victi ab Israelitis in montibus, dixerunt Regi suo: (z) *Dii montium sunt dii eorum, ideò superaverunt nos; sed melius est, ut pugnemus contra eos in campestribus, & obtinebimus eos.* Achab Rex Israel cupiens vineam Naboth, eam ab illo petiit, dicens: *Dabo tibi pro eâ vineam meliorem.* (Vid. *Naboth*) Naaman, jussus lavari in Jordane, ut mundaretur à leprâ, dicebat: (aa) *Numquid non meliores sunt Abana, & Pharphar fluvii Damasci, omnibus aquis Israel, ut laver in eis, & munder?* Cum Giezi ab eodem Naaman peteret talentum argenti, & vestes, nomine Elisæi, Naaman ipse respondit: (ab) *Melius est, ut accipias duo talenta; prout dedit etiam cum vestimentis.* (Vid. *Giezi.*)

1. Reg. 1, 8.
- 9, 2.
(o) Non erat in Isr. melior Saule.
- 15, 15.
- - 22.
(p) Melior obedientia victimis.
- - 28.
(q) Regnum Saul datum meliori illo.
- 27, 1.
(r) Melius fugere, ubi alias non est salus.
2. Reg. 14, 32.
- 17, 14.
(s) Consilium Chusai melius creditum consilio Achitophel.
- 18, 3.
(t) Melius fuit David in urbe manere senem, quàm in prælium exire.
- 24, 14.
1. Par. 21, 13.
(u) Melius incidere in manus Dei, quàm hominum.
3. Reg. 2, 32.
(x) Joab interfector duorum virorum meliorum se.
- 19, 4.
(y) Elias dicens se non meliorem patribus suis.
- 20, 23.
(z) Syri putantes melius esse pugnare cum Judæis in campestribus, quàm in montanis.
- 21, 2.
- - 6.
4. Reg. 5, 12.
(aa) Naaman Abana, & Pharphar meliores Jordane dicens.
- - 23.
(ab) Idem petens Giezi aliqua melius putavit dare 2. talenta.

Jehu, factus Dominus in Israël, scripsit in Samariam ad Optimates, majores natu, & nutricios filiorum Achab: (ac) *Eligite meliorem, & eum, qui vobis placuerit de filiis Domini vestri, & eum ponite super solium patris sui, & pugnate pro domo Domini vestri.* (Vid. *Jehu.*) Joram, impiissimo Regi Judæ, allatæ fuerunt litteræ ab Eliâ Prophetâ, in quibus prænuntiabatur ipsemet percutiendus à Deo, cum omnibus suis, (ad) eò quòd fratres suos, domum patris sui meliores se occidisset. Holoferni se ultrò dederunt urbes, & Provinciæ plures, earum Regibus dicentibus: (ae) *Melius est, ut viventes serviamus Nabuchodonosor Regi magno, & subditi simus tibi, quàm morientes cum interitu nostro ipsi servitutis nostræ damna patiamur.* Et ita desperantes salutem Bethulienses cives, obsessi ab eodem Holoferne, dicebant Oziæ, Principi populi: (af) *Melius est, ut captivi benedicamus Dominum, viventes, quàm moriamur, & simus opprobrium omni carni, cùm viderimus uxores nostras, & infantes nostros, mori ante oculos nostros.* De Consilio Magnatum suorum, & præcipuè Mamuchan, edictum emanavit ab Assuero, *ut nequaquam ultra Vasthi* (inobediens enim ei fuerat) ingrederetur *ad Regem, sed Regnum* (ag) *illius altera, quæ melior esset illâ, acciperet.* Eliu, sermone congrediens cum Job, & sapientes, eruditosque invitans, dicebat: *Judicium eligamus nobis, & inter nos videamus, quid sit melius;* & cùm multa eidem Job dixisset, addidit: *Tu cœpisti loqui, & non ego; quod si quid nosti melius, loquere.*

4. Reg. 10, 3.
(ac) Jehu proponit meliorem ex filiis Regis Isr. ad Regnum.
2. Par. 21, 13.
(ad) Joram fratres suos se meliores occidit.
Judith 3, 2.
(ae) Melius vivere serviendo, quam mori occisos.
- 7, 16.
(af) Melius vivere in captivitate, quàm perire cum omnibus suis.
Esth. 1, 19.
(ag) Regnum Vasthi datum alteri illâ meliori.
Job. 34, 4.
- - 33.

In Psalmis est: *Melius est modicum justo, super divitias peccatorum multas. Melior est (Domine) misericordia tua super vitas. Melior est (Domine) dies una in atriis tuis super millia.*

Psal. 36, 16.
- 62, 4.
- 83, 11.

In Proverbiis ponitur: *Melior est acquisitio ejus* (Sapientiæ scilicet) *negotiatione argenti, & auri primi, & purissimi fructus ejus. Melior est sapientia cunctis pretiosissimis. Melior est fructus meus* (ait Sapientia) *auro, & lapide pretioso, & genimina mea argento electo. Melior est pauper, & sufficiens sibi, quàm gloriosus, & indigens pane. Melius est parum cum timore Domini, quàm thesauri magni, & insatiabiles. Melius est vocari ad olera cum charitate, quàm ad vitulum saginatum cum odio. Melius est parum cum justitiâ, quàm multi fructus cum iniquitate. Posside Sapientiam, quia auro melior est &c. Melius est humiliari cum mitibus, quam dividere spolia cum superbis. Melior est patiens viro forti; & qui dominatur animo suo, expugnatore urbium. Melior est buccella sicca cum gaudio, quàm domus plena victimis cum jurgio. Melior est pauper, qui ambulat in simplicitate sua, quàm dives, torquens labia sua, & insipiens. Melior est pauper, quam vir mendax. Melius est sedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigiosa, & in domo communi. Melius est habitare in terra deserta, quàm cum muliere rixosa, & iracunda. Melius est nomen bonum, quam divitiæ multæ; super aurum, & argentum gratia bona. Melius est, ut dicatur tibi: ascende huc, quàm ut humilieris coram Principe. Melior est manifesta correptio, quam amor absconditus. Meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula odientis. Melior est vicinus juxta, quàm frater procul. Melior est pauper ambulans in simplicitate sua, quàm dives in pravis itineribus.*

Prov. 3, 14.
- 8, 11.
- - 19.
- 12, 9.
- 15, 16.
- - 17.
- 16, 8.
- - 16.
- - 19.
- - 32.
- 17, 1.
- 19, 1.
- - 22.
- 21, 9.
- 25, 24.
- 21, 19.
- 22, 1.
- 25, 7.
- 27, 5.
- - 6.
- - 10.
- 28, 6.

In Ec-

Eccle. 2, 24. (ah) Melius subseruntus suis fru &c. ubi expl. text. In Ecclesiaste habetur: (ah) *Nonne meliùs est comedere, & bibere, & ostendere animæ suæ bona de laboribus suis?* q. d. nonne bonum est, seu melius est uti concessis à Deo, quam avarè illa recondere? additurque; *& hoc de manu Dei est*; donum scilicet Dei auctoris naturæ, licitum, & liberalis munificentiæ ipsius erga humanum genus indicium. Ait insuper Ecclesiastes, quod ex variis mundi hujus disputationibus, & eventi-
- - 3, 12. (ai) Nihil est melius, nisi lætari; ubi expl. text. bus cognovit, (ai) quòd *non esset melius, nisi lætari* (in Domino scilicet), *& facere bene in vitâ suâ.* Et quòd deprehendit *nihil esse melius, quàm*
- - 22. *lætari hominem in opere suo*; non nimiùm scilicet curando futura hujus mundi; non nimiùm voluptati inserviendo; & additur, quod deprehendit *hanc esse partem illius*, quâ scilicet tali moderatione, & animi lætitiâ, ac tranquillitate fruetur; cùm cætera hæredibus relinquantur. Præ-
- 4, 6. terea apud eundem Ecclesiasten ponitur: *Melior est pugillus cum requie, quàm plena utraque manus*
- - 9. *cum labore, & afflictione animi. Melius est duos esse simul, quàm unum: habent enim emolumen-*
- - 13. *tum societatis suæ &c.* (V. *Numerus* 1. 2.) *Melior est puer pauper, & sapiens Rege sene, & stulto,*
- - 14. *qui nescit providere in posterum; quod de carcere, catenisq; interdum quis egrediatur ad Regnum;*
- - 13. *& alius natus in Regno, inopiâ consumatur. Multò melior est obedientia, quàm stultorum victimæ,*
- 5, 4. *qui nesciunt, quid faciunt mali. Multò melius est non vovere, quàm post votum promissa non reddere.*
- 6, 3. *re. Si genuerit quispiam centum liberos, & vixerit multos annos, & plures dies ætatis habuerit,*
(ak) Melior abortivus avaro. (ak) *& anima illius non utatur bonis substantiæ suæ, sepulturâq; careat: de hoc ego pronuntio, quòd*
- - 9. *melior illo sit abortivus. Melius est videre, quod cupias, quàm desiderare quod nescias: sed & hoc*
- 7, 2. *vanitas est, & præsumptio Spiritûs. Melius est nomen bonum, quàm unguenta pretiosa; & dies mor-*
- - 3. *tis die nativitatis.* (al) *Melius est, ire ad domum*
(al) Melius ire ad domum luctûs, quàm convivii. *luctûs, quàm ad domum convivii; in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & vivens cogi-*
- - 4. *tat, quid futurum sit. Melior est ira risu: quia per tristitiam vultûs corrigitur animus delinquen-*
- - 5. *tis. Cor sapientum, ubi tristitia est: & cor stulto-*
- - 6. *rum, ubi lætitia: Melius est à sapiente corripi, quàm*
- - 9. *stultorum adulatione decipi &c. Melior est finis orationis, quàm principium. Melior est patiens*
- - 11. *arrogante. Ne dicas: quid putas causa e[illegible] quòd priora tempora meliora fuere, quàm nun[illegible]sunt?*
- 9, 4. *stulta enim est hujuscemodi interrogatio. Melior canis vivus leone mortuo.* Idemque Ecclesiastes, exemplum ponens pauperis, ex sapientiâ suâ liberatoris civitatis, cujus nullus hominum dein-
- - 16. ceps recordatus est, subdit: (am) *Et dicebam ego*
(am) Melior sapientia fortitudine. *meliorem esse sapientiam fortitudine: quomodo ergo sapientia pauperis contempta est, & verba*
- - 17. *ejus non sunt audita? Verba Sapientum audiuntur in silentio plùs, quàm clamor Principis inter stul-*
- - 18. *tos:* (an) *Melior est sapientia, quàm arma bellica:*
(an) Item armis bellicis. *& qui in uno peccaverit, multa bona perdet.*
- 11, 6. Itémque habetur: (ao) *Manè semina semen tu-*
(ao) Ignorantia de semine meliori. *um, & vesperè ne cesset manus tua: quia nescis quid magis oriatur, hoc, aut illud; & si utrumq; simul melius erit.*

In Canticis Sponsa mystica de Sponso suo ad
Cant. 1, 1. 2. eundem dicebat: *Meliora sunt ubera tua vino, fragrantia unguentis optimis.* In libro Sapien-
Sapient. 6, 1. (ap) Melior sapientia viribus; prudens forti. tiæ est: (ap) *Melior est sapientia, quàm vires: & vir prudens, quàm fortis.* Differitur item de idololatriæ principio, quando, pro mortui memoriâ habenda, similitudo ejus primò, & imago,

& sculptura facta est; inde in honorem habita; quæ quidem facta pretiosior est, & æstimabilior,
quando artifex *volens placere illi, qui se assumpsit,* Sap. 14. 9.
elaboravit arte sua, (aq) *ut similitudinem in me-* (aq) Labor artificis, ut melius similitudinem in melius figuret.
lius figuraret &c. Et dum prosequitur sermo de hornine, idola faciente, & spiritum in illis fin-
gente, subditur: *Nemo sibi similem homo poterit* - 15, 16.
Deum fingere; cùm enim sit mortalis homo, mortuum fingit manibus iniquis, (ar) *Melior est* (ar) Melior homo idolo.
enim ipse his, quos colit, quia ipse quidem vixit, cùm esset mortalis; illi autem nunquam.

Apud Ecclesiasticum notatur: *Melior est,* Eccli. 10, 30.
qui operatur, & abundat in omnibus, quàm qui
gloriatur, & eget pane. Melior est unus timens - 16, 3.
Deum, quàm mille filii impii. Nonne ardorem re- - 18, 16.
frigerabit ros? Sic & verbum melius, quàm datum. Melior est homo, qui minuitur sapientia, - 19, 12.
& deficiens sensu in timore, quàm qui abundat
sensu, & transgreditur legem Altissimi. Melior - 20, 33.
est, qui celat insipientiam suam, quàm homo, qui
abscondit sapientiam suam. Agnoscent, qui derelicti - 23, 37.
sunt, (as) *quoniam nihil melius est, quàm timor* (as) Nil melius timore Dei, & observantia legis.
Dei: & nihil dulcius, quàm respicere in mandatis Domini. Melior est victus pauperis sub tegmine
asserum, quàm epulæ splendidæ in peregrè sine domi- - 29, 27.
cilio. Melior est pauper sanus, & fortis viribus, - 30, 14.
quàm dives imbecillis, & flagellatus malitiâ. Salus - - 15.
animæ in sanctitate justitiæ melior est omni auro, & argento, & corpus validum, quàm census immen-
sus &c. Melior est mors, quàm vita amara, & - - 17.
requies æterna, quàm languor perseverans. Dum - 33, 21.
adhuc superes, & aspiras, non immutabit te omnis
caro. Melius est enim, ut filii tui te rogent, quàm - - 22.
te respicere in manus filiorum tuorum. Omnem - 36, 20.
escam manducabit venter, & est cibus cibo melior. Omnem masculum excipiet mulier: & est - - 23.
filia melior filiâ. Fili in tempore vitæ tuæ ne in- - 40, 29.
digeas: melius est enim mori, quàm indigere.
Melior est homo, qui abscondit stultitiam suam, - 41, 18.
quàm homo, qui abscondit sapientiam suam. Me- - 42, 14.
lior est iniquitas viri, quàm mulier benefaciens, & mulier confundens in opprobrium.

Apud Isaiam dicitur à Domino, & promit-
titur observantibus legem suam: *Dabo eis in do-* Isai. 56. 5.
mo meâ, & in muris meis locum, (at) *& nomen* (at) Nomen melius promittitur servantibus legem.
melius à filiis, & filiabus: nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit. In Threnis Jeremiæ
est: (au) *Melius fuit occisis gladio, quàm inter-* Thren. 4. 9. (au) Melius gladio, quàm fame perire.
fectis fame; quoniam isti extabuerunt consumpti à sterilitate terræ. In Baruch contra idololatras
dicitur: (ax) *Melius est esse Regem, ostentantem* Baruch. 6, 58. (ax) Melius est esse Regem in scenâ quam idolum &c.
virtutem suam; aut vas in domo utile, in quo gloriabitur qui possidet illud; vel ostium in domo, quod custodit, quæ in ipsa sunt, quàm falsi dii.
Bestiæ meliores sunt illis (idolis, diis gentium &c.) - - 63.
quæ possunt fugere sub tectum, ac prodesse sibi.
Melior est homo (ay) *justus, qui non habet simu-* - - 72.
lacra; nam erit longè ab opprobriis. Daniel, cum (ay) Melius est hominem non habere simulacra.
sociis, ne polluerentur de cibis, & potu mensæ Regis Nabuchodonosor, obtinuerunt à Præposito Eunuchorum, ut solis vescerentur leguminibus, aquam bibentes; & contra ejusdem Præ-
positi spem, & timorem, (az) *post dies decem* Dan. 1, 15.
apparuerunt vultus eorum meliores, & corpulen- (az) Vultus puerorum comedentium legumina alius meliores visi.
tiores præ omnibus pueris, qui vescebantur cibo Regio. Susanna, assentiri nolens infandis senum, honestati suæ insidiantium, petitionibus,
dicebat: (ba) *Melius est mihi absque opere inci-* - 13, 23.
dere in manus vestras, quàm peccare in conspectu (ba) Melius incidere in manus falsorum testium, quam peccare.
Domini. Jonas afflictus, quia vaticinium suum adversùs Niniven adimpleri non videbat, dicebat

Jon. 4. 3.

ad Dominum: *Nunc, Domine, tolle quæso animam meam à me; quia melior est mihi mors, quàm vita.* Prædicit Nahum adversus Niniven excidium, & prædicens interrogat eam: (bb) *Numquid melior es Alexandriâ populorum, quæ habitat in fluminibus?&c.*

Nah. 3. 8. (bb) Ninive non melior Alexandriâ.

Judas Machabæus se, suosque ad prælium contra gentes acuebat, dicens: (bc) *Melius est nos mori in bello, quàm videre mala gentis nostra, & Sanctorum.*

1. Mach. 3. 59. (bc) Melius mori in bello, quàm vivere mala suorum videndo.

Simon Machabæus pro fratre Jonathâ Principatum sumens, se paratum ad vitam exponendam pro patriâ, legibusque patriis, contra gentes viriliter pugnando, ajebat: *Nunc* (bd) *non mihi contingat parcere animæ meæ in omni tempore tribulationis: non enim melior sum fratribus meis.*

- 13. 5. (bd) Simon Mach. non reputans se meliorem fratribus suis.

Apud Matthæum legitur, quòd Christus certos faciens discipulos de curâ eorum, quam habebat Pater suus, allato exemplo passerum, de quibus curat idem Pater, argumentando à minori ad majus, dicebat: (be) *Nolite ergo timere; multis passeribus meliores estis vos.*

Matth. 10, 31. (be) Discipuli Christi passeribus meliores.

Et convincens Pharisæos, quòd licet sabbato hominum morbos curare, exemplo ovis, sabbato eruendæ de foveâ, subdebat: (bf) *Quantò magis melior est homo ove? itaq; licet sabbatis benefacere.*

- 12, 12. (bf) Homo melior ove.

Apud Lucam, ubi Christus idem Dominus excusat apud Pharisæos, eò quòd non jejunarent, discipulos suos, etiam addit similitudinem, dicens: (bg) *Nemo bibens vetus* (vinum scilicet), *statim vult novum; dicit enim vetus melius est.*

Luc. 5. 39. (bg) Vinum vetus melius novo.

Item habetur apud Joannem, quòd Regulus rediens à Christo Jesu domum, & interrogans de filio suo, convalescente, (bh) *horam, in quâ meliùs habuerit*; responsionam habuit à servis, quòd hesternæ diei horâ septimâ convaluerat, relinquente eum febri; & *cognovit Pater, quia illa hora erat, in quâ dixit ei Jesus: filius tuus vivit: & credidit ipse, & domus ejus tota.*

Jo. 4. 52. (bh) Filius Reguli meliùs se habens, quando Christus dicit.

- - 53.

Interrogante Festo Paulum Cæsareæ, an vellet ascendere Jerosolymam, & ibi judicari, respondit: *Ad tribunal Cæsaris sto; ibi me oportet judicari: Judæis non nocui,* (bi) *sicut tu melius nosti*; & proinda Cæsarem appellavit.

Actor. 25, 10. (bi) Melius noverat Festus, Paulum non nocuisse Judæis.

Ad Corinthios habet idem Paulus: *Melius est nubere, quàm uri. Qui matrimonio jungit virginem suam, bene facit: & qui non jungit,* (si ea scilicet libenter assentiatur) (bk) *melius facit.*

1. Cor. 7. 9.

- - 38. (bk) Melius facit filiam non jungens alteri matrimonio, quam jungens ubi expl. text.

Et reprehendens abusus irrepentes, nec non discordias inter ipsos, dum præcipit, quid agere debent, ait, *Hoc præcipio, non laudans, quòd non in meliùs, sed in deteriùs convenitis.* Item eos monet: *Æmulamini charismata meliora.*

- 11, 17.
- 12, 31.

Ad Philippenses ait: *Coarctor è duobus, desiderium habens dissolvi, & esse cum Christo, multò magis meliùs: permanere autem in carne, necessarium propter vos.*

Phil. 1, 23.
- - 24.

De Onesiphoro, cui omnia bona precatur, scribens ad Timotheum, dicit: *Quanta Ephesi ministravit mihi, tu melius nosti.*

2. Tim. 1. 18.

Ad Hebræos scribit de Christo: *Tanto melior Angelis effectus* (est), *quantò differentiùs præ illis nomen hæreditavit.*

Hebr. 1, 4.

Item dicit: (bl) *Confidimus de vobis, dilectissimi, meliora, & viciniora saluti: tametsi ita loquimur* (videlicet eos de æterna maledictione monendo) & de Abraham, benedicto à Melchisedech, loquens, ait: *Sine ullà contradictione, quod minùs est, à meliore benedicitur.*

- 6, 9. (bl) Paulus meliora de Judæis confidens.

- 7. 7.

Item ponit: *Nihil ad perfectum adduxit lex: introductio verò melioris spei, per quam proximamus ad Deum*; & asserit quòd *melioris Testamenti sponsor factus est Jesus*: Sermo autem erat de Sacerdotio Melchisedech, secundùm ordinem, cujus Jesus Sacerdos fuit; totusque est Apostolus, ut hujusmodi Sacerdotium Levitico præcedere dignitate, & auctoritate demonstret. (V. *Melchisedech*)

- - 19.
- - 22. (bm) Jesus Christus sponsor melioris Testamenti.

Et pro eâdem re etiam habet, ostendens Christi Sacerdotium Levitico excellentius: *Nunc autem melius sortitus est* (Christus) *ministerium, quantò & melioris Testamenti Mediator est, quod in melioribus repromissionibus sancitum est.*

Hebr. 8, 6. (bn) Idem sortitus melius ministerium &c.

Et agens de hostiâ, quæ Christus est, semel oblatâ ad emundationem peccatorum, dicit: (bo) *Necesse est exemplaria quidem cælestium* puta vetus Tabernaculum, vetus Testamentum, Synagoga) *his* (hostiis scilicet) *mundari; ipsa autem cælestia* (ut est Ecclesia Christi, nova lex, novum Testamentum, quorum exemplaria fuêre, Tabernaculum, vetus Testamentum, Synagoga) *melioribus hostiis, quàm istis* (mundanda sunt.)

- 9. 23. (bo) Cælestia melioribus hostiis mundari opus est, ubi expl. text.

Laudat proinde eos multa passos, scribendo, & notando: *Vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis,* (bp) *cognoscentes vos habere meliorem, & manentem substantiam*; & magnificè commendans antiquorum patrum fidem, qui à longè terram appromissam in promissione salutaverunt, se confitentes peregrinos, & hospites super terram, addit: *Qui hæc dicunt, significant se patriam inquirere - - - Nunc autem meliorem appetunt, id est, cælestem.*

- 10, 34. (bp) Judæi meliorem substantiam habentes conversi ad Christum.

- 11, 14.
- - 16.

Ita & quanta passi sint per fidem, habet: (bq) *Alii distenti sunt, non suscipientes redemptionem, ut meliorem invenirent resurrectionem*; & post plures enumeratos, varia passos, subdit: *Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem, Deo pro nobis* (br) *melius aliquid providente, ut non sine nobis consummarentur.*

- - 35. (bq) Antiqui multa passi pro meliori resurrectione.

- - 39.
- - 40. (br) Deus pro nobis melius providens.

Animum proinde Hebræis addit, ad obediendum, ex novi Testamenti, super vetus excellentiâ, dicens: *Accessistis ad - - - Testamenti novi Mediatorem Jesum, & sanguinis aspersionem melius loquentem, quàm Abel.*

- 12, 24.

Petrus Apostolus scribit: *Melius est benefacientes* (si voluntas Dei velit) *pati, quàm malefacientes.* (bs) *Melius erat illis* (hominibus) *non cognoscere viam justitiæ, quàm post agnitionem, retrorsum converti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato.*

1. Petr. 3, 17.
2. Petr. 2, 21. (bs) Melius prævis fuisset viam justitiæ non cognovisse.

Et hæc de hujusmodi dictione; in quâ, juxta textus allatos, pluries videris, etiam *meliùs* acceptum esse adverbialiter.

Melita.

[illegible] Cicerone; (a) etsi Geographos, & Cosmographos non haberemus, quid Melita sit, optimè scimus; Is enim in Verrem agens habet: »Insula est Melita, Judices, satis lato ab Siciliâ» freto, periculosoque disjuncta, in qua est eodem» nomine oppidum, quò iste (Verres, scilicet) nun-» quam accessit; quod tamen isti (Verri, quem» ipse Cicero accusat) textrinum per triennium» ad muliebrem vestem conficiendam fuit.»

Hist. (a) Quid est.

Cic. 6. in Ver.

Ex his autem verbis discimus, quòd (b) Melita maris mediterranei insula est, Græcè Μελίτη, *Melite*, Italicè *Malta*, à Pachyno Siciliæ Promontorio dissita, h. e. ad Siciliæ meridiem; in qua urbs ejusdem nominis est, quondam Carthaginensium colonia; in qua pretiosissimæ vestes texebantur, unde celebris facta est.

(b) Insula, & urbs est celebris, quondam in vestibus pretiosis ibi fabrefactis.

(c) Celebrior tamen, & quidem celeberrima evasit; cùm navis, quæ Paulum Romam vehendum ferebat ad illam naufragium passa est, omnibus tamen ejusdem navis sive natantibus, sive per tabulas delatis incolumibus evadentibus. Quid ea in insula Apostolo evenerit, ex actibus Apostolorum audiamus, Luca scriptore, & ejusdem Pauli socio; scribit ergo:

(c) Ad hanc insulam appellit Paulus in naufragio cum aliis.

Actor. 28, 1. ergo: *Cùm evasissemus, tunc cognovimus, quia*
Melita insula vocabatur. *Barbari* seu (mores,
seu linguem ejus temporis spectes, quæ Cartha-
gioensis, & Africana esse debuit; & etiam bo-
diedum, eam colont insulæ illius habitasores)
- - 2. (d) *verò præstabant non modicam humanitatem:*
(d) Melitenses naufragos illos cum multa humanitate recipiunt, & reficere student.
Accensa enim pyra, reficiebant nos omnes pro-
pter imbrem, qui imminebat, & frigus. Cùm
congregasset (e) *autem Paulus sarmentorum ali-*
quantam multitudinem, & imposuisset super ignem,
- - 3. *vipera à calore cùm processisset, invasit manum*
(e) Ibi Paulus viperâ in Sarmentis latente morsus, & illæsus cum habitantium stupore.
ejus. Ut verò viderunt Barbari pendentem be-
stiam de manu ejus, ad invicem dicebant: utiq;
homicida est homo hic, qui cùm evaserit de mari,
ultio non sinit eum vivere. Et ille quidem excu-
- - 4. *tiens bestiam in ignem, nihil mali passus est.*
- - 5. *At* (f) *illi existimabant eum in tumorem converten-*
- - 6. *dum, & subitò casurum, & mori. Diu autem*
(f) Melitenses Paulum Deum dicunt.
illis expectantibus, & videntibus nihil mali in eo
fieri, convertentes se, dicebant eum esse Deum.
- - 7. *In locis autem illis erant prædia Principis insulæ*
(g) Publius insulæ Princeps Paulum, & alios benignè suscipit.
nomine Publii, qui nos suscipiens, triduò benignè
exhibuit. (h) *Contigit autem patrem Publii fe-*
- - 8. *bribus, & dysenteria vexatum jacere. Ad*
(h) Ejus pater æger, & alii ægri liberantur per Paulum à morbis.
quem Paulus intravit: & cùm orasset, & im-
posuisset ei manus, salvavit eum. Quo facto,
- - 9. *omnes, qui in insula habebant infirmitates, acce-*
- - 10. *debant, & curabantur: Qui etiam multis hono-*
- - 11. *ribus nos honoraverunt, & navigantibus impo-*
suerunt, quæ necessaria erant. Post menses au-
tem tres navigavimus in navi Alexandrina, quæ
in insula hiemaverat, cui erat insigne castorum &c.
Hæc in Actibus Apostolorum S. Lucas; unde
eruimus, quæ in insulâ Melitæ patravit Apostolus, & quanto tempore ibi fuerit. Etiam num visitur inibi locus, ad quem appulit, & antrum, in quo moratus est; (i) cujus terra contra venena satis valet, vulgò *gratia di S. Paolo*; Ita ut Melitenses glebæ antidota sint adversùs venenum, morsus quoscumque venenatos sanando, vel si plagæ imponantur; vel si poculis inspergantur; febres malignas evincant, dysenteriam, variolas &c. viperæ quinetiam, scorpiones, ac quivis (k) serpentes tum Melitæ in insulâ nati, tum Melitam devecti, virus non habent, illudque deponunt, ex eo tunc, quo Paulus in eâ fuit insulâ. Præterea omnes (l) conveniunt, quòd Paulus habitatorum mentibus cælestem inseruit doctrinam, fidemque Christi; ita ut etiamsi à Saracenis aliquando oppressi, ab eâ nunquam discesserint. (m) Hæc insula, antea insulæ Siciliæ dominio addicta, equitibus S. Joannis Jerosolymitani à Carolo V. tradita est, qui eam anno à Christo nato 1535. validissimè contra Turcarum impetum defenderunt; novâque arce, & Emporio clarissimo, Heroum strenuissimorum receptaculo munierunt, quod dicitur à nomine magni Magistri ædificatoris *Valletta*. (n) Sinus præcisè maritimus, in quo insula hujusmodi est, sinus Lybicus, seu Africanus appellatur. Insulæ ipsa inter Africam, & Siciliam posita ad 60. millia passuum ab hac distet; ab illâ 190. millia. Piscis, qui marinus scorpio appellatur, figuram habet, longitudinem viginti millium passuum, latitudinem majorem duodecim millium, circuitum sexeginta millium admittens. Ex suavitate autem, & jocunditate aëris, metaphorâ à melle deductâ, Melita dicta creditur, quasi (o) *Jucunda: Suavis*; quæ ex talis aëris jucunditate fertilis etiam est; unde Ovidius canit:

(i) Antri, in quo fuit in Melitâ Paulus, pulvis est contra venena, febres &c.
(k) Serpentes Melitæ sine veneno.
(l) Melitenses ad Christi fidem per Paulum conversi.
(m) Insula Melitæ equitibus S. Joannis data anno 1535. contra Turcas ab iisdem defensa, munita & in ea urbs Valletta.
(n) Ejusdem Topographia.
(o) Quid sonat hæc vox.

Fertilis est Melite, sterili vicina Cosyræ
Insula, quam Lybici verberat unda freti.

Hinc patet, contra aliquos, eam non esse Mitilenen, Melitenen, Miletum.

Mello, Proprium.

Ut nomen proprium sumitur Mello; nomen scilicet *civitatis in Tribu Ephraim*; cujus cives, & universæ familiæ *abierunt, & constituerunt Regem Abimelech* (h. e. populi Judicem; nondum enim Judæi Regem habebant), *juxta quercum, quæ stabat in Sichem*; super quâ re parabolam proferens, Joatham dixit viris Sichem, & Mello, si perversè egistis in hujusmodi electione contra domum Jerobaal (vid. *Abimelech*), *egrediatur ignis ex eo* (Abimelech scilicet), *& consumat habitatores Sichem, & oppidum Mello: egrediaturq; ignis de viris Sichem, & de oppido Mello, & devoret Abimelech.* Ex his verbis putat (b) P. Lubin, quòd vicinum esset oppidum Mello ubi Sichem, & quasi suburbium illius. Adrichomius autem longè ab illâ facit; reputatque hanc eam fuisse, quam scribitur instaurâsse Salomon in adventu filiæ Pharaonis; & causam fuisse rebellionis Jeroboam filii Naboth: At, ut verum ipse fatear, in contrariâ sum sententiâ; & judico sermonem esse de Mello, de quo infra. (Vid. *Mello appellativum*). (c) Sonat: *Plenitudo: Repletio*: M. Simon in suo dictionario Biblico aliam à prædictâ urbem fuisse dicit in Tribu Juda ædificatam à Salomone; at hoc potiùs imaginari est, quam certa velle scribere. Etymon etiam hujus urbis Mello aliqui dicunt esse: *Vorago*. In textu autem libri Judicum pro Mello (d) legunt Septueginta Βηθμααλὼ, *Bethmaalo*, h. e. *domus Maalo*.

Hist.
(a) Quid est. Judic. 9, 6.
- - 20.
Lubin. h. v.
(b) Varii auctorum sensus de Mello.
Adrichom. in Tr. Ephr. n. 68.
3. Reg. 9. 15.
- - 24.
- 11, 27.
(c) Vocis interpr.
Dict. Bibl. h. v.
(d) Lect. LXX.

Mello, Appellativum.

Cum supra conper dixerimus (a) Etymon hujus nominis Mello esse, præter alia: *Vorago*; hinc quòd Mello etiam accipimus pro nomine absolutè appellativo, licèt in sacris litteris solùm datum reperiamus *Voragini cuidam, vallique profundæ, ac latæ, quæ ab inferiori Jerosolymæ civitate montem Sion secernebat*; & pertendebatur à portâ aquarum, occasum versùs, usque ad portam piscium: & quidem ab hac voragine David per gyrum montem, & arcem Sion, quam deinde civitatem David dixit, ædificavit, & munivit. Voraginem hanc ædificâsse Salomon à me creditur, quando in sacris litteris reperimus, (b) quòd Salomon ædificavit Mello; scilicet illam replevisse, & in modum latissimæ plateæ complanâsse; remansitque ei optimè nomen Mello, cum sonet, ut vidimus in præallata dictione: (c) *Plenitudo: Repletio*; immò Tyrinus, meæ favens opinioni, addit aream, & plateam hanc, ita à Salomone redactam, bene Mello dictam esse, h. e. *multitudo* ob multitudinem populi, ad illam partem urbis, & loci concurrentem, cujus nempe locus, area, & platea illa valdè erat capax; & cùm dicatur: *Filia autem Pharaonis*, (quam scilicet duxerat Salomon uxorem) *ascendit de civitate David in domum suam, quam ædificavit ei Salomon*: (d) *tunc ædificavit Mello*; videtur poni ob oculos causa, propter quam ædificavit, videlicet, ut illius commodo, & deliciis serviret, constructo ejusdem vicino palatio; & ly *ædificavit*, interpretari etiam possumus, quòd Mello ædificiis ornaret, partem quoque ejusdem includens, publicóque eripiens; unde obmurmuratio populi (in quo Jeroboam præcipuus),

Hist.
(a) Quid est Mello appellativum, & quid sonat.
2. Reg. 5. 9.
1. Par. 11. 8.
3. Reg. 9. 15.
(b) Salomon Mello ædificans.
Tyrin. f. 3. Reg. 9.
(c) Variæ nom. significationes.
3. Reg. 9. 24.
(d) Causa ædificationis Mello; quod causam dedit rebellioni Jeroboam.
- 11, 27.

primò orts, deinde in apertam erupit rebellionem. Joas, Rex Juda, (e) *in domo Mello, in descensu Sella*, occisus est. Et de Ezechiâ, ædificante muros Jerusalem, scribitur pariter, quòd (f) *instauravit Mello in civitate David.* (V. *Jeroboam*).

4.Reg. 12, 20. (e) Joas in Mello occisus. 2.Par. 32, 5. (f) Ezechias Mello instaurans.

Pro multis ex iis, quæ attulimus, firmandis, valebit (g) sanè lectio Septuaginta interpretum, ex quibus notamus, quod hoc nomen Mello in relatis modò textibus non reperitur apud ipsos; Ita in textu 4.Reg. 12. pro Mello legunt *Mallo*, μαλλὼ, & in aliis usurpant; *Summum*; *sepem*; *circuitum*; *plenitudinem* (hoc est, ut puto, terminum) *arcis*. Joseph suâ ætate scribit, Mello fuisse habitationibus hominum satis frequentem, & *Tyropæon* (h) appellatam; quòd nomen Græcum à τυρὸς, hoc est, *caseus*, & παίω, hoc est, *plectens: perstringens &c.* compositum, facile ei datum est, quòd in eâ platea perstrictus caseus, & vetus venderetur; quæ quidem interpretatio, cùm aliæ etiam remotæ applicari possint, valeat, quantùm valere potest.

(g) Lect. LXX. Jos. 6. bell. 6. (h) Tyropæon dicta Mello.

Mellothi.

Hist. *Unus* (a) *ex filiis Heman*, & sic Levita; cujus familia habuit in ministerio Cantorum, & Citharœdorum Templi sortem nonam decimam. Sonat; *Plenitudo*: *Circumcisio*.

1.Par. 25, 4. - - 26. (a) Quis est, & quid sonat.

Melluch.

Hist. I. De filiis (a) Bani fuit Melluch, repertus sub Esdrâ inter illos, qui alienigenas uxores repudiare debuerunt, post reditum à captivitate.

1.Esd. 10, 29. (a) Quis primus.

II. III. Reperitur etiam (b) Melluch inter signatores fœderis, cum Domino initi sub Nehemiâ: an autem idem sit, cum nuper laudato, nescimus; immò & duplex Melluch; quorum primus fuit Sacerdos, alter ex capitibus populi; quin etiam idem primus ponitur in notâ Sacerdotum, qui cum Zorobabele venerunt de captivitate Babylonis. (c) Etymon hujus nominis est: *Regnans: Consulens*.

2.Esd. 10, 4. - - 26. (b) Quis secundus, & tertius. - 12, 2. (c) Nom. interp.

Melodia.

Hist. *Cantûs* (a) *suavitas* (aliqui etiam ad sonum extendunt) *ex aptâ vocis modulatione, & flexu procedens*, Melodia est. Cùm adduceretur arca Domini de domo Obededom in Jerusalem, (b) *Chonanias Princeps Levitarum prophetiæ præerat ad præcinendam melodiam: erat quippe valdè sapiens.*

(a) Quid est. 1.Par. 15, 22. (b) Chonanias Præfectus sacræ melodiæ.

In Ecclesiastico legimus: (c) *Tibia, & Psalterium suavem faciunt melodiam, & super utraque lingua suavis.*

Eccli. 40, 21. (c) Melodia linguæ suavis excellentissima.

Myst. *Virgo Maria* vocatur melodia dulcis, & sonora, à Divo Bonaventura.

D. Bon. in Psalt. B. V.

Melota.

Hist. *Pellis* (a) *ovina, unà cum lanâ adhibita pro veste*, Melota dicitur; ita à Græco vocabulo μῆλον, *Melon*, quod est *ovis*. Paulus Apostolus, ad Hebræos scribens, plures ex antiquis Judæis patribus ait, quod multa passi sunt circuentes (b) *in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti*; & quidem per fidem; nec tamen plenam consecuti fuêre retributionem.

(a) Quid est. Hebr. 11, 37. (b) Antiqui Patres in melotis incedentes.

Melothi.

Hist. Varii (a) varia circa hoc nomen; plerique tamen volunt; & alii suspicantur, esse eam *urbem in Cilicia*, quæ *Mallus* dicitur, & Tarso vicina est; cujus incolæ *Mallota*, de quibus suo loco diximus: Rejicit hanc verò opinionem Lubin ex æquivoco, quòd Melothi seu Mallus sit in vicinitate Tharsis, non Tarsi; & duplicem conjecturam in hujusmodi re faciens, utramque refert, dicens: »Si Holofernem non longè ultra Ciliciam exspatiatum contendant aliqui, verbo Melothi Melitenem civitatem intelligendam, quæ & Melita dicitur, in Armeniâ minori ad Euphratem fluvium: Conjecturam nostram probamus ex eo, quòd v. 22. dicitur, quòd Holofernes venerit ad magnos montes Ange, quos verbo *Ange* diximus esse Amanum montem; de Amano autem monte sic Stephanus de urbibus verbo Melitene: *Amanus autem mons usque Euphratem, & Melitenen procedit.* Secunda nostra conjectura est, verbo Melothi posse intelligi Carthaginem, urbem totius Africæ metropolim (si quis consentiat Holofernem dissitas Regiones potuisse pervadere); nam hoc loco apud Septuaginta pro effregit Melothi legitur: καὶ διέκοψε τὸ Φοὺδ, καὶ λοὺδ. Et pro Tharsis legitur *θαρσὶς*. Diximus autem in verbo Africa, verbo Phud Africam propriè dictam à Septuaginta intelligi; & verbo Lydi, par Lud Regionem Africæ vicinam insinuari; Tharsis nomen Chaldæus Africam reddit 3.Reg. 10. v. 22. cap. 22. v. 49. & Jerem. 10. v. 9. pro Tharsis Carthaginem intelligit S. Hieronymus de locis Hebraicis. Theodoret. in 1. cap. Jonæ. Nec verba textûs Septuaginta primæ conjecturæ repugnant; plures enim per Lud Asiam minorem interpretantur, ad quam pertinet prælaudata Melitene civitas.« At, si verum fatear, laude omni dignum, P. Lubin venerans non sequor, quem juxta meum captum non intelligi à me, ingenuè fateor; ubi enim ultima ponit verba: »Plures enim per Lud Asiam minorem interpretantur, ad quam pertinet prælaudata Mitilene civitas.« Africam, & Asiam miscet; (b) unde cum majori scriptorum parte, & opinione primâ positâ esse non erubesco; quam firmo adducens textum, in quo Melothi nominatur, videlicet: *Effregit* (c) *autem* (Holofernes) *civitatem opinatissimam* (hoc est, famosissimam) *Melothi, prædavitque filios Tharsis, & filios Ismaël, qui erant contra faciem deserti, & ad austrum terræ Cellon.* In ipso etenim textu, cur Tharsis non intelligitur pro Ciliciâ, sicut alibi accipitur, & præcisè in 2.Par. 9, 21.? & quidem Cilicia Regnum Tharsis erat, cujus metropolis Tarsus; ut notat Tyrinus in eodem loco. Sonat: (d) *Plenitudo: Circumcisio.*

(a) Varii auctorum sensus circa hanc urbem. Lubin. h. v. (b) Sensus Scriptoris de hac urbe. Judith 2. 13. (c) Victa, & prædata Melothi ab Holoferne. (d) Nom. etym.

Meltias.

Hist. Hic Meltias, (a) Gabaonites, fuit unus ex ædificatoribus in novâ Jerusalem, post captivitatem Babylonis, reædificata. Significat: *Liberatio Domini*.

2.Esdr. 3, 7. (a) Quis est, & quid sonat.

Membrana.

Membrana.

Hist. (a) Quid est.

Pro (a) *quâvis tenuissimâ pelle* accipitur; vel etism in quâcunque animalis parte sitâ. Propriè tamen ast *pellis exterior, qua membra tegit*; unde oomen habet *Membrana*. A simili sumitur pro *chartâ quâcunque*; meliùs tamen *pro pelle ovinâ ad scribendum accommodatâ; immo scriptâ*; unda pro Membranis *scriptura* vapiunt, & *libri* ex ipsis pellibus ita aptatis, seu membranis consuti. Tobias senior cæcus, linitus oculos fella piscis, allato à Tobiâ juniore,

Tob. 11, 14. (b) Albugo, ut membrana cadens ex oculis Tobiæ sen.

(b) *sustinuit quasi dimidiam ferè horam, & cœpit albugo ex oculis ejus, quasi membrana ovi, egredi.*

2. Tim. 4, 13. (c) Membranæ Pauli ad ipsum ferendæ. (d) Pergamenæ unde nomen habeant.

Ad Timotheum scribena Apostolus, inter cætera ai dicit: *Penulam, quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, & libros, (c) maximè autem membranas*; folia scilicet non alligata, ut solemus dicere, volantia. Facilè Pergamenæ arant; (d) pelles videlicet da rasis pilis, qoarum usus Pergami cœpit, & inda noman habent.

Myst. Gloss. ordin. i. Tob, 11.

Velamen Judæorum, quo scilicet à cognoscendo Christo, & cognoscendis sa ipsis continentur, in membranâ Tobiæ oculis appositâ, veluti ovi albugina figuratur; ut notat Glossa ordinaria.

Membrum. Membratim.

Hist. (a) Quid Membrum, cujus voces textus non signantur notis, nisi ubi locus.

Singula (a) *corporis partes per se considerata* Mambrum sunt; juxta sua officia tamen, & munia suum particulara nomen habent; ut sunt: Nares; oculi; caput; pes; crus; manus &c. propriè tamen voluor aliqui, quòd *caro artus tegens* veniat taotùm sub nomina membri; at pro partibus corporis universaliter hoc oomeo sumitur.

Levit. 1, 8. - - 12. & alibi. 3. Reg. 18, 33.

Membra hostiæ cæsa ordinabantur supet altara, & adolebaotur in holocaustum, si erat vitulus; & sic, si erat ovis, aut capra, dividebantur antea. Elias divisum par membra bovem posuit supet ligna, & de cælo ignem obtiouit, ut holocaustum consumeret. (Vid. *Elias*.)

Job. 17, 7. (b) Membra Job. redacta, quasi in nihilum. - 41, 14.

Job in suâ afflictione dicebat: (b) *Caligavit ab indignatione oculus meus, & membra mea, quasi in nihilum redacta sunt.* Da Leviathan fortitudine & vigora dicitur: *Membra carnium ejus coharentia sibi.* Describitur apud

Ezech. 17, 3. (c) Aquila grandis longo membrorum ductu.

Ezechialem in parabola exprimenta quid futurum esset de Regno Juda, (c) *Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis, & varietate*, de Libano auferens medullam cedri. Secundus ex fratribus Ma-

2. Mach. 7, 7. (d) Martyres Mach. per singula membra cruciati.

chabæis martyribus, *cute capitis ejus cum capillis abstractâ*, intertogabatur, (d) *si manducaret prius* (cibos scilicet à Judaicâ lege vatitos), *quàm tote corpore per membra singula puniretur*; respondit strenuè: *non faciam*; unda & ipsius, & aliorum fortitudinem mater ipsa

- - 22. (a) Membra eorum à matre non compacta.

admirans dicabat: *Nescio, qualiter in utero meo apparuistis*; (a) *neque enim ego spiritum, & animam donavi vobis, & vitam, & singulorum membra non ego ipsa compegi.* Rex Antiochus autem Epiphanes, Tyrannos, à Deo percussus

- 9, 7. (f) Antiochus Epiph. membris collisus.

est; factum enim est *illum, impetu euntem, de curru cadere*, (f) *& gravi corporis collisione membra vexari.*

Math. 5, 29.

Ubi Christus Dominus ajebat docens: *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & projice abs te*; addit: (g) *Expedit enim tibi, ut pereat unum membrorum suorum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam.* Ad

(g) Expedit unum membrum, quam totum corpus pereat.

Rom. 6, 12.

Romanos scribens, Apostolus habet: *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis ejus.* (h) *Sed neque exhi-*

- - 13. (h) Membra nostra sint arma justitiæ.

beatis membra vestra arma iniquitatis peccato: sed exhibete vos Deo, tanquam ex mortuis viventes: & membra vestra arma justitia Deo.

- - 19.

Sicut exhibuistis membra vestra servire immunditia, & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra vestra servire justitia. *Cùm esse-*

- 7, 5.

mus in carne (hoc ast, cùm secundùm carnis desideria viveremus), (i) *passiones peccatorum, qua per legem erant, operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti*; *nunc autem so-*

(i) Passiones peccatorum operantes in membris nostris.

- - 6.

luti sumus à lege mortis, in quâ detinebamur, ita ut serviamus in novitate Spiritûs, & non in vetustate littera. *Condelector legi Dei, secundùm*

- - 22.

interiorem hominem: *Video autem aliam legem in*

- - 23.

membris meis, repugnantem legi mentis mea, & captivantem me in lege peccati, qua est in membris meis. *Sicut in uno corpore multa membra*

- 12, 4.

habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: Ita multi unum corpus sumus in

- - 5.

Christo, singuli autem alter alterius membra.

Ad Corinthios scribit: *Nescitis, quoniam*

1. Cor. 6, 15.

corpora vestra membra sunt Christi? tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? absit. *An nescitis, (k) quoniam membra ve-*

- - 19. (k) Membra nostra Templum Spiritûs Sancti.

stra templum sunt Spiritus Sancti, qui in vobis est, quem habetis à Deo, & non estis vestri? Et cùm doceat, quòd ubi dantur varia Spiritûs Sancti charismata variis io Ecclesia, ut mutuò sesa adjuvent, dantur, axamplô membrorum in humano corpora dicta sua munit, & habet:

- 12, 11.

Hæc omnia operatur (diversa scilicet, & varia dona, & charismats) *unus atque idem Spiritus,*

- - 12. (l) Membra multa unum faciunt corpus.

dividens singulis, prout vult; (l) *sicut enim corpus unum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cùm sint multa, unum tamen corpus sunt, ita & Christus &c.* *Nunc*

- - 18.

autem posuit Deus membra, unumquodque eorum in corpore, sicut voluit; *quòd si essent omnia*

- - 19.

unum membrum, ubi corpus? *Nunc autem mul-*

- - 20.

ta quidem membra, unum autem corpus; *Non*

- - 21.

potest autem oculus dicere manui: operâ tuâ non indigeo; aut iterum caput pedibus: non estis mihi necessarii. *Sed multò magis que videntur mem-*

- - 22.

bra corporis infirmiora esse, necessaria sunt: *Et*

- - 23. (m) Membra ignobiliora magis in respectu.

(m) *qua putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorem circumdamus: & qua inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent.* *Honesta autem nostra nullius*

- - 24.

egent, sed Deus temperavit corpus ei, cui deerat, abundantiorem tribuendo honorem: ut non sit

- - 25.

schisma in corpore, sed idipsum pro invicem solicita sint membra. (n) *Et si quid patitur unum*

- - 26. (n) Membrum membro condolet, congaudet &c.

membrum, compatiuntur omnia membra: sive gloriatur unum membrum, congaudent omnia membra: (o) *Vos autem estis corpus Christi, &*

- - 27. (o) Nos membra de membro; ubi expl. tem.

membra de membro &c. hoc ast, ax parte; membra nampè partialia. Ita ad Ephesios dicit, quòd ex Christo *totum corpus* (Ecclasiæ) *com-*

Ephes. 4, 16.

pactum, & connexum per omnem juncturam subministrationis (h. a. per mutuam unionem) *secundùm operationem, (p) in mensuram* (hoc ast, juxta exigentiam) *uniuscujusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate.* Et eos hortatur: *Deponentes menda-*

(p) Exigentia uniuscujusque membri in corpore est.

- - 25.

cium, loquimini veritatem, unusquisque cum

(q) Cum proximo sumus invicem membra.

proximo suo; (q) *quoniam sumus invicem membra*. Et viros hortans, ut diligant uxores suas, sicut Christus Ecclesiam, dicit, adducitque rationem: *Quia membra sumus corporis ejus, de carne ejus, & de ossibus ejus* (mysticè scilicet).

Ephes. 5, 30.

Coloss. 3, 5.
(r) Membra vestra mortificanda

Ad Colossenses ponit: (r) *Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam &c.* deponentes.

Jacob. 3, 5.
- - 6.
(s) Lingua modicum membrum multa sonans.

Divus Jacobus Apostolus in suâ Catholicâ scribit: (s) *Lingua modicum quidem membrum est, & magna exaltat. Ecce, quantus ignis, quàm magnam silvam incendit - - - lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam nativitatis nostræ, inflammata à Gehennâ. Unde bella, & lites in vobis? nonne hinc? ex concupiscentiis vestris, (t) quæ militant in membris vestris.*

- 4, 1.
(t) Concupiscentiæ in membris nostris militantes.

(u) Quid Membratim.
2. Mach. 1, 16.

Est à membro (u) *membratim* adverbium, quod sonat idem ac *per membra*. In libro secundo Machabæorum narratur, quòd cùm vellet Antiochus Sedetes spoliare Templum naneæ in Perside, ideoque in illud esset ingressus, *aperto occulto aditu Templi, mittentes* (Sacerdotes illius) *lapides, percusserunt ducem, & eos, qui cum eo erant, & diviserunt* (x) *membratim, & capitibus amputatis, foras projecerunt.*

(x) Antiochus Sedetes cum suis membratim cæsus.

Myst.
Laur. Syl. alleg. l. v.

Agentibus perversè sese jungentes figurantur in membris carnium Lemothan; ut notat Lauretus.

Orig. s. Lev. h. 1.

Anima, & corpus designari possunt in membris hostiæ, seu vituli, seu agni cæsis; ut habet Origenes.

Idem prol. s. Cant.

Gradus diversi in Ecclesiâ in membris corporis variis demonstrantur; ut legimus *in notis historicis*; & scribit idem Origenes.

Jungentes se malis, Vid. *Agentibus perversè sese jungentes.*

Idem s. Matth. h. 5.

Juncti aliis aliqua ratione, sed voluntate animi dissidentes, membris, scandalizantibus, rescindendis assimilantur; ex eodem.

D. Hier. s. Ezech. 17.

Principes Nabuchodonosor in membris aquilæ longis, visæ ab Ezechiele, allegoricè repræsentantur; ex D. Hieronymo.

Rich. à S. Laur. de laud. B. V. l. 5. 4.

Virgo Maria appellatur à Richardo à S. Laurentio membrum excellentissimum corporis totius Ecclesiæ, post Christum caput. Ita & membrum honestius, & pulchrius sub Christo capite in toto corpore Ecclesiæ.

Memmius. Vid. Quintus Memmius.

Memor. Memorabilis. Memorans. Memoratus. Memoria. Memoriale. Memoriter.

Hist.
(a) Quid hæ voces, quarum textus notis non signantur, ubi locus non est.

Unà simul septem voces ponimus, quarum una ab alterâ dependens semper est; & quamvis ratione Alphabeticæ seriei disponi debeant, sicuti eas posuimus, ratione tamen elucidationis earum diversimodè locum sibi vindicant. Primò igitur explicanda est dictio: *Memoria*; pro quâ advertimus nomen esse, quod alii deductum volunt à verbo *memoro*, quod est, in *mentem* revoco; alii à *meminis* verbo defectivo, ex antiquato *meno*, cujus fuit præteritum, quod est *recordor*. Et sic memoria sumitur *pro animæ potentiâ*, diciturque propriè *ea vis, quæ hominis inest ad recolenda præterita*; quæ verò ut recolantur, cum perceptio rerum, seu verborum requiratur; hæc eadem memoria sumitur *pro ipsâ rerum, seu verborum perceptione, & retentione*; nec non *pro ipso actu recordandi, & memorandi*; & Memoria etiam dicitur *ipsa recordatio*. Hinc translatè memoria vocatur *monumentum, & monumentum quodcunque*, eo quòd recordationis rerum sit causa; & etiam memoria *pro ipsa antiquitate*, cujus per traditiones recordamur, nec non etiam pro *tempore*, ponitur. Confunditur tamen aliquando *Memoriale* cùm *memoriâ*; cum, ut placet aliquibus idem sit Memoriale, ac *memoriola, aliquid scilicet relictum, seu statutum ad servandam rei alicujus memoriam*; at si quod relictum est, aliquod magnum est; quamvis autem Memoriale juxta allatam definitionem explicem, attamen Memoriale, & Memoriolam unà simul confundere non ausim. *Qui actu recordatur rei alicujus, sibiq; eam repetit mente, seu aliis ore*, is *Memorans* est. *Si verò ex habitu recordatur, unde postea actum elicit, Memor* dicitur; & cùm actus varii esse possint, qui à memore elici possunt ratione recordationis, jam *stans promissis*, jam *gratificans, & hujusmodi*, Memor optimè appellatur. Hinc, *quod dignum memoria est*, nuncupatur *Memorabile*; & *id, quod ex præteritis repetitur, refertur &c.* dicitur *Memoratum*: Si quis verò aliquid ab alio dictum; ex libro, similive scripturâ lectum memorat, nullum præsens exemplar habens, illud *Memoriter* referre notatur, hoc est, *de memoriâ*. Quibus ita explicatis, jam secundùm Alphabeticum ordinem, de unaquaque allatâ dictione ad dicendum adducimur. Sic ergo

Quoad dictionem *Memor*. Post mortem Gen. 50, 15.
Jacob timentes fratres Joseph, ne memor esset injuriæ illatæ, dum eum vendiderunt Ægyptiis, nomine patris Jacob apud eum institerunt, ut illius oblivisceretur. (Vid. *Joseph.*) In Levitico est: *Non quæras ultionem, nec memor eris* Lev. 19, 18.
injuriæ civium tuorum. Pro præcepta Dei servantibus, ait idem Deus; quod fœderis recordabitur, additque: *Terra quoque memor ero.* - 26, 42.
Fimbriæ per angulos palliorum jussæ sunt fieri ab Hebræis (b) ut *magis memores præceptorum Dei faciant ea, sintq; sancti Deo suo.* Absalom pertæsus exclusionis suæ à facie David, rogabat Joab, ut operaretur, quatenus coram eo posset admitti, addebatque: *Quòd si memor est iniquitatis meæ, interficiat me.* Samaritani hostes Israëlis, ab Assur missi ad inhabitandam Samariam, ut impedirent Templi fabricam, Artaxerxi Regi scripserunt, zelumque Regii servitii simulantes, dicebant: (c) *Nos memores salis, quod in palatio comedimus, & quia læsiones Regis videre nefas ducimus, idcircò misimus, & nuntiavimus Regi.* De Tobia seniore scribitur: (d) *Quoniam memor fuit Domini in toto corde suo, dedit illi Deus gratiam in conspectu Salmanasar Regis &c.* Idem autem Tobias cæcus factus, & convitia ab uxore sustinens dicebat ad Dominum: (e) *Domine memor esto mei, & ne vindictam sumas de peccatis meis &c.* putansque, se brevi moriturum, filio suo commendabat uxorem ipsam suam, matrem ejus, dicens: (f) *Memor esse debes quæ, & quanta pericula passa sit propter te in utero suo.* Eliachin Sacerdos filios Israël hortabatur, (g) ut memores essent victoriarum, quas concessit

Num. 15, 40.
(b) Fimbriæ in angulis palliorum Judæorum in memoriam præceptorum.
2. Reg. 14, 32.
1. Esd. 4, 14.
(c) Hostes Judæorum, se dicentes memores salis comesti in palatio Regis.
Tob. 1, 13.
(d) Tobias sen. memor Domini.
- 3, 3.
(e) Dominus memor nostri.
- 4, 4.
(f) Memor sit filius matris suæ.
Judith. 4, 12.
(g) Ad filios Isr. ut memores sint victoriarum, quas Deus dedit, hortatio.

Dominus

Dominus de hostibus Moysi in ipso confidenti;
& ita illis animum ingerebat contra Holofer-
nem. Ita ut Judith vacillantes presbyteros Bethu-
liæ contra eundem Holofernem confirmans, il-
los hortabatur, ut suadentes populis confidenti-
Judith. 8. or.24. (h) Item ut memores sint passionum Patrum suorum antiquorum. am in Deo, eis insinuarent, ut memores (h) es-
sent, de tentationibus, quas passi erant antiqui
Patres ad probationem, si verè colerent Deum;
memoresque essent præcisè eorum, quæ passi
erant Abraham, Isaac, Jacob, Moyses &c. In-
ter laudes, ab Ozia, populi Bethuliensis Principe
datas egregiæ mulieri Judith, caput Holofernis,
à se recisum, referenti, fuit, quòd perpetuaretur
- 13. 25. nomen illius in ore hominum, *qui memores fue-
rint virtutis Domini in æternum*, pro quibus non
pepercerat animæ suæ. In libro Esther est, quòd
Esther. 13. 8. (i) Mardochæus memor operum Domini. (i) Mardochæus *memor omnium operum* Domini,
enim ex corde rogavit, ut populus Judæus ab in-
fidis Aman liberaretur.

Psalm. 6. 6. In Psalmis David habet: *Non est in morte* (h. e.
- 8. 5. in inferno) *qui memor sit* (h. e. laudet te) *tui* (Do-
mine.) *Quid est* (Domine) *homo, quòd memor es*
- 15. 4. *ejus? Non memor ero nominum eorum* (hominum
scilicet) *per labia mea*; q. d. de rebus hominum
- 19. 4. non ampliùs loquar. *Memor sit* (Dominus)
- 41. 8. *omnis sacrificii tui &c. Ad me ipsum anima mea
conturbata est; propterea memor ero tui* (Domi-
- 44. 18. ne) *de terra Jordanis, & à monte modico. Me-
mores erunt* (homines) *nominis tui* (Domine) *in
- 62. 7. omni generatione, & generationem. Si memor fui
tui* (Domine) *super stratum meum, in matutinis
- 73. 2. meditabor in te. Memor esto* (Domine) *congre-
- - 18. gationis tuæ, quàm possedisti ab initio. Memor esto*
(Domine) *hujus* (h. e. quod tibi repræsento, &
- - 22. est): *Inimicus improperavit Domino*; unde ad-
ditur post aliqua: *Exurge Deus judica causam
tuam, memor esto improperiorum tuorum, eorum,
- 76. 4. quæ ab insipiente sunt tota die. In die tribulatio-
nis mea — memor fui Dei, & delectatus sum &c.
- - 12. Memor fui operum Domini; quia memor ero ab
- 86. 4. initio* (Domine) *mirabilium tuorum. Memor ero*
(ait Dominus) *Rahab, & Babylonis scientium me.
- 87. 6. Æstimatus sum* (ait David,) — *sicut vulnerati,
dormientes in sepulchris, quorum* (Domine) *non es
- 88. 51. memor ampliùs &c. Memor esto Domine opprobrii
servorum tuorum* (quod continui in sinu meo) *mul-
- 102 18. tarum gentium.* (Justitia Domini est his, qui)
*memores sunt mandatorum ipsius: ad faciendum
- 104. 8. ea. Memor fuit* (Dominus) *in seculum testamen-
ti sui, verbi, quod mandavit in mille generationes.
- - 42. Memor fuit verbi sancti sui, quòd habuit ad A-
- 105 7. braham puerum suum. Patres nostri in Ægypto
non intellexerunt mirabilia tua; non fuerunt me-
- - 45. mores multitudinis misericordiæ tuæ. Memor fuit*
- 110. 5. (Dominus) *testamenti sui &c. Memor erit in sæ-
- 125. 10. culum testamenti sui. Dominus memor fuit nostri
- 118. 49. & benedixit nobis. Memor esto* (Domine) *verbi
- - 52. tui servo tuo, in quo mihi spem dedisti. Memor fui
judiciorum tuorum à sæculo, Domine; & consola-
- - 55. tus sum. Memor fui nocte nominis tui Domine: &
- 135. 23. custodivi legem tuam. In humilitate nostra* (Do-
- 136. 7. minus) *memor fuit nostri. Memor esto Domine fi-
- 142. 5. liorum Edom, in die Jerusalem. Memor fui dierum
antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus
tuis* (Domine).

Cant. 1. 3. Mystica Sponsa in Canticis habet ad Spon-
sum mysticum: *Exultabimus, & lætabimur in te,
Sap. 19. 10. (k) Hebræi memores portentorum factorum in Ægypto. memores uberum tuorum super vinum; recti dili-
gunt te.* De Hebræis, qui *memores* (k) *erant ad-
huc eorum, quæ in incolatu illorum facta fuerant*
miracula in Ægypto, in libro Sapientiæ notatur,
quòd nova viderunt portenta in solitudine. A- Eccli. 14. 12. (l) Memor esto de morte.
pud Ecclesiasticum est: *Memor esto, quoniam* (l)
*mors non tardat, & testamentum inferorum, quia
demonstratum est tibi; testamentum enim hujus
mundi, morte morietur. Viri mendaces non erunt* - 51. 8.
illius (Sapientiæ scilicet) *memores. Memor esto* - 38 19.
judicii mei (puta mortuum loqui:) *Sic enim erit
& tuum; mihi heri, & tibi hodie. Memor ero* - 42. 15.
operum Domini, & quæ vidi annuntiabo. In Thre-
nis habetur: *Memoria memor ero, & tabescet in* Thren. 3. 20.
me anima mea. In Baruch prophetatur de Ju-
dæis ex ore Domini: *Laudabunt me in terra ca-* Bar. 2. 32.
ptivitatis suæ, (m) *& memores erunt nominis mei.* (m) Judæi in captivitate memores nominis Dei.
Judas Machabæus, pugnam contra Gentes habi-
turus, suos hortabatur; & excitabat dicens:
Nunc clamemus in cælum; & (n) *miserebitur nostri* 1. Mach. 4. 10. (n) Deus memor Testamenti Patrum.
*Dominus, & memor erit testamenti Patrum nostro-
rum. &c.* Jonathas, summus Sacerdos, legatio-
nem ad Spartiatas mittens, in suis litteris dicebat:
(o) *Nos in omni tempore sine intermissione in die-* - 12. 11. (o) Judæi Spartiatarum memores in sacrificiis, &c.
*bus solemnibus, & cæteris, quibus oportet, memo-
res sumus vestri in sacrificiis, quæ offerimus, &
in observationibus, sicut fas est, & decet meminisse
fratrum.* Antiochus Epiphanes, in pessima in-
firmitate constitutus, (p) se benignè memorem 2. Mach. 9. 21. (p) Ant. Epiph. memor Judæorum.
esse Judæorum scribebat. De improviso futuro
judicii die loquens Christus JEsus, sicut de So-
domorum subversione, ajebat: *Memores estote* Luc. 17. 32.
uxoris Lot. Ad Corinthios scribens, Aposto-
lus ponit: *Laudo vos,* (q) *fratres, quod per omnia* 1. Cor. 11. 2. (q) Corinthii memores Pauli.
mei memores estis. &c. Ad Galatas narrat consen-
sum Apostolorum, ut ipse, & Barnabas in Gentes,
alii verò in circumcisionem, h. e. in Judæos, de-
stinarentur, addens: *tantùm ut pauperum memo-* Gal. 2. 10.
*res essemus, quod etiam sollicitus fui hoc ipsum fa-
cere.* Ad Ephesios habet: (r) *Memores estote,* Eph. 2. 11. (r) Ephesii memores, quod non in carne circumcisi.
*quòd aliquando vos Gentes in carne, qui dicimini
præputium, ab ea, quæ dicitur circumcisio in carne,
manufacta &c.* Ad Colossenses scribit: *Memo-* Coloss. 4. 18.
res estote vinculorum meorum. Ad Thessaloni-
censes testatur se, Silvanum, & Timotheum pro
eis orare, (s) *memores,* inquit, *operis fidei vestræ,* 1. Thess. 1. 3. (s) Paulus memor fidei Thessalonicensium.
*& laboris, & charitatis, & sustinentiæ spei Domini
nostri Jes. Christi ante Deum, & Patrem nostrum
&c.* Et paulò post ait: (t) *Memores estis, fratres,* - 2. 9. (t) Iidem memores laborum Pauli.
*laboris nostri, & fatigationis: nocte, ac die operan-
tes, ne quem vestrûm gravaremus, prædicavimus
in vobis Evangelium Dei.* Ad Timoth. ait, quòd
gratias agit Deo, quòd in suis orationibus illius
recordetur, *desiderans,* inquit, *te videre, memor* 2. Tim. 1. 4.
lacrymarum tuarum, ut gaudio implear. Et alibi
dicit: (u) *Memor esto Dominum J. Christum re-* - 2. 8. (u) Memoria resurrectionis Jesu Christi habenda.
*surrexisse à mortuis ex semine David, secundùm
Evangelium meum.* Citat, scribens ad Hebræos,
textum Psalmi 8. dicentis: (x) *Quid est homo,* Hebr. 2. 6. (x) Dominus memor hominis.
quòd memor es ejus &c. (Domine)? Petrus A-
postolorum Princeps, in sua secunda monet eos,
ad quos scribit, se ideò scribere iterum, *ut* (ait) 2. Petr. 3. 2.
*memores sitis eorum, quæ prædixi verborum, à san-
ctis Prophetis, & Apostolorum vestrorum, præce-
ptorum Domini, & Salvatoris.* Et Judas inquit:
(y) *Vos charissimi, memores estote verborum, quæ* Jud. 9. 17 (y) Memoria verborum ab Apostolis habenda.
prædicta sunt ab Apostolis Domini nostri J. Christi.
In Apocalypsi jubetur Joannes scribere Episcopo
Ephesino: *Memor esto, unde excideris; & age* Apoc. 2. 5.
pœnitentiam, & prima opera fac, &c.

Pro dictione: *Memorabilis.* Baruch hortans, Baruch 4. 5.
ut forti animo sit, Populum Israël, dicit: *Ani-* (z) Israël memorabilis.
maquior esto populus Dei, (z) *memorabilis Israël.*

Pro

Pro dictione *Memorans*, & *Memoratus* habemus, quòd Tobias senior, dum excepisset alios
convivio, monitus de cadavere Judæi, in platea
jacente, illud clam sustulit, posteà sepeliturus;
Tob. 2, 5. moxque *manducavit panem cum luctu*, & *tre-*
- - 6. (aa) Tobias sen. memoratus sermonem Amos. *more*, (aa) *memorans illum sermonem, quem dixit Dominus per Amos Prophetam: dies festi
vestri convertentur in lamentationem, & luctum.*
Narratur item, quòd cùm à Rege decem ta-
- 1, 15. lenta argenti habuisset, *memoratum pondus ar-
genti* mutuum dedit Gabelo egenti; quod qui-
- 4, 22. dem *supra memoratum pondus argenti* posteà redimere curavit per filium. (Vid. *Tobias*.)

Quoad dictionem autem *Memoria* poni-
Exod. 17, 14. tur, quod Dominus Moysi promisit: *Delebo memoriam Amalec sub cælo*; & hanc promissionem
voluit scribi. Jussit item Dominus Judæos, ut
- 20, 24. *in omni loco, in quo memoria nominis* sui esset, altare de terra facerent; seu de lapide infecto. De oblatione, quæ fiebat Domino, ado-
Levit. 6, 16. (ab) Memoria muneris à Deo in oblationibus. lebat Sacerdos (ab) *in memoriam muneris partem farris fracti, & olei, ac totum thus.* In
Cantico Moysi, referentis in eo Dei beneficia,
& populi ingratitudinem, Deus, contra Idolo-
Deut. 32, 26. (ac) Memoria Idololatrarum delenda. latras Judæos loquens, affertur: *Ubinam sunt?
cessare* (ac) *faciam ex hominibus memoriam eorum.* Nehemias, respuens uniri cum Gentibus, ad reædificationem Jerusalem, licèt illusus
2. Esdr. 2, 20. ab illis dicebat eisdem: *Vobis non est pars, &
justitia, & memoria in Jerusalem.* Baldad, qui
arguebat Job, quasi de impio sermone, ei dice-
Job 8. 8. (ad) Patrum memoria investiganda. bat: (ad) *Interroga generationem pristinam, &
diligenter investiga Patrum memoriam.* Et ipse
Job, confutans amicorum suorum verba, & di-
- 13, 12. cens, eos à Deo arguendos esse, ajebat: *Memoria vestra comparabitur cineri, & redigentur in
lutum cervices vestræ.* Et Baldad, de impio ha-
- 18, 17. bet: *Memoria illius pereat de terra, & non celebretur nomen ejus in plateis.*

Psalm. 9, 7. In Psalmis legitur: *Periit memoria eorum*
(inimicorum Domini) *cum sonitu; & Dominus*
- 29, 5. *in æternum permanet. Psallite Domino Sancti*
- 33, 17. *ejus, & confitemini memoriæ sanctitatis ejus. Vultus Domini super facientes mala, ut perdat de ter-*
- 96, 12. *ra memoriam eorum. Lætamini justi in Domino,*
- 108, 14. *& confitemini memoriæ sanctificationis ejus. In
memoriam redeat iniquitas Patrum ejus* (pec-
catoris) *in conspectu Domini: & peccatum ma-*
- - 15. *tris ejus non deleatur. Fiant contra Dominum*
- 110, 4. *semper, & dispereat de terra memoria eorum. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors & mi-*
- 111, 7. *serator Dominus. In memoria æterna erit justus;*
- 144. 7. (ae) Memoria suavitatis Domini apud omnes. *ab auditione mala non timebit. Memoriam abundantiæ* (ae) *suavitatis tuæ* (Domine) *eructabunt*
(omnes generationes) *& justitiâ tuâ exultabunt.*

Prov. 10, 7. In Proverbiis est: *Memoria justi cum laudibus, & nomen impiorum putrescet.* Apud Ec-
Eccle. 1, 11. (af) Memoria omnis hominum peritura, oblivioni tradita. clesiasten (af) reperimus: *Non est priorum memoria, sed nec eorum quidem, quæ posteà futura
sunt, erit recordatio apud eos, qui futuri sunt in
- 2, 16. novissimo. Non erit memoria sapientis similiter
ut stulti in perpetuum, & futura tempora oblivio-
- 9, 5. ne cuncta pariter operient &c. Viventes sciunt,
se esse morituros; mortui verò nihil noverunt
ampliùs, nec habent ultra mercedem: quia oblivioni tradita est memoria eorum.*

Sap. 2, 4. In libro Sapientiæ adducuntur iniqui, sese
invicem ad delicias invitantes, cùm dicant: *Ne-*
- 4, 1. (ag) Immortalis memoria bonorum. *mo memoriam habebit operum nostrorum.* Ibidem
habetur: (ag) *O quàm pulchra est casta genera-
tio cum claritate: immortalis est enim memoria
illius, quoniam & apud Deum nota est, & apud
homines.* Et de impiis dicitur, quòd *memoria* Sap. 4, 19.
illorum peribit; & quòd spes impii est *tanquam* - 5, 15.
memoria hospitis unius diei prætereuntis. Itaqui
sapientiam habet, dicit: *Memoriam* (ah) *æter-* - 8. 13. (ah) Memoria æterna relinquenda à sapiente.
nam his, qui post me futuri sunt, relinquam. Et
de habitatoribus Pentapoleos, à Deo per ignem
castigatos, notatur, quòd eis *in testimonium ne-*
quitiæ (ai) *fumigabunda constat deserta terra,* - 10, 7. (ai) Figmentum falsi memoria poena Pentapoleos.
*& incerto tempore fructus habentes arbores, &
incredibilis animæ memoria stans figmentum salis; sapientiam enim prætereuntes, non tantùm in* - - 8.
hoc lapsi sunt, ut ignorarent bona, (ak) *sed & insipientiæ suæ reliquerunt hominibus memoriam, ut in* (ak) Peccatores relinquentes memoriam insipientiæ suæ.
his, quæ peccaverunt, nec latere potuissent. Et
de filiis Israël per desertum vagantibus scribi-
tur: *Duplex illos acceperat tædium, & gemitus* - 11, 13.
cum memoria præteritorum. De iis antem, salvis
factis, dicitur ad Dominum: (Filii tui) (al) *in me-* 16, 11.
moriam sermonum tuorum examinabantur, & (al) Filii Dei in memoria sermonum ejus salvi facti.
velociter salvabantur, ne in altam incidentes oblivionem non possent tuo uti adjutorio.

In Ecclesiastico est: *Arefecit* (Dominus) Eccli. 10. 30.
ex ipsis (Gentibus) *& disperdidit eos, & cessare
fecit memoriam eorum à terra. Memoriam* (am) (am) Dominus perdens memoriam superborum.
*superborum perdidit Deus, & reliquit memoriam
humilium sensu. Derelinquet* (Dominus) *in ma-* - - 12.
ledictum memoriam ejus (adulteri scilicet,) *& de-*
decus illius non delebitur. Memoria mea (ait - 24, 18.
Sapientia) *in generationes sæculorum* (subintellige, erit.) Sacrificium justi acceptum est, & me- - 35. 9.
moriam *ejus non obliviscetur Dominus.* (Fili,) *da* - 38, 11.
suavitatem, (an) *& memoriam similaginis* (h. e. (an) Memoria similaginis Deo danda, ubi æ.
offer sacrificium suave) *& impingua oblationem;
& da locum Medico* (h. e. spera felices successus,
quippe Dominus memor sacrificii tui Medicum
erudiet pro salute tua.) *In requie mortui requi-* - - 24.
*escere fac memoriam ejus, & consolare illum in
exitu spiritûs sui. Non recedet memoria ejus* (sa- - 39, 13.
pientis scilicet,) *& nomen ejus requiretur a generatione in generationem. O mors, quàm amara* - 41, 1.
est memoria tua, homini pacem habenti in substantiis suis, viro quieto, & cujus viæ directæ sunt in - - 2.
omnibus, & adhuc valenti accipere cibum! Sunt, - 44 9.
quorum non est memoria. Dilectus Deo, & ho- - 45, 1.
*minibus Moyses, cujus memoria in benedictione
est.* Ita mentio est de vestibus Aaron, in quibus
erant gemmæ insculptæ, *in memoriam secun-* - - 13.
dùm numerum tribuum Israel; quem *elegit* - - 20.
(Deus) *ab omni vivente offerre sacrificium Deo,*
incensum, & bonum odorem, in (ao) *memoriam* (ao) Aaron electus in memoriam placare Deum.
placare pro populo suo. Ponuntur item laudes
Josue, & Caleb, & beneficia, eis collata à Do-
mino, *ut esset memoria illorum in benedictione,* - 46, 14.
& ossa eorum pullularent *de loco suo,* &c. Ita
ponitur: (ap) *Memoria Josiæ* (subintelliga: est) - 49. 1.
in compositionem odoris facta opus pigmentarii. In - - 2. (ap) Memoria Josiæ grata.
*omni ore quasi mel indulcabitur ejus memoria,
& ut musica in convivio vini. Nehemias* (aq) - - 15.
in memoriam multi temporis (est,) *qui erexit* (aq) Nehemias in memoriam multi temporis.
nobis muros eversos, & stare fecit portas, & seras, qui erexit domos nostras. Et pro laudibus
Simonis Summi Sacerdotis, notatur, quòd eo
sacrificante *exclamaverunt* (scilicet præ lætitiâ) - 50, 18.
filii Aaron, in tubis productilibus sonuerunt, &
(ar) *auditam fecerunt vocem magnam in memo-* (ar) Vox magna in memoriam, sacrificante Simone.
riam coram Deo. De Tyro vastanda dicitur
apud Isaiam, quòd post septuaginta annos re-
stituetur, & quod ei erit, seu dicetur quasi can-
ticum

ticum meretricis, id est, illecebrosum; nempe: *Sume cetharam, circui civitatem, meretrix, oblivioni tradita; bene cane, (as) frequenta canticum, ut memoria tui fit.* In cantico gratiarum actionis apud eundem dicitur ad Dominum: (et) *Morientes non vivant; gigantes non resurgant; propterea visitâsti, & contrivisti eos, & perdidisti omnem memoriam eorum.* Item apud Isaiam Dominus, expostulans cum populo suo, propter ingratitudinem, dicit: *Reduc* (au) *me in memoriam, & judicemur simul; narra, si quid habes, ut justificeris;* q. d. ostende mihi, si rationem, excusationemve ullam habes. Et dum omnia prospera legem servantibus denuntiantur, ait Dominus: *Ecce, ego creo cælos novos, & terram novam;* (ax) *& non erunt in memoria priora, & non ascendent super cor.* In Threnis Jeremiæ ponitur: (ey) *Memoriâ memor ero, & tabescet in me anima mea.* Et ubi apud Baruch suadentur Judæi, ut in tribulatione fortes sint animo, quoniam Deus ipsorum non obliviscetur, dicitur: (az) *Animæquiores estote filii, & proclamate ad Dominum: erit enim memoria vestra ab eo, qui duxit vos.* Et Jerusalem jubetur luctum exuere per ea verba: *Exurge Jerusalem, & sta in excelso; & circumspice ad Orientem, & vide collectos filios tuos ab Oriente sole, usque ad occidentem, in verbo sancti* (ba) *gaudentes Dei memoriâ.* Apud Ezechielem de eo, qui, recedens à justitie, fecerit iniquitetem, dicit Dominus, quòd (bb) *in peccato suo morietur, & non erunt in memoria justitiæ ejus, quas fecit.* Et ubi contra varias Gentes minatur idem Dominus exitium, eò quod Judæos afflixerint, & de ipsorum afflictione exultaverint, dicit de Ammonitis, quòd dabit eorum terram *in hæreditatem, ut non sit ultrà memoria filiorum Ammon in Gentibus.*

Isai. 23. 16. (as) Tyrus canticum frequentans in sui memoriam.
- 26. 14. (at) Memoria gigantum perdita à Domino.
- 43. 26. (au) Deus in memoriam reducendus; ubi expl. text.
- 65. 17. (ax) Priora non futura in memoria.
Thren. 3. 20. (ay) Jeremias memoria memor futurus.
Baruch. 4. 27. (az) Memoria hominum apud Deum.
- 5. 5. (ba) Filii Jerusalem gaudentes Dei memoria.
Ezech. 3. 20. (bb) Justitiæ impii non erunt in memoria.
- 25. 10.

De Juda Machabæo scribitur, (bc) quod *in sæculum memoria ejus in benedictione* fuit. De Antiocho Epiphane dicitur, quòd in Persidem abiens, reliquit partem exercitûs Lysiæ, ut, inter cætera, enferret (bd) *memoriam* Judæorum *de loco,* scilicet, de Jerusalem. Ita Tryphon, capto per insidias Jonathâ, acuebat suos, & cum suis nitebatur tollere (be) *de hominibus memoriam eorum,* cùm Principe carerent. Simon Machabæus, Jonathæ prælaudati frater, factus Princepa Judæorum, magnificum extruxit Parentibus, & fratribus sepulchrum, in Modin septem pyramidas collocans, & his circumponens *columnas magnas, & super columnas arma,* (bf) *ad memoriam æternam; & juxta arma naves sculptas, quæ viderentur ab omnibus navigantibus mare.* Spartiatæ, recipientes Judæorum legetos honorificè, posuerunt *exemplum sermonum eorum,* h. e. litterarum ellatarum *in segregatis populi libris,* (bg) *ut* esset *ad memoriam* Populo Spartiatarum. Compilator secundi libri Machabæorum, eit ea breviter scripsisse inter cætera, *studiosis, ut facilius* possent (bh) *memoriæ commendare.* Ubi eutem descripsit egregium pro lege Eleezari martyrium, addit: *Et iste quidem hoc modo vitâ decessit, non solùm juvenibus,* (bi) *sed & universæ genti memoriam mortis suæ ad exemplum virtutis, & fortitudinis derelinquens.* Et in martyrio septem fratrum Machabæorum de eorum matre loquens, hoc illam exornat elogio: (bk) *Supra modum mater mirabilis, & bonorum memoriâ digna. &c.*

1. Mach. 3. 7. (bc) Memoria Judæ Mach. in sæculum, in benedictione.
- 7. 31. (bd) Memoriam Judæorum tollere Lysias curans.
- 12. 54. (be) Ita Tryphon.
- 13. 29. (bf) Sepulchrum Machabæorum ad memoriam æternam erectum.
- 14. 23. (bg) Litteræ Judæorum à Spartiatis repositæ ad memoriam.
2. Mach. 2. 26. (bh) Brevitas ad libros ad facilitatem memoriæ in libris.
- 6. 31. (bi) Eleazarus egregiam mortis suæ memoriam relinquens.
- 7. 20. (bk) Mater Machabæor. martyrum, digna memoria bonorum.

R. P. Franc. à Concept. Polygr. Sacr. Tom. XI.

In Evangelio habemus, quod JEsus oblocutiones de Maria Magdelene tollere volens, quæ fiebant à discipulis obmurmurantibus, quasi unguentum pretiosum sine fructu dissipâsset, illud effundens super caput ipsiusmet JEsu, dixit: *Amen dico vobis: ubicunque prædicatum fuerit hoc Evangelium in toto mundo,* (bl) *dicetur & quod hæc fecit in memoriam ejus.* Cornelio Centurioni, adhuc Ethnico, sed timenti Deum, & eleemosynas facienti, Angelus Domini apparuit, dicens: (bm) *Orationes tuæ, & eleemosynæ tuæ, ascenderunt in memoriam in conspectu Dei;* jussitque Petrum Apostolorum Principem vocari. Ad mejores natu Ecclesiæ Ephesinæ, quos ad se Mileti vocaverat Paulus, inter reliqua dicebat: (bn) *Vigilate, memoriâ retinentes, quoniam per triennium nocte, & die non cessavi, cum lacrymis monens unumquemque vestrûm.* Ad Romanos autem scribens, habet: *Testis mihi est Deus, cui servio in Spiritu meo in Evangelio filii ejus, quod sine intermissione* (bo) *memoriam vestri facio semper in orationibus meis: obsecrans, si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei veniendi ad vos. Audaciùs scripsi vobis, fratres, ex parte, tanquam in memoriam vos reducens: propter gratiam, quæ data est mihi à Deo, ut sim minister Christi Jesu in gentibus &c.* Et ad Ephesios ait: *Non cesso gratias agens pro vobis,* (bp) *memoriam vestri faciens in orationibus meis, ut Deus Domini nostri Jesu Christi, Pater gloriæ, det vobis Spiritum sapientiæ, & revelationis, in agnitione ejus.* Ad Philippenses verò dicit: *Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri, semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis, cum gaudio deprecationem faciens, super communicatione vestra in Evangelio Christi à prima die usque nunc.* Ita Thessalonicensibus scribit, se memoriam eorum facere in orationibus suis, consolationemq; suam iis testetur, quam hebuit, audiens à Timotheo, quòd memoriam sui haberent bonam semper &c. Eôdemque modô certum facit Timotheum, quòd *sine intermissione* hebeat ejus *memoriam in orationibus* suis, *nocte, ac die;* ita & Philemonem. Petrus in sua secunda ad fideles habet: *Dabo operam, & frequentem habere vos* (in mente mea scilicet apud Deum) *post obitum meum, ut horum* (bq) monitorum meorum videlicet) *memoriam faciatis.*

Matth. 26. 13. Marc. 14. 9. (bl) Factum Mariæ Magd. in memoriam ejus dicendum.
Actor. 10. 4. (bm) Orationes, & eleemosynæ Cornelii ascendentes in memoriam coram Deo.
- 20. 31. (bn) Ephesii rogati, ut audita à Paulo memoria retineant.
Rom. 1. 9.
- - 10. (bo) Paulus memoriam faciens memoriam de Romanis faciens.
- 15. 15.
- - 16.
Eph. 1, 16 17. (bp) Item de Ephesiis.
Phil. 1. 3.
- - 4.
- - 5.
1. Thess. 1. 2.
- 3. 6.
2. Tim. 1. 3.
Philem. v. 4.
2. Petr. 1. 15. (bq) Memoria monitorum Petri facienda à fidelibus.

In Apocalypsi ed effusionem septimæ phialæ iræ Dei super aërem, inter cætera, *facta est civitas magna* (Jerosolyma nempe) *in tres partes, & civitates Gentium ceciderunt,* (br) *& Babylon magna venit in memoriam ante Deum, dare illi calicem vini indignationis iræ ejus.* (V. *Sepulchrum.*)

Apoc. 16. 19. (br) Babylon veniens in memoriam ante Deum.

Quoad dictionem *Memoriale.* Deus dixit Moysi, ut iret ad Judæos, & diceret nomine ipsius: *Hoc nomen mihi est in æternum,* (bs) *& hoc memoriale meum in generationem, & generationem,* h. e. יהוה *Jehova; ego sum, qui sum.* Nomina Tribuum in superhumerali Aaron posita sunt *Memoriale filiis Israel.* Ita & in rationali judicii supra pectus ejus.

Exod. 3. 15. (bs) Memoriale Domini perpetuum apud omnes quale.
- 28. 12.
- - 29.

In oblatione sacrificiorum unus ex Sacerdotibus tollebat *pugillum plenum similæ, & olei, ac totum thus,* & ponebat *memoriale super altare in odorem suavissimum Domino.* Pro solemnitate messis lex erat: *Mense septimo, primâ die mensis, erit* (bt) *vobis Sabbatum, memoriale, clangentibus tubis, & vocabitur sanctum &c.*

Levit. 2. 2.
- - 9.
- 23. 24. (bt) Memoriale pro solemnitate messis.

U Orabat

Judith 9. 11. (bu) Memoriale nominis Domini in victoria de Holoferne.

Orabat Deum Jodith, ut sibi vires darentur ad evertendum Holofernem, & inter cætera ei dicebat: (bu) *Erit hoc memoriale nominis tui*, (Domine) *cùm manus fœmina dejecerit eum.*

Psal. 101, 13. — 134. 13. (bx) Memoriale Dei, nomen ejus apud omnes.

In Psalmis est: *Tu Domine in æternum permanes, & memoriale tuum in generationem, & generationem. Domine nomen tuum in æternum,* (bx) *memoriale tuum in generationem, & generationem.* Apud Isaiam dum profertur sermo Domini contra Jerusalem, item contra Sobnam Templi præpositum dicitur: *Quid tu hic: aut quasi quis hic:* (by) *quia excidisti tibi hic sepulchrum, excidisti in excelso memoriale diligenter, in petra tabernaculum tibi.* In Cantico gratiarum actionis justorum apud eundem Prophetam ponitur: *In semita judiciorum tuorum Domine sustinuimus te:* (bz) *Nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ.* Contra populum Judaicum ait Dominus: *Post ostium,* (ca) *& retrò postem posuisti memoriale tuum* (h. e. idolum tuum, ut scilicet tum intrans, tum egrediens illius memoriam haberes:) *quia juxta me discooperuisti, & suscepisti adulterum.* Apud Osee dicitur: *Dominus Deus exercituum,* (cb) *Dominus memoriale ejus.* (Jacob scilicet) Ita ponitor pro conversis ad Deum Judæis: (cc) *Memoriale ejus* (populi nempe Judaici memoria, erit suavis, & grata) *sicut vinum Libani.*

Isai. 22. 16. (by) Sobna memoriale sibi excindens in excelso.

— 26. 8. (bz) Memoriale Dei in desiderio animæ.

— 57. 8. (ca) Judæi post ostium memoriale suum ponentes, ubi exp. text.

Osee 12. 5. (cb) Deus memoriale Jacob.

— 14. 8. (cc) Memoriale Judæorum, ut vinum Libani, ubi expl. text.

Quoad dictionem *Memoriter*, habemus, quod per Moysen populo suo dixit Dominus: *Nunc scribite vobis Canticum istud, & docete filios Israel,* (cd) *ut memoriter teneant, & ore decantent, & sit mihi carmen pro testimonio inter filios Israel.* Canticum autem habetur sequenti Cap. 32. Deuteronomii, in quo divina beneficia, populo collata rememorantur, & èconträ populi ingratitudo erga ipsum Deum.

Deut. 31. 19. (cd) Canticum memoriter discendum à filiis Israel.

Myst. Pro *Memoria.*

D. Greg. 11, m. 17

Cinere comparatur memoria iniquorum, quam scilicet mortalitatis ventus abripit; ex D. Gregorio Magno.

D. Hier. s. Isai. 43

Littera Legis, non ampliùs observanda, figuratur in memoria excisa; ut notat D. Hieronymus.

Idem ibid. 26.

Vestigia vitiorum repræsentantur in memoria Amalech, quam delet Dominus; ex eodem D. Hieronymo.

D. Aug. s. Psalm. 108.

Victoria Martyrum, in Ecclesia recitatæ, sunt nomina & memoriæ iniquitatis Patrum peccatoris; ut scribit D. Augustinus.

Pro *Memoriale.*

Gl. ord. s. Isa. 43.

Doctrina erronea memoriale hæreticorum dicitur; ex Glossa ordinaria.

Memphis.

Hist. (a) Quid est; nomina quoque Memphis antiqua, & moderna diversa.

Urbs (a) quondam *Ægypti Metropolis*, amplissima & clarissima Memphis est, Hebraicè in tota sacra pagina *Noph* dicta, præterquam apod Osee, ubi appellatur *Moph*; nominata etiam ab antiquis *Menchis*, *Muzar*; ab Arabibus in præsens *Masr* appellata, à Turcis *Misr*: quæ nomina totam Regionem, Ægyptum videlicet ipsam, designant; ab Incolis *Alcair*, & ab Europæis *Cairo*; seu etiam ob ejus vastitatem *Gran Cairo*; quod etiam fit, ut ab antiqua alia urbe vicina, quæ dicitur *il Cairo Vecchio*, distinguatur.

Hæc, ut aliquibus placet, non tamen est antiqua Memphis, sed ex ruderibus illius nova, & propè seu non admodum procul à ruinis illius enata; prisca *Ægypti Babylonia*, quæ saltem partem illius magnam facit. Antiquæ (b) Mempheos fundator traditur (fabula sit, an historia) ante ingressum Abrahæ in Ægyptum, fuisse Ogdous Rex, qui filiæ suæ nomen ei imposuit *Memphis*; & tunc ambitus ejus ad stadia centum quinquaginta dilatatus est; hinc de ipsius vastitate multi multa scripsêre, formam ei perspicilli concedentes, seu semilunæ plenioris; inter hos autem testis de visu Ludovicus Romanus minutam sibi ex præsentia urbis famam fatetur, ambituque non majorem facit Româ, licèt multò frequentiorem faciat; unà tamen concedens, quòd suburbanus ager vicis propè innumeris dispersus, potuit plures fallere, ita ut agrum, & urbem simul jungentes prodigiosam ambitûs magnitudinem, tum admiratione probè dignam populi frequentiam extulerint. Gabriel Bremond ex modernioribus testis pariter oculatus vastissimam eam dicit, & ab extremitate ad extremitatem semilunæ, cujus imaginem præfert, trium horarum iter ponit; quod sanè apud me non multum inordinatæ vastitatis opinionem ingerit; benè tamen, longè ab eorum sensu, qui in ea quinquagies centena habitatorum millia posuêre, asserit eam populo esse frequentiorem Parisiis, & quidem tantâ frequentia, ut asserat, quòd peste grassante ducenta millia hominum pereuntia vix in consideratione sint; atque hoc sæpiùs accidere narret; unde quod in eo legitur iter trium horarum à septemtrione in austrum, h. e. ab extremitate ad extremitatem semilunaris figuræ, trium dierum legendum iter putârim; cùm præcipuè dicat vias, seu vicos urbis hujus numerum incredibilem complere; viæ etenim ab aliis dicuntur decem, & octo millia, ab aliis ad viginti tria millia earum pervenire: considerantur autem viæ tanquam urbis regiones, quarum unaquæque vicos saltem tres habere debet cum incolis, ad ducentos passus equidem longos.

(b) Ejus fundator, & primi nominis causa, & vastitas ex diversis auctoribus.

Navig. l. 1. c. 1.

Gabr. Bremond, itin. Ægypt.

Magister de Verdier, dum compendiosè Turcarum Imperii res gestas scribit, in una urbe tres ponit; ita partem urbis superiorem, & eminenti in colle positam *Cayrum* vocat; alteram inferiorem, antiquam *Ægypti Babyloniam*, tertiam *Bubacum* nuncupat; & protestatur antiquam non esse Memphim; sicuti antiquæ Mempheos filiam alii dixerunt, ex matre mortua, diruta scilicet, progenitam. Sive una sit tamen urbs, quæ ad præsens videtur, sive plures unà junctæ, (c) cùm dicat Bremondus à Nilo duo millia passuum distare, & Adrichomius cum aliis eam Nilo interflui; rivi ex Nilo deducti aquis interlui eam dijudico; aquarum verò stagnis eam frequentem scribunt omnes concordes ad hortos irrigandos, quibus abundat, accommodis. Obliquos habet, & angustos, si tres demas principaliores, vicos omnes; & paupere satis, si Officiales excipias, colitur habitatore. Ita Officialium hujusmodi, & aliquorum etiam mercatorum ædes pulchræ sunt, & sumptuosæ, cæterorum incompositæ: artifices inibi plurimi. Urbis mœnia ab origine sua pulchra satis, alboque mar-

Comp. histor. Turcarum p. 1.

(c) Topographia ejusdem, & dotes, & notabilia.

marmore ædificate, turribus ed centum quosque pessus positis; et Turcarum incuriâ, pluribus in locis diruta, & ingressum, egressumque liberum spontè præbentia, (d) Circa eem Pyramides sunt entiquorum regum sepulcbra, orbis tetum miteculum. Urbs hæc, utpote Regum Regie, Joseph Proregem vidit, toti consulentem Ægypto, & providè gubernantem; & in ipsa urbis arce, quæ Pharaonum, & Ptolemæorum opere in se habet, empliſſima est aule, quam ipsius Joseph dicunt incolæ, ipsique ettribuunt, quicquid in ea pulchrum est; sed ruinæ omnie relinquuntur. Ibi adhuc carcer, in quo Joseph clausus est: ibi miræ profunditatis, & ertificii puteus, qui dicitur Joseph: ibi & Domus, seu nobilis fabrica, quam ipsi Joseph adscribunt; at igneros inter incolas quid veri nos eruere posse judicemus?

(d) Habuntia quondam Joseph Proregis Ægypti & plura in ea illi attributa.

Lubinus, de urbe Memphi verba faciens, ait, inter reliqua, quod est "ed sinistram, & "occiduam Nili ripam, in angulo deltæ è Regio-"ne Babylonis Episcopelis." Qui Cairum antiquam describunt, ed ripam Nili, eam ponunt, & Babyloniam Ægypti eam dicunt, Pharaonum Regiem; quam faciunt à moderna Cayro distantem mille passus. Inibi ajunt esse borrea Joseph, vastissime nempe, & concamerata cubicula, etiam in præsentiarum, ad tritici custodiam, & conservationem inservientia. (e) Ex quibus omnibus cum & in nova Cayro, & in antiqua fabricæ Joseph adscriptæ videantur; cùm non multum spatii inter utraque intercedat; cùm non bene se authores explicent; & in idem affirmandum, quod negere conati sunt, & ècontra, incidant, in ee sum opinione, quòd tum nova, tum antiqua Cayrus une, eademque urbs considerari debeent fuisse, & modò ex accidenti inhabitatæ intercapedinis soli ad mille passus divisas credi, & baberi urbes; quarum in spatio antiqua Ægypti Babylonia, Memphisque contenta est. Si secus dicamus, licèt nonnisi purè opinantis hæc sit sententia, in millenas difficultates, & varietates distrahimur, & quidem ad veritatis cognitionem nullo modo conducentes, cujus tamen aliquam speciem opinio hæc videtur congruentiùs ex dictis induere; neque ipsimet Scriptores repugnant, qui Memphim Pharaonum regiam faciunt; & ex consequenti Memphis (f) ea est urbs, quæ Moysen portenta operantem vidit. Hæc ipsa urbs valdè idololatriæ (g) eddicta fuit, adeò, ut totius superstitionis metropolis sit bebita; & ipsomet Divi Hieronymi tempore etiam dum colebatur pro Deo æneum bovis simulacrum; Inter cætera enim ibi Templum sublime fuerat Apidis seu Serepidis, sub ea forme culti, ubi responsa dæmon reddebat; vatesque (h) Memphitici, pessimi sanè incantatores, famam habuerunt, & æstimationem: addebet autem superstitioni fidem commentum, quòd (i) Ogdoi Regis Mempheos fundatoris, & ædificatoris cum filia Memphi Nilus sub forme Tauri concubuerat, per quod commentum abundantiam ex Nilo Memphi urbi populosæ, in qua regni totius horrea posita erant futuram, designatam esse reputo.

Lubin. Tab. Geogr. h. v.

(e) Variarum opinionum circa Memphim congruentior concordatio.

(f) Moyses in Memphi.

(g) Eadem idololatriæ addicta.

D. Hier. l. Ezech. 30.

(h) Ibi Templum Serapidis, & famosi Vates Memphitici, incantatores.

(i) Fabula de Memphi conjunctâ Nilo.

Huic igitur urbi idololatræ, (k) quæ varios Reges, & Regum familias mutavit, Herodi Antipatri jure belli quondam, concessa; tractu temporis Memaluchorum Imperio subjecta, & tandem Selimi Turcarum tyranni armis subacte, suis temporibus prophetarunt mala, & miserias Isaias, Jeremias, Ezechiel, & Osee; cùm Judæi illuc etiam transmigrâssent.

(k) Varia mala per Prophetas Memphi indicta.

Sic ergo Isaias dicit: *Stulti facti sunt Principes Taneos, emarcuerunt, (l) Principes Mempheos, deceperunt Ægyptum, angulum populorum ejus &c.* Jeremias ait: *Filii (m) quoque Mempheos, & Taphnes constupraverunt te* (ô Synagogam, ô Jerusalem) *usque ad verticem.* Et cum totum caput 44. Prophetiæ Jeremiæ dirigatur ad Judæos, qui in Ægyptum profugerant, & inibi idololatriâ se inquinaverent, ejusdem capitis initium est: *Verbum, quod factum est (n) per Jeremiam ad omnes Judæos, qui habitabant in terra Ægypti, habitantes in Magdalo, & in Taphnis, & in Memphis, & in terra Phatures, dicens. &c.* Ita desolatio prædicitur Ægypto, dum ponitur: (o) *Annunciate Ægypto, & auditum facite in Magdalo, & resonet in Memphis, & in Taphnis, dicite, sta, & prapara te: quia devorabit gladius ea, quæ per circuitum tuum sunt. Quare computruit fortis tuus? &c.* Et sic per varios modos prosequitur prædictio ruinæ, & inter cætera habetur: *Vasa transmigrationis fac tibi, habitatrix filia Ægypti: (p) quia Memphis in solitudinem erit, & deseretur, & inhabitabilis erit.* Apud Ezechielem autem est: *Hæc dicit Dominus Deus: & disperdam simulacra, & (q) cessare faciam idola de Memphis: & Dux de terra Ægypti non erit ampliùs; & dabo terrorem in terra Ægypti —— & dabo ignem in Ægypto: quasi parturiens dolebit Pelusium, & Alexandria erit dissipata, (r) & in Memphis angustiæ quotidianæ.* Et in Osea de populo Israel dicitur è Domino: (s) *Ecce, profecti sunt à vastitate: Ægyptus congregabit eos, Memphis sepeliet eos. &c.*

Isai. 19. 13.
(l) Principes Mempheos decipientes Ægyptum.
Jerem. 2. 16.
(m) Filii Mempheos constuprantes Synagogam.
44. 1.
(n) Verbum ad omnes Judæos habitantes in Memphis.
46. 14.
(o) Mala futura annuncianda in Memphis.
25. &c.
19.
(p) Memphis futura in solitudinem.
Ezech. 30. 13.
(q) Idola de Memphis cessatura.
16.
(r) Angustiæ quotidianæ futuræ in Memphis.
Osee. 9. 6.
(s) Memphis sepelitura filios Israel.
(t) Nomen significatio.

Sonat Memphis: (t) *Os ex ore*; Syriacè *Coopertorium.* Ut dicitur *Noph* Hebraicè, significat: *Favus: Distillatio: Elevatio: Cribrum.*

Mendacium.

Mendaciter. Mendax.

Mendacium (a) *error est, & vitium veracitati oppositum*; qui error quidem evenire potest, vel cùm verè aliquid factum esse dicimus, quod non est, vel non fuit; vel cùm id, quod fuit, vel est, esse, aut fuisse negamus; quæ omnia licèt aliqui distinguant, dicantque aliud esse mendacium à mentiendo; nos tamen unum, idemque facientes, errorem hujusmodi actu definimus *locutionem, seu assertionem contra id, quod in mente est*; & sic mendacium dictum, eò quòd de mente, h. e. à mente satis diversum: quòd si homini adhæreat, ut facilis sit in errorem hujusmodi incidere, ecce vitium & habitus, quò homo efficitur *mendax*, & *mendaciter* egit, h. e. *non vera loquens, seu vera negans.* Hinc varios in mendacio modos, juxta varios defectus, veracitati oppositos, notamus: vel enim joci gratiâ rem aliquam narramus falsam pro verâ, & tunc datur mendacium *Jocosum*: vel pro avertendo malo, & habetur

Hist.
(a) Quid sit mendacium, quarum tamen non unam vocis significatum, ubi scilicet non est locum.

mendacium *officiosum*: vel pro inferendo damno, & fit mendacium *perniciosum*; in his autem mendaciis aliquaodo non tantùm veracitati oppositio esse potest, sed etiam aliis virtutibus juxta materiem, circa quam versatur mendacium, quod semper peccatum est; & sicuti varie nomina admittit, nedum secundùm substantiam, & finem rei prolatæ diversa, ita & varia etiem essumit secundùm varios proferendi modos, puta vanè, jactabundè, ironicè: estque hujusmodi crimen destructivum homanæ conversationis, per quod omnis humana fides suspecta redditur, ita, ut alter alteri credere semper dubitare possit, eique non fidere.

Quoad dictionem *Mendacium*, habemus, quòd Judas, cum non inveniretur meretrix, ad quam, juxta promissum, agnum miserat

Gen. 38. 23.
(erat hæc Thamar), dixit: *Habeat sibi, certè mendacio arguere nos non potest.* In Exodo est:

Exod. 23. 1.
Non suscipies vocem mendacii: nec junges manum tuam, ut pro impio dicas falsum testimo-

- - 7.
nium. Mendacium fugies &c. Item in Deu-

Deut. 19. 18.
teronomio habetur: *Cùm diligentissimè perscrutantes* (Sacerdotes), *invenerint falsum testem*

- - 19.
dixisse contra fratrem suum mendacium, reddent ei, sicut fratri suo facere cogitavit; & auferes malum de medio tui &c. hæc erat pœna

3. Reg. 22. 23.
2. Par. 18. 22.
(b) Spiritus mendacii in Prophetis aliquando.
scilicet talionis. (b) *Dedit Dominus spiritum mendacii in ore omnium Prophetarum*, ut deciperetur Achab Rex Israël, & sic ad pugnam procederet contra Syros, in quâ occisus est.

1. Par. 4. 22.
(c) Viri mendacii in progenie Juda; ubi explicatio.
In progenie Juda ponuntur (c) *viri mendacii*; et si mendacium proferatur Hebraicè, nempe *Cozeba*, intelligentur statim viri ex oppido, seu oppidi Cozeba, qui fuère Principes in Moab. Artaxerxes in epistolâ suâ, irritante litteras Aman, quæ erant contre Judæos, dolere monstrat, quòd multi favore Principis ela-

Esth. 16. 5.
(d) Mendacium cuniculis in bonos adhibent.
ti, (d) *in tantùm vesania proruperunt, ut eos, qui credita sibi officia diligenter observant, & ita cuncta agunt, ut omnium laude digni sint, mendaciorum cuniculis conentur subvertere &c.*

Job amicos suos confutare contendit, ex

Job. 13. 4.
ipsismet eorum verbis, *priùs ostendens fabricatores mendacii, & cultores perversorum dogma-*

- - 7.
tum, aitque ad illos: *Numquid Deus indiget vestro mendacio, ut pro illo loquamini dolos?* suique justificationem adducere nitens dicit:

- 27. 4.
Non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur, mendacium. Incusabat au-

- 34. 5.
tem eum blasphemiæ Eliu, dicens: *Quia dixit*

- - 6.
(e) Job blasphemiæ incusatus, quasi contra eum Deus mendacium admisisset.
Job: justus sum, & Deus subvertit judicium meum: In judicando (e) *enim me, mendacium est: violenta sagitta mea absque ullo peccato &c.* Et prosequens sermones suos alibi, volensque æquitatem divini judicii tueri habet idem Eliu:

- 36. 4.
(f) Sermones Eliu ab ipso sine mendacio reputati.
(f) *Verè absque mendacio sermones mei, & perfecta scientia probabitur tibi.*

Psal. 4. 3.
In Psalmus legitur: *Filii hominum usquequo gravi corde* (estis?). *Ut quid diligitis va-*

- 5. 7.
nitatem, & quæritis mendacium? Odisti (Domine) *omnes, qui operantur iniquitatem:*

- 58. 13.
perdes omnes, qui loquuntur mendacium. De execratione, & mendacio annuntiabuntur (inimici mei, Domine), inquit David sperans, & confidens Domino.

In Proverbiis habetur; quòd inter sex

Prov. 6. 19.
- 10. 4.
(g) Mala proferentis mendacium.
qoæ odit Dominus, odit proferentem mendacia. Præterea ponitur: (g) *Qui nititur mendaciis, hic pascit ventos, idem autem ipse sequitur aves volantes. Qui testis est repentinus,* Prov. 12. 19.
concinnat linguam mendacii. Testis fidelis non - 14. 5.
mentitur: profert autem mendacium dolosus testis. Liberat animas testis fidelis: & profert - - 25.
mendacia versipellis. Testis falsus non erit - 19. 5.
impunitus, & qui mendacia loquitur, non effugiet. Falsus testis non erit impunitus, & - - 9.
qui mendacia loquitur, peribit. Suavis est ho- - 20. 17.
mini panis mendacii; & postea implebitur os ejus calculo. Qui congregat thesauros linguâ - 21. 6.
mendacii, vanus, & excors est, & impingetur ad laqueos mortis. Ne desideres de cibis ejus, in - 23. 3.
quo est panis mendacii. Princeps, qui libenter - 29. 12.
audit verba mendacii, omnes ministros habet impios.

Apud Ecclesiasticum est: *Ne accipias fa-* Eccli. 4. 26.
ciem adversus faciam tuam, nec adversùs animam tuam mendacium. Non contradicas verbo - - 30.
veritatis ullo modo, & de mendacio ineruditionis tua confundere. Noli orare mendacium ad- - 7. 13.
versùs fratrem tuum: neque in amicum similiter facias. Noli velle mentiri omne mendacium: - - 14.
assiduitas enim illius non est bona. Opprobrium - 20. 26.
nequam in homine mendacium, & in ore indisciplinatorum assiduè erit. Vana spes, & menda- - 34. 1.
cium homini insensato, & somnia extollunt imprudentes. Sine mendacio consummabitur ver- - - 8.
bum legis, & Sapientia in ore fidelis complanabitur. Erubesce à patre, & à matre de for- - 41. 21.
nicatione: (h) & à præsidente, & à potente de (h) Erubescendum à potente de mendacio.
mendacio. Gratiásque Deo agit Ecclesiasticus, quòd liberavit eum Dominus *à labiis operan-* - 51. 3.
tium mendacium; ita & *à verbo mendacii.* - - 7.

Apud Isaiam dicitor, quòd (i) *Propheta, docens* Isai. 9. 15.
mendacium, ipse est cauda. Contra Israëlitas com- (i) Propheta docens mendacium cauda est.
minatur Dominus, eò quòd Principes populi, fi-
dentes dicebant: *Posuimus mendacium spem no-* - 28. 15.
stram, & mendacio protecti sumus; unde ait idem
Dominus: (k) *Subvertet grande spem mendacii.* - - 17.
Et de idololatræ vanitate, & stupore est, quòd (k) Grando subvertet spem mendacii.
videns idolum comburi, inque cinerem redigi,
non dicat: *Forte mendacium est in dexterâ meâ.* - 44. 20.
Et Judæis dicitur: (l) *Labia vestra locuta sunt* - 59. 3.
mendacium, & lingua vestra iniquitatem fatur; (l) Judæi mendacia locuti.
confitentur autem ipsi scelera sua, & inter reliqua adducuntur fatentes; *Locuti sumus de cor-* - - 13.
de verba mendacii.

Apud Jeremiam contra Jerusalem est: *In* Jerem. 3. 10.
(m) *omnibus his* (clementiæ actibus à Deo ex- (m) Jerusalem reversa ad Dominum in mendacio.
ercitis) *non est reversa ad me prævaricatrix soror ejus* (Israel scilicet) *Juda in toto corde suo, sed in mendacio, ait Dominus*; qui quoque adversùs Jerusalem habet: (n) *Prophetæ prophe-* - 5. 31.
tabant mendacium, & Sacerdotes applaudebant (n) Prophetæ prophetabant mendacium in Jerusalem.
manibus suis: & populus meus dilexit talia: quid igitur fiet in novissimo ejus? Nolite (o) *con-* - 7. 4.
fidere in verbis mendacii, dicentes: Templum (o) In verbis mendacii non fidendum.
Domini, Templum Domini est; subditque Dominus, se habitaturum ibi, si bona fecerit populus, habétque: *Ecce, vos confiditis vobis in* - - 8.
sermonibus mendacii, qui non proderunt vobis; sceleribus scilicet; unde frostra cum iis confidere eos in Templo asserit. Ita inquit: (p) *Qua-* - 8. 5.
re aversus est populus iste in Jerusalem aver- (p) Judæi apprehenderunt mendacium.
sione contentiosa? apprehenderunt mendacium, & noluerunt reverti. (q) Quomodo di- - - 8.
citis sapientes nos sumus, & lex Domini nobis- (q) Scribæ mendacium operati.
cum est? verè mendacium operatus est stylus mendax Scribarum; minaturque castigationes
variis, (r) *quia à minimo usque ad maximum* - - 10.
omnes avaritiam sequuntur: à Prophetâ usque (r) Judæi omnes sequuntur mendacium.
ad Sa-

ad Sacerdotem cuncti faciunt mendacium. Do-
let insuper Propheta de Judæis interficiendis,
Jerem. 9. 3. qui *extenderant linguam suam, quasi arcum*
mendacii, & non veritatis; & in iis fidendum
- - 5. non esse dicit: *Docuerunt enim linguam suam*
loqui mendacium: ut iniquè agerent, labo-
raverant. Et dum vastatio Judææ indicitur,
- 13. 25. ipsi dicitur: (s) *Hæc sors tua, parsq; mensura*
(s) Judæa confisa in mendacio. *tua à me, dicit Dominus, quia oblita es mei,*
& confisa es in mendacio. Et ipse Jeremias, in
- 15. 18. afflictione positus, dicebat Domino: *Quare*
factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea de-
(t) Plaga Jeremiæ facta ut mendacium aquarum; ubi expl. text. *sperabilis renuit curari? facta est mihi,* (t) *quasi*
mendacium aquarum infidelium; q. d. factæ
sunt mihi promissiones tuæ, quasi fons men-
dax, aquas appromittens, & non præbens;
at eum deinde consolatus est Dominus. Ubi
autem Dominus promittit, revocandos Judæos
ad terram suam, & per piscatores converten-
- 16. 19. dos, exit in hæc verba Propheta: (u) *Ad te*
(u) Mendacium possessum à Principibus gentium. (Domine) *gentes venient ab extremis terra, &*
dicent: verè mendacium possederunt patres no-
stri, vanitatem, quæ eis non profuit. Contra
- 20. 6. Phassur ait Jeremias: *Tu autem Phassur, &*
omnes habitatores domûs tuæ, ibitis in captivi-
tatem: & in Babylonem venies, & ibi morièris;
(x) Phassur mendacium prophetans. *ibiq; sepelièris tu, & omnes amici tui,* (x) *qui-*
bus prophetasti mendacium. Et ad Prophetas
- 23. 14. habetur; (y) *In Prophetis Jerusalem vidi simi-*
(y) Iter mendacii visum in Prophetis Jerusalem. *litudinem adulterantium, & iter mendacii &c.*
Et de falsitate vaticiniorum ejus ait Dominus:
- - 25. (z) *Audivi, quæ dixerunt Prophetæ, prophetan-*
(z) Idem prophetantes mendacium &c. *tes in nomine meo mendacium, atque dicentes:*
somniavi, somniavi. Usquequò istud est in corde
- - 26. *Prophetarum vaticinantium mendacium, & pro-*
phetantium seductiones cordis sui? Et subsequen-
- - 32. ter habetur: *Ecce, ego ad Prophetas somnian-*
tes mendacium, ait Dominus, qui narraverunt
ea, & seduxerunt populum meum in mendacio
suo, & in miraculis suis; cùm ego non misissem
eos, nec mandassem eis, qui nihil profuerunt po-
pulo huic, dicit Dominus. Ita ad Judæos per
- 27. 9. Jeremiam dicebat idem Dominus: *Nolite au-*
dire prophetas vestros, & divinos, & somniato-
res, & augures, & maleficos, qui dicunt vobis:
- - 10. *non servietis Regi Babylonis; quia mendacium*
prophetant vobis; ut longè vos faciant de terra
- - 14. *vestra, & ejiciant vos, & pereatis. Nolite*
audire verba prophetarum dicentium vobis: non
servietis Regi Babylonis: quia mendacium ipsi
- - 16. *loquuntur vobis. Nolite audire verba Prophe-*
tarum vestrorum, qui prophetant vobis dicentes:
Ecce, vasa Domini revertentur de Babylone
nunc citò; mendacium enim prophetant vobis.
Sic Jeremias ad Hananiam Pseudo-prophetam
- 28. 15. jussus est à Domino dicere: *Audi Hanania:*
(aa) Hananias faciens confidere populum in mendacio. *non misit te Dominus,* (aa) *& tu confidere fecì-*
sti populum istum in mendacio; & adversùs
eum prophetavit mala, & mortem; sicuti ex
- - 29. 31. eâdem causâ mala vaticinatus est (ab) Semejæ
(ab) Ita & Semejæ. Nehelamiti Pseudo-prophetæ, quia videlicet
fecit confidere populum *in mendacio.* Resti-
terunt autem reliquiæ Judæorum Jeremiæ
qui eis dicebat, ne Ægyptum ingrederentur,
- 43. 2. eidem in faciem dicentes: (ac) *Mendacium tu*
(ac) Jeremias incusatus mendacii. *loqueris: non misit te Dominus Deus noster, di-*
cens: Ne ingrediamini Ægyptum, ut habitetis
illic.

Apud Ezechielem minatur Dominus
Ezech. 13. 6. Pseudo-prophetis, qui *videant vana, divinant*
mendacium, dicentes: ait Dominus, cùm Do-
minus non miserit eos &c. ideoque eis quia lo Ezech. 13. 8.
cuti sunt vana, & viderunt mendacium, illud - - 9.
divinando, prædicuntur mala; sicuti & filia-
bus Israël, falsa prophetantibus, & quæ falsa
promittunt, *mentientes populo meo* (ait Domi- - - 19.
nus), *credenti mendaciis.* Ad Ammonitas
prædicitur malum per mucronem, seu gladium,
cui videbantur *vana,* (ad) & divinabantur - 21. 29.
mendacia, ut daretur super colla vulneratorum (ad) Mendacia divinata mucroni.
impiorum: quorum venit dies in tempore iniqui-
tatis præfinita. Et de Prophetis Jerosolymæ
scribitur, quòd *liniebant eos* (Principes scilicet - 22. 28.
urbis illius) *absque temperamento, videntes*
vana, (ae) *& divinantes eis mendacium, di-* (ae) Prophetæ Jerusalem divinantes mendacium.
centes: Hæc dicit Dominus Deus, cùm Domi-
nus non sit locutus.

Apud Danielem de Philometore dicitur:
Duorum quoque Regum cor erit, ut malè fa- Dan. 11. 27.
ciant, & ad mensam unam (af) *mendacium* (af) Reges proferentes mendacium.
loquentur, & non proficient: quia adhuc finis
in aliud tempus.

Apud Osee habetur contra Israël: *Ma-* Osee 4. 2.
ledictum, (ag) *& mendacium, & homicidium,* (ag) Mendacium inundans in Isr.
& furtum, & adulterium inundaverunt, &
sanguis sanguinem tetigit. Insuper ait Domi-
nus: *Cùm sanare vellem Israël, revelata est ini-* - 7. 1.
quitas Ephraim, & malitia Samariæ, (ah) *quia* (ah) Isr. operantes mendacium.
operati sunt mendacium: & fur ingressus est,
spolians, latrunculus foris - - - - - In malitia - - 3.
sua lætificaverunt Regem, & in mendaciis suis
Principes. Væ eis, quoniam recesserunt à me, - - 13.
vastabuntur, quia prævaricati sunt in me: &
(ai) *ego redemi eos: & ipsi locuti sunt contra* (ai) Judæi contra Deum locuti mendacia.
me mendacia. Arâstis impietatem, iniquita-
tem messuistis, comedistis frugem mendacii &c. - 10. 13.
Ephraim pascit ventum, & sequitur æstum, - 12. 1.
(ak) *totâ die mendacium, & vastitatem multi-* (ak) Ephraim multiplicans mendacium.
plicat, & fœdus cum Assyriis iniit &c.

Apud Michæam populus Geth vocatur:
Domus mendacii in deceptionem Regibus Israël. Mich. 1. 14.
Et Propheta, populo suo prophetans, ait:
(al) *Utinam non essem vir, habens spiritum,* - 2. 11.
& mendacium potiùs loquerer; siquidem mala (al) Michæas optans prophetare mendacium.
ventura imminentia ei prophetare debebat.
Adducitur item Dominus, disceptans cum Israë-
litis, qui *loquebantur mendacium.* - 6. 12.

Apud Nahum vocatur Ninive (am) *civi-* Nah. 3. 1.
tas sanguinum, universa mendacii dilaceratione (am) Ninive plena dilaceratione mendacii.
plena.

De reliquiis Israël nuntiat Sophonias,
quòd (an) *non facient iniquitatem, nec loquen-* Soph. 3. 13.
tur mendacium, & non invenietur in ore eorum (an) Reliquiæ Isr. non loquentes mendacium.
lingua dolosa.

Apud Zachariam monet Deus Judæos,
quòd *simulacra locuta sunt inutile, & divini vi-* Zach. 10. 2.
derunt mendacium &c. Et Pseudo-propheta-
tarum confusionem prænuncians habet: *Et* - 13. 3.
erit, cùm prophetaverit quispiam ultra, dicent
ei pater ejus, & mater ejus, qui genuerunt eum:
non vives; (ao) *quia mendacium locutus es in no-* (ao) Propheta, ut mendacium locutus, configendus.
mine Domini, & configent eum pater ejus, & mater
ejus, genitores ejus, cùm prophetaverit.

Christus Jesus Pharisæos reprehendebat, Jo. 8. 44.
quòd ex patre Diabolo essent, loquentes men-
dacium. De Ethnicis ait Paulus ad Romanos, Rom. 1. 25.
quòd commutaverunt (ap) *veritatem Dei in* (ap) Idololatræ veritatem Dei in mendacium mutantes.
mendacium, idololatrantes scilicet. Et ubi

demonſtrat ex divina miſericordia etiam mala noſtra ordinari interdùm ad finem bonum ad exemplum ait: *Si veritas Dei in meo mendacio abundavit in gloriam ipſius; quid adhuc & ego tanquam peccator judicor?*

Rom. 3, 7.

Ad Epheſios habet: (aq) *Deponentes mendacium, loquimini veritatem unusquisque cum proximo ſuo: quoniam ſumus invicem membra.* Et ad Theſſalonicenſes de ſeductoribus dicens, ait, quòd, qui eis adhærent, (ar) *mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendacio &c.* Ad Timotheum verò prædicit, quosdam falſam tradituros doctrinam, & receſſuros quosdam à fide *in hypocriſi loquentium mendacium.*

Epheſ. 4, 25. (aq) Mendacium deponendum. 2.Theſſ. 2, 10. (ar) Credent mendacio adhærentes ſeductoribus. 1.Tim. 4. 2.

Joannes in ſua prima inquit ad fideles: *Non ſcripſi vobis quaſi ignorantibus veritatem, ſed quaſi ſcientibus eam, & quoniam omne mendacium ex veritate non eſt. Non neceſſe habetis, ut aliquis doceat vos, (as) ſed ſicut unctio ejus docet vos de omnibus, & verum eſt, & non eſt mendacium &c.*

1.Jo. 2, 21. – – 27. (as) Doctrina Chriſti non habens mendacium.

In Apocalypſi de ſequentibus agnum dicitur, quòd *in ore eorum non eſt inventum mendacium; ſine enim maculâ ſunt ante thronum Dei.* Et quòd in cæleſtem Jeruſalem non intrabit *aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens, & mendacium, niſi qui ſcripti ſunt in libro vitæ agni.* Sic ergo erunt *foris canes, & venefici, & impudici, & homicidæ, (at) & idolis ſervientes, & omnis, qui amat, & facit mendacium.*

Apoc. 14. 5. – 21, 27. – 22, 15. (at) Faciens mendacium à civitate ſanctâ Jeruſalem excluſus.

Pro adverbio *Mendaciter.* Jeremias exprobrat Judæis, confidentibus in ſermonibus mendacii, *furari, occidere, adulterare, jurare mendaciter &c.* Apud eundem Deus vehementer invehit in Pſeudo-prophetas, de quibus dicit, *quia non miſi eos - - - Et ipſi prophetant in nomine meo mendaciter;* iisque mala minatur ex hac ipſa ratione.

Jerem. 7, 9. – 27, 15. – 29, 21. – – 23.

Apud Ezechielem contra filias Iſraël minatur Dominus *pro eo, quòd mœrere fecerunt cor juſti mendaciter.* Et apud Zachariam enarratur maledictio ventura *ad domum furis, & ad domum jurantis in nomine* Domini *mendaciter,* figurata, & deſcripta in volumine volante.

Ezech. 13, 22. Zach. 5. 4.

Pro dictione *Mendax.* In Pſalmis eſt: *Vani filii hominum, mendaces filii hominum in ſtateris, ut decipiant ipſi de vanitate in idipſum. Ego dixi in exceſſu meo: omnis homo mendax;* quo textu, ſcilicet quòd omnis homo ſit mendax, utitur Paulus, ad Romanos ſcribens.

Pſal. 61, 10. – 115, 11. Rom. 3, 4.

In Proverbiis eſt: *Melior eſt pauper, quàm vir mendax. Ne addas quicquam verbis illius* (Dei ſcilicet), *& arguaris, inveniarisque mendax.*

Prov. 19, 22. – 30, 6.

In libro Sapientiæ habetur, quòd Deus (au) *mendaces oſtendit, qui maculaverunt illum* (Joſeph in Ægypto videlicet), *& dedit illi claritatem æternam.*

Sapient. 10, 14. (au) Deus oſtendens mendaces.

In Eccleſiaſtico legitur: *Viri mendaces non erunt illius* (juſtitiæ) *memores &c. Eſt correptio mendax in ira contumelioſi. Potior fur, quàm aſſiduitas viri mendacis: perditionem autem ambo hereditabunt. Mores* (ax) *hominum mendacium* (ſubintellige: ſunt) *ſine honore, & confuſio illorum cum ipſis ſine intermiſſione.* In tribus, quæ ſe odiſſe ait Eccleſiaſticus, ponit *divitem mendacem* ſecundò locò. Et in tribus, quæ metuit, ponit tertiò locô *calumniam mendacem.* Ita habetur: *Somnia extollunt imprudentes; quaſi qui apprehendit umbram, & perſequitur ventum: ſic & qui attendit ad viſa mendacia. Ab immundo quid mundabitur? & à mendace quid verum dicetur? Divinatio erroris, & auguria* (ay) *mendacia, ſomnia malefacientium, vanitas eſt.*

Eccli. 15, 8. – 19, 26. – 20, 27. – – 28. (ax) Mores hominum mendacium ſine honore. – 25, 4. – 26, 7. – 34. 1. Eccli. 34, 2. (ay) Auguria mendacia vanitas.

Iſaias de Judæis habet: *Populus ad iracundiam provocans eſt, & filii mendaces, filii nolentes audire legem Dei. Numquid vos filii ſceleſti, (az) ſemen mendax?*

Iſai. 30, 9. – 57, 4. (az) Judæi ſemen mendax.

Apud Jeremiam, ubi converſio populi Dei prænuntiatur, ejusdem verba afferuntur, idololatriam aſpernantis, & dicentis: (ba) *Verè mendaces erant colles, & multitudo montium;* In his etenim idolorum Templa, & luci eſſe ſolebant. Et ubi mala imminentia à Medis Babyloni prædicuntur, vanitas etiam idolorum ponitur, & inter cætera notatur: *Confuſus eſt omnis conflator in ſculptili, quia (bb) mendax eſt conflatio eorum, nec eſt ſpiritus in eis.*

Jerem. 3, 23. (ba) Colles idolorum mendaces. – 51, 17. (bb) Mendax conflatio idolorum.

Chriſtus Dominus, reprehendens Phariſæos, dicebat, eos ex patre diabolo eſſe, in quo veritas non eſt, & qui mendax eſt; & aſſerebat de ſe ipſo, & de patre ſuo: (bc) *Si dixero, quia non ſcio eum, ero ſimilis vobis mendax.* Ad Theſſalonicenſes ſcribit Paulus venturum ſeductorem, filium perditionis, *cujus eſt adventus ſecundùm operationem Satanæ, in omni virtute, & ſignis, & prodigiis mendacibus.* Ad Timotheum dicit legem eſſe impoſitam injuſtis, ut ſunt mendaces, perjuri &c. Ad Titum citat dictum Epimenidis Poëtæ dicentis: *Cretenſes ſemper mendaces, mala beſtiæ, ventres pigri.* Et Jacobus Apoſtolus in ſuâ Catholica ad fideles habet: *Si zelum amarum habetis; & contentiones ſunt in cordibus veſtris, nolite gloriari, & (bd) mendaces eſſe adverſùs veritatem.* Joannes autem in ſuâ primâ inquit: *Si dixerimus quoniam non peccavimus, (be) mendacem facimus eum* (Deum, & Jeſum Chriſtum Filium ejus) *& verbum ejus non eſt in nobis. Qui dicit ſe noſſe eum, & mandata ejus non cuſtodit, mendax eſt, & in hoc veritas non eſt. Quis eſt mendax, niſi is, qui negat, quoniam Jeſus eſt Chriſtus? hic eſt Antichriſtus, qui negat Patrem, & filium. Si quis dixerit, quoniam diligo Deum, & fratrem ſuum oderit, mendax eſt &c. Qui credit in Filium Dei, habet teſtimonium Dei in ſe. (bf) Qui non credit Filio mendacem facit eum, quia non credit in teſtimonium, quod teſtificatus eſt Deus de filio ſuo.*

Jo. 8, 44. – – 55. (bc) Chriſtus non mendax. 2.Theſſ. 2, 9. 1.Tim. 1, 10. Tit. 1, 12. Jacob. 3, 14. (bd) Mendaces qui non ſunt contra veritatem. 1 Jo. 1, 10. (be) Negans ſe peccaſſe, mendacem facit Deum. – 2, 4. – – 22. – 4, 20. – 5, 10. (bf) Qui non credit Filio Dei, mendacem facit Deum.

Idem Joannes in Apocalypſi juſſus eſt ſcribere Angelo Epheſi, ſeu Epiſcopo, & inter cætera ei dicere: *Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam, & quia non potes ſuſtinere malos: & tentaſti eos, (bg) qui ſe dicunt Apoſtolos eſſe, & non ſunt: & invenisti eos mendaces.* Et alibi habetur omnibus peccatoribus, & (bh) *omnibus mendacibus pars illorum erit in ſtagno ardenti igne, & ſulphure: quod eſt mors ſecunda.* Ne autem acta ſæpiùs reagamus ſatis erit pro remanentibus textibus videre: (bi) *Juramentum*, ad text. Zach. 8. *Divinatio*, Ezech. 13. *Lingua*, Prov. 6, 17. *Labium*, Prov. 10. 12. 17. *Sermo*, Iſai. 32. *Stylus*, Jerem. 8. *Spiritus*, 3.Reg. 22. ita 2.Par. 18. *Magiſter*, 2.Petr. 2. *Teſtis*, Deut. 19. Prov. 22. *Verbum*, Exod. 5. Prov. 13. 30. 36. *Viſio*, Jerem. 14.

Apoc. 2, 2. (bg) Mendaces inventi ab Epiſcopo Epheſino. – 21, 8. (bh) Mendacibus pars in ſtagno. (bi) Alia similia.

Ex ipſa

Myst. Ex ipsâ notarum histnricarum lectione in pluribus locis patet, quòd mendacium sumitur pro *falso consilio*; pro *simulatione*; & etiam pro *omni peccato*, *& scelere*. Præterea ex SS. PP. & DD.

Clem. Alexandr. adhort. ad Gent.

Antichristus, & ipsiusmet figuræ typus *Diabolus*, mendacium verè sunt; ut nntat Clemens Alexandrinus.

Idem ibidem.

Hæresis, *& idololatria* pariter mendacia; sunt juxta eundem.

Mendicans.

Hist. Participinm (a) præsentis temporis est à *mendico*, quod est: *Miser sum: Vita alimenta ostiatim quæro.* De Bartimæo (b) Cæco, qui sedebat juxta viam, mendicans, & à Christo petens, sanatus est, mentio habetur apud Evangelistas.

(a) Quid est.
Marc. 10, 46.
Luc 18, 35.
(b) Bartimæus mendicans.

Apud Baruch autem de idolis est, quòd *hostias illorum vendunt Sacerdotes ipsorum, & abutuntur: similiter & mulieres eorum decerpentes*; (c) *neque infirmo, neque mendicanti aliquid impertiunt.*

Baruch. 6, 27.
(c) Idola nihil mendicanti impertiunt.

Mendicitas.

Hist. *Inopia* (a) *est, & miseria, quâ quis ad quærendum alimentia ostiatim cogitur.* In Psalmis laudatur Dnminus (b) satians *vinctos in mendicitate, & ferro.* Auctnr libri Pruverbiorum sibimet, quin & aliis, hæc dicebat: *Parùm, inquam, dormies, modicum dormitabis, pauxillum manum conseres, ut quiescas:* (c) *Et veniet tibi, quasi cursor egestas, & mendicitas, quasi vir armatus*: quibus verbis denotabat miseriam pigro dormitanti obvenire. Et ad Deum habebat: (d) *Mendicitatem, & divitias non dederis mihi: tribue tantùm victui meo necessaria.*

(a) Quid est.
Psalm. 106, 10.
(b) Deus satians vinctos in mendicitate.
Prov. 24, 33.
- - 34.
(c) Mendicitas obveniens pigro.
- 30, 8.
(d) Mendicitatem a se rogat amoveri Salomon.

Mendicus.

Hist. De eo dicitur, (c) *qui ostiatim victum quærit.* In Deuternnomio lex erat: (b) *Omninò indigens, & mendicus non erit inter vos; ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in terram, quam traditurus est tibi in possessionem.*

(a) Quid est.
Deut. 15, 4.
(b) Mendicus non sit inter Judæos.

In Psalmis habet David: (c) *Ego mendicus sum, & pauper, Dominus solicitus est mei.* Queriturque apud Deum, quòd peccator ei imprecaretur mala, *eò quòd*, dicebat, - - - - (d) *persecutus est hominem inopem, & mendicum, & compunctum corde mortificare*; ita aliqui interpretantur; alii hæc ab ipso auguria fieri dicunt peccatori maledico; sentiuntque eum fuisse Doëg.

Psal. 39, 18.
(c) David se mendicum dicens.
- 108, 17.
(d) Doëg mendicum persecutus, seu David &c. ubi aliqua explicatur.

Lazarus, de quo historia est apud Evangelistas, seu, ut volunt aliqui, parabola, dicitur fuisse *mendicus*, jacens *ad januam* divitis (e) *ulceribus plenus, cupiens saturari de micis, quæ cadebant de mensâ divitis, & nemo illi dabat: sed & canes veniebant, & lingebant ulcera ejus. Factum est autem ut moreretur mendicus, & portaretur ab Angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem & dives, & sepultus est in inferno.* De cæco (f) à nativitate, qui mendicus erat, à Christo qui sanatus est, mentio est apud Joannem.

Luc. 16, 20.
- - 21.
(e) Lazarus mendicus in sinum Abrahæ portatus.
- - 22.
Jo. 9, 8.
(f) Cæcus à nativitate mendicus à J.-C. sanatus.

Menelaus.

I. Menelai viri nullâ memoriâ, sed omni opprobrio, & maledictione digni, historia ex libris Machabæorum decerpta hæc est. (a) *Simonis*, nb cujus detractiones Onias summus Sacerdos multa passus est sub Seleuco, *frater* fuit Menelaus, qui ab Jasone, ejusdem Oniæ fratre, Sacerdotium ambiente, quod jam obtinnerat, mediante pecuniâ, ab Antiocbo nobili, snlvens quotannis tributum, ut se in dignitate stabiliret, missus est, portans pecunias Regi, & de negotiis necessariis responsa perlaturus; *at ille*, nullam fidem servans, *commendatus Regi, cùm magnificâsset faciem potestatis ejus, in semetipsum retorsit* (b) *summum Sacerdotium, superponens Jasoni talenta argenti trecenta; acceptisq; à Rege mandatis, venit, nihil quidem habens dignum Sacerdotio: animos verò crudelis Tyranni, & feræ belluæ iram gerens*; unde Jason profugus abire debuit in Ammanitem, dignas luens pœnas, pro supplantato fratre suo Oniâ. Menelaus autem principatu potitus, eò quòd Sostratus arci Præpositus exactionem faceret, promissam Regi pecuniam tradere impotens, unà cum Sostrato ad ipsum Regem vocatus, (c) à Sacerdotin amotus est, succedente ei Lysimacho, ejus fratre. (Vid. *Sostratus.*) Interea autem temporis Antiocho Rege ad cnmpescendas Tharsensium, & Mallotarnm turbas profecto, cum Andronicus, loco Antiocbi ejusdem, Præpositus remansisset, opportunum rebus suis tempus ratus hoc esse Menelaus (d) *aurea quædam vasa*, quæ *è Templo furatus* fuerat, *donavit Andronico, & alia vendiderat Tyri, & per vicinas civitates*; eum validè arguente Oniâ Antiochiæ apud Daphneu in Asylo se continente; quo circa Menelaus (e) apud Andronicum, quem dnnis captivaverat, egit, ut de asylo dolosè eum revocatum morti daret, ut factum est, Judæis nedum, sed & aliis nationibus super hoc indignantibus, & ad Regem reducem reclamantibus; unde Rex Andronicum eodem in loco, quô Onias occisus est, morti dari jussit. Menelaus autem ab iniquitate omnimodâ nnn desistens, (f) fratrem Lysimachum, Sacerdotium occupantem, infandis adegit, ad sacrilegia in Templo, consiliis, patranda, quorum *divulgatâ famâ, congregata est multitudo adversùm Lysimachum, multo jam auro exportato; Turbisq; insurgentibus, & animis irâ repletis* Lysimacbns ermatos apposuit; & fera in mndum prælii congressin facta est, cujus finis ejusdem Lysimachi mors fuit. (Vid. *Lysimachus.*) Jam hæc omnia Menelao tribuebantur, & judicium adversùs eum agitari cœpit; quin etiam advenienti Regi Tyrum negocium totum à tribus missis viris delatum est: (g) At Menelaus, vaferrimâ semper usus astutiâ, & dolis, Ptolemæum Regis amicum, appromissis pecuniis, suum fecit, qui Regem allocutus à sententia contra Menelaum detraxit, ita ut Menelaus, universæ malitiæ reus, criminibus absolveretur, miseri autem contra ipsum dicentes, qui, *etiamsi apud Scythas causam dixissent*, innocentes judicati fuissent, morti damnarentur; nnde super judicin hujusmodi *Tyrii quoque indignati, erga sepulturam eorum, liberalissimi extiterunt. Menelaus autem propter eorum, qui in potentiâ erant*

Hist.
(a) Quis primus, & ejus historia. 2. Mach. 4, 23.
- - 24.
(b) Pseudopontifex fit.
- - 25.
- - 26.
- - 27 &c.
(c) A Pontificatu amotus est.
- - 32.
(d) Aurea Templi vasa furatus donat, vendit &c.
- - 33 &c.
(e) Oniæ fratris redarguentis necem procurat.
(f) Lysimachum ad sacrilegia incitat; unde caditur.
- - 39.
- - 40 &c.
(g) Incusatur apud Regem, à quo injustè absolvitur, damnatis ejus accusatoribus.
- - 47.
- - 49.

erant, avaritiam, permanebat in potestate, crescens in malitiâ ad insidias civium; & ut conjecturamus, licet sacra pagina expresiè non dicat, ex illis verbis *permanebat in potestate*, (h) iterùm summum Sacerdotium occupavit; debuit tamen in arcem profugere, quando, prævisis jam antea Jerosolymæ in aëre congressionum variarum portentis, & monstris, falso sparso Antiochi Regis defuncti rumore, Jason, qui in Ammanitidem Regionem olim profugerat, venit ed urbem, oppugnatisque civibus, & civitatis muro superato, cædem non modicam civium fecit, non tamen Principatum obtinens, sed in confusione suâ iterùm ad fugam in Ammanitidem coactus; inde in alias partes profugus, illamentatus, & insepultus periit. At ex his accipiens Antiochus de Judæorum fide suspicionem, Jerosolymam cùm exercitu venit, nullique parcens toto triduo tum juvenes, tum senes, tum mulieres, tum virgines, tum parvulos mortis, Martisque ferro sacravit, ita ut octoginta millia interfecti, quadraginta millia vincti, non minus autem venundati numerarentur. Templum deinde ingressus sancta omnia, indignè contrectans, & contaminans, spoliavit, ipsô (i) Menelaô legum, patriæque proditore, ductore. (Vid. *Antiochus.*) Postquam autem hæc patravit Antiochus, mille, & octingentis ablatis de Templo talentis, versutilem (k) facilè Menelai animum cognoscens, neqoe ipsi fidens, Antiochiam revertens, in Garizim, ubi erat Templum Andronicum, & Menelaum constituit, qui graviùs, quàm cæteri imminebat civibus; & ita Jerosolymis eum videtur abegisse Antiochus; quamvis etiam sint, qui interpretentur, quòd constituit quidem Antiochus Philippum Jerosolymis, & *in Garizim Andronicum, & Menelaum*; at ly Menelaum non intelligunt præcisè cum Andronico in Garizim constitutum, sed additum socium tum Philippo Jerosolymis, tum Andronico in Garizim, utpotè qui Sacerdotium summum occupabat; quæ opinio satis est rerum historiæ consona. Inter hæc, (l) Mathathiâ, cum filiis suis, in legis tutelem divinæ consurgens, & Machabæo validè gentes oppugnante, & Jerosolymis potito, quid de Menelao actum sit; quòve se contulerit, & apud quem moratus fuerit sacra Biblia non habent: Nos, ut putemus, eum apud Regem Antiochum Epiphanem primò; inde apud filium ejus Eupatorem fuisse ponimus (non tamen ex hoc arguentes hunc ipsum Menelaum illum fuisse, de quo infre num. II. dicemus), Sacerdotium magnum obtinente Mathathiâ, donec Antiochus ipse Eupator in Judæos maximum moveret exercitum; eâ etenim occasione audacior Menelaus factus, (m) *cum multâ fallaciâ deprecabatur Antiochum*; & quidem *non pro patria salute, sed sperans se constitui in Principatum*; sed suggerente Lysiâ Procuratore, & negociorum Præposito, *hunc esse causam omnium malorum, jussit (ut eis est consuetudo), apprehensam in eodem loco necari*; & Sacer historicus modum mortis ejus describit, & proinde reflexione aliquâ mortis ipsum genus considerat his verbis: (n) *Erat autem in eodem loco turris quinquaginta cubitorum, aggestum undique habeas cineris: hac prospectum habebat in praceps. Inde in cinerem dejici jussit sacrilegum, omnibus eum propellentibus ad interitum. Et tali lege prævaricatorem legis contigit mori, nec terra dari Menelaum. Et quidem satis justè: nam quia multa erga aram Dei delicta commisit, cujus ignis, & cinis erat sanctus; ipse in cineris morte damnatus est.* Et hæc de Menelao Pseudo-Pontifice Judæorum de Tribu non Levi, sed Benjamin, habemus.

(h) Summum Sacerdotium iterùm occupat.

2. Mach. 5, 5. &c.

- - 15.

(i) Patriæ idem proditor, & gentium ductor ad Templum spoliandum.

- - 22. &c.

(k) Constituitur in Garizim Templo; ubi variæ aliquæ opiniones.

(l) Machabæis insurgentibus apud Reges moratur.

- - 51, 29. &c.

- 13. 3. &c.

(m) Fallaciis utens, & Principatui inhians, morti datur.

- - 4.

- - 5.

(n) Mortis ejus descriptio.

- - 6.

- - 7.

2. Mach. 13, 8.

II. Antiochus Eupator, cum patri in Regnum successisset, & exercitum Lysiæ, Ducis gentium Machabæi prostrâssent, eodem Lysiâ, pacem inter Judæos, & Regem componente, (o) habemus, quòd ad Judæos hanc misit epistolam, quæ salvi conductûs in morem est, videlicet: *Rex Antiochus Senatus Judæorum, & cæteris Judæis salutem. Si valetis, sic estis, ut volumus: sed & ipsi bene valemus. Adiit nos Menelaus, dicens velle vos descendere ad vestros, qui sunt apud nos. His igitur, qui commeant usque ad diem trigesimum mensis Xanthici, damus dextras securitatis, ut Judæi utantur cibis, & legibus suis, sicut & prius: & nemo eorum ullo modo molestiam patiatur de his, quæ per ignorantiam gesta sunt. Misimus autem & Menelaum, qui vos alloquatur. Valete. Anno centesimo quadragesimo octavo, Xanthici mensis quintadecima die.* Duplex hioc hauriri potest opinativa sententie, (p) vel dicendo, quòd hic idem Menelaus idem sit, ac laudatus num. I. vel asserendo hunc alium ab illo. Pro primâ stare videtur ipsum nomen; & conjectura, quòd ille apud Regem pro concivibus suis loqui posset, Judæus pro Judæis; & quòd Rex illius, utpote viri versutissimi, operâ uteretur in negotiis agendis, præcisè apud ejus nationem, cui tali modo eum commendaret, ne despectum omninò haberent; cùm præcipuè etiam credi possit, quòd ipsi Judæi etiam operam ejus adhiberent, quò faciliùs à Rege obtinerent petita. Pro secundâ stare videtur apertissima conjectura, quòd exosus Judæis Menelaus, & præcisè Machabæis, qui Principatum obtinebant, non adhiberetur in agendis Judæorum negotiis; ita maximè, ut iret, rediret, ad Regem, ad Judæos, qui tanquam ethnicum eum reputabant, cujus operâ Templum spoliatum fuerat, & contaminatum; quapropter alium Menelaum hunc esse à primo melior videtur inter opiniones opinio, admittens hunc ipsum aliquem alium ministrum fuisse Antiochi, quod denotat Græcum nomen; quod si instantia fiat, etiam ipsi datum nomen Græcum fuisse, respondebitur non ei datum fuisse simpliciter nomen Græcum, sed additum; tradunt enim historici ipsum dictum fuisse Oniem Meneleum, cùm ipse in Græcorum adulationem, Græcum etiam nomen sumpsisset: Ita & Jason, qui Hebraicè Jesus dicebatur nomen Græcum Jasonis accepit. Nominis autem (q) Etymologia est: *Potentia populi: Robur populi.*

(o) Salvus conductus ab Ant. Eupatore datus Judæis, Menelaô intercessore.

- 22, 27.

- - 28.

- - 29.

- - 30.

- - 31.

- - 32.

- - 33.

(p) An hic positus numero secundo idem sit cum primo, an alius.

(q) Signif. nom.

Menna.

Hist.

Luc. 3, 31.

(a) Quis est, & nom. signif.

Peter (a) Melea, & *filius Mathatha* fuit Menna, in progenitoribus Joseph patris putativi Jesu. Sonat: *Numeratus: Remuneratus: Præparatus.*

Menni.

Hist.

Jerem. 51, 27.

(a) Rex Menni contra Babyl.

Contra Babylonem apud Jeremiam dicitur: (a) *Annunciate contra illam Regibus Ararat, Menni, & Ascenez, numerate contra eam Taphsar,* addu-

adducite equum, quasi brachium armentarum. Quid (b) autem sit Manni, varii varia. Lubinus credit hanc vocem non esse cujusquam loci nomen; & movetur ex eo, quòd Septuaginta hanc ipsam dictionem nullâ aliâ propriâ loci efferunt: At alii sunt, qui *cum superiori armeniâ* confundunt; alii populus *Minyas*, in eâdem armeniâ positos dicunt; alii *populos Armeniæ* ipsi *proximos* asserunt. Utcumque sit, ejusdem nominis significatio est; (c) *Præparatio: Munus: Numerus.*

Lubin. Tab. Sacr. Geograph. h. v.
(b) Variæ de vocis hujus significatione sententiæ.
(c) Interpr. nom.

Mennith.

Hist.

Civitas (a) *Ammonitarum*, pertinens ad Ammonitas, deinda *data Tribui Gad*; & ad hanc usque urbem ab Aroër, & usqua ad Abel percussit Jephte viginti civitates. (b) Legunt Septuaginta *ἀρνών*, *Arnon* fortè, quia ad montes Arnon, seu ad torrentem Arnon posita, Significat idem, ac *Menni*.

(a) Quid est, Judic. 11, 33.
(b) Lect. LXX. & vocis etym.

Mens.

Hist.

Propriè (a) Mens est *principalis animæ facultas*, quæ ab aliquibus *Intelligentia* vocatur; quâ solus homo præditus cæteris antecellit animalibus; & quâ res incorporeas, & ab omni materia abstractas contemplatur; hinc pro *anima* mens ab aliquibus ponitur aliquando; at figuratè, non propriè; utpotè quâ principaliter anima expeditè operatur. Hinc mentem alii dicunt, quasi eminantem, & definiunt, quòd sit *cogitationis, consilii, subtilitas quædam, certa rationi consentanea*; & benè quidem diversam faciunt ab animo, prout aliis videbatur; licet interdùm ponatur pro ipso *animo*. Per ipsam autem modò significatur *consilium*; modò *intellectus*; modò *voluntas*; modò *unà simul tùm intellectus, tùm voluntas*; modò pro *sententiâ*, & *sensu super aliqua re*; & sæpè, ut vulgus loquitur, pro *intentione* sumitur; itemque pro *memoria*.

(a) Quid sonet hæc vox, cujus nexus aliqui non signati notationibus sunt, ubi non datur locus.

In Exodo, cum peterentur primitiæ à populo per Moysen, ad construendum Tabernaculum, Israëlitæ (b) *obtulerunt mente promptissima, atque devota primitias Domino ad faciendum opus Tabernaculi testimonii.* Aaron, se apud Moysen excusavit, quòd hircus oblatus pro peccato totus combustus sit eâ die, quâ Nadab, & Abiu igne cœlesti consumpti sunt, eò quòd comedere hostiam non potuit *mente lugubri.* Circa legis inobservantes ait Dominus, quòd eos inducet in terram hostilem, *donec tabescat incircumcisa mens eorum.* De Nazaræo dicitur: *Juxta quod mente devoverat, ita faciet, ad perfectionem sanctificationis suæ.* Murmurantes Hebræi in deserto dicebant: *In* (c) *mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique, & cepe, & allia.* Moyses, audita petitione Tribuum Ruben, & Gad, ut daretur eis terra trans Jordanem, primò eisdem dixit: (d) *Cur subvertitis mentes filiorum Israel, ne transire audeant in locum, quem eis daturus est Dominus?* Cùm Domino referret Moyses voluntatem populi Hebræi, ut scilicet ipse Moyses audiret jussa Domini, & referret eis, qui promittebant se omnia servaturos, dixit: *Quis* (e) *det talem eos habere mentem, ut timeant me, & custodiant universa mandata mea in omni*

Exod. 35, 21.
(b) Mens promptissima, quâ Judæi obtulerunt ad opus Tabernaculi primitias.
Levit. 10, 19.
- 26, 41.
- 6, 21.
- 11, 5.
(c) Fructus Ægypti in mente Judæorum venientes in deserto.
- 32, 7.
(d) Moyses, quasi subverterent mentes aliorum, primò arguit Tribus Ruben, & Gad.
Deut. 5, 29.
(e) Dubium de mente stabili Judæorum in lege servandâ.

tempore, ut bene sit eis, & filiis eorum in sempiternum? In maledictionibus contra transgressores legis erat: (f) *Percutiat te Dominus amentia, & cæcitate, ac furore mentis.* Tribus Gad, & Ruban, & media Tribus Manasse, quæ, revertentes trans Jordanem, extruxerant ad Jordanem altare, suspicionem idololatriæ apud cæteras Tribus à se removentes, Deum testem invocaverunt, quòd non (g) *ea mente* illud fecerant, ut sacrificaretur in illo, sed tantùm ipsum posuerant in memoriam posterorum. In vindictam uxoris Levitæ, à Gabaitis prodigiosâ libidine extinctæ, (h) *convenit universus Israel, quasi homo unus, eâdem mente, unoque consilio.*

Deut. 28, 28.
(f) Furor mentis percutiendi legis inobservantes.
Jos. 22, 23.
(g) Mens Tribuum Ruben, & Gad sincera.
Judic. 20, 11.
(h) Judæi eâdem mente ulturi injuriam illatam uxori Levitæ.

Laudavit Dominus Deus, quòd David cogitasset ædificare ipsi domum, benè quidem faciens, *hoc ipsum mente tractans.* Salomoni iratus dicitur Dominus, quòd *aversa esset mens ejus à Domino Deo Israel, qui apparuerat ei secundò*; quem David monuerat, quòd *omnia corda scrutatur Dominus, &* (i) *universas mentium cogitationes intelligit.* Ipseque David, pro populo orans ad Dominum, dicebat inter reliqua: *Semper in venerationem tui* (Domine) *mens ista* (devota scilicet populi) *permaneat.* Sub Ezechia habetur, quòd *obtulit universa multitudo hostias, & laudes, & holocausta mente devota.* Senior Tobias filio suo Tobiæ juniori dicebat: *Omnibus diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum.* Raphaël Angelus item juniorem Tobiam docebat: (k) *Hi, qui conjugium ita suscipiunt, ut Deum à se, & à sua, mente excludant, & suæ libidini ita vacent, sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus, habet potestatem dæmonium super eos.* In libro Judith narratur, quòd *cum omnis exercitus* gentium *decollatum Holofernem audisset,* (l) *fugit mens, & consilium ab eis, & solo tremore, & metu agitati fugæ præsidium* sumpserunt. Orante Mardochæo pro populo suo, cui imminebat cædes, per dolum Aman parata, (m) *omnis quoque Israël pari mente, & obsecratione clamavit ad Dominum, eò quòd eis certa mors impenderet.* Eliphaz cùm plura dixisset Jobo, arguens eum, adhortans, ultimò ait: *Ecce hoc, ut investigavimus, ita est: quod auditum mente pertracta.* Ipse verò Job, amicis suis respondens, dicebat: (n) *Tacete paulisper, ut loquar quodcunque mihi mens suggesserit.* Et Sophar, eidem Jobo aliquid dicturus, exordiebatur: (o) *Cogitationes meæ variæ succedunt sibi, & mens in diversa rapitur.*

3. Reg. 8, 18.
- 11, 9.
1. Par. 28, 9.
(i) Deus mentium cogitationes intelligens.
- 29, 18.
2. Par. 29, 31.
Tob. 4, 6.
- 6, 17.
(k) Mali conjuges Deum à sua mente excludunt.
Judith. 15, 1.
(l) Mens fugiens ab Assyriis in morte Holofernis.
Esth. 15, 18.
(m) Omnis Isr. pari mente Deum orans.
Job. 5, 27.
- 13, 13.
(n) Job juxta mentem suam locuturus.
- 20, 2.
(o) Mens Sopharis in diversa rapta.

In Psalmis dicit David: (p) *Ego dixi in excessu mentis meæ: projectus sum à facie oculorum tuorum* (Domine); & deinde addit, vocem orationis suæ auditam à Domino; & describens portenta Domini, facta in populo suo ait: (q) *Ibi Benjamin adolescentulus* (h. e. ultima, & minima Tribus) *in mentis excessu*, scilicet mirabilia operata est, & digna mentis excessu, videlicet stupore. Et alibi ad Dominum habet: *Cogitavi dies antiquos, & annos æternos in mente habui.*

Psal. 30, 23.
(p) David in excessu mentis loquens.
- 67, 28.
(q) Benjamin in mentis excessu, ubi expl. text.
- 76, 6.

In Proverbiis monitum est: *Ne abstrahatur in viis illius* (scorti scilicet) *mens tua: neque decipiaris semitis ejus. Omnes dies pauperis mali: secura mens, quasi juge convivium. Mens justi meditabitur obedientiam; os impiorum redundat malis. Qui tantùm verba sectatur, nihil habebit: (r) Qui autem possessor est mentis, diligit animam suam, & custos prudentiæ inveniet*

Prov. 7, 25.
- 15, 15.
- - 28.
- 19, 7.
- - 8.
(r) Possessor mentis animam suam diligit.

Prov. 23. 7.
inveniet bona. Item monet, ut caveamus à comedendo cum homine invido; quippe: *Comede, & bibe, dicet tibi; & mens ejus non est tecum*; item à desiderando esse cum malis, *quia*
- 24. 2.
rapinas meditatur mens eorum, & fraudes labia eorum loquuntur. Itemque habet: *Beatus homo, qui semper est pavidus*; (s) *qui verò mentis est dura, corruet in malum.*
- 28.14.
(s) Homo duræ mentis in malum ruiturus.

Eccle. 1. 17.
(t) Mens, contemplans res istas, laborem invenit.
Ecclesiastes inquit, quòd dicens: (t) *Mens mea contemplata est multa sapienter, & didici*, agnovit, quòd in his, videlicet rerum cunctarum hujus mundi inquisitionibus, erat labor, & afflictio Spiritûs; & ita ait, quòd locutus cum mente suâ, circa divitias, vidit, quòd hoc quoque esset vanitas, per noctem scilicet circa eas mente non requiescere; ita & cogitare de futuro hærede, & ei congregare, ponit, quod (u) *& hoc vanitas est, & cassa solicitudo mentis.*
- 2. 21.
- - 23.
- - 26.
(u) Cassa mentis solicitudo hæredi futuro congregare.

Apud Isaiam contra Assyrios affertur certissimus eventus earum, quæ prædixit Dominus per Prophetam; unde habet: *Juravit Dominus exercituum dicens: si non, ut putavi, ita erit: & quomodò mente tractavi, sic eveniet*; & de idololatrarum stupore est, quòd (x) *non recogitant in mente suâ* idolorum vanitatem. Contra Babylonem, & de dissipatione ejus, apud Jeremiam invitantur homines audire *consilium Domini, & quod mente concepit* adversùs eam; & alibi habetur: *Acuite sagittas, implete pharetras: suscitavit Dominus spiritum Regum Medorum*; (y) *& contra Babylonem mens ejus est, ut perdat eam, quoniam ultio Domini est, ultio Templi sui.*
Isa. 14. 24.
- - 25.
- 44. 19.
(x) Idololatræ mente non recogitantes idolorum vanitatem.
Jerem. 50. 45.
- 51. 11.
(y) Mens Regis Medorum contra Babyl.

Apud Ezechielem ad Judæos ait Dominus inter cætera: (z) *Neque cogitatio mentis vestra fiet, dicentium: erimus sicut gentes, & sicut cognationes terra, ut colamus ligna, & lapides*; & subsequenter dicit se regnaturum super eos in manu forti, brachio extento, & furore effuso, Nabuchodonosor, (aa) *mente confusus*, ignorabat somnium, quòd viderat de statuâ, & volebat illud sibi indicari, cum interpretatione, à Sapientibus Chaldæis; at solus Daniel *cogitationes mentis* ejus aperuit. (Vid. *Daniel.*) Contra Niniven ait Nahum: *Ex te exibit cogitans contra Dominum malitiam, mente pertractans prævaricationem.* Antiocheni dicuntur infirmati (ab) *mente sua*, quando rebellantes contra Demetrium Regem necem passi fuêre à Judæis. Scribitur, quòd Jeremias, abeuntibus Judæis in captivitatem, dedit legem, *ut obliviscerentur præcepta Domini*, (ac) *& ut non exerrarent mentibus, videntes simulacra aurea, & argentea, & ornamenta eorum.* De Onia Pontifice, cùm Heliodorus sacros thesauros rapturus esset, scribitur, quod valdè mœstus erat, & quòd *qui videbat summi Sacerdotis* (ejusdem nempe Oniæ) *vultum, mente vulnerabatur.* De Antiocho Epiphane dicitur, quòd (ad) *alienatus mente*, non considerabat, mala, à se illata Judæis, ex divina permissione evenire; & ita *propter mentis elationem* terram, ac mare sibi obeditora putabat. Ita de Lysia, gentium Duce, notatur, quòd (ae) *mente effrænatus* confidebat in multitudine sui exercitûs. Ita & de Antiocho Eupatore, quod scilicet; (af) *mente effrænatus veniebat, nequiorem se patre suo Judæis ostensurus.* Audita autem Philippi rebellione, *mente consternatus* cum Judæis pacem iniit. Judas Machabæus, contra Nicanorem pugnaturus, (ag) *hortabatur suos, ne*
Ezech. 20. 32.
(z) Cogitatio mentis Judæorum non adimplenda.
Dan. 2. 3.
(aa) Nabuchod. mente confusus.
- - 30.
Nah. 1. 11.
1. Mac. 11. 49.
(ab) Antiocheni mente infirmati.
2. Mac. 2. 2.
(ac) Contra Judæis ne exerrent mentibus circa idola.
- 3. 16.
- 5. 17.
(ad) Antiochus Epiph. alienatus mente.
- 9. 8.
- 11. 4.
(ae) Lysias mente effrænatus.
- 13. 9.
(af) Ita Antiochus Eup.
- - 23.
- 15. 8.
(ag) Contio-

formidarent ad adventum nationum, sed in mente haberent adjutoria sibi facta de cælo, & nunc sperarent ab omnipotente sibi affuturam victoriam.
[(ag)] nem Judæis à Juda Mach. ut mente haberent adjutoria de cælo facta &c.

Interroganti legis Doctori Jesum, quodnam mandatum esset magnum in lege, respondit idem Jesus, illud esse de diligendo Deo ex toto corde, in tota anima, (ah) *in totâ mente*, & quidem hoc esse maximum; secundum autem de diligendo proximo, sicut se ipsum. Pastores porcorum, in quos spiritus immundi, exeuntes ab obsesso, de mandato Christi Jesu intraverant, timuerunt videntes post hæc illum, qui prius vexabatur à dæmone, *sedentem vestitum, & sana mentis.* In cantico Beatæ Mariæ Virginis est, quòd Dominus *dispersit superbos mente cordis sui.* Dum mulieres ad sepulchrum Christi Domini, non invenientes corpus ejus, (ai) *mente consternata essent de isto*, nuntiârunt ei Angeli apparentes, eum resurrexisse.
Matth. 22. 37.
Marc. 12. 30.
Luc. 10. 27.
(ah) Deus totâ mente diligendus.
Luc. 8. 35.
Marc. 5. 15.
Luc. 1. 51.
- 24. 4.
(ai) Mulieres ad sepulchrum Christi mente consternatæ.

In Actibus Apostolorum, quòd (ak) *mente confusa* scribitur multitudo Jerosolymis, cùm audiret unusquisque linguâ suâ loquentes Christi discipulos. Cum Joppe apud Simonem Coriarium pararetur mensa pro comedendo, Petrus mentis excessum habuit, & habuit visionem lintei, de cælo submissi. (Vid. *Petrus.*) Paulus, (al) se *in stupore mentis* factum, fassus est, orantem in Templo, missumque esse à Domino ad prædicandum gentibus.
Actor. 2. 6.
(ak) Multitudo Jerusalem mente confusa.
- 10. 10.
- 11. 5.
- 22. 17.
(al) Paulus in stupore mentis factus.

Ad Romanos scribens, Apostolus dicebat: *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis mea, & captivantem me in lege peccati, qua est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum, igitur ego ipse* (am) *mente servio legi Dei; carne autem legi peccati*; hoc est, homo superior servit legi Dei, quamvis inferior pars trahere conetur me ad serviendum legi peccati.
Rom. 7. 23.
- - 24.
- - 25.
(am) Paulus serviens mente legi Dei; ubi expl. text.

Et ad Corinthios ait: *Si orem lingua, Spiritus meus orat*; (an) *mens autem mea* (h. e. mea intentio) *sine fructu est* (eruditionis, & instructionis aliorum; docet namque Apostolus, quomodo charismatum nobis à Domino datorum donis uti ordinatè debemus.) *Quid ergo est? orabo spiritu, orabo & mente: psallam spiritu, psallam & mente*; id est, ita orabo, ut simul instruam. Et alibi habet: (ao) *Sive mente excedimus* (h. e. in extasim rapimur), *Deo.* (videlicet ad Dei honorem est): *sive sobrii sumus* (pauca scilicet loquendo, jejunando &c.). *vobis.* (nempe ad utilitatem vestram, & pro vobis hoc facimus. Ad Ephesios autem scribit: *Renovamini spiritu mentis vestra, & induite novum hominem &c.* Ad Timotheum dicit, ex (ap) pugnis verborum oriri conflictiones hominum, mente corruptorum &c. prædicitque homines futuros, qui resistant veritati, ut Jannes, & Mambre restiterunt Moysi, *homines corrupti mente, reprobi circa fidem.* Et ad Titum habet: *Omnia munda mundis: coinquinatis autem, & infidelibus nihil est mundum,* (aq) *sed inquinata sunt eorum & mens, & conscientia.* Ad Hebræos memorat dictum per Prophetam Jeremiam ex Domino, videlicet: (ar) *Dando leges meas in mentem eorum, & in corde eorum superscribam eas*; post scilicet repudiatam Synagogam, quod inibi exprimitur: *post dies illos.* Contendit enim Apostolus necessitatem novi Testamenti, appromissi Judæis, insinuare. Petrus,
1. Cor. 14. 14.
(an) Mens quomodo sine fructu; ubi expl. text.
- - 15.
2. Cor. 5. 13.
(ao) Mentis excessus in Paulo ad aliorum utilitatem est, & Dei honorem.
Ephes. 4. 23.
1. Tim. 6. 5.
(ap) Ex verbis conflig[unt]ur homines mente corrupti.
2. Tim. 3. 8.
Tit. 1. 15.
(aq) Mens malorum inquinata.
Hebr. 8. 10.
- 10. 16.
(ar) Leges dandæ in mentem populi; ubi expl. text.

1. Petr. 1, 13. Apostolorum Princeps, scribit ad fideles: *Succincti lumbos mentis vestræ, sobrii perfectè sperate in eam, quæ offertur vobis, gratiam, in revelationem Jesu Christi.* Et secundò ad eos scribens, habet: (a 2) 2. Petr. 3. 1. (a 2) Petrus mentem fidelium excitans. *Hanc esse vobis charissimi, secundam scribo epistolam, in quibus vestram excito in commonitione sinceram mentem.*

In Apocalypsi Angelo Sardis, seu Episcopo Sardis jussus est scribere Joannes plura, inter ea autem erat: Apoc. 3, 2. *Non invenio opera tua plena coram Deo meo:* - - 3. *In mente ergo habe qualiter acceperis, & audieris, & serva, & pœnitentiam age &c.*

Mensa.

Hist. (a) Quid hæc vox, cujus textus notationes ad marginem non habent, nisi sic locus. *Tabula, (a) ita accomodata, & parata, ut circa eam, & ad eam accumbant, cibum de eâ sumpturi*, dicta est mensa, quasi *missa*, eo, quòd in eam mittantur esculenta; seu quasi *Mesa*, media nempè inter duos, seu plures. Sic etiam mensa nuncupatur *tabula elevata, & apposita ad scribendum, ad numerandum pecuniam, & hujusmodi alia plura facienda.* Solet etiam accipi pro *ipsis cibis*, qui in mensa apponuntur; sic etiam pro *prandio*, pro *cœnâ*. Et apud priscos habemus nomen mensæ usitatum pro *disco*, seu *quadrâ*, *quâ in mensâ utebantur ad epulas in frusta scindendas*; & quia in altari apponuntur esculenta, & poculenta ad sacrificium, nomen etiam mensæ *altaris* datum reperimus. Et tandem profanos si respicimus auctores, *quodlibet instrumentum, latum ad aliquid porrigendum, seu ad aliquid recipiendum in se*; puta ad recipiendos calices vino repletos, & aliis porrigendos, qualem Varro describit quadratam mensam, nomine *cartibulum*, quæ columnellam subnixam habebat; & rotundam habebant Græci, eam *cylibantum* dicentes, Mensa appellatum est. Item *mensa negociationis* est, ad monetas commutandas, servandas, deponendas, augendas &c.

In sacris litteris habemus à Domino hæc, Exod. 25, 23. (b) Descriptio Mensæ de lignis Setim. inter reliqua, Moysi imperata: (b) *Facies mensam de lignis Setim, habentem duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitum, ac semissem.* - - 24. *Et inaurabis eam auro purissimo: facies que illi labium aureum per circuitum,* - - 25. *& ipsi labio coronam interrasilem, altam quatuor digitis, & super illam, alteram coronam aureolam.* - - 26. *Quatuor quoque circulos aureos præparabis, & pones eos in quatuor angulis ejusdem mensæ per singulos pedes.* - - 27. *Subter coronam erunt circuli aurei, ut mittantur vectes per eos, & possit mensa portari.* - - 28. *Ipsos quoque vectes facies de lignis Setim, & circumdabis auro ad subvehendam mensam.* - - 29. *Parabis & acetabula, ac phialas, thuribula, & cyathos, in quibus offerenda sunt libamina, ex auro purissimo.* - - 30. *Et pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper.* Ad hæc additum est: - - 26. 35. (c) Locus mensæ ex Setim. (Pones) (c) *mensam intra velum; & contra mensam candelabrum in latere tabernaculi meridiano: mensa enim stabit in parte Aquilonis*; & præceptum est: - 30. 27. Unges oleo unctionis sancto *mensam cum vasis suis*; - 37. 6. - 35. 13. & alibi. A Beseleel autem, & Ooliab facta, & fabrefacta est; & omnia ritè servata; cum mense primo, primâ die erectum esset Tabernaculum. (Vid. *Panis: Propositio.*) Num. 3, 31. (d) Custodia mensæ ex Setim, & deinde &c. Levitæ, (d) ex congregatione Caath, deputati sunt ad custodiam arcæ, mensæ &c. qui quando movebantur castra, hoc circa mensam habuerunt in mandatis; videlicet: Num. 4. 7. *Mensam propositionis involvent hyacinthino pallio, & ponent cum eâ thuribola, & mortariola, cyathos, & crateras ad liba fundenda: panes semper in eâ erunt:* - - 8. *extendentque desuper pallium coccineum, quod rursum operient velamento ianthinarum pellium, & inducent vectes.* Et hæc de mensa propositionis, in quâ Levit. 24. 6. 2. Par. 13. 11. *mundissimâ*, & *purissimâ* panes illi ponebantur; de quibus *suo loco*. Adonibezec Rex comprehensus à Judæis, & cæsis et summitatibus manuum, ac pedum, dixit: Judic. 1. 7. (e) Reges 70. sub mensa Adonibezec &c. *Septuaginta Reges, amputatis manuum, ac pedum summitatibus, colligebant sub mensa mea ciborum reliquias: sicut feci, ita reddidit mihi Deus.* Excusabat 1. Reg. 20. 29. Jonathas Davidem apud Saulem, quòd non venisset ille ad mensam Regis; quocirca ei iratus est Saul; qui arripuit lanceam, ut eum percuteret; - - 34. (f) Jonathas fugiens de mensa, iram Saulis. (f) unde *surrexit Ionathas à mensa in ira furoris, & non comedit in die Calendarum secunda.* Promisit David filio Jonathæ Miphiboseth: 2. Reg. 9. 7. (g) Miphiboseth comedens in mensâ, & de mensa Regis, & Sibæ, ubi explicatur. (g) *Tu comedes panem in mensa mea semper*; & cum tali conditione consignavit ipsum Sibæ, qui respondit Regi: - - 8. *Miphiboseth comedet super mensam meam, quasi unus de filiis Regis*; subditurque, quòd - - 9. - - 13. *Miphiboseth habitabat in Ierusalem: quia de mensa Regis jugiter vescebatur*; quibus in textibus debet intelligi, & simul uniri, quomodo dicatur Miphiboseth comedere in mensa, & de mensa Regis; & comedere super mensam Sibæ, quasi unus de filiis Regis; videlicet, quòd mensa non venit præcisè ratione tabulæ, ad comedendum appositæ, sed ratione ciborum, qui afferebantur de mensa Regia comedebat, & super mensam Sibæ; cibi autem vel iidem essent, quibus vescebatur David, ejusdem scilicet generis; vel essent expensæ de domo Regiâ, subministratæ ad victum Miphiboseth, nescimus, & alterutrum esse potest; & hic notandum ad rem censemus, quòd nomine mensæ venire etiam solent (h) Alia hujus vocis significatio. (h) *redditus assignati; & quæ alicui competunt bona*; unde sæpè audimus hoc, vel illud esse de mensa Episcopali, capitulari &c. inter modernos Scriptores de eâ re tractantes. Et quidem ipsemet Miphiboseth, justificans se apud Davidem (vid. *Miphiboseth*), de accusatione per Sibam sui factâ, dixit, memorans beneficia propter quæ non ausus fuisset ab ipsomet David recedere: - 19. 28. (i) Miphiboseth inter convivas mensæ David. (i) *Tu posuisti me servum tuum inter convivas mensæ tuæ: quid ergo habeo justæ querelæ: aut quid possum ultrà vociferari ad Regem?* Moriens David inter varia præcepta, quæ dedit Salomoni habuit: 3. Reg. 2. 7. (k) Filii Berzellai comedentes in mensa Salomonis. *Filiis Berzellai Galaaditis reddes gratiam, eruntque comedentes in mensa tua; occurrerunt enim mihi, quando fugiebam à facie Absalom fratris tui.* Regis Salomonis Præfecti, præterquam quòd nutriebant 40. m. præsepia equorum currilium, & 12. m. equestrium, & - 4. 27. *necessaria mensa*, Regis ejusdem cum ingenti curâ præbebant in tempore suo. De eodem Salomone scribitur, quòd *fecit* - 7. 48. (l) Mensa aurea facta à Salomone in Templo. - - - - - - (l) *altare aureum, & mensam super quam ponerentur panes propositionis, auream*; unde vides primam mutatam, & ex auro postea novam confectam. Item quòd Regina Saba, videns plures magnificentias Salomonis, - 10. 5. 2. Par. 9. 4. inter quæ erant cibi mensæ ejus, mirata valdè est, & dixit, se majora videre iis, quæ audierat. Cùm Propheta de Juda

3.Reg. 13, 20. (m) Propheta de Juda sedens ad mensam Prophetæ de Bethel contra Dei præceptum, morti adjudicatus à Deo.

missus ad Jeroboam Regem Israël, (m) sederet ad mensam Prophetæ Bethel contre præceptum Domini, eidem, qui eum invitavit, facta est revelatio, quòd moreretur ille, & insepultus jaceret, non inferendus in sepulchrum patrum suorum Prophetas lucorum, *qui comedebant de mensa Jezabel*, de cibis scilicet ab eâ subministratis, occidit Elias. Mulier Sunamites cænaculum parvum parevit pro Elisæo domi suæ, ponendo (n) *in eo lectulum, & mensam, & sellam, & candelabrum*, ut inibi veniens maneret.

- 18, 19.

4.Reg. 4, 10. (n) Mensa & alia necessaria in cubiculo prophetæ.

Io libro Paralipomenon primo legimus, quòd David, omnie necesserie præbens ed Templi ædificationem, (o) *aurum quoque dedit in mensas propositionis pro diversitate mensarum: similiter, & argentum in alias mensas argenteas*. Et in libru secundo habemus quòd Salomon fecit per Hiram enteas (p) *mensas decem, & posuit eas in Templo, quinque à dextris, & quinque à sinistris*; ita & *altare aureum, & mensas, & super eas panes propositionis*, unde vides ad similitudinem illius, quam Dominus fieri præcepit, alias etiam postea factes elle mensas, quibus utebantur ad sustinenda ea, quæ in Templo offerebentur, & præcisè penes. (Vid. *Panis.*) Sub Ezechie autem Rege Jude, ebolitum Dei cultum restituente, legimus inter cætera vasa (q) *mensam propositionis cum omnibus vasis suis* expiatam, & sanctificatam elle.

1.Par. 28, 16. (o) Aurum datum à David in mensas propositionis.

2.Par. 4, 8. (p) Mensæ aureæ factæ a Salomone in Templo.

- - 19.

- 29, 18. (q) Mensa propositionis expiata.

Nehemias in magna fame sue indigentibus ita largiebatur, ut (r) *Judæi quoque* (ipse dicit), *& Magistratus centum quinquaginta viri, & qui veniebant ad nos de gentibus, quæ in circuitu nostro sunt, in mensâ meâ erant.*

2.Esd. 5, 17. (r) Plures enutriti in fame ad mensam Nehemiæ.

De celebri Assueti convivio dicitor, quòd ipse præposuit (s) *mensis singulos de Principibus suis, ut sumeret unusquisque quod vellet.* Esther, deflens ad Dominum, & eum precans, dicebat: (t) *Tu scis - - - -, quòd non comederim in mensa Aman, nec mihi placuerit convivium Regis, & non biberim vinum libaminum.*

Esth. 1. 8. (s) Mensæ in convivio Assueri.

- 14, 17. (t) Esther abhorrem à mensâ Aman.

Eliu hortabatur Jobum ad resipiscentiam, ac si propter crimina pateretur, & promittebet omnia prospera, inter quæ dicebat: *Requies mensæ tuæ erit plena pinguedine.*

Job. 36, 16.

In Psalmis dicebat David: *Parâsti* (Domine) *in conspectu meo mensam adversùs eos, qui tribulant me. Fiat mensa eorum* (tribulantium me) *coram ipsis in laqueum, & in retributiones: & in scandalum.* (u) *Male locuti sunt de Deo* (Judæi in solitudine); *dixerunt: Numquid poterit Deus parare mensam in deserto? quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundaverunt: Numquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo? Filii tui* (timentis Deum), *sicut novellæ olivarum* (erunt) *in circuitu mensæ tuæ.*

Psal. 22, 5.

- 68, 23.

- 77, 19. (u) Diffidentia Judæorum de Dei potentiâ.

- - 20.

- 127, 3.

In Proverbiis legimus: (Sapientie) *immolavit victimas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam.*

Prov. 9, 2.

In Ecclesiastico habetur: *Est autem socius mensæ, & non permanebit in die necessitatis. Oculus malus ad mala; (x) & non satiabitur pane, sed indigens, & in tristitiâ erit super mensam suam.* Notator item ingratitudo sæpius eorum, qui hospitio recipiuntur, qui illud, quod sibi ex purâ liberalitate fit, exigunt tanquam sibi debitum, dicentes hospiti suo: *Transi hospes, & orna mensam: & quæ in manu habes, ciba cæteros.* Item legimus: *Supra mensam magnam sedisti? non aperias super illam faucem tuam prior. Vir (y) respiciens in mensam alienam, non est vita ejus in cogitatione victûs, alit enim animam suam cibis alienis.*

Eccli. 6, 10.

- 14, 10. (x) Oculus malus tristis futurus super mensam suam.

- 29, 31.

Eccli. 31, 12.

- 40, 30. (y) Respiciens in mensam alienam, de vitâ non cogitat.

Dum apud Isaiam prædicitur ruine Babylonis, dicitur per Ironiam: (z) *Pone mensam* (puta: ô Rex) *contemplare in speculâ comedentes, & bibentes, surgite Principes, arripite clypeum &c.* Et contre Israël, vacantem ebrietati est: *Omnes mensæ repletæ sunt vomitu, sordiumq́, ita ut non esset ultra locus.* Est item comminatio contre eos, qui ponunt (a a) *fortunæ mensam*, & libant super eam.

Isai. 21, 5. (z) Babylon ruitura ponere mensam suadetur.

- 28, 8.

- 65, 11. (a a) Fortunæ mensâ vetita.

Apud Ezechielem contra Jerusalem, idolatriâ repletam, sob figurâ Oolibæ meretricis, est exprobratio à Domino: *Sedisti in lectulo pulcherrimo, (a b) & mensa ornata est ante te* (sermo est de mensâ peratâ pro sacrificiis idolorum): *Thymiama meum, & unguentum meum posuisti super eam.* Item contre Jerusalem est prænunciatio excidii, ita ut invitentur volucres cæli & bestiæ agri, ut veniant ad comedendum de eâ, iisq́ue promittatur à Domino: (a c) *Saturabimini super mensam meam de equo, & equite forti, & de universis viris bellatoribus.* Cùm autem eidem Prophetæ ostensa esset in Spiritu nove civitatis illius ædificatio, & Templi, ad portam equilonarem hujus monstratæ sunt (a d) *in vestibulo portæ, duæ mensæ hinc, & duæ mensæ inde, ut immoletur super eas holocaustum & pro peccato, & pro delicto; & ad latus exterius, quod ascendit ad ostium portæ, quæ pergit ad Aquilonem duæ mensæ: & ad latus alterum ante vestibulum portæ, duæ mensæ. Quatuor mensæ hinc, & quatuor mensæ inde: per latera portæ octo mensæ erant, super quas immolabant. Quatuor autem mensæ ad holocaustum de lapidibus quadris extructæ; longitudine cubiti unius, & dimidii; & latitudine cubiti unius, & dimidii: & altitudine cubiti unius, super quas ponant vasa, in quibus immolatur holocaustum, & victima. Et labia earum palmi unius, reflexa intrinsecùs per circuitum: super mensas autem carnes oblationis.* Et descripto altere ligneo, tribus alto cubitis, longo duobus, is, qui ea monstrebat Prophetæ dixit: (a e) *Hæc est mensa mea coram Domino.* Erat eutem hoc altate thymiamatis. Depotati sunt Levitæ, & Sacerdotes, de filiis Sedoc, qui idola secuti nun fuerant, à Domino, dicente: (a f) *Ipsi ingredientur Sanctuarium meum, & ipsi accedent ad mensam meam, ut ministrent mihi, & custodiant ceremonias meas.* De Daniele, in captivitatem adducto, scribitur, quòd (a g) *proposuit - - - in corde suo, ne pollueretur de mensa Regis, neque de vino potûs ejus &c.* De Secerdotibus Bel notatur, quòd (a h) sub mensâ idoli fecerent ebsconditum introitum, unde in Templum ingredientes, devorabant, quæ idolo offerebantur, insinuantes populo, quòd ea comedebar idolum; at Daniel eorum dolos detexit. (Vid. *Daniel*).

Ezech. 23, 41. (a b) Mensa idololatrica parata in Jerusalem.

- 39, 20. (a c) Mensa parata in excidio Jerusalem.

- 40, 39. (a d) Mensæ visæ à Prophetâ in novo Templo, numeratæ descriptæ.

- - 40.

- - 41.

- - 42.

- - 43.

- 41, 22. (a e) Altare thymiamatis dictum mensa.

- 44, 16. (a f) Deputantur accessuri ad mensam Dei.

Dan. 1, 8. (a g) Daniel non pollutus de mensâ Regis.

- 14, 12. &c. (a h) Dolus Sacerdotum Bel sub mensâ qui detectus.

Malachias Israëli dicebet, ex ore Domini: (a i) *Offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis: in quo polluimus te? In eo, quod dicitis: mensa Domini despecta est. Vos polluistis illud* (nomen Domini) *in eo, quòd dicitis: mensa Domini contaminata est; & quod superponitur, contemptibile est cum igne, qui illud devorat.*

Malach. 1, 7. (a i) Judæi dicentes mensam Domini pollutam &c.

- - 12.

Mensam

1 Mach. 1, 23. - 4, 49. - - 11.

Mensam propositionis auream Antiochus Epipbanes accepit, & comminuit; restituit aotem Machabæus Judas, apponens etiam super eam panes.

Matth. 15, 28. Marc. 7, 28. (a k) Catelli edentes, quæ cadunt de mensâ Dominorum.

In Evangelio habetur, quòd mulier Chananæa, ex progenitoribus gentilibus, petens filiam suam liberari à Dæmone, audiens à Christo domino, qood venerat ad eos, qui erant ex Israël, & addente, cùm perseveraret illa in fide: *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus*, dixit: (a k) *Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensâ Dominorum suorum.* Item legimus, quòd aliquandò ejecit idem Jesus de Templo omnes inibi vendeotes, & ementes *& mensas nummalariorum, & cathedras vendentium columbas evertit.* De Lazaro mendico scribitur, qoòd cupiebat (a l) *saturari de micis, quæ cadebant de mensâ divitis, & nemo illi dabat.* In parabola de Domino, abeunte à Regno, qui reliquit servis suis singulis decem, *mnas*, ootatur, quòd rediens, & inveniens servum, qui super mna nihil lucratus fuerat, ei dixit: (a m) *Quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, ut ego veniens cum usuris utique exegissem illam?* Item habetur, quod Christus Dominus in ultima cæna, quam habuit cum suis, dixit: *Ecce, manus tradentis me mecum est in mensâ. Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus Regnum,* (a n) *ut edatis, & bibatis super mensam meam in Regno meo &c.*

Matth. 21, 12. Marc. 11, 15. Jo. 2, 15. Luc. 16, 21. (a l) Lazarus mendicus, cupiens saturari de mensâ divitis micis.

- 19, 23. (a m) Mna non data ad mensam negociationis.

- 22, 21. - - 29. - - 30. (a n) Mensa à Christo parata in Regno suo.

Duodecim Apostoli, ut in Actibus Apostolorum habetur, convocantes multitudinem discipulorum, & dicentes: (a o) *Non est aequum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis*, electionem septem Diaconorum proposuêro, & fecêre. (Vid. *Diaconus.*) Custos carceris, in qoo detinebantur Philippis Paulus, & Silas, ex portentis, visis, Christianus factus, perduxit eos in domum suam, (a p) & *apposuit eis mensam, & lætatus est cum omni domo suâ, credens Deo.* Applicat Judæis incredulis Paolus, ad Romanos scribens, illud Psalmi: (a q) *Fiat mensa eorum in laqueum, & in captionem, & in scandalum, & in retributionem illis.* Et ad Corinthios, arcens eos ab idololatriâ, & communione cum idololatris, ait: (a r) *Non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum.* Et de veteri Testamento ad Hebræos loquens mentionem facit de (a s) mensa, & propositione panum, qoæ dicitur sancta, in Tabernaculo. (Vid. *Mysticas notas*).

Actor. 6, 2. (a o) Electi Diacon pro administrando mensis.

- 16, 34. (a p) Mensa opposita Paulo, & Sila à custode carceris.

Rom. 11, 9. (a q) Mensa malorum futura illis in damnum.

1. Cor. 10, 21. (a r) Mensa Domini, & dæmoniorum non uniuntur.

Hebr. 9, 2. (a s) Mensa sancta quæ.

Myst.

Altare, in quo proponitur corpus Christi, significatur aliquando per mensam; & quidem in quâ panes proponuntur, & deponuntus; ex Arnobio; & ex D. Hieronymo.

Arn. s. Psal. 22. D. Hier. l. Isa. 21.

Altaria Dei, si aliquando ea avaritia Sacerdotum vertat in concopiscentiam pecuniæ, figurantur in mensis nummulariorum; ut habet D. Hieronymus.

D. Hier. s. Matth. 21.

Altare idolorum, & fomenta voluptatum designantur in mensa meretricis; ex Laureto.

Laur. Syl. all. h. v.

Annus exprimitur per mensam propositionis; erant enim quatuor pedes mensæ, altitudinis cubiti unius, & dimidii; & ipsa mensa erat sex cubitorum; si ergo mensuræ istæ nomerentur, faciunt duodecim integros cubitos, quales sunt anni mensea duodecim; & sicetiam *terra* perhibetur, quæ per duodecim mensium circulum fructificat &c. ex Clemente Alexandrino.

Clem. Alex. 6. Strom.

Beneficia Dei temporalia, quæ enim temporalia sunt ad sinistram pertinent, exhibentur per mensam propositionis, quæ erat extra velum in parte aquilonari; ex Philone.

Phil. quis rer. divin. hær. & de vit. Moys.

Concordia prædicationis, & unitas fidei, mensa dici potest; ex Lyrano. Communicant enim, & uniuntur, qui eâdem mensa utuntur.

Lyr. s. 4. Reg. 4.

Cor hominis mensa appellari etiam potest; pascitur enim in eo Deus, & sic mensa Dei est; ex Origene.

Origen. s. Lev. h. 13.

Diffidentia providentiæ divinæ in mensa fortunæ, (a t) quam ultimo die anni, & mensis ponebant gentiles variis generis epulis, cum poculo mixto mulso futuri fertilitatem anni auspicantes, perhibetur; ut scribit D. Hieronymus; ii namque fortunam colentes, divinam providentiam negabant.

D. Hier. s. Isa. 65. (a t) Mensa fortunæ quæ.

Ecclesia, in qua dona Spiritus Sancti nobis præparantur, & propoountur; & qoæ sanè mensa potentis est, apparet, joxta Origenem, in mensa propositionis.

Origen. s. Lev. h. 13.

Fides unitas. Vid. *Concordia prædicationis.*

Fomenta voluptatum. Vid. *Altare idolorum.*

Gloria cælestis venit nomine mensæ, in qua, seu cujus requies est plena pinguedine; & quæ equidem satiativa est, juxta illud Psal. 16. *Satiabor, cùm apparuerit gloria tua*; ex D. Gregorio M.

D. Gregor. 26. m. 30.

Peccata, qoæ fiunt in laqoeum pravis, pravorum mensa sunt; ex D. Augustino.

D. Aug. s. Ps. 68.

Pecunia avarorum in mensis nummulariorum perhibentur; ut notat Origenes.

Orig. s. Matth. h. 25.

Prædicationis concordia. Vid. *Concordia prædicationis.*

Præcepta, in sacrâ Scripturâ contenta, meosa sapientiæ sunt; ut scribit D. Basilius.

D. Basil. in pr. Proem. 2, in eff. 22, 23.

Providentia divina diffidentia. Vid. *Diffidentia providentiæ divinæ.*

Prophetæ numero sexdecim in totidem mensis, quas advertit apod Exechielem D. Hieronymus, symbolizantur.

D. Hier. s. Ezech. 40.

Quatuor Evangelista designantur in quatoor mensis lapideis, ad holocausta paratis, ex eodem Div. Hieronymo, & ex Div. Gregorio Magno.

Idem ibidem. D. Gregor. M. s. Ezech. h. 22.

Sacra Scriptura, quæ nos doctrinâ suâ satiat, significatur per mensam; ut habet Theodorus Studita; & ut scribit D. Laurentius Justinianus, mensa est, multarum dapum numerositate referta.

Theod. Stud. serm. 88. D. Laur. Just. de cast. con. c. 3.

Sacramenta novæ legis, quæ animam, mentemque refrigerant; & data sunt gentibus, mensæ, in Templi aquilonari parte positæ, assimilantur; ut fert Glossa ordinaria.

Gloss. ordin. s. Exod. 26.

Terra. Vid. *Annus.*

Virgo Maria mensa mystica appellatur à diversis SS. Patribus, & Doctoribus, quos inter S. Joannes Damascenus, S. Bernardus, & Albertus Magnus pluribus in locis. Videtur autem mihi assimilari Virgo Maria mensæ propositionis ex sequentibus motivis, quæ hôc modô, & methodô innoontur:

D. Jo. Dam. or. 4. de nat. & 2. de assump. B. V. D. Bern. ler. 4. s. Salve Regina. Albert. M. in Bibl. V. M. s. Exod.

Mensa propositionis.	*Virgo Maria.*
Tote eurea fuit, & pretiosa in sun opere.	Procul, & de ultimis finibne pretium ejus, Auree ex virtutibus.
Coronam hebebar in circuitu, quâ ornebatur.	Regina, mater summi Regis, cui dotes singulares dent coronam.
Penis super mensa propositionis ponebatur, & proponebatur.	In Virgine propositus est nobis panis cælestis Christue Jesus.
De lignis Setim erat, h. e. lignis incorruptibilibus.	Immaculeta semper ab omni labe extitit.
Quatuor circulos babebat aureos, & quatuor pedes.	Quetuor virtutibus cerdinalibus ornate, & fulta.
Acetabula, phialæ, thuribula, cyathi, & hujusmodi vasa, ed offerende libamina super mensam ponebantur.	In Virgine Maria multiplex virtutum supellex fuit; mortificatio, continentie, oratio, & bona in omnibus actionibus exempla.
In parte equilonari contra candelabrum in latere meridieno positum, eret mensa; ita ut quodammodo ad invicem se respicerent.	Meridies Deus, ut sol figuretus in lucido candelabro; in hence ut nobem equilonerem respexit Dominus, ut habetur in Cantico ejusdem B. Virginis.

Unitas fidei. Vid. *Concordia prædicationis.*

Voluptatum fomenta. Vid. *Altaria idolorum.*

Mensis.

Hist.

(a) Quid hæc vox.

(b) Annus 12. mensibus completur.

(c) Methodus pro anomaliâ, & cursu solis, & embolismo.

Duodecima pars anni est (a) Mensis; qui cum mensure sit anni, inde nomen habet, dimensius scilicet spetia. Menses (b) ergo duodecim epud omnes populos complent annum, hoc est cursus solis spetium, (c) quod completur per dies 365. & partem diei; pro qua parte alii addunt quolibet quadriennio, & quolibet sæculari anno diem, ut faciunt Latini, juxta quos Europa tota se habet super his, Judæi in quâlibet revolutione per duodecim Menses unde viginti annorum, septem ennis mensem decimum tertium concedebant, ita ut ponerent *Meubar*, h. e. Lunas tresdecim modo ed biennium semel, modò ad triennium; per Cannnem distributivum decem novem ennorum, scilicet *ter, ter, bis, ter, ter, ter, bis*; & sic in cursu decem, & novem ennorum septem lunas edjungebant, dum & primo, & secundo triennio addebent; ita & subsequenti biennio; tum etiam singulis tribus trienniis subsequentibus, & tendem biennio. Hinc eutem factum est, quòd multæ anni correctiones apud antiquos fuerint, & ex moderniotibus celeberrima, & (d) novissima est Gregoriane, mandante Gregorio XIII. Bononiensi Pontif. O. M. facta, quam tamen hodiedum aliquid peti suspicio est. Ita enim mirabiliter Deus opere sue disposuit, mensurasque annorum posuit, ut ex eorum imperfectê cognitione, quam habet homo, idem homo percipiat, se nihil esse epud Deum, cùm nequeat illius opera perfectè, & ad emussim cognoscere, tempusque ipsum metiri.

(d) Correctio Gregoriana anni novissima.

At redeundo ed nostra, cùm labor noster totus in hoc sit positus, ut Bibliorum (quæ in Latinam linguam translata habemus) elucidationem sacrorum referemue; quæque etiam partim Græcis, partim Hebraicis, partim Syriacis habemus translata ex eutographis; ideò operæ pretium esse ratus sum, ut Latinorum morem, Græcorum, Judæorum, Syrorum; imò & aliorum populorum, quorum tamen aliquando usum Hebræi sequuti sunt, circà Menses exponam.

Latini ergo, mensibus duodecim utentes, anni sui civilis partes, h. e. menses, ita disponunt, ut ordine, quo referimus, & nomine eos habeant, quæ (e) videlicet, sunt:

(e) Menses apud Latinos, & eorum nomina.

1. *Januarius* dierum 31.
2. *Februarius* 28. seu 29. pro embolismo.
3. *Martius*, 31.
4. *Aprilis*, 30.
5. *Majus*, 31.
6. *Junius*, 30.
7. *Julius*, qui etiam Quinctilis, seu Quintilis, 31.
8. *Augustus*, qui etiam Sextilis, 31.
9. *September*, 30.
10. *Octeber*, 31.
11. *November*, 30.
12. *December*, 31.

pro qua re memoriter habendâ hæc circumferuntur carmina:

Junius, Aprilis, September, & ipse November,
Hi denos ter habent, dinumerantque dies.
At reliquos menses omnes ex ordine Jani
Unum, & triginta semper habere volunt.
Sed Februus tantùm viginti continet octo,
Ille bisextilis nî tamen annus erit.

enno namque Embolismi, ut dies addatur mense Februario, bis dicitur: Sexto Kalendas Mertii.

Judæi quoque (f) ennum suum in duodecim partes dividebant; at pro mensibus lunas posuerunt; ita quidem, ut pro unâ luna spatium illud dierum ponerent, quod intercedit inter punctum lunæ prioris epparentis, ad punctum lunæ posterioris apparentis pariter in suo principio. (Vid. *Luna.*) Cùmque luna habeat complere in suo cursu dies ultra 29. citra verò 30. Judæi elternatim lunas disponebant plenas, dierum scilicet triginta; & vacuas, dierum scilicet viginti novem, ut infre ponetur; adver-

(f) Usus lunarum pro mensibus apud Judæos.

(g) Annus civilis, & annus sanctuarii apud Judæos, & eorum diversa principia.

advertendo primò, quòd (g) annus apud Judæos alter erat *civilis*, & septimo mense, lunâve habebat initiom, quæ correspondebat partim nostro Septembri, partim Octobri; alter verò dicebatur *Annus Sanctuarii* h. e. juxta ritum Sanctuarii, & sancta; & initium habebat in luna correspondente nostro partim Martio, partim Aprili; & juxta Latinos diceretur tertia; quæ tamen apud Judæos, & in sacris litteris ponitur prima: Præterea advertendum est secundò, quòd apud Judæos menses, seu lunæ, nomina diversa sortiti sunt ante captivitatem & post captivitatem; quapropter sacrorum Bibliorum stylum in ordine sequentes, ponentium, & intelligentium mensium, seu lunarum seriem ad methodum Sanctuarii; tum nomina, quæ ante captivitatem habuêre; tum quæ post captivitatem notabimus, & sunt (iis Latinè positis, qui numerum tantùm ponunt).

(h) Menses Judæorum, & eorum nomina, tum ante, tum post captivitatem.

(h) *Ante captivitatem.*	*Post captivitatem.*
1. Primus, etiam Abib.	1. Nisan, dierum 30.
2. Secundus, etiam Zio.	2. Jiar, 29.
3. Tertius.	3. Sivao, 30.
4. Quartus.	4. Tamuz, 29.
5. Quintus.	5. Abnon, & Abib, 30.
6. Sextus.	6. Elul, 29.
7. Septimus, etiam Ethan.	7. Thisri. 30.
8. Octavos, etiam Bul.	8. Marchesvan. 29.
9. Nonus.	9. Casleu, Chisleu. 30.
10. Decimus.	10. Thebeth. 29.
11. Undecimus.	11. Sebeth, Sabath. 30.
12. Duodecimus.	12. Adar. 29.

(i) Mensis Veadar additus apud Judæos aliquando.

Pro embolismo autem addentes lunam decimam tertiam suis temporibus Judæi, (i) lunam illam vocabant *Veadar*. Annus enim eorum juxta duodecim lunas tantùm complebat numerum solum dierum 354. Et etiam à mense in mensem, si quid apparebat erroris, circa revolutionem lunæ pro ipso mense, statim addendo, minuendo horas, emendare nitebantur.

(k) Analogia mensium apud Syros, & Judæos.

(l) Nomina mensium juxta Græcos in sacram paginam inve[illegible].

Syri (k) quoque duodecim menses suos habebant; multaque eorum nomina, data Judæorum lunis, seu potiùs à Judæis ipsis post reditum à captivitate pro lunis suis distinguendis, significandis, usurpata videmus. Illis enim contermini fuerunt, & commixti sæpiùs sunt. Subactis hinc Judæis à Græcis Macedonibus, reperimus etiam (l) nomina mensium per hujusmodi populos adhibita, in sacris litteris posita identidem; unde mensem Xanthicum legimus, mensem Dioscorum, & hujusmodi; quapropter optimum existimavi, si per modum tabulæ exponam mensium seriem, & nomina iis data à Latinis, seu Romanis, quorum linguam loquuntur nobis sacra Biblia; & secundùm Romanorum dispositionem innuam ordinem aliarum Nationum pro anni inceptione à quo mense servatum, per nomina mensibus data à Judæis tum ante, tum post captivitatem; nec non à Syris; itemque à Græcis Macedonibus; addamque libentiùs (m) Ægyptiorum, & Chaldæorum, nec non Persarum denominationes, utpote qui Judæis dominati sunt, eos in captivitate habentes; itemque Græcorum Atticorum, quorum scilicet cognitio denominationum satis pro sacrorum Bibliorum dilucidatione valebit. De unoquoque autem mense, juxta id, quod in sacris litteris habemus, infra disseremus, præcisa, quæ inibi admittunt nomina singuli menses, referentes; notamusque ante mensium tabulam, quòd apud Romanos admissus aliquando fuit annus Astronomicus, & incipiebat tertiò mense anni civilis. (Vid. *Annus.*)

(m) Nomina mensium subjecta [illegible] Tabulâ [illegible] [illegible] quæ Judæis dominati sunt; [illegible] quorum cognitio [illegible].

MEN-

MENSES

ROMANORUM.	JUDÆORUM juxta ritum Sanctum, Ante captivitatem.	Post captivitatem.	SYRORUM.
1. Januarius.	11. Undecimus.	11. Sebeth. Sabath.	11. Afehbat.
2. Februarius.	12. Duodecimus.	12. Adar. * huic interdum addebatur Veadar.	12. Adar.
3. Martius.	1. Primus. Abib.	1. Nifan.	1. Nifan.
4. Aprilis.	2. Secundus. Zio.	2. Jiar.	2. Jiar.
5. Majus.	3. Tertius.	3. Sivan.	3. Haziran.
6. Junius.	4. Quartus.	4. Tamuz.	4. Thamuz.
7. Julius. Quinctilis. Quintilis.	5. Quintus.	5. Abnon, Abib.	5. Ab.
8. Augustus. Sextilis.	6. Sextus.	6. Elul.	6. Ilul.
9. September.	7. Septimus. Ethan.	7. Thisri.	7. Thifrin, primus.
10. October.	8. Octavus. Bul.	8. Marchefvan.	8. Thifrin, fecundus.
11. November.	9. Nonus.	9. Casleu. Chisleu.	9. Conun, primus.
12. December.	10. Decimus.	10. Thebeth.	10. Conun, fecundus.

MEN-

MENSES

GRÆCORUM MACEDONUM.	ÆGYPTIORUM, & CHALDÆORUM.	PERSARUM.	GRÆCORVM, ATTICORUM.
11. Ξανθικὸς, Xanthicus.	5. Thebi.	5. Mardaimech.	8. Γαμηλιὼν, Gamelion.
12. Ἀρτεμίσιος, Artemisius.	6. Mechir.	6. Sarembemech.	9. Ἐλαφηβολιὼν, Elaphebolion.
1. Δαίσιος, Desius.	7. Phamenoth.	7. Maheremech.	10. Μουνυχιὼν, Munichion.
2. Πάνημος, Panemus.	8. Pharmuthe.	8. Ebenmech.	11. Θαργηλιὼν, Thargelion.
3. Λῷος, Lous; ac etiam Dorus.	9. Pachon.	9. Idramech.	12. Σκιροφοριὼν, Scirophorion.
4. Γορπιαῖος, Gorpæus.	10. Pauni.	10. Dimech.	1. Ἑκατομβαιὼν, Hecatombeon.
5. Ὑπερβερεταῖος, Hyperberetæus.	11. Epiphi.	11. Besimenech.	2. Μεταγειτνιὼν, Metagheitnion.
6. Δῖος, Dius.	12. Mesori.	12. Azfirmadech.	3. Βοηδρομιὼν, Boedromion.
7. Ἀπελλαῖος, Apellæus.	1. Thoth.	1. Phordimech.	4. Μαιμακτηριὼν, Mæmacterion.
8. Αὐδηναῖος, Aydenæus.	2. Phaophi.	2. Ardiaimech.	5. Πυανεψιὼν, Pyanepsion.
9. Περίτιος, Ghetitius.	3. Athir.	3. Cardaimech.	6. Ἀνθεστηριὼν, Authisterion.
10. Δύστρος, Dystrus, & etiam Dioscorus.	4. Chiac.	4. Zirmech.	7. Ποσειδιὼν, Posedion.

(n) Oeconomia pro textibus hujus dictionibus afferendis servata.

His positis ad sacros textus in sacris repositos Bibliis venimus. Et (n) observando quidem ordinem mensium juxta ritum Sanctuarii, notabimus quicquid in quolibet mense actum scribitur; unum advertendo, quod in pluribus locis dubium involvitur, an menses, de quibus sacra pagina loquitur, sint menses vitæ alicujus, seu regni quorundam Regum; an verò menses anni simpliciter; verùm plures super hac re expositores cùm vidissemus, de mensibus anni simpliciter textum explicantes, nos iisdem adhærere consonum duximus, & æquum, licèt dubium non exiguum habeamus.

(o) Mensis Nisan varia nomina, quæ de eo dicta, & in eo facta, & vocis etym.

I. *Nisan* ergo (o) *mensis primus* etiam dictus in sacris litteris, & *mensis novarum frugum*, & *novorum*, & *mensis verni temporis*; correspondet partim Martio, partim Aprili nostro.

Exod. 12, 2.
De eo *dixit Dominus ad Moysen, & Aa-*
- - 2, &c. *ron in terra Ægypti: mensis iste, vobis prin-*
cipium mensium: primus erit in mensibus anni.
In eo Pascha celebrari præceptum est, & azy-
- 13, 4, &c. & alibi. ma comedi. In eo percussi sunt Ægyptiorum
Primogeniti ab Angelo; & egressum cœpe-
runt de captivitate Ægypti, in quâ erant sub
Pharaone, Judæi: Oblatio manipulorum fi-
- 40, 1, &c. ebat: Erectum est tabernaculum testimonii, &
- - 33, &c. & alibi. consecratum divinâque repletum majestate,
nube illud operiente. Hoc mense scimus Ju-
Num. 20, 1. dæos venisse in desertum Zin, ubi mortua est
Jos. 4, 19. Maria Moysi soror. De Jordane hoc mense,
- 5, 10. ascendit populus, castrametatus in Galgalis,
ubi fecit Phase; eluxit autem præcipuè tunc
1. Par. 12, 15. Gaditarum audacia, ex quorum stirpe plures
postea fuerunt in auxilium regis David. Hoc
- 27, 2. mense pariter præerat in custodiam Regis, jux-
ta dispositionem David, primæ turmæ Jes-
- - 3. boam *filius Zabdiel, & sub eo viginti qua-*
tuor millia, de filiis Phares, Principes cuncto-
rum Principum in exercitu mense primo. Hoc
2. Par. 29, 3. mense aperuit Ezechias Templum, restituens
- - 17. Dei cultum, mundato ejusdem mensis tempore
- 35, 1. Templo. Item sub Josia celebratum est Pha-
1. Esd. 6, 19. se; quod & factum est sub Zorobabele ab iis,
qui ex captivitate Babylonis venerant. Sub
- 7, 9. Esdra item de eâdem captivitate alii ascendere
- 8, 31. cœperunt in Jerusalem, promoventes iter à flu-
- 10, 17. mine Ahava; & usque ad diem primum hu-
jus mensis numerati sunt, qui alienigenas du-
2. Esdr. 2, 1. xerant uxores. Hoc pariter mense Nehemias
impetravit ab Artaxerxe litteras petendi Jero-
Judith. 2, 1. solymam. Nabuchodonosor misit Holofer-
nem, subacturum Reges in circuitu, & Pro-
Esther. 3, 1. vincias. Missa est sors ab Aman, *quo die, &*
quo mense gens Judæorum deberet interfici;
- - 12. scriptæ, signatæ, missæque litteræ ad Provin-
- 8, 2. cias pro iisdem interficiendis. Mardochæus
Baruch. 1, 1. vidit somnium duorum Draconum. Baruch
(juxta communiorem, cùm alii ad quin-
tum referant) habet sui libri initium ab hoc
mense; quo etiam factum est verbum Domi-
Ezech. 29, 17. ni ad Ezechielem de Ægypto, subigendâ à Re-
- 30, 20. ge Babylonis; & hoc quidem pluries; Item-
- 40, 1. que ei ostensa est futura reædificatio Jerosoly-
- 45, 18. &c. mæ; cui etiam expiatio templi, hoc mense
facienda, revelata est, cum sacrificiis, & so-
lemnitatibus, pariter eodem mense facien-
dis.
Dan. 10, 4. Danieli facta est visio viri lineis vestiti, &
de resistentia Principis Regni Persarum; Item-
que de Principe Græcorum, & de Principe Ju-
dæorum Michaële. Bachides, & Alcimus hoc 1. Mach. 9, 3.
mense *applicuerunt exercitum ad Jerusalem.*
Sonat: *Vexillum: Probatio: Tentatio: Fuga.*
Syriacè: *Miraculum.*

(p) Item mensis Jiar.

II. *Jiar* (p) etiam dictus *Zin*, corre-
spondet partim Aprili, partim Majo. Hoc
mense rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, Gen. 7, 11.
& cataractæ cœli apertæ sunt; factumque est
universale diluvium. Fuerunt & hoc mense Exod. 16, 1.
in deserto Sin Israelitæ; in quo etiam locu- Num. 1, 1. &c.
tus est Dominus ad Moysen, ut numeraretur
populus, sicut factum est. Præceptum est - - 18.
Phase celebrandum hoc mense ab his, qui - 9, 11.
immundi reperti fuissent in primo. Hoc men-
se *elevata est nubes de Tabernaculo fœderis*, & - 10, 11.
de deserto Sinai profectus est populus per tur-
mas. Cœpta est à Salomone fabrica Domûs 3. Reg. 6, 1. & alibi.
Dei. *Secundi* hujus *mensis* ad regiam custodi-
am *habebat turmam Dudia Ahohites, & post se* 1. Par. 27, 4.
alter nomine Macelloth, qui regebat partem ex-
ercitûs viginti quatuor millium. Phase cele- 2. Par. 30, 2.
bratum est sub Ezechia, cultum Dei restituen- - - 13.
te; & factum est Azyma. Sub Zorobabele 1. Esdr. 3, 8.
Templum fundatum est. Alcimus præcepit
destrui muros domûs sanctæ interioris; & de- 1. Mach. 9, 54.
strui opera Prophetarum: & cœpit destruere.
Arcem Jerosolymorum intravit Simon Macha- - 13, 51.
bæus cum festo. Etymologia nominis est:
Luna; facilè, eò quòd incipiat hic mensis, cùm
jam una luna anni computatur. Syriacè:
Splendor: Claritas.

(q) Item mensis Sivan.

III. *Sivan*, (q) qui etiam *tertius mensis*,
& *Siban*, corruptè tamen, dicitur, correspon-
det partim Majo, partim Junio. Hoc mense
sub Moyse Israëlitæ venerunt in solitudinem Exod. 19, 1.
Sinai. *Dux turmæ tertia* ad regiam custodiam 1. Par. 27, 5.
hoc mense *erat Banajas, filius Jojada, Sacerdos*,
habens sub se viginti quatuor millia militum.
Sub Asa, Rege Juda, ablatis idolorum sordi- 2. Par. 15, 10.
bus, Deo vero immolatum est. Acervorum
fundamenta, h. e. initia congregandi oblatio-
nes & horrea cœperunt jacere hoc mense Ju- - 31, 7.
dæi, restituente Ezechiâ, Rege Juda, Dei cul-
tum. Novæ litteræ impetratæ sunt per Esther
ab Assuero ad irritandas litteras Aman, contra Esther. 8, 9.
Judæos, antea expeditas. Ad Joakim Sacer-
dotem missa est pecunia Jerosolymis, qui hoc Baruch. 1, 8.
mense redemit plura vasa argentea Templi, à
Chaldæis ablata. Ezechieli facta est visio, & Ezech. 31, 1.
verbum Domini de Pharaone comparato cum
Rege Assur. Significat: *Rubus: Spinosus.*

(r) Item mensis Tamuz.

IV. *Tamuz*, (r) qui etiam *mensis quartus*
dicitur, correspondet partim Junio, partim Ju-
lio. Regiæ custodiæ assidebat *mense quarto* 1. Par. 27, 7.
Azahel frater Joab, & Zabadias filius ejus post
eum; & in turma ejus viginti quatuor millia.
Quarto mense aperta est, & capta civitas Jeru- Jerem. 39, 2. & alibi.
salem à Rege Babylonis, sedente in throno Ju-
da Sedeciâ. Quarto mense inceperunt visio- Ezech. 1, 1.
nes Ezechielis in captivitate juxta flumen Cho-
bar. Significatio nominis est: *Permutatio.*

(s) Item mensis Abib.

V. *Abib*, (s) qui etiam *Abnum*, & *men-*
sis quintus appellatur, correspondet partim Ju-
lio, partim Augusto. Hoc mense mortuus est Num. 33, 38.
Aaron. Custodiæ regiæ præerat quinto mense
Prin-

1.Par. 27. 8. Princeps Samauth Jezerites; & in turma ejus
1.Esdr. 7, 8. 9. viginti quatuor millia. Cum Esdra venientes
de captivitate ascenderunt in Jerusalem, ur-
bem illam scilicet ingressi. Mense quintô fa-
Jerem. 1. 3. cta est transmigratio Jeremiæ de Jerusalem; seu
meliùs (textus enim subobscurus est) verba
præcisa sacræ Scriptûræ referendo: *factum est*
(verbum nempe Domini ad Jeremiam) *in die-*
bus Joakim filii Josiæ Regis Iuda, usque ad con-
summationem undecimi anni Sedeciæ filii Iosiæ
Regis Iuda, usque ad transmigrationem Ieru-
- 28, 1. *lem, in mense quinto.* Hoc mense Hananias
Pseudopropheta, ablatis catenis de collo Ja-
remiæ vaticinatus est reductionem populi post
- 52, 12. biennium à captivitate; & hoc mense incensa
Bar. 1, 2. & alibi. est à Nabuzardan domus Domini, domus Re-
gis, & urbs Jerusalem, muro ejusdem destru-
Ezech. 20, 2. cto. Mense pariter quinto factus est sermo
Domini ad Ezechielem, quô denuntiavit, se
filiis Israël non esse responsurum, utpote iis,
qui prævaricati fuerant ejus mandata: & præ-
- 26, 2. dicta est per eundem Tyri eversio, juxta visio-
nem à Domino. Sonat: *Pater acervi.*

(t) Item mensis Elul. VI. *Elul* (t) qui etiam appellatur *Mensis*
sextus, correspondet partim Augusto, partim
2.Par. 27. 9. Septembri. Mense sexto assistebat custodiæ
Regiæ *Hira filius Acces Thecuites, & in tur-*
2.Esd. 6. 15. *ma ejus viginti quatuor millia.* Completus
est murus Jerusalem sub Nehemia. Ezechiëli
Ezech. 8, 1. &c. facta est visio, adductusque Spiritu idem Pro-
pheta in Jerusalem, ibi pessimas idololatrias sub
variis figuris videt. Itemque factum est
Agg. 1, 8. verbum Domini ad Aggæum Prophetam. Et hoc
mense Simoni Machabæo relatæ sunt gratiæ à
1.Mac. 14. 27. &c. conventu Pontificum, & Sacerdotum pro ge-
stis ejus in populi defensionem, & gloriam fa-
ctis, quæ notata sunt; & ei collatum est sum-
mum Sacerdotium. Significat: *Ululatio: Per-*
nollatio.

(u) Item Mensis Thisri. VII. *Thisri*, (u) qui *Ethan*, *Ethanim*, &
Mensis septimus etiam nominatur. Correspon-
det partim Septembri, partim Octobri. Hoc
Gen. 8, 4. mense requievit arca Noë super montes Arme-
Lev. 16, 29. niæ, fiebat Tabernaculi expiatio; erat so-
- 23. 24. &c. lemnitas Sabbati, & tubarum, expiationum di-
es, jejunium, Tabernaculorum, feriæ Domini,
- 25, 9. &c. & alibi. ramorum, &c. & hoc mense clangebatur buc-
cinâ, annusque jubilæi, ita & Sabbaticus ha-
3.Reg. 8, 2. & alibi. bebat initium. Arca sub Salomone introdu-
2. Par. 27, 10. cta est in Templum. *Helles Phalonites de fi-*
liis Ephraim assistebat Regiæ custodiæ, Princeps
1.Esdr. 3, 1. &c. viginti quatuor millium. Qui redierunt cum
Zorobabele de captivitate, extruxerunt Jeroso-
lymis altare, obtulerunt holocaustum, cele-
2.Esdr. 8, 1. &c. brârunt festum Tabernaculorum. Esdras di-
stinctè populo legit verba legis, explicuitque;
- - 9. & iterum festum Tabernaculorum factum esse
edicitur. Item convenerunt filii Israël in je-
junio, & saccis, sejungendo se ab uxoribus
Jerem. 28, 17. alienigenis. Hananias pseudopropheta mor-
tuus est, qui scilicet contra prophetias Jere-
- 41, 1. &c. & alibi. miæ prophetabat. Ismahel occisiones plures
patravit. Contra Magnates Israël dicentes:
Amos, 8, 5. *quando transibit mensis*, (de Thisri loquebantur,
quo per octo dies erant feriæ; ut scilicet do-
los in venditionibus facerent,) comminatio est
apud Amos. Factum est verbum Domini ad
Agg. 2, 8. Aggæum Prophetam de Messiæ adventu: Jo-

nathas Machabæus in die solemni scenopegiæ 1.Mach. 10, 21.
induit se stolâ sanctâ. Nominis interpretatio
est, quoad Ethanim: *Robusti: Fortes: Munera:*
Fortitudo maris.

(x) Item mensis Marchesuan. VIII. *Marchesuan*, (x) qui etiam *Bul*, &
mensis octavus nuncupatur, correspondet ex
parte Octobri, & ex parte Novembri. Hoc
mense *perfecta est domus* (Domini) *in opere suo,* 3.Reg. 7, 38.
& in universis utensilibus suis; ædificavitque
eam (Salomon) *annis septem.* De Jeroboam
Rege Israël scribitur, quod positis vitulis aure-
is adorandis in Bethel *constituit diem solemnem* - 12, 32.
in mense octavo, quintâ decimâ die mensis, in
similitudinem solemnitatis, quæ celebrabatur in - - 33.
Juda; & fecit. *Sobachai Husathites de stirpe* 1. Par. 27. 12.
Zarahi regiæ assistebat custodiæ cum viginti
quatuor millibus militum. In mense octavo
factum est verbum Domini ad Zachariam Pro- Zachar. 1, 1.
phetam. Sonat: *Onus germinans e Germen:*
Vetustas: Defluens.

(y) Item mensis Casleu. IX. *Casleu*, (y) etiam *Chisleu*, & *mensis*
nonus dictus, correspondet & Novembri, &
Decembri partim mense nono *Abiezer Ana-* 1.Par. 27. 12.
thothites de filiis Iemini cum turma viginti
quatuor millium regiæ custodiæ Princeps erat.
Congregati sunt sub Esdra Judæi, pro repu- 1.Esdr. 10, 9.
diandis alienigenis uxoribus. Nehemias, Susis 2.Esdr. 1. 1.
habitans, audivit ab Hanani afflictionem Ju-
dæorum, qui residui erant de captivitate in
terra Juda. Hoc mense prædicatum est jeju- Jerem. 36, 9.
nium tempore Joakim Regis Juda, qui hoc
eodem mense, in domo hiemali sedens, librum
comminationum missum per Baruch à Jeremiâ - - 22.
scidit, & projecit in ignem. Aggæo pariter Agg. 2, 10.
novum factum est verbum Domini, iterumque - - 20.
aliud replicatum est, & inter cætera populo di-
ctum est: *Ponite corda vestra ex die ista & in* - - 19.
futurum, à die vigesima, & quarta noni men-
sis à die, quâ fundamenta jacta sunt Templi Domi-
ni cœpistis videlicet instaurare neglectam Tem-
pli Dei fabricam) *ponite super cor vestrum*; h. e.
attendite & ponderate, quæ evenerunt. Ita
reperimus factum hoc mense verbum Domini Zach. 7, 1.
ad Zachariam circa Judæorum jejunia, Deo
non placentia. Antiochus Illustris ædificavit
abominandum idolum desolationis super alta- 1.Mach. 1, 57.
re Dei &c. Dedicationem altaris Deo Ma- - 4. 52.
chabæi celebrârunt deinde suo tempore: ita - - 59.
& purificatio Templi celebranda commissa est; 2.Mach. 1, 18.
quæ eôdem die contigit fieri. Sonat: *Spes, te-* - 10, 5.
meritas ejus.

(z) Item mensis Thebeth. X. *Thebeth*, (z) & *mensis decimus* dictus,
& *Dioscorus*, correspondet partim Decembri, & 4.Reg. 25, 1. & alibi.
partim Januario. Hoc mense obsedit Jeroso-
lymam Nabuchodonosor. *Marai* —— *Ne-* 1. Par. 27, 13.
tophathites de stirpe Zarai, cum viginti qua-
tuor millibus militum, assistebat regiæ custo-
diæ. Esdras Sacerdos, & viri Principes familia- 1.Esd. 10, 16.
rum consilium habuerunt, manumque dede-
runt, & modum, quoad repudiationem uxorum
alienigenarum. Ducta est Esther ad cubiculum Esth. 2, 16.
Regis Assueri. Factum est verbum Domini ad Ezech. 24, 1.
Ezech. circa domum Israël in exitium traden-
dam; itemq; circa Regem Ægypti, & Regnum - 29, 1.
ejus in solitudinem redigendum. Nuntiatum - 33, 21.
est eidem Ezechieli, vastatam esse Jerosolymam.
Hoc mense, datæ sunt litteræ à Lysiâ, Genti- 2.Mach. 11, 31.
um Duce, ad Judæos. Significat: *Bona: Bonitas.*

(aa) Item mensis Sebeth. XI. *Sebeth*, (aa) & *Sabath*, & *mensis un-*
decimus dictus, & *Xanthicus*, partim Januario,
partim Februario correspondet. Hoc mense
Deut. 1, 3. *locutus est Moyses ad filios Israel omnia, quæ præ-*
ceperat illi Dominus, ut diceret eis. Et hoc est
1. Par. 27, 14. Deuteronomium, *Banajas Pharathonites de fi-*
liis Ephraim, cum turme viginti quatuor milli-
Zach. 1, 7. um regiæ custodiæ præerat. Factum est ver-
bum Domini ad Zachariam circa Gentes, quæ
1. Mach. 16, 14. populum Dei afflixerent, puniendas. Simonem
Machabæum dolo cœpit, & interfecit Ptole-
2. Mach. 11, 30. mæus, filius Abobi, Gener ejus. *Usque ad diem*
trigesimum mensis (hujus) *Xanthici*, dedit dex-
tras securitatis commantibus Rex Antiochus
Eupator, Judæis scribens. Sonat: *Sceptrum:*
Virga.

(ab) Item mensis Adar. XII. *Adar*, (eh) qui & *mensis duodecimus*
dicitur; correspondet partim Februario, par-
tim Martio; & huic per annos intercalares
1. Par. 27, 15. succedit aliquendo *Veadar.* Hoc mense *Hol-*
das Netophatites de stirpe Gothoniel cum tur-
ma viginti quatuor millium assistebat Princeps
1 Esdr. 6, 15. regiæ custodiæ. Mense Adar completa est do-
mus Domini post reditum à captivitate. Pro
interficiendis Judæis, in quæsita sorte ab Aman,
Esther. 3, 7. *exivit mensis duodecimus, qui vocatur Adar,*
- - 13. Et sic litteræ missæ sunt, ut die datâ tertia de-
cimà scilicet ejusdem mensis, morti darentur;
at diversè omnimodè successit, quia apertâ
- 8, 11. & alibi. Aman fraude datæ sunt litteræ ultionie pro
- 9, 1. &c. Judæis de inimicis eorum eâdem die, & men-
- 10, 13. se faciendæ; ut quidem facta est; unde so-
Jerem. 52, 31. lemnitas Phurim instituta cum aliis. Hoc
mense Evilmerodach Rex Babylonis eduxit de
Ezech. 32, 1. carcere Joakim Regem Juda. Factum est ver-
bum Domini ad Ezechielem de Pharaone per
1. Mach. 7, 43. Regem Babylonis conterendo. Judas Ma-
chabæus congressus est armis cum Nicanore,
Gentium Duce, qui victus est cum exercitu
suo, & morti datus; & instituta est quotan-
2. Mach. 15, 37. nis dies solemnis pro hujusmodi victoria; &
quidem pridie Mardochæi, h. e. eote festum
Esther. Sonat: *Pulchritudo: Habitaculum.*

Et hæc sunt, quæ pro unoquoque men-
(ac) Textus de hac voce universaliter sumptâ, non omnes notis signati, ubi scilicet non est locus. se habemus notanda in sacris litteris. (ac)
Remanent nunc, quæ in sacrâ paginâ haben-
tur circa dictionem hanc universaliter acce-
ptam, & vegè; & sunt sequentia loca; videli-
Gen. 29, 14. cet: *Postquam impleti sunt dies mensis unius.*
Laban ad Jacob dixit, ut pacisceret de merce-
de, quam eccipere vellet pro servitio, quod
- 38, 24. præstabat. Post tres menses copulæ Themar
cum Jude, cum ee appareret grevida ad cum-
burendum pro fornicatione damnata est (Vid.
Exod. 2, 2. & alibi. *Thamar.* Tribus mensibus absconditus fuit in
domu paterne Moyses infantulus, (Vid. *Moy-*
Lev. 15, 19. (ad) Lex pro muliere patiente fluxum sanguinis. *ses.*) Lex erat, quòd immunda (ad) esset, ex-
piande, & purificanda *mulier, quæ, redeunte*
mense, patitur fluxum sanguinis &c. Item cir-
ce res, hominesque, Deo per votum oblatos,
- 27, 6. (ae) Lex pro devotis Deo. (ee) lex erat, quod sub æstimatione daretur
pretium, & inter cætera dicitur: *Ab uno men-*
se usque ad annum quintum, pro masculo da-
buntur quinque sicli: pro fœminâ tres. Di-
ctum est Muysi à Domino in deserto Sinai,
Num. 3, 15. &c. *Numera filios Levi per domos patrum suorum,*
& familias, omnem masculum ab uno mense,
& supra, & numerati quidem inventi sunt vi-

ginti duo millia; & eodem modo numerati Num. 3, 43.
primogeniti filiorum Israël inventi sunt viginti
duo millia ducenti septuaginta tres. Si nubes
biduo, aut (af) *uno mense, vel longiori tempore* - 9, 22.
fuisset super Tabernaculum, manebant filii Israël (af) Observationes circa nubem ad tabernaculum Domini.
in eodem loco, & non proficiscebantur; statim au-
tem ut recessisset, movebant castra: Importunas
audiens Deus querimonias populi in deserto,
petentis carnes, dixit Muysi, se illi daturum
non uno die, nec duobus, vel quinque, aut de- - 11, 19.
cem, nec viginti quidem, sed usque ad mensem - - 20.
dierum, donec per nares ejus exiret, & verte-
retur in nauseam &c. quamvis essent sexcenta
millia peditum. Redemptio animalis immun- - - 21.
di erat *post unum mensem, siclis argenti quin-* - 18, 16.
que pondere Sanctuarii. Facta est etiam alia
numeratio filiorum Levi, (ag) *fueruntque omnes,* - 26, 62.
qui numerati sunt, viginti tria millia generis (ag) Numeratio filiorum Levi ab uno mense, & supra.
masculini, ab uno mense, & supra. Desi-
gnetur pariter, quale esse debeet holocaustum
per omnes menses, qui sibi anno vertente, suc- - 28, 14.
cedunt. Mulier captive, in uxorem ducende, (ah) Holocaustum per menses decretum.
rasa cæsariem, & ungues circumcise, depositâ
captivitatis suæ veste, & sedens in domo Do-
mini sui, flebat priùs, quàm cum Domino
suo dormiret, *Patrem, & matrem suam uno* - 21. 13.
mense.

Filia Jephte, morti devota à Patre, peti- Judic. 11, 37. &c.
it, quatenus dimitteretur, (ai) ut duobus men- (ai) Filia Jephte duobus mensibus plangens, &c.
sibus circuens montes, plangeret virginitatem
suam, cum sodalibus suis; quibus expletis, sa-
crificata est Deo. Uxor Levitæ, habitantis in
monte Ephraim, revertens in domum Patris
sui in Bethlehem, (ek) *mansit apud eum qua-* - 19, 2.
tuor mensibus. (Vid. *Benjamin.*) Et hæc est, (ak) Mulier mensibus quatuor apud Patrem.
quæ occisa est prodigiosâ Gabaitarum libidine;
unde percussa est à reliquis Tribubus Tribus
Benjamin, ex qua, qui remanserent profugæ
sexcenti viri *sederunt in petra Remmon mensi-* - 20, 47.
bus quatuor.

Arce Domini fuit *in regione Philisthino-* 1. Reg. 6, 1.
rum septem mensibus. Quasi post mensem, eb - 10, 1.
installato Rege Judæorum Saule, Ammonitæ
contra Judæos moverunt arma. David à Sau- - 27, 7.
le fugiens habitavit in regione Philisthinorum
quatuor mensibus. Imperans autem in Hebron 2. Reg. 2, 11. & alibi.
fuit *septem annis, & sex mensibus.* Arca Do- - 6, 11. & alibi.
mini fuit *in domo Obededom Gethæi tribus men-*
sibus. Numerantes populum sub David,
lustratâ universâ terrâ (Iudæorum scilicet) *ad-* - 24, 8.
fuerunt (al) *post novem menses, & viginti dies* (al) Numeratores Populi sub David reduces post 9. menses.
in Jerusalem. E tribus flagellis propositis Da-
vid ad electionem per Dominum, fuit fu- - - 13. & alibi.
ga ab edversariis per tres menses persequen-
tibus.

Salomon duodecim habebat præfectos,
qui *per singulos menses in anno singuli necessa-* 3 Reg. 4, 7.
ria ministrabant. Salomon idem pro ædifice- - 5, 13.
tione Templi habens triginta millia cæsorum
ligni, *mittebat eos in Libanum, decem millia*
per menses singulos vicissim, ita ut duobus men- - - 14.
sibus essent in domibus suis, &c. Ioab Prin-
ceps militiæ Devid (am) *sex mensibus* in Idu- - 11, 16.
mæa moretus est, ad interficiendum omne (am) Joab per menses 6. destruens Idumæos.
masculinum; Idumæi siquidem rebellaverant.
Zacharias Rex Israël regnavit *sex mensibus*, 4. Reg. 15, 8.
Sellum *regnavit uno mense in Samaria.* Ioa- - - 13.
chaz regnavit in Ierusalem *tribus mensibus*, - 23, 31. & alibi.
sicut & Ioakim. - 24, 8. & alibi.

1.Par. 27, 2.
David duodecim Principes ſtatuit, quorum ſinguli ſuo menſe viginti quatuor millibus præerant, ad Regiam cuſtodiam.

Judith 8. 3.
Judith erat vidua relicta jam annis tribus, & menſibus ſex,

- 16, 24.
quando Holofernem interfecit; pro quâ re gaudium factum eſt *per tres menſes*. Puellæ introituræ ad Regem Aſſuerum (ut mos erat

Eſth. 2, 12.
(an) Puellæ pro Rege Aſſuero per plures menſes paratæ.
Perſarum) (an) *ſex menſibus oleo* ungebantur *myrrhino, & aliis ſex quibuſdam pigmentis, & aromatibus* utebantur.

Job. 3, 6.
Job volebat, noctem nativitatis ſuæ non numerandam eſſe in menſibus; & de ſe ait:

- 7, 3.
(ao) Menſes Job vacui.
(ao) *Ego habui menſes vacuos, & noctes laborioſas enumeravi mihi.* Et conſiderans humanam fragilitatem, dicebat ad Dominum:

- 14, 5.
Breves dies hominis ſunt, numerus menſium ejus apud te eſt &c. Et de impio inquit:

- 21, 21.
(ap) Nihil impio eſt menſium numerum ejus dimidiari.
(ap) *Quid ad eum pertinet de domo* (hoc eſt, familiâ) *ſuâ poſt ſe? & ſi numerus menſium ejus dimidietur?* q. d. certè hoc nihil ipſe curaret, niſi haberentur inferni pœnæ timendæ. Et cupiens idem Job priſtinæ reſtitui ſanitati dicit:

- 29, 2.
(aq) Menſes priſtini à Job deſiderati.
(aq) *Quis mihi tribuat, ut ſim juxta menſes priſtinos, ſecundùm dies, quibus Deus cuſtodiebat me? &c.* Et oſtendens mirabilia opera Dei, eidem Deo dicit:

- 39, 2.
(ar) Menſes conceptûs beſtiarum
(ar) *Numquid - - - dinumeràſti menſes conceptûs earum* (ibicum videlicet, & cervarum), *& ſciſti tempus partûs earum?*

Sapient. 7, 2.
Auctor libri Sapientiæ habet: *Decem menſium tempore coagulatus ſum in ſanguine ex ſemine hominis, & delectamento ſomno conveniente.* (Vid. *Semen*).

Eccli. 43, 7.
In Eccleſiaſtico legimus: *A lunâ ſignum diei feſti, luminare, quod minuitur in conſummatione.*

- - 8.
Menſis ſecundùm nomen ejus eſt, creſcens mirabiliter in conſummatione.

Iſai. 47, 13.
(as) Augures ſupputantes menſes.
In Iſaia contra Babylonem eſt: *Stent, & ſalvent te augures cœli*, (as) *qui contemplabantur ſidera, & ſupputabant menſes, ut ex eis annuntiarent ventura tibi.* Et ubi ſermonem habet de lætitia, futura in adventu Meſſiæ, habetur:

- 66, 23.
(at) Menſis ex menſe futurus; ubi expl. text.
(at) *Et erit menſis ex menſe, & ſabbatum ex ſabbato &c.* q. d. erit nova ſolemnitas in Eccleſia, quæ naſcetur ex ſolemnitate Synagogæ, puta neomenia, ſabbatum &c. & quidem longè feſtivior &c.

Ezec. 39, 12.
(au) Terra 7. menſibus mundanda à Gog militibus.
Apud Ezechielem de militibus Gog dicitur, quòd (au) *ſepelient eos domus Iſraël, ut mundent terram ſeptem menſibus*; & deinde dicit, quòd erunt viri, *qui ſepeliant, & requirant eos, qui remanſerant ſuper faciem terræ,*

- - 14.
ut emundent eam; poſt menſes autem ſeptem quærere incipient &c. Vidit inter cætera Ezechiel ad ripas torrentis, ſubter limen domûs Dei egredientis, lignum varium pomiferum,

- 47, 12.
& quòd *per ſingulos menſes afferet primitiva, quia aquæ ejus de Sanctuario egredientur &c.*

Dan. 4, 26.
(ax) Nabuchod. poſt 12. menſes, à Danielis Prophetiâ, à Domino percuſſus.
(ax) *Poſt finem menſium duodecim* (à viſione ſomnii, & explicatione ei facta per Danielem), *in aulâ Babylonis deambulabat* Nabuchodonoſor, & elatus in corde ſuo, dum ſuperbiebat, manu Domini percuſſus eſt. (Vid. *Nabuchodonoſor*).

Oſee 5, 7.
Apud Oſee contra Judæos eſt: *In Dominum prævaricati ſunt: quia filios alienos genuerunt:*

(ay) Menſis voraturus Judæos; ubi expl. text.
(ay) *nunc devorabit eos menſis* (quo ſcilicet hoſtis jam jam inſtabat diripiens omnia) *cum partibus ſuis.*

Amos 4, 7.
Apud Amos ait Dominus contra filios Iſraël: *Ego prohibui à vobis imbrem, cum adhuc*

(az) Imber ablatus a Judæis per 3 menſes ante meſſem.
(az) *tres menſes ſupereſſent uſque ad meſſem &c.* & eis varias comminationes faciens, propter oppreſſiones pauperum, exprobrat iis, qui dicebant:

Amos 8, 5.
(ba) Exprobratio Domini expectantibus menſem ad oppreſſionem pauperum.
(ba) *Quando tranſibit menſis, & venumdabimus merces; & ſabbatum, & aperiemus frumentum, ut imminuamus menſuram, & augeamus ſiclum, & ſupponamus ſtateras doloſas, ut poſſideamus in argento egenos, & pauperes pro calceamentis, & quiſquilias frumenti*

- - 6.
vendamus?

(bb) Expl. text.
Qui textus (bb) quoad dictionem menſis, cum de menſe Thiſri intelligatur, breviter notatus eſt, cùm ſupradiximus de eo menſe.

Zach. 11, 8.
(bc) Tres paſtores uno menſe ſublati; ubi expl. text.
Apud Zachariam, prophetantem, ait Dominus: (bc) *Succidi tres paſtores in menſe uno.* (annorum ſcilicet, hoc eſt, triginta annorum ſpatio) & pro paſtoribus volunt plures interpretes intelligi Judam, Jonatham, Simonem Machabæos; quæ ſententia magis arridet, quàm alia dicens, quòd pro tribus paſtoribus intelligitur Maria Dux fœminarum in deſerto, quæ menſe Niſan mortua eſt; & tunc dicuntur alii duo fratres ipſius, nempè Moyſes, & Aaron, ex illo tempore morti addicti; longiùs enim, quàm par eſt, videtur res hujuſmodi accipi hac ultima acceptione.

De Antiocho Epiphane narrantur multa patrata facinora contra Judæos, & concluditur, quòd miniſtri ejus (bd) *in virtute ſuâ faciebant hæc populo Iſraël, qui inveniebatur in*

1 Mac. 1, 61.
(bd) Populus Iſr. in omni menſe in civitatibus exiſtens &c.
omni menſe, & menſe in civitatibus: Et quinta, & vigeſima die menſis ſacrificabant ſuper aram, quæ erat contra altare.

- - 62.
Mater martyrum Machabæorum, irridens crudelem Tyrannum, cui promiſerat, ſe hortaturam filium natu minimum, ut idolis ſacrificaret, inclinata ad eundem filium ait patriâ voce, quam non intelligebat Tyrannus Antiochus?

2.Mac. 7, 27.
(be) Mater martyrum Mach. memorans filio, ſe per menſes 9. eum geſtaſſe in utero.
Fili mi, (be) *miſerere mei, quæ te in utero novem menſibus portavi, & lac triennio dedi, & alui, & in ætatem iſtam perduxi &c.* Et ſic proſecuta eſt, eum in fide, & lege Judæorum ſtabiliens.

De Eliſabeth uxore Zachariæ, poſtquam concepit filium Joannem Baptiſtam, ſcribitur,

Luc. 1, 24.
(bf) Eliſabeth prægnans ſe occultans per 6. menſes.
(bf) quòd *occultabat ſe menſibus ſex*, admirans divina opera, cùm Deus ſterilitatem ab eâ abſtuliſſet.

- - 26.
(bg) Menſe ſexto conceptionis Jo. Baptiſtæ Mariæ Virgini incarnatio Verbi nuntiatur.
Item, quòd menſe (bg) ſexto hujuſmodi conceptionis miſſus eſt Angelus Gabriel ad Mariam Virginem pro annuntianda verbi Dei incarnatione in ejus utero; qui Angelus rei futuræ certiſſimè ſignum dedit, quòd Eliſabeth jam à ſexto menſe conceperat; & quòd Virgo Maria, cùm iviſſet ad illam inviſendam,

- - 36.
- - 56.
(bh) Maria V. manens cum Eliſabeth ad 3. menſes.
(bh) *manſit cum illa, quaſi menſibus tribus.* Dicens Jeſus, quòd nullus Propheta acceptus eſt in patria ſua, affert exemplum de Elia, cujus tempore, quando facta eſt fames magna, eò quòd clauſum fuit

- 4, 25.
(bi) Fames in Judæâ ad 3. annos, & 6. menſes.
(bi) *cœlum annis tribus, & menſibus ſex*, in Sarepta Sidoniæ tantùm legitur patràſſe miracula pro viduâ; licèt multæ in Iſraël reperirentur viduæ. Cùm invitarent diſcipuli Jeſum ad manducandum; ipſe, manducare contemnens, addidit ſuum cibum eſſe, facere voluntatem ejus, à quo miſſus fuerat; & deinde ſubdidit:

Jo. 4, 35.
(bk) Meſſis poſt 4. menſes futura; ubi expl. text.
(bk) *Nonne vos dicitis, quòd adhuc quatuor menſes ſunt, & meſſis venit? ecce dico vobis: levate oculos veſtros, & videte regiones, quia albæ ſunt jam ad meſſes &c.* q. d. nonne vos de triticeâ meſſe cogitare ſoletis, antequam veniat; ego cogito,

& dico esse cogitandum de præsenti messe animarum spirituali. De Paulo notatur, quòd Corinthi sedit *annum, & sex menses*, docens Corinthios verbum Dei apud Aquilam, & Priscillam. Ephesi scribitur, quòd *introgressus Synagogam*, (b l) *cum fiducia loquebatur per tres menses, disputans, & suadens de Regno Dei*. Cùm autem perambulasset partes Macedoniæ, & inde venisset ad Græciam, atque ibi *fecisset menses tres, facta sunt illi insidia* à Judæis. postquam per (b m) *menses tres* fuit in insula Melitæ Paulus, navigavit in navi Alexandrina, cui erat insigne Castorum. Conqueritur idem Paulus cum Galatis, quòd ad vanas observationes se convertissent, exprobrans eis: *Dies observatis, & menses, & tempora, & annos.* Jacobus, ad probandam efficaciam orationis, scribit: *Elias homo erat, similis nobis, passibilis, & oratione oravit*, (b n) *ut non plueret super terram, & non pluit annos tres, & menses sex &c.* Locustis, egressis de puteo abyssi, in Apocalypsi, data est potestas nocendi hominibus, non habentibus signum Dei in frontibus suis *mensibus quinque*. Sexto Angelo imperatum est, ut solverent quatuor Angelos, (b o) *qui parati erant in horam, & diem, & mensem, & annum, ut occiderent tertiam partem hominum.* Joanni, Templum metienti, dictum est: *Atrium, quòd est foris Templum, ejice foras, & ne metiaris illud: quoniam datum est gentibus, & civitatem sanctam calcabunt* (b p) *mensibus quadraginta duobus*; quod de tempore Antichristi contra Ecclesiam interpretantur plures; sicuti (b q) & cùm de bestia ascendente de mari dicitur, quòd *data est ei potestas facere* (mala, & damna &c.) *menses quadraginta duos.* In medio plateæ novæ civitatis sanctæ Jerusalem, extra utraque parte prætereuntis fluminis, vidit Joannes *lignum vitæ afferens* (b r) *fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem gentium.* Et hæc de hac dictione *Mensis* ex sacris litteris breviter eruimus. (V. *Annus: Festum: Luna*).

Actor. 18, 11. — 19, 8. (b l) Paulus Ephesi disputans per 3. menses. — 20, 3. — 28, 11. (b m) Idem in insula Melitæ per 3. menses. Galat. 4, 10. Jacob. 5, 17. (b n) Oratio Eliæ, ne per 3. annos, & 6. menses plueret. Apoc. 9, 5. — — 10. — — 15. (b o) Angeli ad necem hominum parati in horam, diem, mensem annum. — 11, 2. (b p) Civitas sancta calcanda à gentibus per 42. menses, ubi expl. text. — 13, 5. (b q) Ita per 42. menses potestatem damnificandi habet bestia &c. ubi expl. text. — 22, 2. (b r) Lignum vitæ afferens fructum singulis mensibus.

Myst. *Apostoli*, Ecclesiam constituentes, significantur per duodecim anni menses; ex Origene. — Orig. f. Job. l. 3.

Cogitationes Sanctorum per menses conceptûs cerverum signantur; ex D. Gregorio M. — D. Gregor. M. 30. m. 10.

Cogitationes pravæ in mense mulieris menstruatæ exhibentur; ex Glossa ordinaria. — Gloss. ordin. f. Lev. 15.

Collectiones animarum in Ecclesia, veritatis luce splendentes, & perfectæ, in mensibus pristinis repræsentantur; ex D. Gregorio M. — D. Gregor. 29. m. 6.

Felicitatis perpetuitas. Vid. *Perpetuitas felicitatis.*

Initium gratiæ, seu legis gratiæ significari potest per mensem primum in mensibus anni; ex Isychio. — Isych. f. Lev. 23.

Judicii tempus. Vid. *Tempus judicii.*

Lex nova exemplificatur in mense secundo, quô secundum Pascha celebratur; juxta Origenem. — Orig. f. Exod. h. 7.

Leges litteræ, & naturæ, & Prophetiæ designantur in tribus mensibus, quibus latuit Moyses; ex Beda. — Bed. f. Exod. 2.

Mysterium Trinitatis significatur pariter per tres menses; ex Origene. — Orig. f. Amos 4.

Perpetuitas felicitatis, quæ erit, cùm à statu carnis ad statum spiritualem fiet transitus, ostenditur per mensem ex mense; ex D. Hieronymo. — D. Hier. f. Isa. 66.

Prophetia. Vid. *Leges litteræ &c.*

Tempus adventûs Christi notatur per mensem primum in mensibus anni; ex Isychio. — Isych. f. Lev. 23.

Tempus judicii, quando tubæ coram judice personabunt, & jam ab operibus abstinendum erit, in septimo mense exemplificatur; ex eodem. — Idem ibidem.

Tempus vitæ breve comparatur mensi, devoranti; ex Ruperto. — Rup. f. Osee 5.

Trinitatis mysterium, Vid. *Mysterium Trinitatis.*

Mensor. Vid. Mensura

Menstruus, a, um. Menstrualis, Menstruale. Menstruata.

Hist. *Quod est* (a) *unius mensis*, Menstruum dicitur. *Quod singulis mensibus fit*, Menstruale appellatur. Hinc *mulier patiens quolibet mense profluvium, quod est purgatio frigidi, & indigesti humoris, quem natura quasi noxium expellit*, Menstruata dicitur; & *profluvium illud* numero multitudinis menstrua nuncupatur; & quidem de menstruorum viru ait Plinius: (b) « Nihil « facilè reperitur mulierum profluvio magis « monstrificum. Acescunt superventu musta, « sterilescunt tactæ fruges, moriuntur insita, ex- « uruntur hortorum germina, & fructûs arbo- « rum, quibus insidere, decidunt: Speculorum « fulgor ipso aspectu hebetatur, acies ferri per- « stringitur, eborisque nitor: alvei apum emo- « riuntur: æs etiam, atque ferrum rubigo pro- « tinus corripit, odorque dirus aëre; & in ra- « biem aguntur, gustato eo, canes, atque insa- « nabili veneno morsus inficitur », additque « »Solum autem animal menstruale mulier est. « At Simiæ etiam menstrua pati dicitur; & alibi habet: « Omnia accessu mulieris menstrualis flave- « scunt. »

(a) Quid hæ voces. — Plin. l. 7. cap. 15. (b) Menstruorum virus.

Quoad dictionem *Menstruus, a, um*, & *Menstrua.* Dictum est à Domino Moysi dicendum populo: (c) *Mulier, si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit septem diebus, juxta dies separationis menstruæ &c. Sin autem fœminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus juxta ritum fluxûs menstrui &c. Mulier, quæ patitur multis diebus fluxum sanguinis non in tempore menstruali, vel quæ post menstruum sanguinem fluere non cessat, quamdiu subjacet huic passioni, immunda erit, quasi sit in tempore menstruo*; & proinde est, quòd immundum erat stratum, in quo dormierit; vas, in quo sederit; qui eam tetigerit &c. Stante sanguine post septem dies purificationis suæ offerre debebat aut duos turtures, aut duos pullos columbarum &c. Sic ergo lex erat: *Ad mulierem, quæ patitur menstrua, non accedes, nec revelabis fœditatem ejus. Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, & revelaverit turpitudinem ejus, ipsáque aperuit fontem sanguinis sui, interficientur ambo de medio populi sui.*

Lev. 12, 2. (c) Leges pro mulieribus partu earum menstrua. — — 5. — 15, 25. — — 26. &c. — 18, 19. — 20, 18.

Apud Jeremiam assimilatur Israël onagro fœminæ, de quâ dicitur, quòd libidine percita quærit onagro masculo jungi; (d) et venatores *in menstruis ejus invenient eam*; q. d. Tu Israël videns, seu etiam subodorans idolum, & velut onager libidinem, (quâ metaphorâ fornicandi, adulterandi, & hujusmodi utitur Deus pro idololatriâ Judæorum significandâ) inveniêris, capiêris

Jerem. 2, 24. (d) Venatores in menstruis onagrum fœminam invenituri, ubi expl. text.

capièris in menstruis tuis, h. e. in fœditate, & iniquitate tuâ. Et in Threnis ait: (e) *Facta est Jerusalem quasi polluta menstruis* (h. e. abominabilis, immunda) *inter eos* (vel etiam hostes).

Thren. 1, 17. (e) Jerusalem ut polluta menstruis; ubi expl. text.

Quoad dictionem *Menstrualis*. (f) Vir cognoscens mulierem *tempore sanguinis menstrualis* immundus erat septem diebus; & ita omne stratum, in quo dormiebat. Et mulier, quæ patiebatur fluxum sanguinis *non in tempore menstruali*, immunda erat. (Vid. dicta pro dictiona *Menstruus*).

Levit. 15, 24. (f) Leges pro menstruatâ muliere. - - 31.

Quoad dictionem *Menstruatus*, habemus, quòd Esther repræsentabat Domino humilitatem suam, & abominationem etiam insignium Reginæ, quæ detestari se protestabatur, (g) *quasi pannum menstruata*, h. e. quasi rem abominabilem, immundam &c.

Esth. 14, 16. (g) Esther Regia insignia ut pannum menstruatæ spernens, ubi expl. text.

Apud Isaiam Dominus Judæis, ut convertantur, dicitur daturus Doctores, qui Israëli suadeant, idololatriam abjiciendam, dicentes: *Contaminabis laminas sculptilium argenti tui, & vestimentum conflatilis auri tui, & disperges ea,* (h) *sicut immunditiam menstruatæ &c.* Idemque Propheta demonstrans Domino populi sui afflictionem, & contritionem, dicit: (i) *Facti sumus, ut immundus omnes nos, & quasi pannus menstruatæ universæ justitiæ nostræ &c.* Apud Baruch, dum sacrificia idololatrica aspernabilia esse ostendit, utitur hoc argumento: (k) *De sacrificiis eorum fœtæ, & menstruatæ contingunt*; quod in lege Dei erat abominabile.

Isai. 30, 22. (h) Idola ut immunditia menstruatæ abjicienda. - 64, 6. (i) Justitiæ Judæorum factæ, ut pannus menstruatæ. Bar. 6, 28. (k) De sacrificiis idolorum menstruatæ contingentes.

Apud Ezechielem computantur inter signa viri justi, quod *ad mulierem menstruatam non accesserit.* Et inter scelera Jerosolymis patrata notatur: (Viri fuerunt, qui) (l) *verecundiora patris discooperuerunt in te, immunditiam menstruatæ humiliaverunt in te.* Et sic conqueritur de iniquitate Judæorum Dominus, dicens: (m) *Juxta immunditiam menstruatæ facta est via eorum coram me*; quo denotat eorum abominationes. Et apud Zachariam prædicitur futura expiatio scelerum per sequentia figurata verba in Jerusalem: (n) *In die illâ erit fons patens domui David, & habitantibus Jerusalem, in ablutionem peccatoris, & menstruatæ.*

Ezech. 18, 6. - 22, 10. (l) Accedentes ad menstruatam in Jerusalem. - 36, 17. (m) Via Judæorum juxta immunditiam menstruatæ facta. Zach. 13, 1. (n) Fons futurus in Jerusalem in ablutionem menstruatæ.

Myst. *Pro menstruis cogitationes immundæ* menstruis assimilantur; ex D. Gregorio M.

D. Gregor. M. l. Ezech. h. 22.

Idololatria, & libido per menstrua Jerusalem designantur; ex D. Hieronymo.

D. Hier. l. Ezech. 81.

Pro menstruata.

Anima cum peccato originali, quam Deus mundat, per menstruatam designata apparet; ut scribit Georgius Venetus.

Georg. Venet. 1. t. 2. c. 17.

Justitia nostra comparantur panno menstruatæ; ut notat Rupertus.

Rupert. l. de glo. 1. 2. 6.

Mensor.
Mensura. Mensurabilis, e.

Hist. A (a) *metior*, quod est: *Mensuro: Taxo: In mensuram redigo*, venit Mensor, is scilicet, *qui mensurat, taxat, in mensuram redigit.* Mensura autem est vel *instrumentum, quo metimur rem, ejusdemq; rei quantitatem deprehendimus*; vel *capacitas loci*; seu *altitudo*; seu *latitudo*; seu *longitudo*; sic aliquando Mensura dicitur *ipsa quantitas*; aliquando *numerus, pondus, regula, terminus*; & interdùm sumitur pro *merito*, & transfertur ad alia. Mensurabile autem illud dicitur, *quod mensuræ subjacere potest, seu mensurari.* Pro *Mensurâ* ergo

(a) Quid hæ voces, quarum textus notio significat, ubi locus.

De fertilitate septem annorum in Ægypto notatur, quòd (b) *tanta fuit abundantia tritici, ut arenæ maris coæquaretur, & copia mensuram excederet.* Pharao, auditis mandatis Dei de liberando populo Israël ad sacrificandum Deo, graviùs eum pressit, & paleas, quæ ei dabantur pro labore, abstulit, præcepitque ministris suis: (c) *Mensuram laterum, quam prius faciebant, imponetis super eos, nec minuetis quicquam: vacant enim, & ideircò vociferantur, dicentes: Eamus, & sacrificemus Deo nostro*; & cùm laboris mensuram implere non possent, flagellabantur. Tentoria pro Tabernaculo unius erant mensuræ; ita & saga habebant æquam mensuram; ita & cortinæ, columnæ, bases, & capita columnarum; & tentorium opere plumario fabricatum ex hyacintho, purpurâ &c. quod erat in introitu atrii, longum cubitos 20. altum quinque erat *juxta mensuram, quam cuncta atrii tentoria habebant.* Peccans per ignorantiam offerebat *arietem immaculatum de gregibus Sacerdoti, juxta mensuram, æstimationemq; peccati*; ita peccans ex scientiâ. Mensura æqua cunctis filiis Aaron distribuebatur de victimis. Lex erat: (d) *Si* (quis) *agrum possessionis suæ voverit, & consecraverit Domino: juxta mensuram sementis æstimabitur pretium.* Item: *Nolite facere iniquum aliquid in judicio, in regulâ, in pondere, in mensurâ.* Item, cùm non data esset portio terræ Levitis propria, lex fuit: *Singuli juxta mensuram hæreditatis suæ dabunt oppida Levitis.* Reus cædebatur plagis, & lex erat: *Pro mensurâ peccati, erit & plagarum modus.* Joab, quando occidit Amasam, describitur vestitus (e) *tunicâ strictâ ad mensuram habitûs sui &c.* In descriptione domûs, à Salomone fabrefactæ, pro filiâ Pharaonis, ponitur, quòd erant (f) *omnia lapidibus pretiosis, qui ad normam quandam, atque mensuram tam intrinsecùs, quàm extrinsecùs serrati erant à fundamento usque ad summitatem parietum, & extrinsecùs usque ad atrium majus.* Dum Templi columnæ describuntur, notatur, quòd facta sunt (g) *capitella in summitate columnarum desuper, juxta mensuram columnæ contra retiacula.* (Vid. *Columna.*) Item decem bases dicuntur factæ (h) *fusurâ unâ, & mensura, sculpturaq; consimili.* Cùm sub Joas, Rege Juda, colligeretur pecunia, & deinde distribueretur pro sartis tectis Templi, notatur, quòd Scriba Regius, & Pontifex *dabant eam*, (i) *juxta numerum, atque mensuram, in manu eorum, qui præerant cæmentariis domûs Domini &c.* David, designans Levitarum officia, Sacerdotes assignavit *super omne pondus, atque mensuram.* Item dedit *in candelabra aurea, & ad lucernas eorum aurum* (k) *pro mensura uniuscujusque candelabri, & lucernarum*: similiter & pro candelabris argenteis, & lucernis eorum argentum. (l) *Ad fuscinulas quoque, & phialas, & thuribula, ex auro purissimo, & leunculos aureos, pro qualitate mensuræ pondus distribuit in leunculum, & leunculum.*

Gen. 41, 49. (b) Copia tritici excedens mensuram arenæ maris. Exod. 5, 8. (c) Mensura laboris aucta Judæis in Ægypto. - - 14. - 26, 2. - - 8. - 36, 9. & alibi. - 38, 18. - - 18. Levit. 5, 18. - 6, 6. - 7, 10. - 27, 16. (d) Ad mensuram sementis dabatur pretium agro devoto Deo. - 19, 35. - 35, 8. Deut. 25, 2. 2. Reg. 20, 8. (e) Joab ad mensuram sui habitus vestimentum. 3. Reg. 7, 9. (f) Norma, & mensura certa lapidum domûs filiæ Pharaonis. - - 20. (g) Capitella ad mensuram columnarum. - - 37. (h) Bases in Templo factæ mensurâ consimili. 4. - 12, 11. (i) Pecunia pro sartis tectis Templi data juxta mensuram. 1. Par. 23, 29. - 28, 15. (k) Aurum datum à David pro mensurâ candelabrorum &c. ita argentum. - - 17. (l) Aurum datum pro aliis vasis tribus pro quantitate mensuræ.

Artaxerxes jussit à suis ministris (m) *sal absque mensura* dari reversis Judæis cum Esdrâ. In reædificatione Jerosolymæ notatur, quòd variæ fuerunt urbis illius portiones, quæ dicuntur mensuræ, & quidem variis datæ ad fabricandum, puta soli, supra quod fabricarent; & sic sæpè legimus, quòd postquam dicitur quis ædificâsse, subditur alius fabricâsse (n) *mensuram secundam*, h. e. subsequentem portionem soli.

1. Esd. 7, 22. (m) Sal datum Judæis absque mensurâ ab Artaxerxe. 2. Esd. 3, 19. & c. (n) Mensuræ soli in Jerusalem.

Bethulia

Bethulia ita obsidione per Holofernem obstricta est, ut aqua omnioò defecerit sitientibus, quapropter *ad mensuram dabatur populis aqua quotidie.*

Judith. 7, 20.

Apud Job ex verbis Sophar de Dei immensitate habemus: *Longior terra mensura ejus, & latior mari.* Itemque de eodem Deo ait Job, quòd ipse *fecit ventis pondus, & (o) aquas appendit in mensura.* Et ipse Deus, se interponens disputationi Job, & Eliu, demonstrans homini incompreheosibilem esse divinam potentiam, & sapientiam, inter cætera inquit: (p) *Quis posuit mensuras ejus* (terræ videlicet): *si nosti: vel quis tetendit super eam lineam?*

Job. 11, 9.
- 28, 25.
(o) Deus aquas in mensurâ appendit.
- 38, 5.
(p) Dei potentia ponentis terræ mensuram.

In Psalmis dicebat David in afflictione ad Dominum: (q) *Dominus Deus virtutum, quousque - - - - cibabis nos pane lacrymarum; & potum dabis nobis in lacrymis in mensura.*

Psalm. 79, 6.
(q) Deus dictus dare potum in lacrymis in mensurâ.

In Proverbiis est: (r) *Pondus, & pondus, mensura, & mensura; utrumque abominabile est apud Deum*; quòd sive intelligitur de summâ, & affectata, & ut ajunt, nimia justitiâ; sive de iis, qui per pondus, & mensuram minorata dolosè agunt.

Prov. 20, 10.
(r) Mensura, & mensura Deo abominabilis; ubi expl. text.

In libro Sapientiæ cùm multa dicantur à Deo fieri potuisse, eidem dicitur; *Sed omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti.*

Sap. 11, 21.

Apud Isaiam de Synagoga dicitur: (s) *In mensura contra mensuram* (hoc est, non quidem pari mensurâ) *cum abjecta fuerit*, (vinea scilicet Israël, quæ est Synagoga) *judicabis eam*; & subditur: *Meditatus est* (Deus scilicet eam castigare) *in spiritu suo duro per diem æstûs.* Ita habetur per Prophetam à Domino: *Ponam in pondere judicium, & justitiam in mensura; & subvertet grando spem mendacii &c.* Et contra Idumæam ponitur: *Extendetur super eum mensura, ut redigatur ad nihilum, & perpendiculum in desolationem. Ipse* (Spiritus vindictæ divinæ) *misit eis* (Idumæis) *sortem*, (t) *& manus ejus divisit eam illis in mensuram: usque in æternum*, (alii populi) *possidebunt eam, in generationem, & generationem habitabunt in ea.*

Isai. 27, 8.
(s) Synagoga in mensura contra mensuram judicanda; ubi expl. text.
- - 28, 17.
- - 34, 11.
- - 17.
(t) Idumæi terra aliis populis divisa in mensuram.

Apud Jeremiam cùm multæ sint comminationes pœnarum adversùs Judæam, concluditur ad eam: (u) *Hæc sors tua, parsq; mensuræ tuæ a me, dicit Dominus, quia oblita es meî, & confisa es in mendacio.* Ad ostendendam felicitatem futuram Ecclesiæ figuratè dicitur, quòd dilatabitur Jerusalem, (x) *& exibit ultra norma mensuræ in conspectu ejus* (Domini scilicet) *super collem Gareb; & circuibit Goatha &c.* Et in Threnis dicitur ad Dominum: *Vide Domine, & considera quem* (populum antea tibi gratum) *vindemiaveris ita: ergóne* (y) *comedent mulieres fructum suum, parvulos ad mensuram palmæ, si occiditur in Sanctuario Domini Sacerdos, & Propheta.*

Jerem. 13, 25.
(u) Pars mensuræ terræ Judæorum, oblitio de Deo.
- - 31, 39.
(x) Dilatatio futura Ecclesiæ ultra mensuram.
Thren. 2, 20.
(y) Mulieres comedentes parvulos ad mensuram palmi.

In Ezechiele Prophetâ prædicitur, quòd Jerosolymæ, cùm obsiderentur cives *aquam in mensura, & in angustia bibent.* Eidem Prophetæ ostensa est in Spiritu reædificatio civitatis Jerusalem, & Templi; virque erat, *cujus* (z) *erat species quasi species æris, & funiculus lineus in manu ejus, & calamus mensuræ in manu ejus*, quo calamo mensuras omnes partium ædificiorum demonstravit, & factæ sunt notæ eidem Prophetæ.

Ezec. 4, 11.
- - 16.
- - 40, 3 &c.
(z) Vir tenens calamum mensuræ visus ab Ezechiele.

Apud Osee legitur: (aa) *Erit numerus filiorum Israël, quasi arena maris, quæ sine mensurâ est, & non numeratur.*

Osee 1, 10.
(aa) Arena maris sine mensura.

Apud Amos est desiderium avarorum, cupientium, ut transiret mensis festivus Thisri, (ab) ut imminuerent mensuram, & augerent siclum, & supponerent stateras dolosas in oppressionem pauperum. Contra iniquos est apud Michæam: (ac) *Adhuc ignis in domo impii thesauri iniquitatis, & mensura minor iræ plena.* (Minor scilicet justo; erat autem mensura vindictæ.) Monemur in Evangelio: *Nolite judicare, ut non judicemini. In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini: & in qua* (ad) *mensurâ mensi fueritis, remetietur vobis.* Immò apud Marcum subditur: *Et adjicietur vobis.* Et Lucas scribit: *Nolite judicare, & non judicabimini; nolite condemnare, & non condemnabimini; Dimittite, & dimittemini; date, & dabitur vobis: mensuram bonam, & confertam, & coagitatam, & supereffluentem dabunt in sinum vestrum: eâdem quippe mensurâ, quâ mensi fueritis, remetietur vobis.* Contra Scribas, & Pharisæos ait Jesus: *Testimonio estis vobismetipsis, quia filii estis eorum, qui prophetas occiderunt. Et vos implete mensuram Patrum vestrorum.* Fidelem dispensatorem, & prudentem eum inquit Christus Dominus, (ae) *quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram.* Et sic deprædicat servum illum beatum *sic facientem.* Joannes Baptista, laudans Jesum, dicebat inter cætera: *Quem misit Deus, verba Dei loquitur; non enim ad mensuram dat Deus Spiritum.*

Amos 8, 5.
(ab) Avari cupientes minuere mensuras.
Mich. 6, 10.
(ac) Mensura minor iræ in domo impii; ubi expl. text.
Matth. 7, 1.
- - 2.
(ad) Mensura, in quâ aliis metimur, in nobis remetietur.
Marc. 4, 24.
Luc. 6, 37.
- - 38.
Matth. 23, 31.
- - 32.
Luc. 12, 42.
(ae) Servus fidelis dat aliis in tempore tritici mensuram.
Jo. 3, 34.

Ad Romanos scribit Apostolus: *Non plùs sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem; & unicuique sicut* (af) *Deus divisit mensuram fidei.* Et ad Corinthios habet: *Nos non in immensum gloriabimur, sed secundùm mensuram regulæ, quâ mensus est nobis Deus, mensuram pertingendi usque ad vos.* Et ad Ephesios: (ag) *Unicuique vestrûm data est gratia, secundùm mensuram donationis Christi.* Ostendit autem diversa diversis data charismata *ad consummationem Sanctorum in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in unitatem fidei, & agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi*, Et infra est, quòd ex Christo *totum corpus compactum, & connexum per omnem juncturam subministrationis* (de corpore Ecclesiæ intelligitur) *secundùm operationem in mensuram uniuscujusque membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui in charitate.* In Apocalypsi apparuit Angelus Joanni, habens *mensuram arundineam auream, ut metiretur civitatem* (novam, sanctam Jerusalem), *& portas ejus, & murum*; & sic postea habetur, quòd *mensus* (ah) *est murum ejus* 144. *cubitorum, mensurâ hominis, quæ est Angeli.*

Rom. 12, 3.
(af) Sapere oportet juxta fidei mensuram.
2 Cor. 10, 13.
Ephes. 4, 7.
(ag) Gratia, & charismata data juxta mensuram donationis Christi.
- - 12.
- - 13.
- - 16.
- 21, 15.
- - 17.
(ah) Mensura Angeli visi in Apoc.

Præter hæc videndæ sunt dictiones: (ai) *Fenestra: Frons: Lapis: Latus: Levi: Pars: Porta: Sanctuarium: Templum: Thalamus: Vestibulum.* Ita etiam *numerus* 4. *IV.* 20, 60. 500. *& alii.* Eodem modo videnda sunt nomina propria mensurarum, ut sunt: *Batus: Corus: Calamus: Cubitus: Gomor: Hin: Modius: Palmus: Talentum &c.* Quæ cum *aliis* videri possunt *in indice operis* verbo *Mensura.* Apponenda esset hìc mensurarum Tabella; at hoc superfluum ducimus; siquidem, qui de aliquâ mensurâ, quæ in sacris litteris nominatur, ejusque cum aliis

(ai) Alia tractanda.

contre-

correſpondentiâ certior fieri vult, ſatis eſt, quòd dictionem, vocem, & nomen ipſius menſuræ in hoc ipſo elucidario adeat; ibique omnia, quæ optat, facilè videbit. Reſtat autem unum hìc elucidendum, & eſt, quòd ſæpè legimus aliquid fieri debere juxta *menſuram Templi, menſuram Sanctuarii*; (ak) ſuper quo variæ ſunt ſententiæ; unde aliqui putârunt pro Sanctuario, ſeu Templo; & pro iis ad Sanctuarium, ſeu Templum ſpectantibus alia pondera, aliáſve menſuras à communibus, & publicis adhiberi; dixeruntque pondus, menſuramque Templi ſeſquialteram eſſe communis, & publici ponderis, & menſuræ; negârunt autem aliqui, & dixerunt malè primos ſcripſiſſe; ſed quoties in ſacrâ paginâ reperitur notata menſura Sanctuarii, ſeu Templi, intelligi debere pondus juſtum, & legitimum; menſuram juſtam & legitimam; eſſervabatur enim apud Sacerdotes in Templo pondus, & menſura ad hunc finem, ut ad illius normam exeminaretur quodvis aliud pondus, & menſura in vulgo, quo juſta reputari poſſent; & ita qui hujus poſtremæ ſunt ſententiæ (cui adhærendum cenſerem ex illo Levit. 27. v. 25. *Omnis æſtimatio ſiclo Sanctuarii ponderetur*; niſi alibi primæ adhæſiſſem, & motivum videri poteſt in dictione: *Bucus:* certè non incongruum.) ajunt, quod non erent alia pondera, aliæ menſuræ publicæ; aliæ Templi; ſed debebant publica omnia pondera, & menſuræ conformari ponderibus, & menſuris Sanctuarii, & Templi, ut eſſent, cenſerenturque legitima. Repoſita enim ea in Templo notabant, tanquam quid ſacro ſanctum debere eſſe pondus, & menſuram; & ſacrilegum ferè eſſe reputandum, qui pondus, menſurámve minueret; & hinc factum eſt etiam, quòd Imperator Juſtinianus (al) in celebrioribus Chriſtianorum Templis pondera, & menſuras aſſervari juberet. Prætetea (am) notandum puto menſuras quantitatis eſſe longitudinem, latitudinem, profunditatem, quæ etiam dicitur altitudo. In loco autem conſiderantur menſuræ, quatenus conſideratur altitudo, ſeu profunditas; pars dextra, ſiniſtra, anterior, poſterior. (an) Aliæ ſunt menſuræ aridorum; aliæ liquidorum. Aliæ ſunt menſuræ ponderis, aliæ corporis. Rerum autem omnium, quæ in ſacra pagina ponuntur notitiam, quantitatem, & deſcriptionem habes, ut diximus, ſub unâquâque dictione propriâ ſingulas; voces, & nomina omnium in generali indice. (Vid. *Pondus*).

(ak) Quid pro menſura Templi, intelligatur, & Sanctuarii.

Authent. de ſcol- latoribus.
(al) Pondera, & menſuræ apud Chriſtianos in Templis aſſervata.
(am) Menſuræ quantitatis quæ; & loci.
(an) Menſuræ variæ rerum variarum.

Quoad dictionem *Menſor*, quæ dictio propriè applicatur *agrorum menſuratori*, licèt eum ſignant, qui metitur abſolutè, habemus in Zacheria, quòd ei apparuit vir, (ao) in manu cujus erat *funiculus menſorum*; & hic menſuraturus erat Jeroſolymam, habitatoribus replendam poſt captivitatem; & ita menſores agrorum funiculo uti ſolent.

Zach. 2. 2.
(ao) Vir habens funiculum menſorum viſus à Zacharia.

Quoad vocem *Menſurabilis*, ex Davide, Dominum alloquente, in Pſalmis, eſt: *Ecce, (ap) menſurabiles poſuiſti dies meos: & ſubſtantia mea tanquam nihilum ante te.*

Pſalm. 38. 6.
(ap) Dies hominis menſurabiles.

Myſt. *Pro Menſurâ.*

Diſpoſitio veteris legis figuratur per menſuram Templi; ex D. Hieronymo. — D. Hier. ſ. Ezech. 40.

Dona Spiritus Sancti, in Eccleſia diſtributa, menſura terræ dici poſſunt; ex eodem. — Idem ſ. Job. 38.

Fides omnium rectè credentium una, eademque repræſentatur in unâ omnium cortinarum, & ſagorum Tabernaculi menſurê; ut ſcribit D. Gregorius M. — D. Greg. ſ. Exod. h. 19.

Intentio infatigabilis mentis deſignetur, ex Gloſſa ordinaria, per menſuram palmi in rationali Pontificis. — Gloſſ. ordin. ſ. Exod. 28.

Iudicium diverſum, quod quis format pro rebus ſuis, & pro rebus proximi, quod vetatur, in menſura, & menſura demonſtratur; ex D. Gregorio M. eodem. — D. Greg. ſ. Ezech. h. 4.

Labor, & ſudor, communis omnibus partibus mundi, quatenus unusquisque in labore vultûs ſui veſcatur pane ſuo, notatur in menſura una quatuor atriolorum Templi, in quibus ſacrificia coquebantur; & hoc ex D. Hieronymo. — D. Hier. ſ. Ezech. 46.

Legis veteris diſpoſitio. Vid. *Diſpoſitio veteris legis.*

Opera terrena, quæ diabolus imperat, exhibentur per menſuram laterum, quam imperabat Pharao; ex Gloſſa interlineari. — Gloſſ. interlin. ſ. Exod. 1.

Paritas voluntatum, & cogitationum, in cæleſti patria, perhibetur per menſuram unam utrinſque Cherub Templi; ex Gloſſa ordinaria. — Gloſſ. ordin. ſ. 3. Reg. 6.

Perfectio vitæ immaculatæ, accepta de plenitudine Chriſti, ſignificatur per menſuram ætatis plenitudinis ejusdem Chriſti; ex Div. Ambroſio. — D. Ambr. epiſt. 16.

Sententia divina, in Judæos firmata, exprimitur per menſuram, quæ ſuper Jeroſolymam extenditur; ex D. Hieronymo. — D. Hier. ſ. Iſa. 34.

Sudor. Vid. *Labor.*

Tribulatio moderata, quê ſcilicet non permittit Deus nos tentari ultra id, quod poſſumus, demonſtratur per menſuram in lacrymis; ex eodem D. Hieronymo; & D. Auguſtino. — Idem; & D. Aug. ſ. Pſal. 79.

Virgo Maria vocatur menſura Dei, & noſtra, & menſura verbi breviandi ab Alberto Magno. — Albert. M. in Bibl. Mar. ſ. Exod. & in poſtil. ſ. Luc. 22.

Mentha.

Primò (a) *Mentha* dicta à filiâ Cocythi, hujus nominis, quam deprehenſam cum Plutone Proſerpina in herbam hanc, quæ poſtea vulgò Menthe dicta eſt, tranſmutavit: ita fabulæ. Cæterum *herba hujus nominis* eſt, quod apud vulgus fervet, *calida, & odorifera, & cibis condiendis idonea.* Communis eſt omnibus hortis, & ſic tanquam aliquid mediocris æſtimationis, & vile habetur. Hinc Chriſtus væ dicit Scribis, & Phariſæis (b) hypocrytis, decimantibus mentham, anethum &c. hoc eſt, ex vilioribus decimas offerentibus, & ex minimis; relinquentibus autem graviora legis, judicium, miſericordiam, fidem; unde addit: *Hæc oportuit facere, & illa non omittere.*

Hiſt.
(a) Quid eſt.

Matth. 23. 23.
Luc. 11. 42.
(b) Phariſæi decimantes mentham; ubi expl. text.

Mentiens.

Participium (a) præſentis temporis eſt, à *Mentior*, quod eſt *à mente (diverse ſcilicet) loquor: contra mentem dico: aliud in mente habens, aliud voce exprimo.* In Proverbiis eſt: *Non decent ſtultum verba compoſita;* (b) *nec Principem labium mentiens.* Apud Ezechielem comminatio eſt contra filias Iſrael, falſum prophetantes, (c) *mentientes* (inquit Dominus) *populo meo credenti mendaciis.* Inter beatitudines à Chriſto Domino expoſitas diſcipulis ſuis, eſt: *Beati eſtis, cùm maledixerint vobis, & perſecuti vos fuerint, & dixerint* (d) *omne malum adverſum vos, mentientes, propter me,*

Hiſt.
(a) Quid eſt.

Prov. 17. 7.
(b) Labium mentiens dedecet Principem.

Ezech. 13. 19.
(c) Filiæ Iſr. mentientes.

Matth. 5. 11.
(d) Beati perſecutionem a mentientibus patientes propter Chriſtum.

Mentum.

Hist.

(a) Quid Mentum. 2.Reg. 17, 35. (b) David apprehendens ursi, vel leonis mentum &c. 2.Reg. 20, 9. (b) Joab tenens mentum Amasæ eum proditorie occidit.

Pars (a) *eâ vultûs sub ore posita, in quâ nascitur barba*, est; & propriè *sedes barbæ* dicitur. Spectat præcisè ed homines; at translatè etiam venit ad bestias. David narrabat de se ad Saulem, quòd apprehendebet mentum seu (b) leonis, seu ursi, cousurgentis adversùs se, cum raptam prædam recupereret, & suffocabat, interficiebatque eos. Joab proditoriè occisurus, ut occidit, Amasam, (c) *tenuit manu dexterâ mentum Amasæ, quasi osculans eum*, & gladio eodem tempore percussit.

Mephaad.

Hist.

Lub. in Tab. sacr. Geogr. h. v. Adrich. in Theat. Ter. Sanc. in Trib. Rub. n. 46. (a) Quæ sit hæc urbs. Job. 13, 18. - 21, 36. 1.Par. 6, 79. Jerem. 48, 21. (b) Signif. nom.

In (a) *Tribu Benjamin* ponit hanc *urbem* Lubin, unam eandemque faciens cum *Masphâ*. Adrichomius cum aliis, etiamsi eam dicat vocatam quoque Maspha, diversam facit à Maspha in Tribu Benjamin, & ponit *in Tribu Ruben*, facitque *Leviticam civitatem*; & quidem ipse cum Adrichomio sentio, rem ex sacris litteris comprobans, ubi Mephaad trans Jordanem dicitur, data filiis Ruben, & facta postea Levitica. Et cùm Jeremias prædicat judicium futurum super Moab, nominat Mephaath, quæ in campestriis Moabitidis Regionis erat; unde melè arbitratur; quasi malè erblitratus sit Adrichomius, ipse P. Lubin, aliòquin vir diligentissimus. Sonat: (b) *Aquarum apparitio: Aquarum impetus.*

Meracissimus. Vid. post Merum.

Merajoth.

Hist.

1.Par. 6, 6. 7. & alibi. (a) Quis est, & quid sonat.

In aliquibus (a) exemplaribus etiam *Marajoth. Filius* est *Zaraja*, & pater Ameriæ. Significat: *Amaritudines: Rebelliones: Commutationes: Permutationes.*

Merala.

Hist.

(a) Quid est. & Lect. LXX. Jos. 19, 11. (b) Etym. nom.

Urbs est (a) *in Tribu Zabulon*, dicta etiam *Medalaa*; & epud Septuaginta legitur *μαγελδὰ*, *Magbelda*; non longè à mari est. Ejus interpretatio ponitur: (b) *Sopor ascensionis, holocausti: Inebriatio, amaritudo holocausti, ascensionis: Myrrha holocaustum, folium: Decens holocaustum, ascensionem.*

Merari. Meraritæ.

Hist.

Gen. 46, 11. & alibi. Exod. 6, 19. & alibi. Num. 3, 33. (a) Quid hæ voces; & quis primus. - 4, 29. &c. - - 31. - - 32. (b) Meraritarum onera, & munera etiam in sequentibus textibus. - 26, 57. - - 33. - - 42 &c. (c) Numerosio Meraritarum.

I. Tertius (a) *filius Levi* fuit Merari; cui filii fuère Moholi, Musi, de quorum stirpe numerati primogeniti in deserto masculi ab uno mense, & supra fuerunt sex millia ducenti. Et (b) quidem filiis Merari incumbebat in ministerio Tabernaculi, vocatis à triginta ennis, usque au quinquaginta portare *tabulas Tabernaculi, & vectes ejus, columnas, ac bases earum, columnas quoque atrii per circuitum cum basibus, & paxillis, & funibus suis; omnia vasa, & supellectilem ad numerum accipere, & portare*; & hi vocabantur *Mararitæ*, hoc est, descendentes à Merari; & hoc erat *officium familiæ Meraritarum, & ministerium in Tabernaculo fœderis*; erantque *sub manu Ithamar filii Aaron Sacerdotis*; (c) tria millia autem & du-

centi ex filiis Merari inventi sunt à triginta ad quinquagesimum annum epti pro servitio Taberneculi. Ut autem commodè portanda Num. 7, 8.
deferrent, quatuor plaustra cum octo bobus data sunt eis; eorumque erat cum filiis Gerson, - 10, 17.
deposito Tabernaculo, ea ferre, & curare, quæ supra diximus, prout legimus factum. Iis ipsis Jos. 21, 7.
habemus datas civitates de Tribubus Ruben, - - 34. &c. & alibi.
Gad, & Zabulon duodecim. Constituti 1.Par. 6, 44. &c.
sunt in cantores, & ministros Tabernaculi (deinde Templi) sub David Rege, erantque ad sinistram coram Tabernaculo testimonii; & ordinati sunt in cunctum ministerium Tabernaculi domûs Domini. - - 47 &c.
De bac stirpe numerantur, - 9, 14.
& nominantur etiam plures primi habitatores Jerusalem ex revertentibus de Bebylone. Horum fuit Princeps Asaja, babens sub - 15, 6.
se ducentos viginti de fratribus suis, ad esportandam ercam Dei in Jerusalem sub Davide; & - - 17.
Ethen constitutus est ad canendum in hujusmodi solemnitate cum fratribus suis. Iisdem da- - 26, 10. &c.
tæ sunt vices pro Templi ministerio, & ex iis janitores deputati sunt. Nominantur quoque - 29, 12.
de filiis Merari, h. e. descendentibus ab eodem aliqui in expiationem domûs Dei deputati, & congregantes ad hoc fratres suos, quando Ezechias ebolitum Dei cultum restituit. Et sub Josia ad Templi instaurationem ponuntur *Jo-* - 34, 12.
bath, & Abdias de filiis Merari. Ita & referuntur Hasabias, & Isaias de filiis Merari, fra- 2.Esd. 8, 19.
trésque ejus, & filii ejus viginti, qui de Babylone ascenderunt cum Esdra. (Vid. *Levita.*)

Judith. 8, 1. - 16, 8. (d) Quis secundus, & quid sonat.

II. *Pater* clarissimæ (d) fœminæ *Judith* fuit Merari, cui pater Idox. Hujus nominis significatio est: *Amarus: Irritatus: Provocatus.*

Mercator.

Hist. (a) Quid est.

Qui emit, (a) *ut alteri vendat* propriè Mercator dicitur; & sic mercaturam, seu negotiationem exercet. Mercator autem etiam dictus reperitur, *qui emit, ut possideat.* Zacharias, ostendens sanctificationem futurem in Jerusalem, ait inter cætera: (b) *Non erit mercator ultra in domo Domini exercituum in die illo.* Cùm Lysias, destructurus Judæos, pergeret cum amplissimo exercitu, regionum mercatores ed castra ejus accesserunt, empturi (c) *filios Israel in servos*; at spe suâ falsi sunt. In Apocalypsi narratur lapsus Babylonis magnæ, de que dictum est, quòd (d) *mercatores terræ de virtute deliciarum ejus divites facti sunt*; & pro eodem lepsu dicitur, quòd *mercatores horum* (h. e. rerum multarum, & pretiosarum ejusdem), *qui divites facti sunt, ab eâ longè stabunt, propter timorem tormentorum ejus, flentes, ac lugentes, & dicentes væ &c.* Commiserantes scilicet lapsæ Bebyloni, antea ornatæ bysso, purpurâ, cocco, auro, lapide pretioso, margaritis; quæ omnie unâ horâ destituta sunt. Hinc Angelus mittens molarem lapidem in mare, cum impetu, Babylonem ita dejiciendam dixit, & non inveniendam, omnibus privatam deliciis, & divitiis; (e) *quia* (inquit) *mercatores tui erant Principes terræ, quia in veneficiis tuis erraverunt omnes gentes &c.*

Zach. 14, 21. (b) Mercator non futurus in Jerusalem. 1.Mach. 3, 41. (c) Mercatores empturi Judæos in servos. Apoc. 18, 3. (d) Mercatores divites facti in Babylone, eam lapsam deflentes. - - 15. - - 23. (e) Principes terræ mercatores Babyl.

Myst. D. Hilar. s. Zach. 14.

Ementes, & vendentes in Templo, ejecti à Christo, figurentur per mercatores, non futuros in domo Domini, juxta dictum Zachariæ Prophetæ; ut notat D. Hilarius.

Mercatus.

Mercatus.

Hist. (a) Nominis acceptiones.

Nomen hoc, (a) vel sumitur substantivè; vel adjectivè. Si *substantivè* sumatur *ipse locus negotiationis, ad quem scilicet mercatores concurrunt*; sive *ipse actus mercandi, sive emendi, & negotiandi*, est. In Ezechiele, cùm loquitur de Tyro, ponuntur variæ merces, (b) propositæ à variis populis, & præcisè à Syris in mercatu ejus.

Ezech. 27. 17. (b) In mercatu Tyri variæ merces.

Si *adjectivè*; participium est præteriti temporis à *mercor*, quod est *emo ad vendendum*; sive etiam *ad possidendum*; *negotior*. Apud Marcum legitur de Joseph ab Arimathæa, quòd (c) *Mercatus Sindonem*, & deponens Christum de cruce involvit in Sindone, & sepelivit.

Marc. 15. 46. (c) Joseph ab Arimathæa mercatus Sindonem ad sepeliendum Christum.

Merx.

Hist. (a) Quid est.

Res (a) *ea est, quæ venditioni, emptionique exponitur.* Apud Amos comminatio est contra eos, qui optabant mensem Thisri citò transire, cum festis diebus, (b) cupientes venundare merces, fraudem committendo. De Babylonis lapsu in Apocalypsi dicitur, quòd *negotiatores terræ flebunt*, (c) *& lugebunt super illam: quoniam merces eorum nemo emet amplius; merces auri, & argenti, & lapidis pretiosi, & margaritæ, & byssi, & purpuræ, & serici &c.* Et sic plures aliæ merces numerantur.

Amos 8. 5. (b) Avari mercatores vendere volentes cum fraude.

Apoc. 18. 11. (c) Merces variæ non amplius emendæ post lapsum Babyl.

- - 12.

Mercenarius. Vid. post Merces.

Merces.

Hist. (a) Quid hac voce, cujus termini non significantur nomine, nisi ubi longe.

Stipendium est, (a) *quòd jure laboris redditur operanti.* Dicitur autem Merces à *merendo*, & *as*. Venitque sub nomine Mercedis aliquando *Donum*: *Lucrum*: *Meritum*: *Pœna*, *vel præmium*: *Pensio annua*: *Damnum &c.*

Abrahæ per visionem dictum est à Domino: *Noli timere Abram, ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis.* Laban dixit Jacobo: (b) *Num quia frater meus es, gratis servies mihi? dic quid mercedis accipias.* Lia eundem Jacob secum ad dormiendum invitavit, (c) mercede conductum ex Rachele, pro mandragoris Ruben. (Vid. *Mandragora.*) Et concipiens, & pariens ex concubitu illo, ait: *Dedit Deus* (d) *mercedem mihi, quia dedi ancillam meam viro meo, appellavitq́, nomen ejus* (filii scilicet) *Issachar.* Cùm peteret autem Jacob de domo Laban abire, hic noscens, quantùm ex servitio ejusdem Jacob domui suæ benedixerat Dominus, dixit eidem Jacobo: Constitue mercedem tuam, quam dem tibi; qui varii coloris fœtus in mercedem sibi dari poposcit tam in ovibus, quàm in capris. At cum sæpè mercedes Jacob mutaret Laban, modò ei varios concedens fœtus, modò unicolores, discessum à domo Laban decrevit tacitus Jacob, & executus est.

Gen. 15. 1. - 29. 15. (b) Merces proposita à Laban ad Jacob. - 30. 16. (c) Jacob impetratus ex Rachele per Liam mercede. - - 18. (d) Merces data Liæ à Deo. - - 28. - - 32. - 31. 7. &c. - - 41.

Pharaonis filia matri (e) Moysi mercedem appromisit pro ipso Moyse nutriendo. (Vid. *Moyses.*) Animal, quòd coram Domino debilitatem, aut mortuum fuerat, etiamsi alteri mutuò datum, non restituebatur, (f) *maximè si conductum venerat pro mercede operis sui.* Redimendi Judæi à servitute lex erat, si pauci anni remanebant usque ad jubilæum, *puter ratiocinem cum eo juxta annorum numerum, & reddet emptori, quod reliquum est annorum, quibus ante servivit mercedibus imputatis &c.* Balac doluit cum Balaam, ei dicens: (g) *Misi nuntios, ut vocarem te, cur non statim venisti ad me? an quia mercedem adventus tui reddere nequeo?* Lex erat pro servis liberis dimissis: *Non avertas ab eis oculos tuos, quando dimiseris eos liberos: quoniam, juxta* (h) *mercedem mercenarii, per sex annos servivit tibi* (dimittebantur enim anno septimo): *ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in cunctis operibus, quæ agis.* Item præceptum est: (i) *Non offeres mercedem prostibuli, nec pretium canis in domo Domini Dei tui, quicquid illud est, quod voveris, quia abominatio est utrumque apud Dominum Deum tuum. Non* (k) *negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui, sive advenæ, qui tecum moratur in terrâ, & intra portas tuas est: sed eadem die reddes ei &c.* Mentio est in sacris litteris de (l) Levitâ mercede conducto à Michâ. (Vid. *Michas.*) Booz ad Ruth manifestans, se scire, quæ fecerat pro socru suâ, addidit: (m) *Reddat tibi Dominus pro opere tuo & plenam mercedem recipias à Domino Deo Israël, ad quem venisti, & sub cujus confugisti alas.* David, morti damnans Baana, & Rechab, occisores Isbosethi, argumentum deduxit ab eo, quod fecerat, damnando scilicet eum morti, nuntio mortis Saul, *cui oportebat mercedem dare pro nuntio.* Ammonitæ contra David conduxerunt (n) *mercede Syrum Rohob, & Syrum Soba viginti millia peditum, & à Rege Maacha mille viros, & ab Istob duodecim millia virorum.* Salómon (o) mercedem servis Hiram, quamcumque peteret, proposuit pro cædendis cedris Libani. Syri vocem timentes, diffusam per castra ex divina permissione, (p) quòd Rex Israël mercede conduxisset Reges Hethæorum, & Ægyptiorum, jam jam imminentes, obsidionem Samariæ solverunt, fugientes. Azarias prophetans Israëlem futurum multo tempora absque vero Dei cultu, Asam Regem Juda, & alios confortat ad auferenda idola, & ait: *Vos ergo confortamini, & non dissolvantur manus vestræ, erit enim* (q) *merces operis vestri.* Amasias, Rex Juda, pugnaturus contra Idumæos, (r) *mercede conduxit de Israel centum millia robustorum, centum talentis argenti.* Inter monita, quæ Tobias senior juniori reliquit, est: *Quicunque tibi aliquid operatus fuerit,* (s) *statim ei mercedem restitue, & merces mercenarii tui apud te omninò non remaneat.* Missurus autem eumdem juniorem Tobiam in Rages Medorum, misit eum ad quærendum *aliquem fidelem virum, qui* (inquit) *eat tecum,* (t) *salvâ mercede suâ, ut, dum adhuc vivo, recipias eam.* (pecuniam scilicet debitam à Gabelo.) Invento autem Azariæ (is erat Raphaël Archangelus) dixit: *Cum redieris, restituam tibi mercedem tuam.* Et reversus ab itinere Tobias junior, narrans Patri sanctitatem Azariæ, interrogavit: *Pater quam mercedem dabimus ei?* (Vid. *Tobias.*) Assuerus audiens sibi legi Mardochæi fidelitatem, & interrogans, quid præmii, & honoris inde habuisset, audito (u) quòd *nihil omninò mercedis accepit*; ut secundam à Rege voluit illum honorari. (Vid. *Mardochæus.*) Idemque Assuerus in suis litteris, quibus irritabat litteras Aman ad Judæorum internecionem datas, jubebat, festum fieri pro Judæorum liberatione à paratâ eis nece;

Exod. 2. 9. (e) Merces promissa pro nutritione Moysi. - 22. 15. (f) Lex de animali mortuo coram Domino, etiamsi mercede conducto. Levit. 25. 50. - - 53. Num. 22. 37. (g) Balaam mercede conductus. Deut. 15. 18. (h) Lex pro servis liberis dimittendis, qui juxta mercedem mercenarii servierunt. - 23. 18. (i) Merces prostibuli non offerenda Deo. - - 24. 14. (k) Merces indigenti, & advenæ non neganda. Judic. 18. 4. (l) Levita à Michâ mercede conductus. Ruth. 2. 12. (m) Ruth bonorum operum receptura mercedem à Domino. 2. Reg. 4. 10. - 10. 6. (n) Syri mercede conducti contra David. 3. Reg. 5. 6. (o) Merces proposita servis Hiram à Salomone. 4. Reg. 7. 6. (p) Vox de gentibus mercede conductis à Rege Isr. contra Syros. 2. Par. 15. 7. (q) Merces operi bono parata. - 25. 6. (r) Israëlitæ mercede conducti à Rege Juda. Tob. 4. 15. (s) Merces operanti, & mercenario danda statim. - 5. 4. (t) Merces proposita Azariæ, nempè Raphaëli Arch. - - 19. - 12. 2. Esth. 6. 3. (u) Merces pro Mardochæo.

ut & in posterum (addens) cognoscatur, omnes, (x) qui fideliter Persis obediunt, dignam pro fide recipere mercedem: qui autem insidiantur Regno eorum, perire pro scelere.

(x) Merces fidelibus Regi Persarum.

Psal. 126. 2.
In Psalmo est: *Cùm dederit* (Dominus) *dilectis suis somnum* (hoc est, pacem, & tranquillitatem): (y) *Ecce, hereditas Domini, Filii* (fœcunditas scilicet in domo eorum), *merces* (bonorum videlicet operum), *fructus ventris*; quæ ultima verba licèt de ipsa fœcunditate intelligantur, aliqui notantes ex Græco ly *fructûs* esse in caso singulari obliquo interpretantur pro fructu ventris Christum JEsum, qui fuit fructus ventris Mariæ; q. d. omnis merces erit Christi, hoc est, à Christo in fideles proveniens.

(y) Fœcunditas merces bonorum operum; ubi expl. text.

Prov. 11, 18.
In Proverbiis est: *Impius facit opus instabile: seminanti autem justitiam merces fidelis* (erit).

Eccle. 9, 5.
Apud Ecclesiasten legitur: *Viventes sciunt, se esse morituros*, (z) *mortui verò nihil noverunt ampliùs, nec habent ultra mercedem* (hoc est, modum merendi): *quia oblivioni tradita est memoria eorum.* De impiis in libro Sapientiæ est, quòd contra justum loquentes *nescierunt sacramenta Dei, neque mercedem speraverunt justitiæ &c.* Item ponitur: *Justi in perpetuum vivent*, (a a) *& apud Dominum est merces eorum, & cogitatio illorum apud Altissimum.* Et quòd Sapientia *reddidit justis mercedem laborum suorum &c.*

(z) Mortui non habentes ultra mercedem; ubi expl. sent.
Sap. 2, 22.
- 5, 16.
(a a) Merces justo um apud Dominum.
- 10, 17.

Eccli. 2, 8.
Apud Ecclesiasticum habetur: *Qui timetis Dominum, credite illi, & non evacuabitur merces vestra. Est, qui locupletatur parcè agendo, & hæc est pars mercedis illius. Benedictio Dei in* (ab) *mercedem justi festinat, & in hora veloci processus illius fructificat. Non impediaris orare semper, & ne verearis usque ad mortem justificari; quoniam merces DEI manet in æternum. Quid proderit libatio idolo? nec enim manducabit, nec odorabit: Sic qui effugatur à Domino, portans mercedes iniquitatis: Videns oculis, & ingemiscens, sicut spado complectens virginem, & suspirans. Dedit mihi Dominus linguam mercedem meam; & in ipsa laudabo eum. Operamini opus vestrum, & dabit* (ac) *vobis* (Dominus) *mercedem vestram in tempore suo.*

- 11, 18.
- - 24.
(ab) Benedictio Dei festinans in mercedem justi.
- 18, 22.
- 30, 19.
- - 20.
- - 21.
- 51, 30.
- - 39.
(a c) Dominus mercedem habet pro bono opere dandam.

Isa. 23, 17.
Apud Isaiam, prædicta vastitate Tyri, subditur: *Et erit post septuaginta annos, visitabit Dominus Tyrum, & reducet eam ad* (ad) *mercedes suas: & rursum fornicabitur cum universis Regnis terræ super faciem terræ; & erunt negociationes ejus, & mercedes ejus sanctificatæ Domino &c.* Et de adventu Christi in carne prophetatur: *Ecce, Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium ejus dominabitur: ecce, merces ejus cum eo, & opus illius coram illo. Ecce, Dominus auditum fecit in extremis terræ, dicite filiæ Sion: Ecce, Salvator tuus venit; ecce*, (ae) *merces ejus cum eo, & opus ejus coram illo.*

(ad) Tyrus ad mercedes suas reducenda à Domino.
- - 18.
- 40, 10.
- 62, 11.
(ae) Merces Messiæ cum eo.

Jerem. 22, 13.
Apud Jeremiam scriptum est: *Væ, qui ædificat domum suam in injustitia, & cœnacula sua non in judicio:* (af) *amicum suum opprimet frustrà, & mercedem suam non reddet ei.*

(af) Injustus, mercedem non redditurus amico.

Ezech. 16, 33.
Apud Ezechielem dicit Dominus Jerosolymæ: *Omnibus meretricibus* (ag) *dantur mercedes; tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis, & dona donabis eis, ut intrarent ad te undique ad fornicandum tecum: factumq; est in te contra consuetudinem mulierum in fornicationibus tuis, & post te non erit fornicatio: In eo enim, quod dedisti mercedes, & mercedes non accepisti, factum est in te contrarium.* Et proinde comminatur ei Dominus vastitatem, tum ab iis, quos amaverat, tum ab iis, quos oderat, & inter reliqua ait: *Comburent domos tuas igni, & facient in te judicia in oculis mulierum plurimarum: & desines fornicari, &* (ah) *mercedes ultra non dabis.* Pro Nabuchodonosor autem Rege Babylonis, potituro Regni Ægypti, dicitur, quòd, cum servierit in vastandâ Tyro, *& merces non est reddita ei*, deprædabitur, & diripiet Ægyptum, *& erit merces exercitui illius, & operi, quo servivit adversùs eam* (Tyrum scilicet), *pro eo, quòd laboraverit mihi, ait Dominus Deus.*

(ag) Jerusalem meretrix mercedem non accipiens ab amatoribus, sed dans illis.
Ezec. 16, 34.
- - 41.
(ah) Eadem mercem ampliùs non datura.
- 29, 18.
- - 19.
- - 20.

Osee 2, 12.
Apud Osee contra Israël ait Dominus: *Corrumpam vineam ejus, & ficum ejus, de quibus dixit:* (ai) *Mercedes hæ, meæ sunt, quas dederunt mihi amatores mei: & ponam eam in saltum, & comedet eam bestia agri &c.* Sic ait: (ak) *Cum mercede conduxerint* (Israëlitæ) *nationes, nunc congregabo eos; & quiescent paulisper* (quo denotatur quies non diu duratura) *ab onere* (tributo scilicet) *Regis, & Principum. Noli lætari Israël, noli exultare, sicut populi, quia fornicatus es à Deo tuo*, (al) *dilexisti mercedem super omnes areas tritici. Area, & torcular non pascet eos, & vinum mentietur eis.* Contra Samariam apud Michæam dicitur: *Omnia sculptilia ejus concidentur*, (am) *& omnes mercedes ejus comburentur igne, & omnia idola ejus ponam in perditionem, quia de mercedibus meretricis congregata sunt, & usque ad mercedem meretricis revertentur.* Ita Jerosolymæ ruina prædicitur, dum (an) *Sacerdotes ejus in mercede docebant.*

(ai) Mercedes fornicationum Isr. perdendæ.
- 8, 10.
(ak) Israëlitæ conducentes mercede nationes ponendi.
- 9. 1.
(al) Mercedes fornicationis Isr. vanæ.
- - 2.
Mich. 1, 7.
(am) Mercedes Samariæ comburendæ.
Mich. 3, 11.
(an) Ruina Jerusalem, docentibus Sacerdotibus ex mercede.

Agg. 1, 6.
Apud Aggæum sterilitas immissa à Domino dicitur, propter neglectam fabricam domus Domini, & ponitur: *Qui mercedes congregavit, misit eas in sacculum pertusum.*

Zach. 8, 10. 12.
Apud Zachariam est: *Siquidem ante dies illos* (in Jerusalem) *merces* (ao) *hominum non erat, nec merces jumentorum erat - - -, nunc autem non juxta dies priores ego faciam reliquiis populi hujus, dicit Dominus exercituum.* Apud eundem legitur ipsemet Propheta, dicens Judæis: *Si bonum est in oculis vestris, afferte mercedem meam* (pastori scilicet debitam); *& si non, quiescite. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos*; & deinde per Ironiam vocat talem mercedem decorum pretium, quo scilicet vita servi occisi redimebatur; & textum hunc interpretantur de triginta argenteis, quibus venditus fuit Jesus à Juda, communiter interpretes.

(ao) Mercedes hominum, & jumentorum futuræ in reliquiis populi.
- 11, 12.
(ap) Merces qualis à Zach. 30 argenteorum; ubi expl. text.

Malach. 3. 5.
Apud Malachiam est: *Accedam ad vos in judicio, & ero testis velox maleficis, & adulteris, & perjuris, & qui calumniantur* (aq) *mercedem mercenarii, viduas, & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me, dicit Dominus exercituum.*

(aq) Deus contra calumniantes mercedem mercenariis.

2. Mach. 8, 33.
De Callisthene, sacrarum januarum Templi incensore, narratio est in libris Machabæorum, quòd incensus & ipse perierit, (ar) *dignâ ei mercede pro impietatibus suis redditâ.*

(ar) Merces impii correspondens.

Christus Dominus, cùm beatos diceret

discipulos

discipulos suos maledictos, persecutione vexatos, & mendaciis impetitos, propter seipsum, addit: *Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cælis*; & inimicos etiam diligendos esse docens habet: *Si diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? nonne & publicani hoc faciunt?* Insuper ait: *Attendite, ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis:* (as) *alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in cælis est. Cum ergo facis eleemosynam, noli tubâ canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in Synagogis, & in vicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam &c. Cum oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in Synagogis, & in angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam &c. Cum jejunatis, nolite fieri, sicut hypocritæ tristes: exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus jejunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam &c. Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ,* (at) *mercedem Prophetæ accipiet: & qui recipit justum in nomine justi, mercedem justi accipiet. Et quicunque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli:* (au) *Amen dico vobis, non perdet mercedem suam.* Parabolam item proposuit Dominus JEsus de operariis in vineam conductis, (ax) quorum ultimis eandem reddendam mercedem jussit conductor, ac primis. Christus docens diligendos esse inimicos dicebat: *Diligite inimicos vestros: benefacite, & mutuum date,* (ay) *nihil inde sperantes: & erit merces vestra multa, & eritis filii Altissimi, quia ipse benignus est super ingratos, & malos.* Præmittens autem suos ad prædicandum: *In eadem domo* (eâ scilicet, in qua requiescitis, & ubi erit filius pacis) *manete, edentes,* (az) *& bibentes, quæ apud illos sunt; dignus est enim operarius mercede suâ.* De Juda in Actibus Apostolorum dicitur, quòd *possedit* (ba) *agrum de mercede iniquitatis.* (Vid. *Judas Iscariotes.*) Scribens Apostolus abominanda, in quæ Ethnici, colendo creaturas pro Deo, inciderant, ponit, quòd *masculi, relictâ naturali usu fœminæ, exarserunt in desideriis suis, in invicem masculi in masculos turpitudinem operantes, & mercedem, quam oportuit, erroris sui in semetipsis recipientes.* Item dicit: *Ei, qui operatur* (bc) (intellige ex propriis naturalibus,) *merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum*, & hæc est prima propositio argumenti, cujus secunda est, sed merces imputata est Abrahæ secundùm gratiam, quâ justificatus est per fidem, ergo non est justificatus ex propriis naturalibus. Ad Corinthios dicens, se fidem apud eos plantâsse, Apollo rigâsse, subdit: *Qui autem plantat, & qui rigat, unum sunt.* (bd) *Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundùm suum laborem.* Et de die judicii agens, quo omnium opera, qualia fuerint, patebunt, subaddit: *Si cujus opus manserit, quod* (quis) *superædificavit, mercedem accipiet.* Et ad eosdem etiam habet: *Si volens, hoc* (evangelizare scilicet verbum Dei) *ago, mercedem habeo; si autem invitus, dispensatio mihi credita est.* (be) *Quæ est ergo merces mea? ut Evangelium prædicans, sine sumptu ponam Evangelium, ut non abutar potestate meâ in Evangelio.*

Marginal notes: Matth. 5. 12. Luc. 6, 23. — Matth. 5, 46. — 6. 1. & 2. — (as) Bene operantes, ut videantur, mercedem acceperunt, & ultra non habebunt à Domino. — 5. — 16. — 10, 41. (at) Merces operi correspondens. — 42. — Marc. 9. 40. (au) Merces danda pro quolibet bono opere, etiam minimo. — Matth. 20. 8. (ax) Parabola de æqua mercede data variis operariis. — Luc. 6, 35. (ay) Omnis merces à Deo. — 10, 7. (az) Operarius dignus mercede sua. — Actor. 1, 18. (ba) Judas Iscar. agrum possidens de mercede iniquitatis. — Rom. 1. 27. (bb) Merces erroris recepta &c. — 4. 4. (bc) Operanti naturaliter merces secundum debitum datur ubi expl. text. — 1. Cor. 3. 8. (bd) Merces labori correspondens. — 14. — 9. 17. — 18. (be) Merces Pauli prædicantis.

Ad Timotheum pro honore deferendo Presbyteris illud commemorat: *Dignus est operarius mercede suâ.* Ad Hebræos sic argumentatur: *Si qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis prævaricatio, &* (bf) *inobedientia accepit justam mercedis retributionem; quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem?* Divitibus pauperum oppressoribus, ait Jacobus in sua catholica: (bg) *Ecce, merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat: & clamor eorum in aures Domini Sabaoth introivit.* De impiis dicit Petrus, quod sunt *percipientes mercedem injustitiæ, voluptatem existimantes diei delicias &c.* Item quòd *derelinquentes rectam viam erraverunt, secuti viam Balaam ex Bosor, qui* (bh) *mercedem iniquitatis amavit.* Et Joannes ad Electam, filiosque ejus scribit: *Videte* (bi) *vosmetipsos, ne perdatis, quæ operati estis, sed ut mercedem plenam accipiatis.* De impiis, & lascivis habet Judas in sua catholica: *Væ illis, quia in via Cain abierunt,* (bk) *& errore Balaam mercede effusi sunt, & in contradictione Core perierunt.*

In Apocalypsi, post tubam septimi Angeli, adorantes Deum viginti quatuor Seniores, inter cætera dicebant: *Iratæ sunt Gentes, & advenit ira tua, & tempus mortuorum judicari,* (bl) *& reddere mercedem servis tuis Prophetis, & Sanctis, & timentibus nomen tuum, pusillis, & magnis, & exterminandi eos, qui corruperunt terram.* Et ostensâ Joanni novâ sanctâ civitate Jerusalem, dictum est ei. *Ecce; venio citò, &* (bm) *merces mea mecum est, reddere unicuique secundùm opera sua.*

Marginal notes: 1. Tim. 5. 18. — Hebr. 2. 2. (bf) Merces justa operis. — Jac. 5. 4. (bg) Merces fraudata, ad Deum clamat. — 2. Petr. 2, 13. — 15. — (bh) Merces Balaam, iniquitatis fuit. — 2. Joan. 9. 8. (bi) Merces plena quærenda. — Jud. v. 11. (bk) Impii errore Balaam mercede effusi. — Apoc. 11, 18. — (bl) Tempus reddendi mercedem Sanctis. — (bm) Merces Christi secum est.

Myst.

Centuplum, quod datur in hac vita, in mercede operariorum demonstratur; ut notat Div. Basilius. (D. Bas. reg. brev. 250.)

Deus significatur per mercedem magnam Abrahæ, ut scribit D. Ambrosius. (D. Ambr. 2. de Abrah. 8.)

Opera bona, post conversionem facta, merces Tyri sancta dici possunt; ex Div. Hieronymo. (D. Hier. f. Is. 33.)

Salvi facti per Christi passionem, merces fructus ventris optimè nuncupari possunt; ex Div. Augustino. (D. Aug. f. Psalm. 126.)

Mercenarius.

Hist.

Qui (a) *ratione mercedis operam suam alteri præstat*, ille Mercenarius est. Advena, & mercenarius non edebant Phase, & sanctificata; si tamen, quod subintelligitur, circumcisi non erant. Item dicitur: (b) *Non morabitur opus mercenarii tui* (quoad solutionem scilicet) *apud te usque manè.* Annô requietionis omnia erant communia, quæ terra gignebat, ita ut essent in cibum Judæis, servo, ancillæ, mercenario, advenæ peregrino &c. Judæus, ex paupertate alteri venditus, non erat opprimendus, ut famulus, sed *quasi mercenarius, & colonus* tractandus erat. Et volens redimi, redimebatur (c) *supputatis duntaxat annis à tempore venditionis suæ usque ad annum Jubilæum: & pecuniâ, quâ venditus fuerat, juxta annorum numerum, & ratione mercenarii, supputatâ.* Pro servis liberis dimissis annô septimo lex erat: *Non avertas ab eis oculos tuos, quando dimiseris eos liberos: quoniam juxta mercedem mercenarii*

Marginal notes: (a) Quid hac vox, cujus textus non signantur, si locus non est. — Exod. 12. 45. — Lev. 22, 10. — 19, 13. (b) Mercenario statim solvendum. — 25. 6. — 40. — 50. (c) Lex circa servum Judæum redimendum, ratione mercenarii. — Deut. 15. 18.

 per

per sex annos servivit tibi, ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in cunctis operibus, quæ agis. Tobiæ juniori reliquit documentum senior Tobias; *Merces* (d) *mercenarii tui apud te omninò non remaneat.* Raphael Angelus, interrogatus à Tobia eodem seniore, de qua domo, & Tribu esset, respondit: (e) *Genus quæris mercenarii, an ipsum mercenarium, qui cum filio tuo eat?* & deinde dixit, se Azariam vocari. Ananiæ magni filium. In Job legimus: *Militia est vita hominis super terram, & (f) sicut mercenarii dies ejus. Sicut servus desiderat umbram, & sicut Mercenarius præstolatur finem operis sui; sic & ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumeravi mihi*; ubi dies Mercenarii veniunt pro labore assiduo vitæ. Et alibi ad Dominum ait idem Job: *Recede paululum ab eo* (homine videlicet, auferendo laborem), *ut quiescat, donec optata veniat* (quies scilicet), *sicut mercenarii* (quietem optantis post laborem) *dies ejus.* In Ecclesiastico habetur: *Non lædas —— mercenarium dantem animam suam.* (g) *qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt.*

Tob. 4. 15. (d) Mercenario merces solvenda. — 5. 17. (e) Raphael se mercenarium fingit. — Job. 7. 1. 2. & 3. (f) Dies hominis sicut mercenarii, ubi expl. [illegible] — 14. 6. — Eccli. 7. 22. — 34. 27. (g) Fraudans mercenarium, ut homicida est.

In Isaie contra Moab est à Domino: (h) *In tribus annis, quasi anni mercenarii, auferetur gloria Moab* (Aoni mercenarii pro annis laboriosis, & molestis veniunt) *super omni populo multo, & relinquetur parvus, & modicus, nequaquam multus.* Et contra Arabiam: *Adhuc in uno anno mercenarii* (laboris scilicet), *& auferetur gloria Cedar.* Et apud Jeremiam contra Ægyptum: (i) *Mercenarii quoque ejus, qui versabantur in medio ejus, quasi vituli saginati versi sunt, & fugerunt simul, nec stare potuerunt; quia dies interfectionis eorum venit super eos, tempus visitationis eorum.* Apud Malachiam dicit Dominus, quòd veniet in judicio, & erit testis velox iis, (k) *qui calumniantur mercedem mercenarii, &c.*

Isai. 16. 14. (h) Anni Moab, quasi mercenarii, [illegible] — 21. 16. — Jerem. 46. 21. (i) Mercenarii Ægypti fugientes. — Malach. 3. 5. (k) Dominus testis contra calumniantes mercedem mercenariis.

In Evangelio de Jacobo, & Joanne, vocatis à Christo, habemus, quod, (l) *relicto patre suo Zebedæo, in navi cum mercenariis, secuti sunt eum.* Quòd filius prodigus, in magna fame constitutus, ita ut de siliquis, cibo porcorum, vesci cuperet, dicebat in se reversus: (m) *Quanti mercenarii in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo*; quocirca ad patrem suum ire supplex, & confitens statuit, protestans: *Jam non sum dignus vocari filius tuus; fac me sicut unum de mercenariis tuis.* Item de mercenario ait Christus JEsus: (n) *Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cujus non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit; & lupus rapit, & dispergit oves. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ovibus.*

Marc. 1. 20. (l) Jacobus, & Joannes relicto patre, & mercenariis Christum secuti. — Luc. 15. 17. (m) Filius prodigus [illegible] sibi videtur mercenariorum Patris sui. — 19. — Joan. 10. 11. 12. (n) Discrimen inter Pastorem, & mercenarium. — 13.

Myst. *Servientes Deo pro temporalibus* mercenarii dici possunt; sic Prælatus oves pascens, non pro earum salute, sed pro temporali mercede; ex Div. Augustino.

D. Aug. l. Joan. tr. 46.

Sperans à Deo mercedem, nuncupari etiam potest mercenarius; ex D. Ambrosio.

D. Ambr. l. Luc. 15. de epist. 44.

Mercurius.

Hist. A (a) *mercibus* Mercurius dictus est (ut fabulantur Ethnici) Jovis, & Majæ filius, mendacissimum Gentilitatis numen, eò quòd negotiatoribus præsidere censetur; à variis locis, & actionibus varia etiam nomina habuit; unde interdum opinio fuit, quòd (b) varii fuerint Mercurii; at in unum Majæ filium conspirantes Scriptores, (c) hunc dixerunt eloquentiæ numen, mercatorum, palæstræ, furum &c. Hunc lyram invenisse ajunt, Hermaphroditi patrem, Martis liberatorem, Argi interemptorem, Promethei castigatorem. Alis tum capiti, tum pedibus appositis, Deorum nuncium finxerunt, (d) & à Græcis Ἑρμῆς, *Hermes* dictus est, quasi *Interpres.* Ejus nominis (e) Planeta est longiùs à solis radiis non recedens, quàm gradus viginti octo, eidem soli vicinior, quam alii; unde radians, & combustus ab astronomis dici solet. Cùm reputaretur fallax hujusmodi gentilitatis numen, tanquam viarum præses, & dux, (f) in consuetudine fuit apud Gentiles in triviis statuam ejus ponere, lapidesque obvios, & ad iter agendum incommodum ferentes, haud procul ab ejus statua acervatim congregare, & accumulare, ut, scilicet, ita viæ ejusmodi expurgarentur offendiculis; Cùm verò hujusmodi lapides ita congregati etiam in malum usum venirent, sive pro lapidandis reis, sive in rixantium, & latrocinantium arma; Ita etiam, cùm videretur frustraneus labor lapidem addere acervo, juxta diversas hujusmodi considerationes ponderantur per proverbium: (g) *Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii, ita qui tribuit insipienti honorem.* Cùm Lystris prædicarent Barnabas, & Paulus, qui claudum à matris utero curavit, Deos illos putârunt esse populi, (h) *& vocabant Barnabam Jovem, Paulum verò Mercurium; quoniam ipse erat Dux verbi*; quinimò Sacrificia eis facere nisi sunt, sed eos compescuerunt Apostoli. Significat juxta aliquos *Funda.*

(a) Quis Mercurius, & unde dictus. — (b) Plures Mercurii. — (c) Varia sui attributa Mercurio numeris, & inventa, & ejus figura. — (d) Hermes dictus. — (e) Planeta in cœlo hujus nominis. — (f) Ejus statua in triviis posita, ad quam lapides congregabantur, ad vias expurgandas. — Prov. 26. 8. (g) Labor frustraneus lapidem in acervum Mercurii mittere. — Actor. 14. 11. (h) Paulus Mercurius creditus.

Mered.

In (a) stirpe Juda est *filius Ezra*, & vir Hist. Bethiæ filiæ Pharaonis. Sonat: *Rebellis, Descendens, Imperans.*

1. Par. 4. 17. — 18. (a) Quid est, & quid sonat.

Meremoth.

Sub Esdra, scribitur, *appensum est argen-* Hist. *tum, & aurum, & vasa in domo Dei nostri* (a) *per manum Meremoth filii Uriæ Sacerdotis &c.* Significat: *Amaritudo, Myrrha mortis, Altitudines, Deceptiones.*

1. Esdr. 8. 33. (a) Quis est, & nomen significat.

Meretrix.

Quæ (a) *mercede exercet malitiam, copiam* Hist. *corporis sui faciens, mulier est*; ita à *merendo* dicta. Judas, cùm vidisset Thamar sedentem in bivio, (b) *suspicatus est, esse meretricem*; eamque pro scorto cognovit. (V. *Thamar.*) Misitque proinde, ut appromiserat hœdum per pastorem suum, qui cùm non invenisset, & interrogaret, respondere sibi audiit ab omnibus: *Non fuit in loco isto meretrix.* Pontifici prohibitum erat meretricem accipere in uxorem.

(a) Quid sit, & cujus nominis (ubi locus est) notio significatur. — Gen. 38. 15. (b) Thamar meretrix habita. — 21. — Lev. 21. 14.

Item

[Deut. 23. 17. (c) Meretrix vetita in filiabus Israel. Jos. 2. 1. - 6. 17. & alibi. Judic. 11. 1. - 16. 1. (d) Samson ad meretricem in Gaza ingressus. 3 Reg. 3. 16. (e) Judicium Salomonis de duabus meretricibus. Prov. 5. 3. - 23. 27. (f) Fovea profunda meretrix. Isai. 1. 21.]

Item lex erat: (c) *Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filiis Israel.* De Rahab Jericunthinâ meretrice mentio est in sacris litteris. (Vid. *Rahab.*) Jephte fuit filios mulieris meretricis. Samson (d) ingressus est ad mulierem meretricem in urbe Gaza, & Philisthæi occluserunt portas urbis, ut eum apprehenderent; at ille portas illas in montem detulit. Celebre est Salomonis judicium, (e) cùm ad eum recurrissent *duæ mulieres meretrices* (Vid. *Salomon*). In Proverbiis est: *Favus distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur ejus &c. Fovea* (f) *profunda est meretrix; & puteus angustus aliena.*

[- 23, 15. 16. (g) Canticum meretricis futurum in Tyro. Jerem. 2. 20. (h) Israël ut meretrix ubi q. t. - 3. 3. (i) Frons meretricis facta Synagoga. - 5. 7. (k) Filii Jerusal. in domo meretricis luxuriantes. Bar. 6. 10. (l) Meretricis auro ornant idola &c.]

Super Jerusalem habetur in Isaia: *Quomodo facta est meretrix civitas fidelis, plena judicii?* De Tyro restituendo dicitur: *Post septuaginta annos erit Tyro,* (g) *quasi canticum meretricis, sume citharam, circui civitatem, meretrix oblivioni tradita: bene cane, frequenta canticum, ut memoria tui sit.* Apud Jeremiam est contra populum Judæum à Domino: (h) *In omni colle sublimi, & sub omni ligno frondoso, tu prosternebaris meretrix.* (h. e. idololatrabas). Sic dicitur ei, quod ob fornicationes suas, h. e. idololatrias, *prohibitæ sunt stillæ pluviarum, serotinus imber non fuit;* additurque: *Frons* (i) *mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere, &c.* Queriturque Dominus cum Jerusalem, dicens de filiis ejus: (k) *Saturavi eos, & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur.* Apud Baruch, ubi agitur de idolis Babyloniorum, & de auro ipsorum, dicitur, quòd *dant ex ipso prostitutis,* (l) *& meretrices ornant; & iterum, cùm receperint illud à meretricibus ornant Deos suos.*

[Ezech. 16, 30. (m) Jerusalem opera faciens meretricis, & pejor meretrice. - - 31. - - 32. - - 33. - - 34. - - 35. - 23. 44. (n) Samaria, & Jerusalem, ut meretrices. Osee. 4. 14. (o) Israel cum meretricibus conversans. Mich. 1. 7. (p) Idola de mercedibus meretricum congregata. Nah. 3. 4. (q) Ninive ut meretrix.]

Apud Ezechielem contra Jerusalem, idololatriis maculatam, (m) *in quo mundabo cor tuum, ait Dominus Deus, cùm facias omnia hæc opera mulieris meretricis, & procacis? quia fabricasti lupanar tuum in capite omnis viæ, & excelsum tuum fecisti in omni platea: nec facta es quasi meretrix fastidio augens pretium, sed quasi mulier, quæ super virum suum inducit alienos. Omnibus meretricibus dantur mercedes: tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis, & dona donabas eis, ut intrarent ad te undique ad fornicandum tecum. Factumque est in te contra consuetudinem mulierum in fornicationibus tuis, & post te non erit fornicatio: in eo enim, quod dedisti mercedes, & mercedes non accepisti, factum est in te contrarium. Propterea meretrix audi verbum Domini. &c.* Et tàm contra Samariam, quàm contra Jerusalem conqueritur, quod exteri, (pervertentes scilicet ad idololatrium) *ingressi sunt ad eam, quasi ad mulierem* (n) *meretricem.* Apud Osee contra Israel, idola colentem, & recedentem à Deo, ait idem Deus: *Non visitabo super filias vestras, cum fuerint fornicatæ, & super sponsas vestras cum adulteraverint;* (o) *quoniam ipsi cum meretricibus conversabantur, & cum effeminatis sacrificabant, & populus non intelligens vapulabit.* Ita contra Samariam, apud Michæam, exitium, & perditio sculptilium, & idolorum prædicitur, (p) *quia de mercedibus meretricis congregata sunt, & usque ad mercedem meretricis revertentur.* Eôdem modô contra Niniven est comminatio apud Nahum (q) *propter multitudinem fornicationum meretricis speciosæ, & gratæ, & habentis maleficia, quæ vendidit Gentes in fornicationibus suis, & familias in maleficiis suis.* Sub Antiocho Epiphane describitur Templum Jerosolymæ *luxuriâ, & comessationibus Gentium — plenum, & scortantium cum meretricibus* redditum.

[2. Mach. 6, 4. Matth. 21, 31. - - 32. (r) Meretrices in Christum credentes præcessuræ Scribas, & Pharisæos in Regnum cælorum. Luc. 15, 30. (s) Filius prodigus substantiam suam cum meretricibus voravit. 1. Cor. 6, 15. 16. Apoc. 17, 1. 2. (t) Babylon meretrix magna. - - 15. - 19, 2.]

JEsus Scribis, & Pharisæis, coram discipulis suis, dicebat: *Publicani,* (r) *& meretrices præcedent vos in regnum Dei, venit enim ad vos Joannes in via justitiæ, & non credidistis ei; publicani autem & meretrices crediderunt ei; vos autem videntes, nec pœnitentiam habuistis postea, ut crederetis ei.* Frater filii prodigi dolebat cum patre, quod pro fratre suo, qui devoraverat (s) *substantiam suam cum meretricibus,* convivium in signum lætitiæ ejus adventûs institutum esset, & vitulus saginatus occisus esset, cùm sibi nec hœdus daretur; at pacavit eum pater. Paulus Apostolus, hortans Corinthios ad fugiendam fornicationem, volt, ut caveant reddere membra Christi membra meretricis; adhærens enim meretrici, unum corpus efficitur cum ea. Describitur in Apocalypsi mulier fornicaria Babylon, (t) & dicitur meretrix magna, *quæ sedet super aquas multas, cum qua fornicati sunt Reges terræ, & inebriati sunt, qui inhabitant terram de vino prostitutionis ejus;* & cùm ostensa esset Joanni, dictum est ei: *Aquæ, quas vidisti, ubi meretrix sedet, populi sunt, & Gentes, & linguæ &c.* Et post lapsum Babylonis laus Deo data est, *quia vera & justa judicia sunt ejus, qui judicavit de meretrice magna, quæ corrupit terram in prostitutione sua, & vindicavit sanguinem servorum suorum de manibus ejus.* V. præcisè *Rahab* pro hoc nomine enucleando.

[Myst. Orig. s. Lev. h. 12. Clem. Alex. 2. Strom. Orig. s. Jos. h. 3. D. Aug. ser. 107. D. Hier. ep. mul. sum inut. D. Aug. q. in Ps. 49. & ser. 107. D. Ambr. ep. 39. Orig. s. Num. h. 20.]

Anima peccatrix, discedens à Deo, & admittens peccata, meretrix dici potest; ex Orig.

Cupiditas omnis vaga, & voluptas, appellari potest meretrix ornatu occurrens meretricio; ex Clemente Alexandrino.

Ecclesia ex Gentibus; antequam ad Christum converteretur virum suum, consideratur ut meretrix, quæ postea desiit esse talis, ab Origene. Et quidem huic meretrici Samson, h. e. Christus, conjungitur ex D. Augustino.

Ecclesia, & Synagoga designantur in duabus meretricibus, quæ coram Salomone contendebant; ita ut Ecclesia appareat in ea, quæ excepit filium vivum; Synagoga in ea, quæ excepis mortuum; Ita D. Hieronymus.

Jerusalem, seu etiam *Synagoga,* quæ priùs fuerat Deo fidelis, & post modum per idololatriam adulterium fecit, figuratur in meretrice matre Jephthæ, quoad Synagogam præcipuè, quæ fuit mater Christi; utraq; in meretrice simpliciter; ut notant DD. Augustin. & Ambrosius.

Roma Ethnica typum gerit meretricis magnæ Apocalypseos; ex Origene.

Synagoga. V. *Ecclesia: Jerusalem.*

Voluptas, Vid. *Cupiditas.*

Meretricius, a, um.

[Hist. (a) Quid sonat. 2. Par. 16, 14. (b) Asa mortuus positus in lecto pleno unguentis meretriciis, ubi expl. tent. Prov. 7. 10. (c) Scortum describitur cum ornatu meretricio.]

Quod (a) *ad meretricem spectat,* Meretricium dicitur. Asa, Rex Juda, mortuus combustus est in lecto pleno *aromatibus,* (b) & *unguentis meretriciis* h. e. delicatis, odoris, quibus meretrices uti solent ad alliciendos homines. Dum in proverbiis suadetur juvenis ad cavendum à scorto, describitur occurrens illi *mulier* (c) *ornatu meretricio, præparata ad capiendas animas: garrula, & vaga, &c,*

Mergu-

Mergulus.

Hist. Avis est, (a) à *mergendo* dicta Mergulus,
(a) Quid est, & ejus natura. apud Italos *Smerge*; Hispani eutem *cornu*
marinum ouneupant: ex pisce vivit, & ita
piscem captura necesse est, ut se immergat:
qui avem hujusmodi observat maris procellas
futuras advertit; siquidem, imminente procel-
lâ, solet hæc evis in terram avolare, vehe-
Lev. 11, 17. mentet stridens. Inter (b) immonda animalia
Deut. 14, 17. (b) Immundum animal est. computatur, & non comedebatur à Judæis.

Meribbaal.

Hist. *Filius* (a) *Jonathan*, filii Saul, & peter Mi-
2. Par. 8, 34. & alibi. che fuit Meribbaal. Sonat: *Rebellio*, *Impu-*
(a) Quis est, & nom. etymol. *gnatio idoli*, *possidentis*, *dominantis*, *subjicien-*
tis.

Meridianus. Vid. post Meridies.

Meridies.

Hist. Idem est, (a) ac *medius dies*; & sic illud
(a) Quid sonat hæc vox, cujus ex textus nocis significantur, ubi locus. punctum, quod diem lucentem medium dividit,
Meridiei est punctum, h. e. spatii, quod sol il-
luminans hemisphærium attingit in lineâ, quæ
Meridiana dicitur, medium nempe cælum, di-
videns. Præterea sumitur *pro parte australi*,
quæ etism para meridiana orbis dicitur, & Me-
ridies, habetque hæc locum æquidistantem in-
ter ortum, & occasum, opposita parti Boreali,
seu Septemtrioni, seu Aquiloni.

In Genesi legimua Deum ambulantem
Gen. 3, 8. *ad auram post meridiem*. Joseph, Ægypti Pro-
- 43, 16. Rex jussit parati convivium pro fratribus suis,
- - 25. secum meridie comesturis; & meridie domum
idem Joseph ingressus est. Contra transgre-
Deut. 28, 29. dientes legem erat maledictio: *Palpes in meri-*
die, *sicut palpare solet cæcus in tenebris*, *& non*
2. Reg. 4, 5. *dirigas vias tuas*. Dormiens super stratum su-
um meridie occisus est Isboseth. David surgens
- 11, 2. de strato suo post meridiem; & deambulans in
solario vidit Bethsabee se lavantem, Cùm jam es-
3. Reg. 18, 26. set meridies, illudebat Elias Prophetas Baal, invo-
- - 27. &c. cantes ipsum Baal, & non exauditos à quoquam;
(b) Propheta Baal, eum invocantes a manè ad meridiem frustra. (V. *Elias*.) (b) elamabant siquidem de manè usq;
ad meridiem, (c) *Egressi sunt meridie* pueri Prin-
cipum provinciarum de Samariâ, & percusserunt
- 20, 16. Syros obsessores. Sunamites mulier filium su-
(c) Pueri Principum provinciarum de Samaria meridie egressi ad percutiendos Syros. um capite dolentem posuit super genua sua
usque ad meridiem; & ecce, mortuus est; et per
Elisæum postea suscitatus est.

De pravis ejebat Eliphaz ad Job: *quasi in*
4. Reg. 4, 20. *nocte*, *sic palpabunt in meridie*. In Psalmis di-
Job 5, 14. Psalm. 36, 6. citur de eo: *Educet quasi lumen justitiam*
tuam, *& judicium suum tanquam meridiem*. Et
- 54, 18. alibi habetur: *Vespere*, (d) *& manè*, *& meridie*
(d) Vespere, mane, meridie Deus laudatus. *narrabo* (laudes Domini, & miserias meas,) &
annuntiabo; *& exaudiet vocem meam*. In Can-
ticis Sponsa mystica dicebat, suum Sponsum ex-
Cant. 1, 6. quirens: *Indica mihi*, *quem diligit anima mea*,
(e) Sponsa myst. suum Sponsum quærens, ubi sc. in meridie cubet. *ubi pascas*, (e) *ubi cubes in meridie*, *ne vagari in-*
cipiam post gregem sodalium tuorum.

Isaias orat emitti egnum dominatorem
terræ, Christum scil. & prænuntiana statim Mo-
Isai. 16, 3. abitis eladem, ait: *Ini consilium*, *coge concilium*:
pone quasi noctem umbram tuam in meridie: *ab-*
sconde fugientes. *& vagos ne prodas*. Et alibi do-
- 58, 10. cens habet: (f) *Cùm effuderis esurienti animam*
(f) Tenebræ, ut meridies sicut ei,
tuam, *& animam afflictam repleveris*, *orietur* qui esurienti succurrit.
in tenebris lux tua, *& tenebræ tuæ erunt*, *sicut*
meridies. Et adversa, quæ per peccatum eve-
nêre, describens, inter cætera inquit: *Palpa-* Isai. 59, 10.
vimus sicut cæci parietem, *& quasi absque oculis*
attrectavimus, (g) *impegimus meridie quasi in* (g) Peccator meridie impingens.
tenebris, *in caliginosis*, *quasi mortui*. Vastitas Je-
rosolymæ eb Assyriis prædicitur per Jeremiam
dicentem: *Sanctificate super eam bellum*: *con-* Jerem. 6, 4.
surgite, (h) *& ascendamus in meridie*; *væ nobis* (h) In meridie movenda arma
quia declinavit dies, *quia longiores factæ sunt* contra Jerusalem
umbræ vesperi. *Induxi eis* (Jerosolymæ habita- ubi expl. text.
toribus) *super matrem adolescentis vastatorem* - 15, 8.
meridie, (h. e. palàm.) Israël ruinam prædicit
Amos, his verbis præcipuè: *Et erit in die illâ*, Amos, 8, 9.
dicit Dominus Deus: (i) *occidet sol in meridie*, (i) Sol occasum habiturus in meridie.
& tenebrescere faciam terram in die luminis.
Ita destructionem variorum populorum denun-
tiat Sophonias, ponens: *Gaza destructa erit*, Soph. 2, 4.
& Ascalon in desertum, (k) *Azotum in meridie* (k) Azotus in meridie ejicietur.
(h. e. clarâ luce) *ejicient*, *& Accaron eradica-*
bitur. Et hi textus sunt, qui vocem *meridies*
habent tempus significantem. (Vid. *infra ad*
text. Dan. 13.)

Nunc ad eos procedimus, in quibus vox
ipsa orbis partem designat. Habemus ergo Gen. 12, 9.
itinera Abraham ad meridiem, & à meridie. - 13, 3.
Tentoria de bysso retorta erant in australi Exod. 27, 9.
plagâ Tabernaculi contra meridiem. In moven-
dis castris per desertum, ad secundum tubæ so- Num. 10, 6.
nitum, levabant tentoria, qui habitabant ad
meridiem; & ite peregrinantis Israël iter mo- - 33, 13. & alibi.
do describitur à meridie, modo ad meridiem,
directum; populique notantur (l) in meridie, - - 30. & alibi.
& ad meridiem existentes, quorum dictiones vi- (l) Populi ad meridiem, & in meridie.
dendæ; ut sunt *Amalech*, *Chananæus*, & hujus-
modi. Ita etiam ponuntur termini terræ pro- - 34, 4. & alibi.
missionis, juxta quatuor orbis partes, & sic præsertim in Josue.
quoque juxta meridiem; & nominantur loca
plurima, quorum pariter voces, & nomina de-
bent videri: quæ dispositio similiter observa-
tur, cùm limites Tribuum assignantur ad meri-
diem. Benedictus Moyses, moriturus, Tribubus
Judæorum, de Nephthali dixit: *Nephthali abun-*
dantibus perfruetur, *& plenus erit benedictionibus* Deut. 33, 23.
Domini: (m) *mare & meridiem possidebit*. Tres (m) Nephthali mare, & meridiem possessurus.
bovea ex duodecim sustinentibus mare ma- 3. Reg. 7, 25. & alibi.
gnum, quod erat in templo, respiciebant ad me-
ridiem; & ipsum mare erat positum *ad dexte-* - - 39. & alibi.
ram partem Templi contra orientem ad meridi-
em. (n) Ad meridiem quetuor Levitæ deputa- 1. Par. 26, 17.
ti erant ad custodiam Templi. Sub Achaz, (n) Custodia templi ad meridiem.
impio Rege Juda, cùm regnum ejus undequa-
que percuteretur à Domino, *Philisthiim quo-* 2. Par. 28, 18.
que diffusi sunt per urbes campestres, *& ad me-*
ridiem Juda. In Ecclesiaste dicitur: *Oritur sol*, Eccle. 1, 5.
& occidit, *& ad locum suum revertitur*; *ibique*
renascens gyrat (o) *per meridiem*, *& flectitur ad* - - 6.
Aquilonem: *lustrans universa in circuitu pergit* (o) Sol gyrans per meridiem.
Spiritus, *& in circulos suos revertitur*.

Aquæ, visæ ab Ezechiele subter limen do-
mûs egredientes, *descendebant in latus Templi* Ezech. 47, 1.
dextrum ad meridiem altaris. Itemque apud
eundem Prophetam describitur plaga (p) ad - - 19.
meridiem terræ sanctæ; & Sanctuarii &c. & - 48, 10. &c.
non Sanctuarii &c. In Daniele describitur vi- (p) Plaga ad meridiem descripta.
sio, ab ipso habita, de ariete ventilante qua- Dan. 8, 4.
tuor orbis partes cornibus suis; & cùm nomi-
netur meridies, nedum pars australis per eam
vocem designatur, sed præcisè, ut volunt
con-

(q) Meridies pro Africa. consentientes expositores, (q) significatur *Africa*, quæ à Dario Condomano, in ariete qui repræsentatur, oppugnata est. Item de hirco caprarum visio ast, ex cujus cornu modicum enatum est, pro quo intelligunt interpretes Antiochum Epiphanem, & cum dicatur, quòd *factum grande contra meridiem, & contra orientem, & contra fortitudinem*, (r) pro meridie
Dan. 8, 9. (r) Meridies pro Ægypto. venit *Ægyptus*, cujus Regem Ptolemæum Philometorem Antiochus Epiphanes profligavit. De Susanna, castissimâ muliere, notatur, quod
- 13. 7. (s) Populus revertens per meridiem, ubi s. t. *cum populus reversisset* (s) *per meridiem, ingrediebatur Susanna, & deambulabat in pomario viri sui*; ubi ly *per meridiem*, cum quis interpretari possit *per partem meridianam*, hìc textus appositus est; at ut reor ly *per meridiem*, idem est ac *circa meridiem*, quando finiebant judicia, & populus jam tardè à judiciis revertebatur, & sic potiùs ad tempus textus referendus mihi videtur, quàm ad partem australem. Apud Zachariam prædicitur, quòd *separabitur medium montis* (olivarum) *ad aquilonem, &*
Zachar. 14. 4. (t) Medium montis olivarum separandum ad meridiem. (t) *medium ejus ad meridiem*: hæc autem sunt, qui putant evenisse, quando prodigia multa visa sunt Jerosolymis 2. Mach. 5.

Myst. *Abundantia gratiæ, & fervor charitatis,*
D. Ambr. de Par. 14. significatur per meridiem; juxta D. Ambr.

D. Gr. s. 1 Reg. 10. *Christus* figuratur per meridiem; ex Div. Gregor. Magno.

D. Amb. de Isaac. 4. de Joseph. 10. de unit. Eccl. 14. *Contemplatio Divinitatis, Plenitudo cognitionis, & lux sapientiæ* repræsentantur per meridiem; ut notat D. Ambrosius.

D. Hier. s. Abd. *Doctores Ecclesiastici* meridiei figuram habent; eorum quippe lucem timent hæretici; ex Divo Hieronymo.

D. Ambr. s. Psal. 118. Serm. 2. *Ecclesia*, ubi pascit oves suas Sponsus, ubi cubat in meridie, est; ut scribit Divus Ambrosius.

Fervor Charitatis. V. *Abundantia Gratiæ.*

Lux sapientiæ. V. *Contemplatio divinitatis.*

Orig. s. Psal. 36. h. 2. *Manifestatio clara bonorum operum* meridies est; hinc illud Psalmi 36. *Judicium tuum tanquam meridiem*; ex Origene.

Plenitudo cognitionis. Vid. *Contemplatio divinitatis.*

Idem s. Cant. h. 2. 2. *Splendor plenæ lucis Majestatis divinæ*; & *manifestatio secretarum virtutum* exhibetur per meridiem; ex eodem Origene.

D. Aug. s. Ps. 54. *Tempus ascensionis Christi ad Patrem* meridiei assimilatur; ex Div. Augustino.

Laur. in Syl. alleg. h. v. *Tempus legis Gratiæ* meridies etiam dici potest; ut affert Lauretus.

Rich. à S. Laur. de laud. B. V. l. 7. *Virgo Maria* meridies vocatur à Richardo da S. Laurentio; sicut enim plenitudinem caloris, & luminis habet meridies, ita omnium charismatum plenitudinem habuit Maria Virgo.

Meridianus, a, um. Meridianum.

Hist. *Quod* (a) *ad meridiem pertinet*, Meridia-
(a) Quid prima vox, cujus textus notis non figurari, ubi non est locus. num adjectivè dicitur. In latere meridiano Tabernaculi erant viginti tabulæ; item candelabrum. Tribus Ruben, Simeon, & Gad castra-
Exod. 26, 18. 35. & alibi. metabantur ad plagam meridianam. Jussi sunt
Num. 2, 10. per meridianam plagam ambulare missi ex-
- 13, 18. pluratores à Moyse in terram Chanaan. Descri-
- 34. 3. bitur & pars meridiana terræ promissionis à
- - 15. solitudine Sin, juxta Edom, habens terminos
Jos. 10, 40. contra orientem mare salsissimum. Jusua Scribi-
- 12, 16. tur percussisse omnem terram meridianam; po-
- 15, 4.

suitque finem meridianæ plagæ pro filiis Juda Sophar promittebat Job resipiscenti, ut ipse a- Job. 11, 17.
jebat, felicitatem, inter cætera ei dicens: (h) (b) Meridianus fulgor pro felicitate.
Quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam, & cùm te consumptum putaveris, orieris ut lucifer.

In Psalmis est: Deus faciet, quòd non timebis (c) *ab incursu, & dæmonio meridiano*, quò Psal. 90. 6. (c) Dæmonium meridianum; ubi expl. text.
innuitur tempus meridianum, utpotè quo homo otiari solet, tentationibus frequens esse, unde pro dæmonio meridiana tentatio valida; nisi etiam velis dicere, patens, & aperta, innuitur. Contra Ægyptios ait Dominus apud Isaiam: *Quiescam* (ab upa eis ferendâ,) *& conside-* Isai. 18, 4.
rabo in loco meo; (d) *sicut meridiana lux clara* (d) Deus ut lux meridiana futurus Assyriis, ubi expl. text.
est, & sicut nubes roris in die messis (ero favorabilis adversariis eorum, Assyriis.) Maledicens Jeremias viro, qui nativitatem suam nuntiavit, ait: *Audiat clamorem manè, & ululatum in tem-* Jerem. 20, 16.
pore meridiano. Jussus est Ezechiel propheta Ezech. 20, 46. 47.
re *ad* (e) *saltum agri meridiani*; & pro eo in- (e) Expl. text.
telligitur Israël. Vidit idem Propheta in futurâ Templi reædificatione Gazophylacium, - 40, 45.
quod respiciebat viam meridianam. Et in novo Templo legem esse audiit: *Qui ingreditur per* - 46, 9.
portam aquilonis, ut adores, egrediatur per viam portæ meridianæ. In terminis item Terræ san- - 47, 19.
ctæ notat idem Propheta plagam australem meridianam; ponitque mensuram civitatis in qua- - 48, 16.
dro positæ, ad plagam meridianam, & pro por- - - 33.
tis spatium.

Sumitur pariter *Meridianum* substantivè; (f) Quid meridianum.
seu potius Meridianus, & est *unus ex sex majoribus sphæra circulis, ductus per mundi polos, & verticem nostrum*, qui unà nobiscum variatur, seu mutatur quoties ad ortum, sive ad occasum versùs nos transferimus. Meridianus autem dicitur ex eo, quòd, sole in nostro hemisphærio ad hunc circulum accedente, meridies habetur apud nos; rursumque media nox est, cùm sol ad eundem accesserit in hemisphærio inferiori; in quo dicimus punctum nobis ex adverso correspondentem Nadir, sive Parigæum; in superiori autem punctum nobis perpendicularem Zenith sive Apogæum; at pro ipso *meridie*, seu *meridiei calore* aliquando accipitur in sacris litteris, vel etiam pro *parte australi, & meridionali.*

In Ecclesiastico est: *Oculi Domini super ti-* Eccli. 34. 19.
mentes eum, protector potentiæ, firmamentum (g) Deus umbraculum meridiani.
virtutis tegimen ardoris, (g) *& umbraculum meridiani.* (h) *In meridiano* (sol) *exurit terram*, - 43. 3. (h) Terram exurit sol in meridiano.
& in conspectu ardoris ejus quis poterit sustinere? Philippo Angelus apparens dixit: *Surge, & vade* (i) *contra meridianum ad viam, quæ descen-* Actor. 8. 26. (i) Philippus Diaconus contra meridianum missus.
dit ad Jerusalem in Gazam: hæc est deserta.

Merimuth.

I. II. III. Aliqui legunt *Mermuth*. (a) *Fi-* Hist.
lius Uriæ filii Haccus habuit hoc nomen; & æ- (a) Quis primus. 2. Esdr. 3, 24.
dificavit post Baruch in novâ Jerusalem à porta domûs Eliasib Sacerdotis magni. Et hinc cognoscitur ex Magnatibus Judæorum fuisse; quò circa conjecturam habemus, quòd ex potentioribus existens, & facilè Sacerdos propè domum summi Sacerdotis ædificans, is idem esse poterit, qui sub Esdrâ fuit ex Sacerdotibus
(b) signatoribus fœderis, initi cum Domino sub - 10. 8. (b) Quis secundus.
Nehemia. Cùm verò hæc pura conjectura sit pro certitudine dubietatem vendere nolumus;

Aa ideòque

2. Esdr. 12. 5. (c) Quis tertius, & signific. nom.

ideòque marginaliter etiam notam numeralem secundi, hoc nomine insigniri in sacris litteris ponimus; sicuti & tertii; nescientes, an alter à prædictis sit Merimuth inter Sacerdotes, à captivitate reduces sub Zorobabele. Ejus etymon est: *Frundulentu*, *Amaritudo mortis*, *Myrrha mortis*, *Altitudines*.

Meritò,

Hist.

(a) Quid sonat hæc vox.

Gen. 42. 21. (b) Fratres Joseph se meritò pati confitentes.

Judith. 10, 18. (c) Assyrii meritò pugnantes contra Judæos, &c.

Job. 21, 4. (d) Job meritò se contristans.

Psalm. 7, 1. (e) David meritò non casurus inanis; ubi expl. t.

Raro cùm adverbia ponere solemus, nil mirum est, si hoc ponimus, quod aliquid superaddere significationis notabilis videtur. (a) Idem sonat ac *dignè*, *jure*, *ex justitia*. Cùm fratres Joseph ab eodem, Ægypti Prorege, vexarentur, & duriùs tractarentur, locuti sunt ad invicem: (b) *Meritò hæc patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum, videntes angustiam animæ illius, dum deprecaretur nos, & non audivimus: ideircò venit super nos ista tribulatio.* Videntes Judith, satellites Holofernis ei dixerunt: *Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras mulieres habent, (c) ut non pro his meritò pugnare contra eos debeamus?* Job, petens ab amicis patienter audiri, dicebat: (d) *Numquid contra hominem disputatio mea est, ut meritò non debeam contristari?* Et David in Psalmis babet: *Si reddidi retribuentibus mihi mala, (e) decidam meritò, ab inimicis meis inanis*: h. e. omni spe meâ frustratus.

Meritum.

Hist.

(a) Quid est.

Eccli. 10, 31. (b) Omnia facienda secundum meritum.

- 16, 15.

- 38, 18.

(c) Expl. text.

Tùm in bonam, tùm in malam partem hoc nomen sumitur: (a) A *mereor* provenit; & est *opus illud, per quod quis vel præmio, vel pœnâ sit dignus.* In Ecclesiastico legimus: *Fili in mansuetudine serva animam tuam, & (b) da illi honorem secundum meritum suum. Omnis misericordia faciet locum unicuique secundum meritum operum suorum, & secundum intellectum peregrinationis ipsius. Fac luctum, secundum meritum ejus* (mortui) *uno die, vel duobus* (c) *propter detractionem*; h. e. ne alii super hoc detrahant tibi, quasi odisse mortuum videaris, nisi facias.

Merob.

Hist.

1. Reg. 14. 49.

- 18, 17.

- - 19.

(a) Quæ est, & nom. interpr.

Primogenita (a) *ex filiabus Saul* nomen habuit Merob. Hanc appromisit idem Saul in uxorem Davidi; at cùm ipsi deberet dari, data est Hadrieli Molathitæ. Nominis significatio est: *Pugnans*, *Objurgans*, *Multiplicans*; Syriacè autem: *Magisterium*.

Merodach.

Hist.

(a) Quis primus.

Isai. 39. 1. &c.

I. Hic idem est, (a) ac *Berodach*: Babyloniorum Rex fuit. Et cùm audisset, Ezechiam Regem Juda ægrotâsse, & postea convaluisse, nuntios ad eum salutatum, & gratulationis causâ misit, cum libris, & muneribus; quocirca lætatus valdè Ezechias thesauros suos omnes eis ostendit; at Isaias super bis prophetans Ezechiæ futuram thesaurorum omnium asportationem in Babylonem prædixit.

Jerem. 50, 7. (b) Quis secundus.

(c) Differentia inter duos.

II. (b) Contra Regem tamen hunc videtur prophetare Jeremias, cùm dicit Babylonem esse vastandam; at pro Merodach intelligendus est Evilmerodach, seu etiam Balrassar, qui idem est. Primus (c) Assyriam sibi subegit, & dictus

est Merodach Baladan, filius quippe fuit Baladan, quæ postrema dictio in casu obliquo est. Et cùm secundus etiam hoc nomen sibi tributum, præter proprium, habeat, ratione significationis, quasi agnomen datum considerari debet. Significat verò: (d) *Amara contritio*, *Myrrhu contritu*; & ex Hebræo, & Syriaco: *Myrrha purissima*.

(d) Nom. etym.

Merom.

Hist.

Jos. 11. 5. & 7. (a) Acta per Josue ad aquas Merom.

(b) Lect. LXX. & quid est.

(c) Nom. interpr.

(d) Nomen aliud.

Jabin Rex Asor, & alii Gentium Reges convenerunt *in unum* (a) *ad aquas Merom, ut pugnarent contra Israel*; at venit *Josue, & omnis exercitus cum eo, adversus illos ad aquas Merom subitò, & irruerunt super eos*; & vicerunt. *Merom* etiam & *Maron*, (b) ut legunt Septuaginta μαρὼν, legimus. Aquæ Merom lacus sunt triginta latus stadiis, & sexaginta longus, quasi medius inter Cæsaream Philippi, & mare Galilææ situs, quem medium secat Jordanis; hyberno tempore, ex nivium resolutione, de Libano fluentium, satis accrescens, & se dilatans, & undas elevans, unde nomen Merom est, (c) h. e. *Celsitudo*, *Sublimitas*; at æstivo tempore valdè exsiccatur. Hic fit, quòd ex loci humiditate pabulum excipientes varii generis herbæ, arbusta, & arbores ibi crescant, sylvamque parent amœnam, leonibus, ursis, pardis, & hujusmodi belluis gratum satis cubile. Propè lacum hunc, *in Tribu Nephthali* existentem, qui à Josepho dicitur (d) *Samachonitis*, sive *Semechonitis*; vicit, ut vidimus, Josue hostes Israël.

Merome.

Hist.

Judith. 5. 18. (a) Zabulon, & Nephthali pugnantes contra Gentes in Merome

(b) Quid est Merome.

(c) Lect. LXX & vocis signific.

In cantico triumphali, & gratiarum actionis Debboræ, & Barac, post victoriam, dicitur: (a) *Zabulon verò, & Nephthali obtulerunt animas suas morti in regione Merome.* Regio (b) ergo Merome locus est, in quo pugnatum fuit contra Sisaram; & ut communis est expositorum sensus, *vastus Ager in Tribu Nephthali*, & quidem in altitudine positus; & ly *in Regione Merome* idem est, ac *in regione altâ, in regione montana*; unde non legens Hebræus ly Merome, tanquam nomen proprium, simpliciter: ait: *Populus Zabulon repudiavit*, *id est, obtulit, animam suam ad moriendum, & Nephthali super altitudines agri.* Et Septuaginta: (c) *Venerunt ad altitudines agri sui.* Quo circa Merome idem probè est, ac *Celsitudines*, *Altitudines*, *Sublimitates*, à radice *Rum*. Vel etiam *Amaritudo aquarum*.

Meronathites.

Hist.

1. Par. 27, 30.

2. Esdr. 3. 7.

(a) Quid hoc nomen, & cujus significationis.

Super asinos Regis David præsidebat *Jadias Meronathites*; & *Judon Meronathides* fuit inter ædificatores novæ urbis Jerusalem. (a) Nomen hoc patrium est à loco: quis autem locus sit, nescimus; & cùm dixerimus, quod Merom, etiam dicta sit Meron, ad eam urbem possumus nomen hoc, ut ab ea derivatum, reducere. Sonat: *Altus*, *Sublimis*, *&c. Exultans*, *Exclamans*, *Cantatio mea.* Syriacè: *Dominans*.

Meroz.

Hist.

Judic. 5, 23. (a) Maledictio contra terram Meroz.

In cantico Debboræ legitur: (a) *Maledicite terræ Meroz, dixit Angelus Domini: Maledicite*

dicite habitatoribus ejus, quia non venerunt ad auxilium Domini, in adjutorium fortissimorum ejus. Ex his eruimus (b) *urbem* fuisse *Judæorum*, & ut conjici potest *in ipsa Tribu Nephthali*, ubi pugnatum est contra Sisaram, cujus habitatores pugnare contra Domini hostes, & fratribus suis auxilium ferre, repugnaverint; quocirca in se maledictiones, & anathemata provocârunt. Cùm iì verò, qui de terra sancta topographicè agunt, eam nullibi referant, in ea sum illorum sententiâ, qui dicunt urbem hanc, maledictione percussam, solo baustam esse, & perpetuæ traditam oblivioni fuisse. (c) Significat: *Secretum, Merces.*

(b) Quid est.
(c) Interpr. nom.

Merrha.

Hist. De negotiatoribus Merrhæ, & Theman, quos filios Agar, h. e. Idumæos dicit Baruch, ab eodem dicitur, quod fuerunt (a) *exquisitores prudentiæ, & intelligentiæ; viam autem sapientiæ nescierunt, neque commemorati sunt semitas ejus.* Aliquos facilè dixisse hanc urbem (b) eandem esse cum *maara* Sidoniorum credibile est, cum Lubinus id impugnet, addens se arbitrari, quod hæc sit *urbs Idumææ*, ut Theman, quocum & ipse sentio. (c) Legunt Septuaginta Μεῤῥὰν *Merrhan.* Sonat; *Amaritudo, Rebellio.*

Baruch. 3, 23.
(a) Habitatores Merrhæ exquisitores prudentiæ, &c.
(b) Quæ sit hæc.
(c) Lect. LXX.

Merum.

Hist. *Vinum*, (a) *aquâ non dilatum* Merum dicitur, quandoquidem idem merum est, ac *purum.* Assuerus, (b) cùm *incaluisset mero*, reginam Vasthi accersiri jussit, ut pulchritudinem ejus omnibus notam faceret. Dicitur in Psalmis: *Calix* (c) (iræ scilicet) *in manu Domini* (h. e. promptus ad castigationes reorum) *vini meri*, (in quo videlicet non est mixta misericordiæ aqua) *plenus misto.* (quale esse vinum solet, mistum felle, myrrhâ, veneno &c.) Apud Isaiam legitur: (d) *In die illa vinea meri* (ecclesia beatorum purissima) *cantabit ei.* (sc. Domino). De adorante bestiam, quæ monstrata est in Apocalypsi, dicitur: (e) *Hic bibet de vino iræ Dei, quod mistum est mero* (h. e. efficaci ultionis, & vindictæ ardore) *in calice iræ ipsius &c.*

(a) Quid est
Esther. 1, 10.
(b) Assuerus calens mero.
Psalm. 74, 9.
(c) Calix iræ Dei plenus mero, ubi expl. text.
Isai. 27, 2.
(d) Vinea meri quæ, ubi e. text.
Apoc. 14, 10.
(e) Adorans bestiam vinum iræ Dei bibet mistum mero, ubi e. t.

Meracissimus, a, um.

Hist. Idem est, (a) ac *Purissimus.* De populo Dei, constituto per Dominum Deum in omni fertilitate, & divitiis, ait Moyses in Cantico, quod constitutus est super excelsam terram, (b) *ut — sanguinem uvæ biberet meracissimum.*

(a) Quid est.
Deut. 32, 14.
(b) Sanguis uvæ meracissimus bibendus pro summa terræ fertilitate &c. ubi e. t.

Merx. V. post Mercatus.

Mes.

Hist. *Filius* (a) *Aram* est Mes, cujus nominis Etymologia est: *Auferens: Tangens:* hic idem alibi dicitur *Mosoch*; (b) & ab eo Meones populi originem habent; & Mesnii. (Vid. *Messa Regio.*

Gen. 10, 23.
(a) Quis est, & quid sonat.
(b) Meones, & Mesnii ab eo derivantes.

Mesa.

Hist. I. Regem (a) Moab hujus nominis habemus, qui pro pecoribus multis, quæ habebat, quotannis *solvebat Regi Israel centum millia agnorum, & centum millia arietum cum velleribus suis*; at mortuo Achab, rege Israël, prævaricatus est fœdus hujusmodi; quapropter in se Regis Israël Jotam arma provocavit, qui unà, cum Rege Juda, Josaphat, & cum Rege Edom regnum Moab invasit; unde percussi sunt Moabitæ, & civitates eorum destructæ; quin etiam obsessus, idem Mesa, quo ostenderet se ad desperationis extremum pervenisse, primogenitum suum arripiens, qui regnaturus erat post eum, obtulit holocaustum super murum civitatis; *& facta est indignatio magna in Israel: statimque recesserunt ab eo, & reversi sunt in terram suam.*

(a) Quis primus.
4. Reg. 3, 4. &c.
(b) Obsessus à Joram Rege Israël primogenitum suum in holocaustum offert.
— — 27.

II. Est & alius Mesa, (c) *primogenitus Caleb*, & pater Ziph in Tribu Juda. Significatio nominis est: *Salus: Aquas respiciens: Aqua salutis.*

1. Par. 2, 42.
(d) Quis secundus, & nom. sign.

Meselemia.

Levita fuit Meselemia (a) *filius Core*; & septem ejus nominantur filii in divisionibus Janitorum Templi. Ly filius Core, ut puto, est descendens à Core; & sic dicitur de Coritis. Et dicitur: *Meselemia filii, & fratres eorum robustissimi decem & octo:* Sonat: *Pax Domini, Perfectio Domini, Dominium Domini, Retributio Domini, Parabola Domini.*

Hist.
1. Par. 26, 1. &c.
(a) Quis est, & nom. interpr.
— — 9.

Mesezebel.

I. *Pater Barachia*, & avus Mosollam, ædificantis in nova Jerusalem est Mesezebel.

II. Est & (b) Mesezebel *Pater Phathathia*; at utrum idem sit cum prælaudato necne, nescimus. Sonat: *Auferens fluxum Deus.* Ex Syro autem & Hebræo: *Liberatio Dei: Salus Dei.*

Hist.
2. Esdr. 3, 4.
(a) Quis primus.
— 11, 24.
(b) Quis secundus, & quid sonat.

Mesizabel.

Unus fuit (a) ex capitibus populi, designatus inter signatores fœderis, cum Domino initi, sub Nehemiâ est Mesizabel, idem sonans, ac *Mesezebel.*

Hist.
2. Esdr. 10, 21.
(a) Quis est, & nom. etym.

Mesollam.

Levites (a) fuit, adjutor Principum multitudinis, pro recensendis iis, qui alienigenas duxerant uxores, & repudiare illas sunt jussi sub Esdrâ. Sonat; *Pacificus, Perfectus, Retribuens eorum; Parabola eorum, Potestas eorum.*

Hist.
2. Esd. 10, 15.
(a) Quis est, & quid significet.

Mesopotamia.

Regio (a) est Mesopotamia; cujus nomen Græcis vocibus compositum, nempe Μέσος, *Mesos*, & ποταμὸς, *potamos*, h. e. *media fluminum*, sive *media inter flumina* significat; quam significationem Latini ex duabus vocibus pariter compositam unico efferunt verbo *Interamnia*, h. e. *inter amnes.* Et quidem Regio hæc (b) media est inter duos celeberrimos fluvios Euphratem, & Tigrim, quorum primum habet ad Occidentem, secundum ad Orientem, Babyloniam, & Chaldæam à meridie, Caucasum à Septemtrione in Asia majori est, pars Syriæ: unde Hebræis *Padan Aram*, & *Aram Naharaim*, *Syria* videlicet *duorum fluminum* dicta est; & in sacris literis interdum *Mesopotamia Syria* appellatur.

Hist.
(a) Quid est, & nom. interpr.
(b) Ejusdem descriptio, divisio, fertilitas, &c. varia nomina.

Ad Orientem autem Syriæ est, in altam, & inferiorem divisa; quæ alta dicitur, ex immenso calore sterilis undique est, & arenosum nutrit solum. Quæ verò inferior, fluviorum humore alimentum præbente; solo per aquarum venas ferè toto sudante, frumento, & segete quâcumque abundat, iisque fertilis est pascuis, ut pelli ab ipsis pecora debeant, ex Quinto Curtio, ne satietate perimantur; & Div. Hieronymus unam scribit esse ovium Italicorum, & Mesopotamiæ naturam, bis per annum parturientium. (e) Aperta verò fertilitatis hujusce causa est Euphrates, annua inundatione illius solum fœcundans. Longitudinis gradus habet 77. latitudinis 34. & *Seleucia* à Plinio vocatur. (d) Edessa, Charran, Nisibe, Antiochia, Mygdonia, & aliæ urbes celebres hanc olim ornavere: in præsentiarum Caramith, quæ Amida, & Merdin, ubi Patriarcha Chaldæorum sedem habet, & Mosua, ubi Nestorianorum residet pariter Patriacha, celebriora sunt loca. Sub Persis olim fuit, nunc sub Turcarum Othomanorum Imperio gemit; quique in ea sunt Provincia Christiani, hæretici sunt, & schismatici, ut plurimùm. (e) *Diarbech* hodie nuncupatur.

Quint. Curt. de Reg. Al. M. l. 5. in princ.
(e) Euphrates Mesopotamiam fœcundans, ut Nilus Ægyptum.
Plin. l. 6.
(d) Celebriora antiquitus hujus regionis loca: atque & moderna.
(e) Diarbech hodie dicta hæc regio, ad quam textûs pertinentes non signantur notu, nisi ubi locus

Notissima est in sacris litteris hæc Regio, quam *Algeziram* etiam appellat Nubiensis: (f) In ipsa habitavit Nachor; & eò ivit servus Abrahæ uxorem quærens pro Isaac. Ibi Rebecca patriam habuit; ibi Laban; ibi Bathuel. Eò se transtulit Jacob, donec requiesceret furor fratris sui Esau, & ibi uxores duxit Liam, Rachelem, serviens pro utraque, & Pater undecim filiorum factus est, & ditatus à Domino, (vid. *Jacob.*) pluribusque gratiis, & favoribus donatus cœlestibus; unde ad Patrem suum Isaac postea rediens, *quicquid in Mesopotamia acquisierat*, secum tulit. Balaam filius Beor, *de Mesopotamia Syriæ* conductus est ad maledicendum Israeli. Ipse Abraham Mesopotamiæ (g) incola, adductus postea est in terram Chanaan; & patres Judæorum, seu antiqui, dicuntur Diis Gentium aliquando in Mesopotamia serviisse; unde quatenus ab hujusmodi facinore abstinerent, hortatus est Judæos moriturus Josue. De Mesopotamia conduxit sibi milites Hanon, Rex Ammonitarum, prævidens ultionem per David contra ipsum justè sumendam. (Vid. *Hanon.*)

Nubien. Clim. 4. p. 6.
Gen. 24, 10. &c.
- 25, 20.
- 28, 2 &c.
(f) Varii ex Mesopotamia, ubi Jacob. &c.
- 31, 18. & alibi.
- 31, 18.
Deut. 23, 4.
Jos. 24, 2.
(g) Abraham in Mesopotamia.
- - 14.
- - 15.
1. Par. 19, 6.

Holofernes, Dux Regis Nabuchodonosor, (h) *transivit Euphratem, & venit in Mesopotamiam; & fregit omnes civitates excelsas, quæ erant ibi à torrente Mambre, usquequò perveniatur ad mare: & occupavit terminos ejus, à Cilicia usque ad fines Japheth, qui sunt ad Austrum: &c.* Quocirca de Syria Mesopotamiæ missi sunt ad eum Legati populorum ultrò se dedentium; & ita Holofernes pertransiens omnes regiones, & *omnem Mesopotamiam, venit ad Idumæos in terram Gabaa.* Achior de Israëlitarum origine, moribus, & conditionibus Holofernem instruens, ita informationem suam exorsus est: *Populus iste ex progenie Chaldæorum est: Hic* (i) *primùm in Mesopotamia habitavit, quoniam noluerunt sequi deos patrum suorum, qui erant in terra Chaldæorum, &c.* Psalmus 59. compositus est à David, ut eruitur ex titulo, (k) cùm succendit Mesopotamiam Syriæ, h. e. quando Ammonitas devicit; seu postquam eos populos, in Ammonitarum præsidium vocatos, fregit, & dissipavit.

Judith. 2, 14.
(h) Holofernes in Mesopotamia.
- - 15.
- 3. 1.
- - 14.
- 5, 6.
- - 7.
(i) Judæi in Mesopotamia habitantes.
Psalm. 59, 2.
(k) Mesopotamia Syriæ succensa à David.

Inter populos Jerosolymæ habitatores, quando Apostolorum prædicatio, suscepto jam sancto Spiritu, incœpit, erant, (l) qui venerant ea Mesopotamia; & hi inter cæteros stupebant, audîsse suâ linguâ, aliarumque nationum idiomate illos loquentes. In (m) Mesopotamia Deum apparuisse Abrahæ narrabat Stephanus, cùm eidem dixit Dominus: *Exi de terra tua. &c.* Advertendum interea mihi videtur, quòd cùm diaerimus Mesopotamiam vocari etiam *Padan*, id sonat: (o) *Redemptio*, Syriacè: *Parilitas*: *Conjunctio* (puta duorum fluminum;) & quòd secundum scribitur in Jos. 24. interpretatio nominis est sumenda ab Hebræo *Eber hanaar*, h. e. *trans flumen.*

Actor. 2, 9.
(l) Populi ex Mesopotamia audientes in Jerusalem Apostolos.
- 7, 2.
Gen. 12, 1.
(m) Deus in Mesopotamia apparens Abrahæ.
(o) Significatio vocis Padan.

Mesphar.

Nominatur (a) inter capita populi, cùm redirent Judæi, sub Zorobabele, de captivitate. Sonat: *Numerus: Narratio: Scriba: Librarius: Tribuis taurus.* Vid. *Mespharath.*

Hist.
1. Esdr. 2, 2.
(a) Quis est, & quid sonat.

Mespharath.

Hic idem est, (a) ut concordantibus insimul Scripturarum textibus apparebit, idem, ac *Mesphar*: Etymologia autem hujus nominis est: *Numerans: Narrans: Tribuis fructificatio: Tribuis augmentatio.*

Hist.
2. Esdr. 7, 7.
(a) Quis est, & quid significat.

Mesphe.

Tribui (a) *Benjamin inter alias urbes data est Mesphe.* Hæc eadem est ac *Maspha.* Significatque, ut Maspha.

Hist.
Jos. 18, 26.
(a) Quid est, & signific. vocis.

Mesraim.

Secundus (a) *filius Cham* fuit Mesraim, qui *genuit Ludim, & Anamim, & Laabim, Nephtuim, & Phetrusim, & Chasluim, de quibus egressi sunt Philisthiim, & Caphtorim.* Hic, ut traditur, Ægypto habitatores dedit; unde *Mesre* appellata est sæpè Ægyptus, & *Misr*; quæ etiam terra Cham, à Patre ipsius Mesraim, (b) ea quo filium, ut ita dicam, fundatorem habuerunt Ægyptii. Significat: (c) *Angustia: Tribulationes.*

Hist.
(a) Quis est.
Gen. 10, 6.
- - 13.
- - 14.
1. Par. 1, 8. 11.
(b) Ægypti fundator.
(c) Nom. etym.

Messa, Regio.

Messa, quæ vox scribitur per ש, *Scin*, & per א, *Aleph* in fine, notatur in sacris litteris, dum dicitur de filiis Sem: *Facta est habitatio eorum de Messa pergentibus usque Sephar montem orientalem*; Regio est, aliter *Misusa* dicta, seu etiam *Mesma*, & apud aliquos *Messana*, Provinciolæ quidem formam habens in Asia; continet tamen in Cilicia, & Mesopotamia partem superioris Syriæ. Huic Regioni nomen dedit Mes filius Aram inter descendentes à Sem, cujus fuit Nepos. Ita quidem ajunt plures; at Pater Lubin de hac voce inquit "Septuaginta
" (b) ἀπὸ μασσῆ, *Masse.* Messam, sive Muzam
" portum Arabiæ felicis notum asserit N. San-
" son, ad sinum Arabicum, & australem plagam
" (c) Sonat; *Onus*; *Eradicatio*; translatè: *Prophetia.*

Hist.
(a) Quid est, & varia ejus nomina.
Gen. 10, 30.
(b) Lect. LXX. Lubin. tab. sacr. Geogr. h. v.
(c) Interpr. nom.

Messa,

Meſſa, Vir.

Hiſt. (a) Quis eſt. Lubin, loc. cit. h. v. Adrich. in loc. ſiſte Sion, n. 39.

Nomen (e) viri videtur eſſe, cujus erat quædam domus apud montem Sion, in urbe Jeruſalem, ut ſcribit Lubin; verùm ut notat Adrichomius, & topographicè deſignat, poſita ante gradus portæ occidentalis Templi, ad ſiniſtram ingredientis, cùm ad dexteram pariter ingredientis ſit habitaculum ſcutariorum oppoſitum eidem domui: ſcribitur per ס, & per ה. Ex his autem, quæ Adrichomius ob oculos ponit, cùm in circuitu Templi appoſita domus hæc ſit, nedum viri, ſed & viri Sacerdotis erat, ut puto. In hac domo poſuit (b) Jojada tertiam partem Sacerdotum, & Levitarum ad cuſtodiendum excubias, quando conſtituere voluit Joas in Regem Juda, deponendo Athaliam. (c) Significat: *Eradicatio*; & etiam *Conculca*.

4. Reg. 11, 6. (b) In domo Meſſa excubiæ poſitæ. (c) Vocis etym.

Meſſal.

Hiſt. Joſ. 19. 26. (a) Quid eſt. Lect. LXX. & vocis ſignific.

Civitas (a) *in Tribu Aſer* eſt, quæ eadem eſt, ac Maſal; & apud Septuaginta in loco ad marginem citato dicitur *Maaſa, Maaed*. Etymon nominis eſt: *Poſtulans: Poſtulatus: Commodatus: Sepulcrum: Infernus: Fovea: Ablatio: Tactus Dei*.

Meſſameleth.

Hiſt. 4. Reg. 21, 19. (a) Quæ ſit, & quid ſignificat.

Filia (a) *Haras* de Jeteba eſt, uxor Manaſſis, & mater Amon, qui ſucceſſit in Regnum. Significatiò eſt: *Solutio, Pacificatio, Retributio, Parabola mortis, Dominium mortis*.

Meſſias.

Hiſt. (a) Quid ſonat & ſemaſſied.

Hebraicè ſonat: (a) *Unctus*; Græcè: *Chriſtus*. Ita ergo JESUS vocatus eſt, & verus Meſſias fuit; unde Andreas vocatus ab illo, dixit Simoni fratri ſuo: *Invenimus Meſſiam*. Et loquens mulier Samaritana cum JEſu dicebat: *Scio, quia Meſſias venit, (qui dicitur Chriſtus) cùm ergo venerit ille, nobis annuntiabit omnia*. (Vid. *Jeſus*.

Joan. 1. 41. — 4. 25.

Meſſio. Meſſis. Meſſor. Vid. poſt Metens.

Vid. poſt Metens.

Meſſulam.

Hiſt. (a) Quis eſt, & quid ſonat. 4. Reg. 22, 3.

Pater (a) Oſiæ, & nepos Saphan eſt Meſſulam, & ſonat: *Perfectus, Pacificus, Retribuens, Parabola eorum, Poteſtas eorum*.

Metallum.

Hiſt. (a) Quid eſt.

Quævis (c) *materia dura, è terra viſceribus effodi ſolita* (non tamen ſaxea,) Metallum dicitur; ut æs, aurum, argentum, plumbum, cuprum &c. Judæi in deſerto ad artificium eorum, quæ præcepta ſunt fabricanda à Domino, (b) *argenti, ærisque metalla obtulerant Domino, lignáque Setim in varios uſus*; itemque multa nominantur facta, eorum, quæ præceperat Dominus, ea metallo. Populo Judæorum appromiſſa eſt terra, *cujus lapides ferrum ſunt, & de montibus ejus* (c) *æris metalla fodiuntur*. De Romanis audivit famam celeberrimam Judas Machabæus: quod ſcil. multa fecerant, (d) *& quod in poteſtatem redegerunt metalla argenti, & auri*, quæ erant in Hiſpania, &c.

Exod. 35. 24. (b) Metallum in opera Tabernaculi inſumptum. — 38. 11. Deut. 8. 9. (c) In terra promiſſionis metallum. 1. Mach. 8. 3. (d) Romani occupatores fodinarum metalli in Hiſpania.

Methca.

Hiſt. Num. 33. 28. (a) Quid eſt, & nom. ſignif.

Vigeſima quinta (a) *manſio Iſraël in deſerto Pharan*, cùm veniret de Thabath; & inde profectus eſt in Heſmona. Sonat: *Dulcedo, Suavitas*.

Metens.

Hiſt. (a) Quid hæc vox.

A *meto*, (a) quod eſt: *fruges ſeco: fructus colligo &c*. venit metens, participium præſentis temporis activum; & de ſegetibus præciſè dicitur, & principaliter. Ruth ſe obtulit ſocrui ire in agrum, collectura (b) ſpicas, fugientes de manibus metentium, & ita fecit in agro Booz. In Evangelio habemus in Parabola patrisfamilias redeuntis ab itinere, & rationem exigentis à ſervis, ſuper lucro facto in mnis, quas reliquerat ipſis, quod ſervo, qui mnam ſuam tantùm reddidit, ſine lucro, dicenti: (c) *Timui te, quia homo auſterus es: tollis, quod non poſuiſti, & metis, quod non ſeminâſti*, reſpondit: *De ore tuo te judico ſerve nequam: ſciebas, quòd ego homo auſterus ſum, tollens, quod non poſui, & metens, quod non ſeminavi: & quare non dediſti pecuniam meam ad menſam, ut ego veniens cum uſuris utique exegiſſem illam?*; & de facto mnam illi auferri, & dari habenti decem mnas juſſit, addens: *Omni habenti dabitur, & abundabit*. — 26.

Ruth. 2. 2. 3. (b) Ruth colligens ſpicas fugientes de manibus metentium. Luc. 19. 13. - 23. (c) Parabola in qua Dominus à ſervo dicitur homo auſterus, metens, quod non ſeminavit.

Meſſio.

Hiſt. (a) Quid eſt: 2. Reg. 21, 9. (b) Septem deſcendentes à Saul occiſi à Gabaonitis incipiente meſſione.

Actus (a) *ipſe metendi* eſt *meſſio*, nomen quod à *meto* provenit. (b) Incipiente meſſione hordei, occiſi ſunt à Gabaonitis ſeptem viri de filiis, ſeu deſcendentibus Saul, (Vid. *Reſpha*.) Job deſcribens ſuam priſtinem felicitatem, ita per figuram, & ſimilitudinem deſcribebat, cùm diceret in eo ſtatu, & ſibi promitteret: *Radix mea aperta eſt ſecùs aquas* (quaſi receptura aquas,) *&* (c) *ros morabitur in meſſione mea*. Contra Babylonem dicitur apud Jeremiam: (d) *adhuc modicum, & veniet tempus meſſionis ejus*.

Job. 29. 19. (c) Ros, morans in meſſione, ſignum felicitatis. Jerem. 51. 33. (d) Tempus meſſionis Babyl. inſtans.

Meſſis.

Hiſt. (a) Quid hæc vox, cujus textis nomis ſignantur, ubi locus.

Pro (a) *tempore metendi*; item pro *ipſa ſegete*; ita pro *copia rerum*; nec non pro *ipſa meſſione* venit Meſſis à *meto*. Deus promittens, non ampliùs fore diluvium hominibus, addidit: (b) *Cunctis diebus terræ, ſementis, & meſſis, frigus, & æſtas, & hyems, nox, & dies non requieſcent*. Ruben, tempore meſſis triticæ, reperit in agro mandragoras. Primitiæ Meſſis offerebantur Deo, & erat ſolemnitas *meſſis primitivorum*, eorum ſcilicet, quæ in agro ſeminata erant; & erat ſolemnitas hebdomadarum *in primitiis frugum meſſis triticæ*; ferebantur (c) autem manipuli ſpicarum primitiæ meſſis ad Sacerdotem, qui Deo offerebat. Cùm promitterentur à Deo bona legem ſervantibus, dictum eſt à Domino: *Apprehendet* (d) *meſſium tritura vindemiam; & vindemia occupabit ſementem &c*. q. d. perpetuo gyro bonum bono ſuccedet in favorem legem obſervantium.

Gen. 8. 22. (b) Dies ſementis, & meſſis ſemper futuri. — 30. 14. Exod. 23. 16. — 34. 22. Lev. 23. 10. (c) Manipuli ſpicarum primitiæ meſſis offerebantur. — 26. 5. (d) Meſſium tritura occupatura vindemiam, ubi expl. text.

Jos. 3, 25. De Jordane scribitur, quòd *ripas alvei sui tempo-*
- 15, 1. *re messis* implebat. Samson, (e) *cum dies triti-*
(e) Imminente messe triticeâ Samson segetes Philisth. incendit. *ceæ messis instarent*, invisere voluit uxorem suam Philisthæam, at vetitus per vulpes alligato ad caudas igne stupeo, Philisthiim segetes iratus combussit. (Vid. *Samson.*) In diebus messis
1. Reg. 12, 17. (f) In diebus messis triticeæ pluviam obtinet Samuel. (f) triticeæ impetravit Samuel pluviam, ita signum à cælo poscens, & habens, quo manifestaretur Judæis, quantum mali patrâssent, Regem habere postulantes. Messem hordei in agro
2. Reg. 14, 30. Joab jussit Absalom succendi, ut ita eum cogeret venire ad se. Ab initio messis, (g) quo
- 21, 9.
- - 10. tempore occisi fuerant à Gabaonitis filii ejus,
(g) Respha ob initio messis usque ad pluvias curans filiorum cadavera. usque ad pluvias, Respha evigilans stetit ad cadavera filiorum, ne ab avibus, & aliis bestiis lacerarentur. (Vid. *Respha.*) Tres notantur
- 23, 13. Principes inter triginta fortes David, qui ad eum venerant tempore messis in speluncam Odollam.
Judith 2, 17. (h) Holof. tempore messis descendens in campos Damasci &c. Holofernes *descendit in campos Damasci in diebus messis, & succendit omnia sata, omnesq; arbores, & vineas fecit incidi.* Manas-
- 8, 2. ses, vir Judith, mortuus est *in diebus messis hordeaceæ*, æstu percussus. De stulto ait Eli-
Job. 5, 5. phaz ad Job, quòd ejus *messem famelicus comedet &c.* Et Baldad in impii maledictionibus
- 18, 16. (i) Messis impii atterenda. ponit: (i) *Deorsùm radices ejus siccentur, sursùm autem atteratur messis ejus.*

Prov. 6, 8. In Proverbiis habetur: (Formica) *congre-*
- - 11. *gat in messe, quod comedat. Si impiger fueris, veniet, ut fons, messis tua, & egestas longè fu-*
- 10, 5. *giet à te. Qui congregat in messe, filius sapiens est; qui autem stertit æstate, filius confu-*
- 25, 13. *sionis. Sicut frigus in die messis, ita legatus fidelis ei, qui misit eum, animam ipsius requi-*
- 26, 1. *escere facit. Quomodo nix in æstate*, (k) *&*
(k) Pluvia cum messe non conveniens. *pluvia in messe: sic indecens est stulto gloria.* Inter minima terræ, quæ sapientiora sapienti-
- 30, 25. bus dicuntur, ponuntur. (l) *Formicæ, populus*
(l) Formica sibi in messe parans cibum. *infirmus, qui præparat in messe cibum sibi.*

In vaticinio de Christi nativitate apud
Isai. 9, 3. Isaiam est: *Lætabuntur coram te* (Domine) *sicut, qui lætantur in messe* (populi videlicet).
- 28, 9. Et contra Moab ponitur: *Super vindemiam tuam, & super messem tuam vox calcantium*
- 17, 5. *irruit.* Et de Israël vastando habetur: *Erit, sicut congregans in messe, quod restiterit, &*
- - 11. *brachium ejus spicas leget. Ablata est messis in die hereditatis, & dolebit graviter.* Et adver-
- 18, 4. sùs Ægyptios dicit Dominus: *Quiescam, &*
(m) Deus Assyriis futurus, ut nubes roris in die messis. *considerabo in loco meo, sicut meridiana lux clara est, & sicut* (m) *nubes roris* (ero Assyriis) *in die messis.* (Vid. *Meridianus*, ad hunc
- - 5. textum.) (n) *Ante messem enim totus* (popu-
(n) Ægyptii, ante messem efflorentes, inde præcidendi. lus Ægyptius) *effloruit, & immatura perfectio germinabit, & præcidentur ramusculi ejus falcibus &c.* Pro vastitate Tyri prædictâ legitur:
- 23, 3. (o) *In aquis multis semen Nili, messis fluminis*
(o) Messis fluminis fruges Tyri. *fruges ejus erat* (hoc est, ejusdem Tyri.) Et
- 27, 11. pro ruina futura Judææ, seu Synagogæ est: *In siccitate messes illius conterentur &c.*

Apud Jeremiam calamitas prænuntiatur
Jerem. 5, 24. Jerosolymitanis, qui (p) *non dixerunt in corde*
(p) Mala habitatoribus Jerusalem non recognoscentibus à Domino messis custodiam. *suo: metuamus Dominum Deum nostrum, qui dat nobis pluviam temporaneam, & serotinam in tempore suo; plenitudinem annuæ messis custodientem nobis.* Et querimoniæ afferuntur
- 8, 20. dolentis Judææ, & dicentis: *Transiit messis, finita est æstas, & nos salvati non sumus.* Go-
- 40, 10. dolias reliquiis Judæorum permisit: (q) *Vos*
(q) Messis permissa reliquiis Judæorum. *autem colligite vindemiam, & messem, & oleum,*
& condite in vasis vestris, & manete in urbibus vestris, quas tenetis. Et ita reversi Judæi à locis, ad quæ profugerant in subversione Jerusalem, *collegerunt vinum, & messem multam* Jerem. 40, 12.
nimis. Contra Moab pariter est: *Super mes-* - 48, 32.
sem tuam, & vindemiam tuam prædo irruit.
Contra Babylonem legitur: *Disperdite satorem* - 50, 16.
de Babylone, & tenentem falcem in tempore messis. Ad Juda expostulans Dominus di-
cit: (r) *Juda pone messem* (hoc est, collige Osee 6, 11.
mala, quæ ex idololatriâ venerunt) *tibi,* (r) Juda positurus sibi messem; ubi expl. text.
cùm convertero captivitatem populi mei; (& confer cum beneficio, quod conferam, reducem faciens populum de captivitate.) Ita est
apud Osee. Et apud Joel habetur: *Confusi* Joel. 1, 11.
sunt agricolæ, ululaverunt vinitores super frumento, & hordeo, (s) *quia periit messis agri.* (s) Agri messis periens.
Et ubi afflictio gentibus, populum Dei affligentibus, prænuntiatur, cum tremendo judicio, di-
citur: (t) *Mittite falces, quoniam maturavit* - 3, 13.
messis; venite, & descendite, quia plenum est (t) Messis maturata; ubi expl. text.
torcular, exuberant torcularia, quia multiplicata est malitia eorum, ubi pro messe tempus judicii, & punitionis designatur; & scelera judicanda, & finis hominis. Memorat Dominus Judæis mala, quæ antea passi fuerant, ne peccantes iterùm eadem patiantur; & sic inter reliqua
apud Amos illis dicit: (u) *Ego quoque prohibui* Amos 4, 7.
à vobis imbrem, cùm adhuc tres menses superessent usque ad messem. (u) Deus imbrem prohibens Judæis à tremestri ante messem.

In Evangelio notatur, quòd Christus Jesus, videns turbas vexatas, & jacentes, sicut
oves, sine pastore, dixit discipulis suis: (x) *Mes-* Matth. 9, 37.
sis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate - - 38.
ergo Dominum messis, ut mittat operarios in mes- Luc. 10, 2.
sem suam. In Parabola de superseminatis zizaniis super bono tritico, habetur mandatum patrisfamilias nolentis colligi zizania ante tem- (x) In messe magna operarii pauci.
pus, & dicentis: (y) *Sinite utraque crescere us-* - 13, 30.
que ad messem, & in tempore messis dicam messoribus: colligite primùm zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum. Apponitur proinde hujus parabolæ significatio, quæ videri (y) Parabola de zizaniis usque ad messem non carpendis &c.
potest verbo: *Parabola*; & notatur, quòd (z) - - 39.
messis consummatio sæculi est. Messores autem Angeli sunt. (z) Messis consummatio sæculi est.

Assimilatur item Regnum Dei, h. e. verbum ipsius, terræ fructificanti; cum enim pro-
duxerit fructûs, *statim mittit falcem* (Domi- Marc. 4, 29.
nus), *quoniam adest messis.* Et dicens JEsus:
(aa) *Nonne vos dicitis, quòd adhuc quatuor men-* Jo. 4, 35.
ses sunt (eo tempore enim hæc dicebat), *& messis venit?* (q. d. nonne vos attenditis, & numeratis tempora, curam gerentes de messe triticea futura?) *levate oculos vestros, & videte regiones, quia albæ sunt jam ad messem.* (h. e. attendite etiam, quòd ego aliam messem habeam jam paratam, & in promptu, jam maturam, animarum videlicet.) In Apocalypsi auditus est Angelus, alteri, super nubem sedenti, clamans: (aa) Messis expectata; ubi expl. text.
(ab) *Mitte falcem tuam, & mete, quia venit ho-* Apoc. 14, 15.
ra, ut metatur, quoniam aruit messis terræ; & misit, & messuit. (ab) Messis terræ arescens.

Christi passio. Vid. *Passio Christi.* Myst.

Corda peccatorum arida messis tritici sunt, D. Gregor. M. l. 2. Reg. 12.
in qua sunt pluviæ, quando ea Deus convertit; ex D. Gregorio M.

Destructio Jerusalem dicta fuit messis ab D. Hier. l. Isa. 27.
Isaia 27. ut notat D. Hieronymus.

Discussio,

Orig. l. Lev. h. 16. *Discussio*, quam quisque earum, quæ didicit, facere debet, messis, seu messium tritura est; ex Origene.

D. Hier. l. Isai. 25. *Doctrina perversa hæreticorum* messis est Hesebon, sen Moab; ex D. Hieronymo.

D. Greg 6. m. 2. 4. *Doctrina legis & Prophetarum*, cum ea malè utuntur Gentiles, messi stulti assimilatur; ut scribit D. Greg. Magn.

D. Ambr. de Noë 23. *Fructus fidei, & bonorum operum* messis est; ex Div. Ambrosio.

D. Greg. l. Ezech. h. 3. *Fructus retributionis æterna* messis pariter dicitur; ex D. Greg. Magno.

Jerusalem destructio. Vid. *Destructio Jerusalem.*

Mortis Tempus. Vid. *Tempus mortis.*

Idem l. Cant. 5. *Mortificatio vitu, ad perfectionem* adducens, messis ast Myrrhæ cum aromatibus; ut idem D. Greg. M. notat.

Idem 14. m. 10. *Opera exteriora* messis dicuntur; ut idem pariter D. Gragor. M. scribit.

D. Hier. l. Isa. 23. *Passio Christi* per messem etiam designatur; ut habet D. Hieronymus.

Retributionis æterna fructus. Vid. *Fructus retributionis æterna.*

Idem ibidem. *Tempus mortis, judicii &c.* messis optimè dicitur; ex eodem Div. Hieronymo.

Idem l. Jer. 5. *Vocationes diversæ*, annuæ messi assimilantur; ut notat idem D. Hieron.

Vid. *Notas Historicas.*

Messor.

Hist. (a) Quis est. Ruth 2. 4. &c. (b) Ruth, post messorum vestigia, spicas colligens.

Qui (a) *segetes secat, & metit*, ille Messor est. Ruth, (b) salutans messores agri Booz, & petitâ prius veniâ, sequens eorundem messorum vestigia (cùm Booz à juvene, messoribus præsidente; intellexisset, quænam ea esset,) non discedens à manè, sed colligens remanentes spicas, misericordiam Booz in se movit; unde sedenti horâ debitâ ad messorum latus, ei cibum dedit, jussa, ut tamdiu messoribus jungeretur, donec omnes segetes meterentur, ut ipsa retulit socrui suæ. Inter jura Regia, quæ prædixit Samuel populo Regem petenti, est, quòd constitueret sibi ex subditis (c) *messores segetum.*

- - 14.
- - 21.
1. Reg. 8. 12. (c) Messores segetum à Regibus sibi statuti.

4. Reg. 4. 18. (d) Filius Sunamitidis ad messores egressus.
Dan. 14. 32. (e) Habacuc prandium messoribus ferens, in Babyl. translatus à Jerusalem.
Amos 9. 13. (f) Arator comprehensurus messorem, ubi expl. text.

Sunamitidis filius, hospitæ Elisæi, egressus ad Patrem suum, ad (d) messores, æstu percussus solis, & capite valdè dolens, mortuus est; quem postea Elisæus suscitavit. Habacuc Propheta in Jerusalem, portans (e) cibum messoribus, translatus est in Babylonem ed Danielem in lacu leonum positum cum cibo, per Angelum. Futura magna felicitas prædicitur ab Amos, inter cætera, bis verbis: (f) *Comprehendit arator messorem, & calcator uva mittentem semen.* (q. d. bonum sequetur alterum bonum; statim felicitas una sequetur felicitatem aliam, abundantia abundantiam, vinum triticum, triticum vinum, & hujusmodi) (Vid. *Messis ad textum Matth.* 13.

Myst. Vid. *Messis in notis historicis ad text. Matth. Cap.* 13.

Metreta.

Hist. (a) Quid est.

Quod (e) *Metreta* Græcè dicitur, Hebraicè *Bath*, seu *Batus* est; quod est *Medium Barile Romanum*, placet aliis: *Pars quarta Barilis Romani*, ut vocant. *Mensura* enim *liquidorum* est, & ad octoginta, ut ajunt, libras, (unciarum sexdecim videlicet, at juxta varias opiniones variandæ, libræ, earum videlicet numerus) puta vini, seu equæ, capit. Operariis (b) Hiram, cæsuris sibi ligna, illius servis dabat Salomon *vini viginti millia metretas* inter cætera. Et mara fusile (c) *capiebat tria millia metretas.* Quando ad nuptias in Cana Galilææ Jesus in vinum aquam mutavit, repletæ sunt *lapides hydria sex, posita secundùm purificationem Judæorum, capientes singula metretas binas, vel ternas*, aquâ, & in iis aque in vinum mutata est.

(b) Metretæ vini datæ à Salomone operariis Hiram.
2. Par. 2. 10.
- 4. 5.
(c) Metretæ in mari fusili Salomonis.
Joan. 2. 6.
(d) Hydriæ lapideæ capientes metretas binas, vel ternas.

Metri.

Hist. 1. Reg. 10. 21. (a) Quis est, & nom. signif.

Ex (a) Tribu Benjamin, & caput familiæ Cis, qui fuit Pater Saulis Regis, in quam familiam cecidit sors usque ad ipsum Saul, ut in Regem Israël constitueretur. Sonat: *Pluvia, Custodia, Carcer.*

Metuens, Metuendus.

Hist. (a) Quid vox prima, cujus sextus notio non significatur, nisi ubi locus. Esther. 15. 10. (b) Assuerus metuens pro Esther.

A (a) *metuo*, quod est *timeo*, provenit, participium, Metuens, quidem præsentis temporis. Cùm Esther, coram Assuero exterrita, concidisset, *convertit Deus spiritum Regis in mansuetudinem, & festinus,* (b) *ac metuens exilivit de solio, & sustentans eum ulnis suis, donec rediret ad se*, blandiens verbis. Job, innocentiam suam defendens à calumniis amicorum, commemorans afflictionem suam, dicebat: *Neque possum metuens respondere.* In Psalmis est: *Ecce, oculi Domini super metuentes eum &c. Dedisti* (Domine) *metuentibus te significationem.* In Ecclesiastico est: *Metuentes Dominum sustine te misericordiam ejus, & non deflectatis ab illo, ne cadatis.* Philippus collactaneus Antiochi Epiphanis, (c) *metuens filium Antiochi, ad Ptolemæum Philemetorem in Ægyptum abiit.* Cornelius Centurio, habitâ visione à Deo, circa suam conversionem, (d) *misit in Joppen duos domesticos suos, & militem metuentem Dominum*, ad vocandum Petrum. Et de Noë scribitur, quòd (e) *metuens aptavit arcam in salutem domûs sua, per quam damnavit* (incredulitatis scilicet) *mundum.*

Job. 9. 35.
Psalm. 32. 18.
- 59. 6.
Eccl. 2. 7.
2. Mach. 9. 29. (c) Philippus metuens Antiochum Eupat.
Actor. 10. 8. (d) Miles metuens Dominum missus ad vocandum Petrum.
Hebr. 11. 7. (e) Noe metuens, arcam paravit.

Præter hanc vocem *metuens*, pro qua textûs ex sacris litteris attulimus, est etiam participium (f) futuri temporis passivum pariter à metuo, quod exponitur per vocem *Metuendus.* & sonat id, quod metui, seu timeri debet. Apud Ecclesiasticum legitur: *Unus est Altissimus Creator omnipotens, & Rex potens,* (g) *& metuendus nimis, sedens super thronum illius, & dominans Deus.*

(f) Quid Metuendus.
Eccli. 1. 8. (g) Deus metuendus nimis.

Metus.

Hist. (a) Quid hæc vox, cujus textus, ubi locus, ouus significatio.

Idem est, (a) ac *Timor.* Dum fugiebant Judæi, *simulantes metum* ab Hai, deceperunt Regem urbis illius, eam cœperunt, & illum percusserunt. *Ob metum Abimelech, fratris sui*, habitavit in Bera profugus Joathan. Tantus (b) metus de Holoferne incubuit Provinciis, ut omnes illi obviam fierent, eum excipientes. Assyrii, (c) auditâ & visâ, cæde Holofernis, *solo tremore, & metu agitati*, fugæ præsidium sumpserunt. De diligente sapientiam dicitur, quòd Deus *timorem, & metum, & probationem inducet*

Jos. 8. 19.
Judic. 9. 21.
Judith. 3. 9. (b) Metus de Holoferne in omnibus.
- 15. 2. (c) Metus Assyriorum in morte Holofernis.
Eccli. 4. 19.

ducet super illum &c. probatur siquidem justus à Domino, & in tremore, & timore continatur. Monitum item est: *De propitiato peccato noli esse sine metu &c.* Et habetur pariter: *Cogitatus sensati in omni tempore metu non depravabitur.* Caventur Judæi apud Baruch ab idolis, dum iis dicitur: *Nunc videbitis in Babylonia Deos aureos, & argenteos, & lapideos, & ligneos in humeris portari, (d) ostentantes metum gentibus. Videte ergo, ne & vos similes efficiamini factis alienis, & metuatis, (e) & metus vos capiat in ipsis.* Ad Modin exercitus Antiochi Eupatoris, ductus contra Judæos, repletus à Deo per Judam Machabæum metu, ac perturbationa, victus est.

Eccli. 5, 5. — 22, 19. — Baruch. 6, 3. — (d) Idola ostentantia metum. — 4. — (e) Metus de idolis non sumendo. — 2. Mac. 13, 26.

In Evangelio habemus, quòd cum laudaretur Jesus à pluribus, (f) *nemo tamen palam loquebatur de illo propter metum Judæorum.* Item, quòd Joseph ab Arimathæa erat *discipulus Jesu, occultus autem propter metum Judæorum;* itemque quòd discipuli post ejusdem Christi Jesu passionem foribus clausis congregati erant *propter metum Judæorum.* In Actibus Apostolorum scribitur, quòd propter prodigia, & signa, quæ (g) operabantur Apostolis, *metus erat magnus in universis.* Hortatur Paulus fideles Philippenses, ut tàm in ejus præsentia, quàm in absentia *cum metu, & tremore* salutem suam operentur. Et ad Hebræos ait: (h) *Itaque Regnum immobile suscipientes, habemus gratiam, per quam serviamus placentes Deo, cum metu, & reverentiâ.*

Jo. 7, 13. — (f) Metus de Judæis in multis Christi sequacibus. — 19, 38. — 20, 19. — Actos. 2, 43. — (g) Metus in omnibus propter prodigia Apostolorum. — Phil. 2, 12. — Hebr. 12, 28. — (h) Deo cum metu serviendum.

Meza.

Hist. *Filius* (a) *Rahuël* in descendentia Esau, ex Basemath matre; & Dux in populo suo est Meza, cujus nominis interpretatio est: *Distillatio: Aspersio: Ex isto*; Syriacè: *Incensio: Consumptio.*

Gen. 36, 13. — 17. — 1. Par. 1, 37. — (a) Quis est, & quid sonat.

Mezaab.

Hist. In aliquibus exemplaribus est *Mezab.* Pater (a) est Matred, matris Meetabel, uxoris Adar, Regis in Edom. Sonat: *Deauratus: Aqua auri: Quid Aurum?*

Gen. 36, 39. — 1. Par. 1, 50. — (a) Quis est, & quid significat.

Miamin.

Hist. I. De (a) filiis Pharos fuit Miamin, & quidem unus ex iis, qui alienigenas uxores repudiare debuere sub Esdrâ reduces à captivitate.

1. Esd. 10, 25. — (a) Qui fuerunt omnes hoc nomine insigniti.

II. III. IV. V. An Miamin unus ex signatoribus fœderis initi cum Domino sub Nehemia, & Sacerdos, idem sit cum præcedenti, dubium est; ut puto, hic idem est cum eo, qui nominatur inter Principes Sacerdotum, qui redierunt ex captivitate sub Zorobabel. Crediturque idem cum Miamin, qui erat Sacerdos, & Princeps familiæ etiam in diebus Joacim; & nominatur inter Sacerdotes, in tubis Dominum laudantes, quando solemniter dedicatus est murus novæ Jerusalem; cùm tamen nihil certi de varietate, & diversitate plurium, & de unitate dici possit, numeros ad marginem posuimus, ut eam quisque pro libito opinionem sequatur, quæ placitura est. (b) Sonat: *Dexter: Aquas præparans.*

2. Esd. 10, 7. — 12, 5. — 17. — 41. — (b) Signif. nom.

Mib Mic

Mibahar.

Filius (a) *Agaræi* est, inter fortes David; cujus nominis Etymologia est: *Electus: Electio: Juventus.* Hist.

1. Par. 11, 38. — (a) Quis est, & nom. interpr.

Mica.

Propriè (a) *pulvisculus ille est, qui in arena ad modum argenti fulget*; translatè autem transfertur hæc significatio, & denotatur per hanc vocem *frustulum cujuscumque rei, nobis eam tractantibus decidens; & præcisè panis.* Cùm mulier Chanaanæa invocaret Christi Domini auxilium, ad liberandam filiam suam à dæmone, & pro hoc instarent etiam discipuli ejus, respondit Christus Jesus eidem mulieri: *Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus*; at illa reposuit: (b) *Etiam Domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum*; quapropter fide illius motus Jesus eam dimisit, & eam dimittendo, filiam ejus sanavit. In parabola, seu historia Lazari, & divitis Epulonis, dicitur, quòd Lazarus mendicus jacebat ad januam divitis, ulceribus plenus, *cupiens (c) saturari de micis, quæ cadebant de mensa divitis, & nemo illi dabat: sed & canes veniebant, & lingebant ulcera ejus.*

Hist. — (a) Quid est. — Matth. 15, 26. — 27. — Marc. 7, 28. — (b) Responsio Chananææ Christo de micis cadentibus de mensa dominorum. — Luc. 16, 21. — (c) Lazarus cupiens saturari de micis mensæ divitis epulonis.

Dogmata fidei figurantur in micis, cadentibus de mensura Domini; verbum enim panis est, & fides de verbo est; ex D. Ambrosio.

Myst. — D. Ambr. S. Luc. 16.

Micans.

Participium (a) præsentis temporis est à *mico*, quod est *splendeo*, Vid. *Gladius, ad text. Nahum 3. & Stella, ad text. Job. 38.*

Hist. — (a) Quid est, & remissivè.

Micha.

Plures sunt, qui hoc nomen habent in sacris litteris. Hist.

I. *Filius* (a) *Miphiboseth*, filii Jonathæ, & sic ejusdem Jonathæ filii Saul nepos fuit. — 2. Reg. 9, 12. — (a) Qui sunt octo, hoc nomen habentes.

II. Alius est *pater Achobor*, sive Abdon, missi cum aliis à Josia, Rege Juda, ad consulendum Dominum: eundem aliqui dicunt cum I. — 4 Reg. 22, 12. — 2 Par. 34, 20.

III. Alius nominatur in Tribu Ruben *filius Semei*, & pater Reia. — 1. Par. 5, 5.

IV. Alius est *filius Meribbaal* filii Saulis Regis, & ita Saulis nepos; pater autem *Phithon, & Melech, & Tharaa, & Ahaz.* — 8, 34. — 35. & alibi.

V. Inter Levitas etiam Micha est *filius Zechri*, & pater Mathaniæ. — 9, 15.

VI. Alius est *filius*, seu *nepos Oziel*, pariter Levita; & hic idem reputatur cum eo, qui pater Samir dicitur; & frater Jesiæ. — 23, 20. — 24, 24. — 25.

VII. Ponitur etiam Micha *pater Mathaniæ* Levitæ in primis habitatoribus instauratæ Jerusalem nominati. — 2. Par. 11, 17.

VIII. Nominatur pariter Micha *pater Oziæ*, Princeps in Bethuliâ ab Holoferne obsessâ, de Tribu Simeon. Significat: (b) *Pauper: Humilis: Percutiens: Percussus: Quis hic? (In hoc loco scilicet;) Aqua hic.* — (b) Nom. signif.

Michæas.

Non unus tantùm hoc nomine ornatur in sacra pagina. Hist.

I. Vir

(a) Quis primus. I. Vir fuit (a) de Tribu Ephraim, *filius*
Jemla Michæas, & Propheta, tempore Achab,
Regis Iſraël, cui non niſi mala, ſed vera pro-
phetabat; cùmque tam Achab, quàm Joſaphat,
Rex Juda, arma junxiſſent ad Syros debellan-
dos, omneſque Pſeudo-prophetæ ominarentur
victoriam, Joſaphat interrogavit, an ullus eſſet
ſibi Propheta Domini, per quem conſulerent
3. Reg. 22, 8. Dominum; at reſpondit Rex Iſraël: *Remanſit*
vir unus, per quem poſſumus interrogare Domi-
(b) Propheta eſt, ſed mala prophetans. *num; ſed odi ego eum*, (b) *quia non prophetat*
mihi bonum, ſed malum, Michæas filius Jemla;
- - 9. &c. *cui Ioſaphat ait: ne loquaris ita Rex.* Acceſſitur
ergo Michæas, & monetur à nuntio, quòd
omnes alii Prophetæ prædicebant victoriam;
ipſe autem, id ſtatuens dicere, quod ſibi Domi-
nus loqueretur, interrogatus ab Achab, an
contra Syrum pergere deberet in Ramoth Ga-
(c) Ironicè prædicit bona. laad, (c) reſpondit, Dominum eam traditurum
eſſe in manu illius; at advertens Achab, id
ironicè dictum eſſe, adjuravit eum, quatenùs
vellet vera prænuntiare; prænuntiavit ergo ſe-
- - 17. &c. riò: (d) *Vidi cunctum Iſraël diſperſum in monti-*
(d) Seriò prænuntiat mala, & Pſeudo-prophetas mendacia vaticinari dicit. *bus, quaſi oves non habentes paſtorem. Et ait*
Dominus: non habent iſti Dominum; revertatur
unuſquiſq; in domum ſuam in pace; protinuſque
addidit, Achab deceptum fore per ſpiritum men-
dacem futurum in ore omnium Prophetarum;
tum Sedecias Pſeudo-propheta, qui fecerat ſibi
- - 24. cornua ferrea dicens: *hæc dicit Dominus: His*
(e) Percutitur à Sedeciâ Pſeudo-prophetâ. *ventilabis Syriam, donec deleas eam, percuſſit Mi-*
chæam in maxillam, & dixit: mene ergo dimiſit
- - 25. *Spiritus Domini, & locutus eſt tibi? & ait Mi-*
chæas: Viſurus es in die illâ, quando ingredieris
cubiculum, intra cubiculum, ut abſcondaris.
- - 26. &c. Mox Achab juſſit (f) Michæam carcere includi
(f) Carceri mandatur, uſque ad regreſſum Regis à bello &c. apud Amon Principem civitatis, & apud Joas,
filium Amelech, & ſuſtentari pane tribulatio-
nis, & aquâ anguſtiæ, uſque ad reditum à bel-
- - 28. lo: *Dixitq; Michæas: ſi reverſus fueris in pace,*
2 Par. 17. 7. &c. *non eſt locutus in me Dominus. Et ait: audite*
(g) Eventus belli infelix docuit veracem fuiſſe Michæam Prophetantem. *populi omnes*; at eventus (g) docuit veracem fuiſſe
Michæam, Achab quippe in bello occiſus eſt.
II. Fuit (h) & alius Propheta de Moraſthi,
Jerem. 26, 18. in diebus Ezechiæ Regis Juda, qui mala futura
(h) Quis ſecundus, prophetans & ipſe mala, qui cum non damnatus eſſet morti, dedit anſam ſuo exemplo, ut à morte liberaretur Jeremias. populo prædixit, & tamen damnatus morte non
eſt: Hujus ergo exemplo, ſicuti & Uriæ Prophe-
tæ, pariter morte non damnati, licèt prophe-
tantis contra Jeruſalem allato, Seniores Principes
Jeroſolymæ Jeremiam, prophetantem ventura
mala, liberârunt, ne occideretur ſub Joakim Re-
ge Juda. Fuit hic Michæas de Moraſthi, & ſic
de Tribu Juda, diverſus à prælaudato, qui erat
de Tribu Ephraim, præcedens ultra centum
quinquaginta annos hunc, de quo agimus.
Inter Prophetas minores legitur ejus Prophetia,
(i) Compendium Prophetiæ Michææ Prophetæ minoris. (i) ſeptem diſtincta capitibus, & ſextum habet
locum. Iſaiæ ſynchronus fuit, & ſtylo, ſpiri-
tuque ei ſatis ſimilis. In primo capite exci-
Mich. 1. - dium Samariæ propter idololatriam prænuntiat;
- 2. - deinde & Tribui Juda, Samariam imitatæ; mox
decem & eodem tempore duabus aliis Tribubus,
& ſic Iſraël & Iuda exprobrat iniquas paupe-
rum oppreſſiones, illataſque proximis injurias;
ex quibus excidium, & captivitatem eis denun-
- 3. - tiat in ſecundo. In tertio contra injuſta jura,
& plebis oppreſſionem exclamat, Optimates,
& Principes tum Sacerdotum, tum populi in-
crepans: Contra Pſeudo-prophetas, bona pro-
mittentes, quæſtûs causâ, invehit, & Ieroſo-
- 4. - lymæ, & Templi vaſtationem prædicit. Pro-

mittit tamen in quarto tùm Sion, tùm Tem-
plum poſtea reſtituendum, per Chriſtum Domi-
num, Eccleſiam ſuam in monte Sion incepturum,
ad quem turmatim velut ad arcem firmiſſimam
omnes gentes confugient. Et ex magnâ parte,
etiam ad verbum, cum Iſaia in hoc capite con-
cordat. Aſſyriæ vaſtationem in capite quinto Mich. 5 -
prædicit, poſt quæ orietur Chriſtus in Bethle-
hem, & magnificabitur, uſque ad terminos ter-
ræ; atque reliquias Jacob, ut erant Apoſtoli,
aliique primi Chriſtiani, reliquum orbem cæle-
ſti rore irrigaturos; & ſcelera quæcumque au-
ferenda. Cùm incipiat hoc caput per ea verba:
Nunc vaſtaberis filia latronis &c. aliqui putant
per hæc enuntiari vaſtationem Aſſyriæ, ut dixi-
mus; alii urbis Jeruſalem. In ſexto legitur ex- - 6. -
probratio Judæis facta à Domino, qui beneficio-
rum obliti, reliquerunt Deum, idola ſecuti; oſten-
ditur eis via, quâ ad ipſum Deum redeant, alio-
quin extremæ afflictiones propter ſcelera eorum,
eiſdem prophetantur. Luget in ſeptimo autem - 7. -
Propheta, ſe nihil egiſſe, ut converterentur ad
Dominum, cùm omnes in iniquitate ſuâ remane-
re velint: Interea in nullo homine fidendum eſſe
docet, ſed in ſolo Deo Salvatore, qui miſerebitur
Sion, quam liberabit, pace, ac proſperitate dita-
bit, factas patribus promiſſiones complens. De
hoc Propheta agens, (k) D. Hieronymus ſcribit; (k) Senſus Divi Hieronymi circa hunc Prophetam.
„ Michæas de Moraſthi, cohæres Chriſti, vaſta- „
tionem annuntiat filiæ latronis, & obſidionem „
ponit contra eam; quia maxillam percuſſerit „
judicis „. Martyrem hunc Prophetam (facilè
ſub Manaſſe) faciunt plures, quos inter præcipuè
Theophylatus: Et (l) ad diem 15. Januarii legi- (l) Memoria ejus in Mart. Rom.
tur in Martyrologio Romano; ejuſque corpus
cum corpore Habacuc, ex divina revelatione
repertum traditur ſub Theodoſio juniore, pro-
pè Eleutheropolim, ut ex multis eruitur ſcri-
ptoribus Nicephoro, Sozomeno, Caſſiodoro &c.
Cùm diximus eum ſynchronum (m) cum (m) Cum quibus Prophetis ſynchronus fuerit.
Iſaia, addimus etiam cum Oſee, Joël, Amos,
Jonâ, Habacuc.
III. Eſt & alius (n) Michæas, qui *filius* (n) Quis tertius.
fuit *Gamariæ*, Scribæ, qui, cùm in Gazophyla-
cio patris ſui lectus eſſet liber comminationum Jerem. 36, 11.
per Baruch, deſcendit in domum Regis, ubi
erant omnes Principes, ſedentes, quos inter erat
Gamarias pater ejuſdem Michææ, & verba audi- - - 13.
ta retulit. Sonat hoc (o) nomen, quòd Hebrai- (o) Nom. ſign.
cè profertur *Michaiau*, ut *Micha*.

Michaël, Angelus.

Primum (a) *tertia Hierarchiæ Angelorum* Hiſt.
Angelum Michaëlem dicit S. Thomas, & alii; (a) Quis Michaël Angelus.
dum D. Baſilius, cum aliis, *ſupremum omnium*
trium hierarchiarum Principem faciunt, Syna-
gogæ antea, & poſtea Eccleſiæ Præpoſitum, cæ-
leſtiſque exercitûs Ducem. Hunc, (b) reſiſtens Dan. 10, 13.
Angelo Perſarum Principi, Daniel ſibi habuit (b) Adjutor ſuus Danieli adversùs Angelum Perſarum.
adjutorem in cauſa ſua, quâ orabat pro populo
ſuo reſtituendo, cæteris reſiſtentibus; nullus
autem erat ei adjutor in omnibus his, niſi Mi- - - 21.
chaël, Princeps Judæorum.
Judas Apoſtolus in ſua Catholica docens,
quâ modeſtiâ in loquendo, vel etiam in alterca-
tionibus quiſque procedere debeat, habet: *Cùm*
Michael (c) *Archangelus cum diabolo diſputans* Jud. v. 9.
altercaretur de Moyſi corpore, non eſt auſus judi- (c) Archangelus Michaël cum diabolo diſputans; uia cogitatum
cium inferre blaſphemiæ, ſed dixit: Imperet tibi
Dominus; q. d. diſputans Michaël cum diabolo,
non illi injuriam verbo intulit, ſed tantùm dixit:

Imperet tibi Dominus. Quæ autem esset lis hæc, & disputatio. (Vid. *Moyses*).

In Apocalypsi narratur prælium magnum, factum in cælo, dicituique, quòd mulier, amicta sole, duodecim coronata stellis, cujus sub pedibus erat luna, filium peperit, cui insidiabatur draco, Satan videlicet, & describitur prælium per ea verba: (d) *Michael, & Angeli ejus præliabantur cum dracone, & draco pugnabat, & Angeli ejus; & non valuerunt, neque locus inventus est eorum ampliùs in cælo. Et projectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur Diabolus, & Satanas, qui seducit universum orbem: & projectus est in terram, & Angeli ejus, cum illo, missi sunt*; & mox lætitia, quæ in cælo facta est, explicatur, & voces lætantium referuntur. Significat: (c) *Quis ut Deus? Humilitas Dei: Paupertas Dei: Percussio Dei: Percutiens Deus.*

Apoc. 12, 7. (d) Idem pugnans cum dracone victor. - - 8. - - 9. (c) Nomi. interp.

Michaël, Vir.

Hist. (a) Qui sint decem hujus nominis viri.

Sunt & viri, quibus nomen Michaël datur in sacris Biblüs.

Num. 13, 14. I. *Pater Sethur*, electi exploratoris appromissæ terræ, ex Principibus viris Tribus Aser, fuit Michaël.

2 Par. 5, 13. II. Alius hujus nominis est, ex Tribu Gad, inter victores Agarenorum, & in eorum terra habitans positus.

- - 14. III. Positi autem Michaëlis num. II. inter progenitores alius est Michaël.

- 6, 40. IV. Inter Levitas Michaël & pater Samaa, & *filius Basaa*.

- 7. 3. V. Alius est Michael in Tribu Issachar, *filius Izrahia*, familiæ suæ Princeps.

- 8, 16. VI. Alius est in Tribu Benjamin, hujus nominis.

- 12, 20. VII. De Manasse Princeps millium fuit Michaël, qui ad David venit, reversum in Siceleg, cum aliis Principibus, de eâdem suâ Tribu.

- 27, 18. VIII. *Pater Amri*, Præfecti Tribus Issachar, dictus etiam est Michaël.

2.Par. 21, 2. IX. Inter *filios Iosaphat Regis Iuda* etiam fuit habens nomen Michaël.

2.Esdr. 8, 8. (b) Etym. nom. X. Est Michaël *pater Zebedia*, reversi de Babylone cum Esdra. Idem sonat, (b) ac *Michael* nomen Angeli.

Michaja.

Hist. 2.Par. 13, 2. (a) Quæ sit, & nom. signif.

Fuit (a) *filia Uriel*, de Gabaa, mater Abiæ Regis Juda. *Maacha* appellatur in 3.Reg. 15. & filia *Abessalom*; at hoc frequenter in Scriptura habetur, cùm plures binomios esse comperiamus. Sonat: *Quis sicut Dominus? Percussio Domini: Percutiens Dominus: Humilitas Domini: Paupertas Domini*. (Vid. *Maacha*).

Michas.

Hist. Judic. 17, 1. &c. (a) Historia Michæ, & ejus idoli, subinde rapti à Danitis, & positi in urbe Lais.

In libro Judicum habetur, quòd, (a) cùm non esset Rex, neque Judex in Israël, vir quidam de monte Ephraim nomine Michas conflavit, seu conflari sibi fecit, matre ejus id promovente, quæ pecuniam in mille, & centum argenteorum summâ voverat Domino, idolum ex ducentis argenteis; posuitque in domo sua, ædiculâ separatâ constitutâ; factumque est ei Ephod, & Theraphim, id est, vestis Sacerdotalis, unumque de filiis suis Sacerdotem constituit, additumque est, ad domum Michæ ex itineris causa divertens, Levita de Bethlehem Sacerdos designatus pro idolo, & conductus mercede victûs, duplicis vestis, & decem argenteorum per singulos annos. Verùm, cum filii Dan latiorem, & ampliorem sibi babitationem quærerent, & ideircò exploratores misissent, qui transeuntes, diversorium acceperunt in domo Michæ, ubi per Levitam consuluerunt Dominum, cùm redüssent ad suos, ut venirent terram Lais, quam ipsi consideraverant optimam, occupaturi; narraverunt eis pariter de Ephod, Theraphim, & sculptile, quæ erant in domo Michæ. Tum Danitis ad terram illam moventibus, domum Michæ ingressi sunt, qui priùs in ea hospitati fuerant, & illa omnia auferre conati sunt, & frustra Levitâ obsistente, abstulerunt, sexcentis viris armatis ad ostium domûs stantibus ex Dan; quinimò ipsum Levitam secum adduxerunt; & cum cepissent urbem Lais, *posuerunt sibi sculptile, & Ionatham filium Gersom, filii Moysi, ac filios ejus Sacerdotes in Tribu Dan, usque ad diem captivitatis suæ. Mansitq; apud eos idolum Michæ omni tempore, quo fuit domus Dei in Silo.* (b) Sonat idem, ac *Michaas*.

Judic. 18, 2. &c. - - 30. - - 31. (b) Nom. interp.

Michæa.

Hist. 2.Esd. 12, 40. (a) Quis est, & quid sonat.

Sacerdos (a) erat in magna solemnitate, quando celebrata, est dedicatio muri Ierusalem, restauratæ, post captivitatem. Idem sonat, ac *Michaas*.

Michol.

Hist. (a) Quæ sit. 1.Reg. 14, 49. (b) Uxor David facta præbentis 200. præputia Philisthæorum. - 18, 27. &c.

Fuit hæc inter filias, (a) *filia minor, Regis Saul*, quæ dilexit David, (b) & ei data est in uxorem, cùm sponderet pro ea, & solveret nedum centum, ut petebat Saul, qui ab hujusmodi nuptiis abhorrebat, sed ducenta Philisthæorum præputia, quos occidit: Ipsa autem virum suum diligens, in eo satis amorem suum demonstravit, quo à patris manibus, & morte ei inferendâ liberavit; siquidem, cum mitteret Saul satellites in domum David, ut costodirent eum, & interficeretur manè. (c) Michol monens ipsum David, deposuit eum per fenestram, & sic salvatus est. *Tulit autem Michol statuam, & posuit eam super lectum, & pellem pilosam caprarum posuit ad caput ejus, & operuit eam vestimentis*; & advenientibus Saul apparitoribus, responsum est, quòd ægrotaret; reponente autem Saul, ut ad se deferretur in lecto, & invento simulacro David, Michol se apud Saul patrem excusavit, quòd David sibi dixerat: *Dimitte me, alioquin interficiam te.* Et Saul dedit (d) eandem Michol, quæ erat uxor David, Phalti filio Lais, qui erat de Galim. Reducta autem fuit per Abner (e) Michol ad ipsum David, & *sequebatur eam vir suus, plorans usque Bahurim.* Et de eâ narratur (f) quòd, *cùm intrâsset Arca Domini in civitatem David, - - - - - prospiciens per fenestram, vidit Regem David, subsilientem, atque saltantem coram Domino, & despexit eum in corde suo*; reverso autem ei in domum suam, egressa in occursum, dixit, per Ironiam incipiens: *Quam gloriosus fuit hodie Rex Israël, discooperiens se ante ancillas servorum suorum, & nudatus est,* quasi

- 19, 11. - - 12. - - 13. (c) Davidem ingeniose a morte liberat, et intentata per Saulem, cujus rei historia ponitur. - - - 27. - 25, 44. (d) Data alteri, quam David. 2.Reg. 3, 13. &c. (e) Eadem ad David reducta. - - 16. - 6, 16. 1 Par. 15, 29. &c. (f) Eadem despiciens Davidem saltantem ante arcam Dei. 2.Reg. 6, 20.

1. Reg. 6. 20. *quasi si nudetur unus de scurris*; reposuit verò David ad Michol se debere humiliari coram Domino, à quo omnia bona habuerat, & coram quo humiliari est gloriam acquirere; & ex hoc ait scriptura: (g) *Igitur Michol filia Saul non est natus filius, usque in diem mortis suæ.*

- - 23. (g) Unde sterilis fuit apud David.

Notandum interea est, quòd alibi ponitur, quòd Michol filia Saul quinque filios habuit (hi à David consignati fuère Gabaonitis), *quos genuerat* (h) *Hadrieli, filio Berzellai, qui fuit de Molathi*; at cùm Michol David uxor fuisset, & legatur à patre data Phalthi, non Hadrieli, quomodo huic filios genuisset, oritur difficultas. Cajetanus autem aliis in eâ sunt opinione, quòd pro Michol legatur *Merob*, quæ fuit altera filia Saul, quæ de facto Hadrieli data est; alii autem textum intactum relinquentes, dicunt eos filios Michol dictos Hadrieli genitos, eò quòd illos in sterilitate suâ sibi adoptâsset.

- 21. 8. (h) Quomodo alibi dicatur Michol filios habuisse; expl. text.

Etymologia nominis est: (i) *Quis omnia?* (subintellige: est.) *Quæ perfecta? Quæ consummata? Aqua tota: Aquarum perfectio: Aquarum consummatio: Aquarum prohibitio: Quis ex omnibus?*

(i) Etym. nom.

Myst. *Profitentes Christum* nomine, non opere, designantur in Michol, spernente Davidem, coram arcâ Domini saltantem; & ideircò steriles sunt; ex Ruperto.

Rupert. l. 2. Reg. 12.

Migma.

Hist. Variæ (a) res unitæ *mixturam* faciunt, & hæc Migma dicitur. Ubi apud Isaiam prædicitur reversio, & felicitas Judæorum dicitur, quòd (b) tauri, & pulli asinorum, qui operantur terram *commistum migma comedent, sicut in areâ ventilatum est*, h. e. varia frumenti genera propter eorum abundantiam, & quidem sine paleis: quod in sua varietate acuet gustum, & nauseam tollet.

(a) Quid est. Isai. 30. 24. (b) Signum felicitatis, quòd tauri, & asini mixtum migma comedent; ubi expl. text.

Myst. *Christus* à D. Bernardo Migma dicitur in sacramento eucharistiæ, omnem habens secum saporem.

D. Bern. ser. 3. in sup. Domini.

Migrans.

Hist. Participium (a) præsentis temporis est à *migro*, quod est *transeo: abeo: discedo.* In secundo Esdræ notantur nomina (b) *de captivitate migrantium* cum Zorobabel. Ezechieli præceptum est, (c) ut egrederetur de Jerusalem, *sicut egreditur migrans*, quo futuram captivitatem, & abductionem Judæorum indicaret. Paulus Corinthi, migrans de Synagoga, (d) introivit in domum cujusdam Titi quæ erat ipsi Synagogæ proxima.

(a) Quid est. 2 Esd. 7. 6. (b) Migrantes de captiv. qui. Ezech. 12. 4. (c) Ezechiel, ut migrans. Actor. 18. 7. (d) Paulus de Synagoga in proximam domum migrans.

Miles.

Hist. Unde hoc nomen sortitum sit, pro eo, *qui* (a) *ad tuendam Rempublicam arma sequitur, & in hostem armatur*, nescimus: sic aliqui à *malitiâ*, quam sustinet, h. e. duritiâ; alii à *malo*, quod arcet; alii à *multitudine &c.* Militem dictum volunt, quod nomen propriè ei datur, *qui pedes militat*; quòd postea ad equites etiam descendit. Mille (b) milites dabat unaquæque Tribus Romana, & hinc etiam milites dictos asserunt aliqui; ad distinctionem militum in (c) exercitu, alii dicti sunt levis armaturæ; alii ærarii; legionarii alii, auxiliarii &c. sed quid de milite in sacris paginis habemus, videamus.

(a) Quid hæc vox, cujus etymo non figuntur, nisi sit bonum. (b) Milites Tribus Romanæ mille. (c) Varia militum nomina, & classes.

Syri sub Benadad, instaurato numero militum, juxta adhortationem Regi factam, iterùm contra Samariam venêre. Jehu præcepit militibus suis, ut Sacerdotes Baal omnes occiderent, prout fecerunt, & projecerunt. Jojada assumens Centuriones, & milites, pacto cùm eis fœdere, per eos restituit in Regnum Juda Joas. De David scribitur, quòd *posuit milites in Damasco, ut Syria quoque serviret sibi, & offerret munera.* De Josaphat notatur Rege Juda, quòd *constituit militum numeros in cunctis urbibus Juda, quæ erant vallatæ muris.* Baldad, de Deo loquens, ait: *Numquid est numerus militum ejus?* De Ninive depopulatione inquit Nahum: *Miles captivus abductus est.* De Ptolemæo, Alexandri Socero, Ægypti Rege est, quòd cum vellet Regnum illius dolo obtinere, cùm introiret civitatem, *ponebat custodias militum in singulis civitatibus.* Antiochus Epiphanes, suspicatus Judæos deserturos societatem, (d) *jussit militibus interficere, nec parcere occursantibus, & per domos ascendentes trucidare.* Judas Machabæus, invocans Dominum adjutorem, & Ducem belli, *incipiens voce patriâ, & cum hymnis clamorem extollens*, (e) *fugam Gorgiæ militibus incussit.*

3. Reg. 20. 25. 4. Reg. 10. 25. - 11. 4. 2. Par. 18. 6. 2. Par. 17. 2. Job. 25. 3. Nahum 2. 7. 1. Mac. 11. 3. 2. Mac. 5. 12. (d) Strages Judæorum per milites Antiochi Epiph. - 12. 37. (e) Milites Gorgiæ fugientes.

Centurio petens à Christo Domino salutem pueri sui, & de se reddens rationem, ajebat: *Ego homo sum sub potestate constitutus*, (f) *habens sub me milites, & dico huic: vade, & vadit; & alii, veni, & venit; & servo meo fac hoc, & facit.* De militibus Præsidis Pilati notatur, quòd *suscipientes Jesum in prætorium, congregaverunt ad eum universam cohortem*; & tunc fuit, cùm spinis eum coronaverunt. Principes Sacerdotum, congregati cum Senioribus, *pecuniam* (g) *copiosam dederunt militibus*, ut dicerent raptum fuisse corpus Jesu à discipulis ejus, custodiis dormientibus. De militibus scribitur, quòd interrogabant Jesum dicentes: (h) *Quid faciemus?* & Jesus respondit: *Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: & contenti estote stipendiis vestris.* Christo in cruce pendenti illudebant *milites accedentes, & acetum offerentes ei &c.* Ipsi iidem vestimenta ejus sibi diviserunt, sortiti tamen tunicam inconsutilem: Fregerunt crura crucifixis à lateribus Christi, at Christi crura non fregerunt jam mortui: (i) *sed unus militum lancea latus ejus aperuit, & continuò exivit sanguis, & aqua.* Longinus hic nomine dictus refertur.

Matth. 8. 9. Luc. 7. 8. (f) Centurio sub se habens milites. - 27. 27. Marc. 15. 16. Jo. 19. 2. Matth. 28. 12. (g) Milites pecuniam recipientes à Judæis, ut raptum Christi corpus dicerent. Luc. 3. 14. (h) Documenta data militibus à Christo. - 23. 36. Jo. 19. 23. - - 24. - - 32. - - 34. (i) Unus militum latus Jesu lancea aperiens; Longinus.

Cornelius Centurio, Cæsareæ habens visionem, misit Joppen ad Petrum, ut vocaretur, militem, Deum timentem, cum duobus domesticis suis. Herodes eundem Petrum apprehensum, *misit in carcerem, tradens quatuor quaternionibus militum custodiendum*; (k) dormiebatque Petrus inter duos milites; et licèt hæc cautela adhiberetur, & custodes ante ostium custodirent carcerem, per Angelum liberatus est: *Factâ autem die, erat non parva turbatio inter milites, quidnam factum esset de Petro.* Cùm tumultuariè Jerosolymæ Paulus apprehenderetur à Judæis, ab eisdem percussus, tribunus cohortis, (l) *assumptis militibus, & Centurionibus decurrit ad illos*; & Judæi, *cùm vidissent tribunum, & milites, cessaverunt percutere Paulum*; & cùm jussisset ligatum duci in castra, *cùm venisset ad gradus*

Actor. 10. 7. - 12. 4. - - 6. (k) Petrus in carcere inter duos milites dormiens, per Angelum eductus. - - 18. - 21. 32. (l) Milites Paulum de manibus Judæorum liberantes. - - 35.

gradûs, contigit, ut portaretur à militibus propter vim populi. Dum coram Sacerdotibus, & toto Concilio peroraret Paulus, & magna ex ejus peroratione facta esset dissensio, *timens tribunus, ne discerperetur Paulus ab ipsis, jussit milites descendere, & rapere eum de medio eorum, ac deducere eum in castra*; & mox eum militibus ad Præsidem eumCæsaræam transmisit; qui (m) milites, secundùm præceptum, eum addoxerunt, quò debebant, reversi postea ad castra. In procella, quam passus est Paulus, & omnes, qui cum eo erant, dum Romam navi adduceretur, cum misissent nautæ scapham in mare, ut fugerent in eam descendentes, *dixit Paulus Centurioni, & militibus: nisi hi in navi manserint, vos salvi fieri non potestis; tunc absciderunt milites funes scaphæ, & passi sunt eam excidere*; & cùm navis postea impegisset, *militum consilium fuit, ut custodias occiderent: ne quis, cum enatâsset, effugeret: Centurio autem, volens servare Paulum, prohibuit fieri &c.* Cùmque venisset Romam Paulus, (n) permissum est ei *manere sibimet cum custodiente se milite.* Et ad Timotheum scribens, idem Paulus dicebat: (o) *Labora sicut bonus miles Christi Jesu.* Cætera quæ hic non notantur, v. sub dictionibus: (p) *Dux: Magister: Princeps: Joseph: Nabuzardan: Phicol: Phutiphar: Talentum; & sub num.* 100. 200. 500. 80. *m.*

Actor. 23. 10.
- - 23.
- - 30.
(m) Idem per milites adductus Cæsaream.
- 27, 31.
- - 32.
- - 42.
- - 43.
- 28, 16.
(n) Idem Romæ cum milite custodiâ.
2. Tim. 2. 3.
(o) Idem hortatus Timotheum, ut bonum militem, ad laborem.
(p) Cætera remissivè.

Miletus. Vid. post Militia.

Milicho. Vid. post Militia.

Militans.

Hist. (a) Quid est.

Participium (a) præsentis temporis est, à *milito*; hoc est, *militiam sequor, exerceo.* Sic ad Timotheum habens, Apostolus, & suadens ei ut laboret, ut bonus Christi miles, subdit: (b) *Nemo, militans* (hoc est, serviens sequendo, & se subjiciendo) *Deo, implicat se negotiis sæcularibus; ut ei placeat, cui se probavit.*

2. Tim. 2, 4.
(b) Nemo Deo militans negotiis se implicat sæcularibus.

Militaris, e.

Hist. (a) Quid est.

Quod (a) *ad militiam spectat*, Militare dicitur: Gorgias dicitur (b) Vir militaris, hoc est, militiam sequens.

2. Mach. 8, 9.
(b) Gorgias vir militaris dictus.

Militia.

Hist. (a) Quid hoc vocabulum pauci textus notis significent, quæ non est.

Sive (a) sumitur *pro militis professione*; sive *pro militum multitudine*; quin etiam simpliciter per figuram militia *multitudinem* significat.

In Deuteronomio lapidatio destinatur idololatris, & adorantibus (b) *omnem militiam cœli*: Militia autem cæli intelligitur multitudo stellarum, & planetarum, & signorum cælestium; ea enim, tanquam milites sunt, servientia Deo vero. Elisæus Sunamitidi hospitæ suæ se obtulit, utrum vellet, ut pro ea loqueretur *Regi, sive Principi militiæ?* De Israëlitis sumpsit Deus vindictam, utpotè idololatrantibus, & adorantibus *universam militiam cæli*; & hoc sub Osee Rege. Et cùm Manasses Rex Juda adoraret *omnem militiam cæli*, & extruxisset *altaria universæ militiæ cæli in duobus atriis Templi Domini*, prædicta est dilectio Juda, & Jerusalem. Sub Josia autem destructa sunt omnia vasa ei inservientia, & deleti sunt ii, qui ei adolebant incensum. *Robur militiæ* dicitur congregatum sub Joab adversùm Ammonitas. Interrogavit Holofernes Achior, Ammonitarum Ducem, quis esset Rex militiæ Judæorum. Et subinde iratus contra Achior, duci eum jussit in Bethuliam, & minatus ei: (c) *Tunc* (capta scilicet civitate) *gladius militiæ meæ transiet per latera tua &c.* (V. *Achior*).

Deut. 17. 3.
(b) Militia cæli non adoranda; ubi expl. text.
4. Reg. 4. 13.
- - 17, 16.
- - 21. 3.
- - 5.
4. Reg. 23. 4.
- - 5.
1. Par. 20. 1.
Judith. 5. 3.
- 6. 4.
(c) Minæ Holof. de Achior gladio militiæ peremto.

In Job legimus: *Militia est vita hominis super terram &c.*

Job. 7. 1.

In Isaia, ubi prædicitur vastatio Babylonis, dicitur: *Dominus exercituum præcepit militiæ belli.* Et de terribili die futuro judicii ponitur: (d) *In die illâ visitabit Dominus super militiam cæli in excelso, & super Reges terræ, qui sunt super terram*; ubi ly Militia cæli, secundùm aliquos significat Angelos malos; secundùm alios cæli astra; idemque est, ac dicere super idololatriam, & idololatras. Et ubi acerba Dei ultio prænuntiatur super omnes gentes, habetur: (e) *Indignatio Domini super omnes gentes, & furor super universam militiam eorum - - - - - Et tabescet omnis militia cælorum* (astra scilicet adorata à gentibus), *& complicabuntur, sicut liber, cæli; & omnis militia eorum defluet, sicut defluit folium de vineâ, & de ficu.* Incomparabilem prætereà Dei omnipotentiam exaltat Propheta dicens: *Levate in excelsum oculos vestros, & videte, quis creavit hæc: qui educit in numero militiam eorum, & omnes ex nomine vocat &c.* Et Dominus ait: *Manus meæ tetenderunt* (f) *cælos, & omni militiæ eorum mandavi.*

Isai. 13. 4.
- 24. 21.
(d) Dominus visitaturus super militiam cæli; ubi expl. text.
- 34. 2.
(e) Militia cæli peritura; ubi expl. text.
- - 4.
- 40. 26.
- 45. 12.
(f) Omnis militia cæli à Deo creata.

Apud Jeremiam dicuntur ossa Regum, Principum, Sacerdotum, Prophetarum, & populi Jerusalem expandenda *ad* (g) *solem, & lunam, & omnem militiam cæli, quæ dilexerunt, & quibus servierunt, & post quæ ambulaverunt, & quæ quæsierunt, & adoraverunt*; & sic non colligenda, neque sepelienda, sed futura in sterquilinium super faciem terræ. Ita dicitur: (h) *Erunt domus Jerusalem, & domus Regum Juda, sicut locus Topheth, immundæ: omnes domus, in quarum domatibus sacrificaverunt omni militiæ cæli, & libaverunt libamina diis alienis.* Contra Babylonem apud eundem ipsum Prophetam dicitur: *Interficite omnem militiam ejus.*

Jerem. 8. 2.
(g) Ossa plurium expandenda ad cæli militiam, quam adoraverunt; ubi expl. text.
- 19. 13.
(h) Domus, in quibus sacrificatum est cæli militiæ, immundæ.
- 51. 3.

Apud Sophoniam minatur Dominus, extendere manum suam super eos, (i) *qui adorant super tecta militiam cæli, & adorant, & jurant in Domino, & jurant in Melchom.*

Sophon. 1, 5.
(i) Minæ contra adorantes militiam cæli.

In nativitate Christi Domini facta est cum Angelo, nuntiante illam pastoribus, (k) *multitudo militiæ cælestis* (hoc est, Angelorum) *laudantium Deum, & dicentium: Gloria in Altissimis Deo, & in terrâ pax hominibus bonæ voluntatis.* Narrans Stephanus per rerum seriem, quæ antiquis Judæorum patribus evenerant, ponebat, quòd servierunt *militiæ cæli*, puta astris, Angelis malis &c. eam scilicet adorantes, ut Deum.

Luc. 2. 13.
(k) Multitudo militiæ cælestis Deum laudans in nativitate J. C.
- - 14.
Actor. 7. 42.

Ad Corinthios scribens Apostolus, ait: (l) *Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo ad destructionem munitionum &c.*

2. Cor. 10. 4.
(l) Arma militiæ Christianorum non carnalia.

Et ad Timotheum scribit: *Hoc præceptum commendo tibi, fili Timothee, secundùm præcedentes*

1. Tim. 1. 18.

dentes in te Prophetias, (m) *ut milites in illis bonam militiam, habens fidem, & bonam conscientiam &c.* Reliqua ad hanc vocem spectantia videantur in dictionibus: (n) *Magister: Princeps*; & etiam in *Abner: Amri: Ariochi: Amasa: Adarezer: Holofernes: Iudas Calphi: Iudas Machabaeus: Ioab: Naaman: Nabuzardan: Sisara: Sobach*; hæc enim eorum nomina sunt, quibus in sacra pagina datur titulus Magistrorum, seu Principum militiæ.

(m) Hortatio Pauli ad Timotheum, ut bonam militiam militet.
(n) Reliqua remissivè.

Miletus.

Hist. In Actibus Apostolorum habemus, quòd Paulus, cum sociis suis, nomen Jesu portans ad gentes, post Samum, venit navigans Miletum; unde Ephesum misit vocare majores natu Ecclesiæ, quos ad vigilantiam in regenda Ecclesia hortatus est, prædicens non ampliùs se visurum eos esse; & iterùm navim ascendens inde abiit, Jerosolymam ultimò iturus. Et ad Timotheum scribens, ait: (b) *Trophimum autem reliqui infirmum Mileti.* (c) *Miletus* multi scribunt. *Urbs* est *in Caria Jonum*, Epheso proxima in Asia minori, ante *Lelegeis*; *Pithyusa* postea; inde *Anactoria* dicta, & tandem *Miletus*. Maritima est; à Mæandri fluvii ostiis ad 10. stadia non procul, sub Myrensi Archi-Episcopo Episcopalis, & ad præsens *Milasso* nuncupata. Sonat: (d) *Rubra: Coccinea.*

Actor. 20, 15.
(a) Paulus Mileti, quò vocat majores natu Ecclesiæ Ephesi.
— — 17.
2. Tim. 4, 20.
(b) Trophimus à Paulo Mileti relictus infirmus.
(c) Quid Miletus, & ejus varia nomina.
(d) Quid signif.

Milicho,

Hist. Ex Sacerdotibus, (a) Principibus familiarum, qui erant sub Joacim, erat Milicho, quòd nomen significat: *Regnum ejus: Consilium ejus.*

2 Esd. 12, 14.
(a) Quis est, & quid sonat.

Milium.

Hist. *Minutissimum* (a) *herba cujusdam semen, gratum præbens pastum aviculis*, est Milium, quòd nedum altilium, sed & aggrestium hominum cibus esse solet, & miserorum. Per interrogationem Isaias ponit, quòd Deus *ponet* (b) *triticum per ordinem, & hordeum, & milium, & viciam in finibus suis*, q. d. quòd ipse unicuique, juxta opera ejus, dabit locum; pœnam, vel præmium. In pane, quem jussit fieri sibi ab Ezechiele Dominus, erat (c) frumentum, hordeum, faba, lens, milium, vicia; & hoc fieri fecit, quando propheta prænunciare debuit obsidionem, & miseriam Jerosolymæ futuram.

(a) Quid est.
Isai. 28, 25.
(b) Milium à Deo in finibus suis ponendum; ubi expl. text.
Ezech. 4. 9.
(c) Milium in pane fiendo Ezechielis ponendum.

Myst. *Sensus viles*, quibus Judæi pascuntur in lege, designantur per milium in pane Ezechielis positum; ut notat D. Hieronymus.

D. Hier. l. Ezec. 4.

Mille. Millenus. Millies. Vid. Numerus 1000.

Milvus.

Hist. *Rapacissima* (a) *avis est, carnivora, gallinarum pullis insidians*, & *Milvius* etiam dicitur; nomen habere autem scribitur à *molli volatu*; & ut aliis placet *à voce, quam edit.* Inter (b) immundas aves locum habet; habitatque in locis desertis. Hinc Idumææ vastationem prænuntians Isaias dicit: (c) *Illuc congregati sunt milvi, alter ad alterum.* A Jeremia, ut demonstretur hominum stupiditas non considerantium Domini judicium, contraponitur eis, quòd milvus (d) in cælo cognovit tempus suum. Zacharias vidit in visione duas mulieres habentes alas, (e) *quasi alas milvi.* (Vid. *Notas mysticas*).

(a) Quid est.
Levit. 11, 14.
Deut. 14, 13.
(b) Avis immunda est.
Isai. 34, 15.
(c) Milvi congregati prosolitudine designanda.
Jerem. 8, 7.
(d) Milvus tempus cognoscens.
Zach. 5, 9.
(e) Mulieres visæ cum alis milvi.

Myst. *Dæmones, latrones, usurarii*, cæterique omnes, qui alienis insidiantur bonis, ut dæmones perfidè animabus insidiantur, latrones rebus, & cum usurariis pecuniæ aliorum, omnia quasi devorare nitentes, milvis assimilantur; ex Clemente Alexandrino.

Clem. Alexandr. 3. pæd. 9.

Invidi calamitatibus proximi gaudentes, felicitate dolentes, repræsentantur in milvo, de quo scribitur, quod cadaveribus pascitur, pretiosis verò unguentis moritur; ex D. Gregorio Nysseno.

D. Greg. Nyss. de vit. Moys.

Latrones, Usurarii. Vid. *Dæmones.*

Mina. Vid. Mna.

Minæ.

Hist. Idem est. (a) ac *comminationes*, & *incussiones metûs per verba*; aliquando, & translatè *per signa.*

(a) Quid est.

In Ecclesiastico legimus: (b) *Ante ignem camini vapor, & fumus ignis inaltatur: sic & ante sanguinem maledicta, & contumeliæ, & minæ.* Discipuli, post mortem Christi Domini, persecutionem subeuntes, orabant ad Dominum, hæc inter cætera dicentes: (c) *Nunc, Domine, respice in minas eorum* (Principum videlicet persequentium), *& da servis tuis cum omni fiduciâ loqui verbum tuum.* Et de Paulo, cum adhuc Saulus esset, & Iudaicæ legis assecla, scribitur, quòd (d) *Saulus, adhuc spirans minarum, & cædis in discipulos Domini*, obtinuit à Principe Sacerdotum litteras in Damascum, pro captivis reducendis Jerosolymam, si quos inveniret Christi discipulos. Idem verò factus Christi Apostolus, & scribens ad Ephesios hortatur Dominos, ut cum servis suis remittant (e) minas, *scientes* (inquit) *quia, & illorum, & vester Dominus est in cælis, & Personarum acceptio non est apud eum.*

Eccli. 22, 30.
(b) Minæ sanguinem præcedentes.
Actor. 4, 29.
(c) Oratio adversùs minas, ut persequentium minas respiciat.
— 9, 1.
(d) Saulus spirans minarum in Christianos.
Ephes. 6, 9.
(e) Minæ remittendæ cum servis.

Minans.

Hist. Participium (a) præsentis temporis à *mino*, quod est *duco.* (Vid. *Grex*, ad Jer. 31.)

(a) Quid est, & remissivè.

Mingens.

Hist. Participium præsentis (a) temporis est à *mingo*, quod est *lotium reddo.* Sæpè in sacris litteris notatur *mingens ad parietem* pro *viro*; hæc enim viri consuetudo est. Hinc pro hyperbole adhibita est hæc phrasis à David, quando iratus contra Nabal juravit, (b) quòd non relinqueret de omnibus, quæ ad eum pertinebant, & quidem hoc usque manè, *mingentem ad parietem*; & hoc se facturum fuisse repetit uxori illius Abigail, nisi ab ea pacatus fuisset. Ita Ahias Propheta prædixit, quòd Dominus percuteret de Jeroboam *mingentem ad parietem &c.* hoc est, omnem masculum, quod erat progeniem ejus destruere. Ita Zambri dicitur percussisse omnem domum Baasa, &

(a) Quid est.
(b) Mingens ad parietem non relinquendus, seu non relictus.
1. Reg. 25, 22.
— — 34.
3. Reg. 14, 10.

3. Reg. 16. 11. non dereliquisse *ex ea mingentem ad parietem, & propinquos, & amicos ejus.* Ita Elias prophe-
– 21. 21. tavit Regi Achab dictum à Domino : *Interficiam de Achab mingentem ad parietem. & clausum, & ultimum in Israël*; quod factum est per
4. Reg. 9. 8. Jehu.

Minimè. Minimus. Vid. Minor. Minus.

Minister.

Hist. A verbo (a) *Ministro*, quod est *servio administro, exequor mandata*; venit Minister, qui propriè dicitur *mandatorum executor*; & sumitur *pro eo, qui alteri se majori aliquid ad rem porrigit*, puta instrumentum aliquod, consilium, & hujusmodi; sic aliquando *pro servo*; & universaliter *is, qui administrat aliquid, juxta id, quod sibi commissum est ab alio*, puta justitiam, gratiam, redditus, &c. *& servit cum honore.* Scribitur, quòd consilium Joseph pro reparandâ Ægypti penuriâ, quam præviderat, *placuit Pharaoni ––– & cunctis ministris ejus.* Idem Joseph *jussit ministris, ut implerent* (fratrum) *saccos tritico, & reponerent* (b) *pecunias singulorum in sacculis suis, datis supra cibariis in viam, qui fecerunt ita.*

(a) Quid hac voce, cujus ratio ad marginem notis signatur, ubi locum.

Gen. 41. 37.

– 42. 25.

(b) Ministri Joseph ponentes pecunias in sacculis fratrum ejus.

Iosue dicitur minister Moysis. Et idem Iosue misit ministros ad Tabernaculum Achan, qui repertas res absconditas de anathemate Iericho coram Iosue, & omni Israël tulerunt. Quinque Reges, de prælio Gabaon fugitivos, eductos è spelunca fecit per ministros ad se adduci pariter Iosue. Minister Heli erat puer Samuel in conspectu Domini, ante faciem ejusdem Heli Sacerdotis. Minister Ammon ejecit foras à cubiculo ejusdem Ammon sororem ejus Thamar, post patratum stuprum à fratre; qui ipse eam expelli mandavit. De Salomone scribitur, quòd *de filiis Israël non constituit Salomon servire quemquam, sed erant viri bellatores,* (c) *et ministri ejus, & Principes, & Duces, & Præfecti curruum, & equorum.* Minister Elisæi (d) judicavit non sufficere penes viginti hordeaceos pro centum viris; at jubente Elisæo eos tantùm dari, & suffecerunt, & superfuit adhuc ex illis. Minister item Elisæi timuit, cùm videret (e) exercitum hostium advenientem; at, orante Elisæo, excæcati hostes ducti sunt in Samariam. (Vid. *Elisæus.*) Inter magnalia Salomonis, quæ admirata est Regina Saba, fuêre *officia ministrorum ejus.* Prohibuit Artaxerxes, ne ministris domus Dei imponerentur vectigalia, tributa, Annonæ, cum redirent à captivitate sub Esdre, qui misit, ut ministros domûs Dei haberet. Nehemias, dolens narrat, quòd Duces primi, & (f) ministri eorum oppresserunt populum: & ubi signatum est fœdus cum Domino, de servandis omnibus legis præceptis, sub eodem Nehemia, designata sunt etiam habitacula Ministrorum domûs Dei. Ministri Assueri miserunt, qui puellas virgines, ac speciosas, eidem quærerent, ut quæ ei placeret, regnaret loco Vasthi. Athach minister datus est Reginæ Esther ab Assuero. Ministri Assueri eidem Regi notum fecerunt, nihil datum esse præmii Mardochæo, pro revelatis eunuchorum adversùs Regem insidiis. Cum exterrita Esther coram Assuero concideret, ipsemet Assuerus, *Rex turbabatur, & omnes ministri ejus consolabantur eam.*

Exod. 24. 13. & alibi.
Jos. 7. 22.
– 10. 23.
1. Reg. 2. 11.
2. Reg. 13. 18.
3. Reg. 9. 22.
(c) Ministri Salomon, de filiis Israel.
4. Reg. 4. 43.
(d) Minister Elisæi deficientium annonæ [illegible].
– 6. 15.
(e) Item exercitum advenientem.
2. Par. 9. 4.
1. Esdr. 7. 24.
– 8. 17.
2. Esdr. 5. 15.
(f) Ministri opprimentes populum.
– 10. 39.
Esther. 2. 2.
– 4. 5.
– 6. 3.
(g) Ministri Assueri de Mardochæo eum informantes.
– 15. – 19.

In Psalmis ait David : *Benedicite Domino omnes virtutes ejus; ministri ejus, qui facitis voluntatem ejus.* (Domine Deus, tu es,) *qui facis Angelos tuos Spiritus, & ministros tuos ignem urentem.* In Proverbiis legimus : *Acceptus est Regi minister intelligens; iracundiam illius inutilis sustinebit. Princeps, qui libenter audit verba mendacii,* (h) *omnes ministros habet impios.* In libro Sapientiæ iis, (i) qui, cùm essent ministri Regni Dei, non rectè judicarunt, nec custodierunt legem justitiæ, nec ambulaverunt secundum voluntatem Dei, supplicium horrendum prænuntiatur. Apud Ecclesiasticum habetur : *In omni virtute tua dilige eum, qui te fecit, & ministros ejus ne derelinquas. Secundum judicem populi,* (k) *sic & ministri ejus.* Ubi Isaias explicat Christi Salvatoris officium, & prædicationem futuram, ait : *Vos* (l) (de Sion accepti, Apostoli, & discipuli ejus futuri) *Sacerdotes Domini vocabimini : Ministri Dei nostri, dicetur vobis &c.* Protestatur Dominus apud Jeremiam pactum suum irritum non faciendum, quatenus ex eo filius regnaturus sit in throno Dei, & sint Levitæ, ac Sacerdotes ministri ejusdem Dei; unde ponit statim : *Sicut enumerari non possunt stellæ cæli, & metiri arena maris; sic multiplicabo semen David servi mei,* (m) *& Levitas ministros meos.* Ezechieli dixit Dominus, futuros ministros alios in Sanctuario suo ab illis, qui idolis immolaverant. Itemque, quòd dabitur solum, quòd *sanctificatum de terra erit* (n) *Sacerdotibus ministris Sanctuarii, qui accedunt ad ministerium Domini*; & cùm eidem Prophetæ ostenderentur loca omnia circa domum Domini, etiam monstrata est *domus culinarum,* (o) *in qua coquent ministri domûs Domini victimas populi.* De Ministris, qui miserunt tres pueros Judæos in Babylonensem fornacem, scribitur, quòd dum illi inter flammas benedicebant Domino, ipsi (p) eam succendere novâ semper materiâ non desistebant. Dum vaticinatur Joël contra Judam, ait : *Luxerunt Sacerdotes ministri Domini. Ululate ministri altaris : ingredimini, cubate in sacco ministri Dei, quoniam interiit de domo Dei vestri sacrificium, & libatio. Inter vestibulum & altare* (q) *plorabunt Sacerdotes ministri Domini, & dicent : Parce Domine, parce populo tuo : & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, ut dominentur eis nationes; quare dicunt in populis : Ubi est Deus eorum? &c.*

Psalm. 102. 21.
– 103. 4.
Prov. 14. 35.
– 29. 12.
(h) Ministri Regis audientis mendacia, impii.
Sap. 6. 5.
(i) Ministri Regni Dei, non judicantibus rectè supplicium indicitur.
Eccli. 7. 32.
– 10. 2.
(k) Ministri sunt, ut Judex.
Isai. 61. 6.
(l) Apostoli dicendi ministri Dei.
Jerem. 33. 18.
– – 22.
(m) Levitæ ministri Dei multiplicandi.
Ezech. 44. 11.
– 45. 4.
(n) Terra danda Sacerdotibus ministris Sanctuarii.
– 46. 24.
(o) Ministri domûs Domini coquentes victimas populi.
Dan. 3. 46.
(p) Ministri succendentes flammam fornacis Babyl.
Joël. 1. 9.
– – 13.
– 2. 17.
(q) Sacerdotes ministri Dei in planctu.

In Evangelio est à Christo Jesu dictum : *Esto consentiens adversario tuo, dum es in via cum eo; ne fortè tradat te adversarius judici, & judex tradat* (r) *te ministro, & in carcerem mittaris.* Et Apostolis suis ait idem JEsus : *Quicumque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister; & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester servus.* Rex, qui fecerat nuptias filio suo, (s) dixit ministris suis, ut inventum sine veste nuptiali mitterent in tenebras exteriores. Turbis item, & discipulis suis dicebat JEsus : *Qui major est vestrûm, erit minister vester.* Petrus, sequens JEsum, ductum ad Caipham, *sedebat deinde cum ministris, ut videret finem.* Et denuò habemus, quod Apostolis dixit JEsus : *Si quis vult primus esse, erit omnium novissimus, & omnium minister.* Notatur, quod (t) ministri alapis percutiebant Christum JEsum oculis velatum, &c.

Matth. 5. 25.
(r) Cautio, ne quis ministris Judicis tradatur.
– 20. 26. 27.
Marc. 10. 43.
Matth. 22. 13.
(s) Ministri Regis mittentes in tenebras non vestitum veste nuptiali.
– 23. 11.
– 26. 58.
Marc. 14. 54.
– 9. 34.
– 14. 65.
(t) Ministri percutientes alapis Jesum Christum.

Testatur Lucas Evangelista, scribens Evangelium, multos conatos esse narrationem ordinare

circa

circa ea, quæ evenerant, nempe de Christo JEsu additque, *sicut tradiderunt nobis, qui ab initio*
Luc. 1. 2. (u) Ministri sermonis Jesu Christi. — *ipsi viderunt*, (u) *& ministri fuerunt sermonis, &c.* Cùm Nazareth in Synagoga legeret Christus JEsus Isaiam Prophetam, lecto textu,
- 4. 20. (x) Jesus in Synagoga reddens librum ministro. — qui habetur Isai. 61, 1. complicuit, (x) reddidit ministro, & sedens, concionem habuit super his, quæ legerat. In nuptiis, quæ habitæ
Joan. 2, 5. — sunt in Cana Galilææ, deficiente vino, Mater JEsu dixit ministris, ut facerent, quæ ipse diceret; jussit Jesus impleri hydrias aquâ, & repertæ sunt vino plenæ: *Ministri autem sciebant,*
- - 9. - 7. 32. &c. (y) Ministri missi ad capiendum Jesum, ipsum laudantes redeunt. — *qui hauserant aquam.* A Principibus, (y) & Pharisæis ministri missi sunt, qui caperent Jesum, at auditâ ejus prædicatione, redierunt ipsum laudantes. Et quando Christus à Pilato ostensus est flagellatus, & spinis coronatus,
- 19. 6. (z) Ministri clamantes contra Jesum, ut crucifigeretur. — (z) *cùm vidissent eum Pontifices, & ministri, clamabant dicentes: crucifige, crucifige eum.* Cùm Apostoli per Angelum liberati essent ex carcere,
Actor. 5, 22. — ministri cùm venissent, reperientes carcerem
- - 26. (aa) Magistratus cum ministris adducens Apostolos ad tribunal — vacuum, reversi sunt nuntiantes; *tunc abiit* (aa) *Magistratus cum ministris* ad Apostolos, qui docebant populum *& adduxit illos sine vi; timebant enim populum, ne lapidarentur.* Narrabat Paulus coram Festo, & Agrippâ, se à
- 26. 16. — Christo JEsu apparente constitutum esse *ministrum, & testem eorum,* quæ viderat &c.

Rom. 13. 4. — Ad Romanos scribens, idem Paulus habet: *Dei minister est tibi in bonum* (Princeps videlicet); & paulò post subdit: *Ideò & tributa*
- - 6. — *præstatis: Ministri enim Dei sunt* (Principes)
- 15. 8 (ab) Jesus Christus minister circumcisionis. — *in hoc ipsum servientes.* Item ait: *Dico Christum* (ab) *JEsum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones Patrum &c.* dicitque audaciùs eis scripsisse, *propter gratiam*, inquit, *quæ data est mihi à*
- - 16. (ac) Paulus Christi minister. — *Deo, ut* (ac) *sim minister Christi Jesu in Gentibus, sanctificans Evangelium Dei, ut fiat oblatio Gentium accepta, & sanctificata in Spiritu S.*

Corinthiis autem contendentibus, in partes divisis, quòd alii ab Apollo alii à Paolo essent
1. Cor. 3. 5. — instructi, scribit: *Quid igitur est Apollo? quid verò Paulus? minister ejus, cui credidistis, & unicuique, sicut Dominus dedit. &c.* Item dicit:
- 4. 1. — *Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, &*
2. Cor. 3, 5. — *dispensatores mysteriorum Dei. Sufficientia nostra ex Deo est, qui & idoneos nos fecit ministros Novi Testamenti, non literâ, sed spiritu. &c.*
- - 6. — *In omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei mi-*
- 6. 4. — *nistros, in multa patientia, in tribulationibus, &c.*
- 11. 15. (ad) Ministri Satanæ se transfigurantes ut ministri justitiæ. — *Non est magnum, si ministri ejus* (ad) (Satanæ) *transfigurentur velut ministri justitiæ, quorum finis est secundum opera ipsorum;* & ita de Pseudo-Apostolis loquens, subdit: (ae) *Ministri*
- - 23. (ae) Paulus Christi minister. — *Christi sunt,* (ut minùs sapiens dico) *plùs ego: in laboribus plurimis, in carceribus abundantiùs, in plagis supra modum, in mortibus frequenter, &c.*

Galat. 2, 17. — Ad Galatas autem scribens, ait: *Si quærentes justificari in Christo, inventi sumus, & ipsi*
(af) Christus non est peccati minister. — *peccatores,* (af) *numquid Christus peccati minister est? absit.* Dicit prætetea se factum esse
Ephes. 3, 7. — ministrum Evangelii, secundùm donum gratiæ Dei sibi datæ, secundum operationem virtutis
- 6. 21. & alibi. — ejus. Tychicum vocat fidelem ministrum in
Phil. 2, 25. — Domino. Ministrum necessitatis suæ dicit E-
Coloss. 1, 7. — paphroditum. Fidelem pro Colossensibus ministrum Christi JEsu appellat Epaphram; qui-
- - 23. — bus se Evangelii, & Ecclesiæ nominat mini-
strum secundùm dispensationem Dei, sibi da- — Coloss. 1. 25.
tam in eos. Timotheum *ministrum Dei in* — 1. Thess. 3. 2.
Evangelio Christi enuntiat. Et ad eundem scribens, & ei proponens, quæ debebat aliis prædicare, inquit: *Hæc proponens fratribus, bonus* — 1. Tim. 4. 6.
eris minister Christi Jesu, enutritus verbis fidei, & bonæ doctrinæ, quam assecutus es. Ad Hebræos — Hebr. 1, 7.
memorat textum supra allatum Psalm. 103, 4. Et de Christo dicit, quòd Pontifex est *Sancto-* — - 8. 2. (ag) Christus Pontifex Sanctorum minister.
rum minister, & tabernaculi veri, quod fixit Dominus, & non homo.

Myst.

Angeli, sive boni, sive mali, ministri Regis dici possunt; ex Origene. — (ag) Orig. in Matt. h. 20. & in Rom. 9.

Hæretici, qui homines in errores inducunt, ministris; qui Petrum ad Christum negandum induxerunt, assimilantur, ex eodem Origene. — Idem, in Matth. h. 35.

Ministerium.

Hist.

Quæ (a) *præstatur opera à Ministro in re, ad quam est minister;* itemque *officium, & munus, ad quod quis destinatur,* nec non *eleemosyna* aliquando, & *subsidium;* Ministerium dicitur. — (a) Quid hæc vox, cujus textus non significatus notis, nisi ubi locus.
Pincernæ Pharaonis prædixit Joseph ex interpretatione somnii, quòd post tres dies ministerii ejus recordaretur Pharao, ut in gradum pristinum restitueret. Judas (b) apud Joseph in- — Gen. 40. 13.
stabat, ut remitteretur Benjamin ad Jacob, & — - 44. 33. (b) Judas se offerens in ministerio domûs Joseph.
offerebat seipsum servum in ministerio domûs ejusdem. Aaron vestiebatur, & sic summus quilibet Synagogæ Sacerdos, veste, habente tintinnabula aurea, argentea, mixta malis Punicis — Exod. 28. 35. & alibi.
in officio ministerii sui &c. *Vestes* autem *san-* — - 31. 10.
ctas in ministerio Aaron Sacerdotis, & filiis ejus, — - 31. 10.
ut fungantur officio suo in sacris, fecerunt Beseleel, & Ooliab; à quibus ita omnia à Domino mandata confecta sunt, ut scribatur, quòd (c) *nihil ex vasis deerat, quæ in ministerium* — - 39. 40.
tabernaculi, & in tectum fœderis jussa sunt fieri. — (c) Omnia vasa facta in ministerium tabernaculi
Ad ministerium Sacerdotii ascendere prohibebatur habens maculam. Tribus Levi destinata — Lev. 21, 18.
est in ministerio Tabernaculi, & per gyrum e- — Num. 1. 50. & alibi.
jus metabatur; & Levitæ, custodiebant vasa, — - 4. 14. & alibi.
quæ deserviebant in ministerio altaris. A triginta autem annis ad quinquaginta ad officium — - - 30 &c. & alibi.
ministerii sui, juxta distributionem familiarum ingrediebantur. Pro ministerio Tabernaculi
(d) datæ sunt oblationes à duodecim Tribuum — - 7. 5.
Principibus, & datæ sunt Levitis (boves scilicet, & plaustra, & alia) hujusmodi oblationes, — (d) Oblationes datæ pro ministerio Tabernaculi.
juxta ordinem ministerii sui. Eisdemque datæ — - 18, 21.
sunt decimæ Israëlis in possessionem, pro ministerio in Tabernaculo fœderis, & in prælium, — - - 9 &.
& præmium. Omnis similitudo rerum creatarum prohibita est populo Israël, ne coleret,
quæ creavit Dominus Deus —— *in ministeri-* — Deut. 4. 19.
um cunctis Gentibus, quæ sub cælo sunt. Ga-
baonitæ deputati sunt à Josue (e) *in ministerio* — Jos. 9. 27.
cuncti populi, & altaris Domini, cædentes ligna, & aquas comportantes, usque in præsens tempus, in loco, quem Dominus elegisset. — (e) Gabaonitæ deputati in ministerio populi.

In libris Dierum numerantur, & nominantur Levitæ, qui in diversis officiis stabant in — 1. Par. 6. 32. - - 48. & alibi.
ministerio Tabernaculi, juxta ordinem suum, donec ædificaret Salomon domum Domini, quo
Rege designato etiam distributa sunt Levitarum — - 23. 4 &c. & alibi.
viginti quatuor millia in ministerium domûs
Domini, secundum vices suas; & præcisè Sa- — - 24. 3. & alibi.
cerdotes deputati sunt, secundùm ministeria sua.

In He-

1. Par. 26, 32. In Hebron trans Jordanem Hasabias, cum suis,
- - 30. constitutus est præesse *in cunctis operibus Domini,*
& in ministerium Regis; sicuti *in omne ministe-*
rium Dei, & Regis Principes familiarum Rube-
- 28, 20. nitis, & Gadditis. Commendavitque David
(f) David instans pro ministerio domûs Domini. Salomoni, (f) ut omnia ad ministerium domûs
Domini pertinentia adimpleret. Cùm arca fœ-
deris inducta est in templum, notatur, quod
2. Par. 5, 11. omnes Sacerdotes egressi sunt, cùm *non adhuc*
in illo tempore vices, & ministeriorum ordo inter
- 8, 14. *eos divisus esset*; hic autem postea servatus est,
juxta dispositionem, quam fecerat David. Sub
Ioas Rege Iuda, & Iojada, summo Sacerdote,
- 24, 14. de parte collectæ pecuniæ *facta sunt vasa Tem-*
pli in ministerium &c. Restituerunt Sacerdo-
- 26, 18. tes Oziæ, Regi Iuda, volenti se immiscere in
ministerium Sacerdotum, & offerendo incen-
- 29, 36. sum. Restituto Dei cultu, *lætatus est Ezechias,*
- 32, 21. *& omnis populus, eò quòd ministerium Domini es-*
- 35, 10. &c. *set expletum*; qui Rex quidem omnia compo-
suit in ordinem ministerii; quòd & iterum re-
1. Esd. 7, 19. novatum est sub Iosia. Artaxerxes dedit Esdræ
vasa in ministerium domûs Dei; & Nehemias
2. Esdr. 13, 30. protestatus est, se constituisse *ordines Sacerdo-*
tum, & Levitarum, unumquemq; in ministerio
Esther. 7, 9. (g) Harbona in ministerio Regis Assueri. *suo.* Harbona erat *unus de Eunuchis*, (g) *qui*
stabant in ministerio Regis Assueri. Vanitates
describens Ecclesiastes ponit inter alias, quòd
Eccle. 2, 2. ex argento, & auro fecerat sibi *scyphos & ur-*
ceos in ministerio, ad vina fundenda. Contra
Isai. 22, 19. populum Iuda est à Domino apud Isaiam: *Ex-*
pellam te de statione tua, & de ministerio tuo de-
Jerem. 52, 18. *ponam te.* Babylonii, victâ Ierosolymâ, omnia
vasa Templi, quæ in ministerio fuerant, tule-
runt. Ad Tyrum dicitur apud Ezechielem:
Ezech. 27, 9. (h) Nautæ ad ministerium supellectilis Tyri. *Senes Giblii, & prudentes ejus, habuerunt* (h)
nautas ad ministerium varia supellectilis tuæ.
Eidem Prophetæ demonstratum est in spiritu
Gazophylacium, ad viam aquilonis respiciens,
- 40, 46. deputatum in habitaculum *Sacerdotum, qui ex-*
- 44, 14. *cubant ad ministerium altaris*; viditq; (i) Levi-
(i) Levitæ jam idololatræ visi futuri tantum janitores in ministerio Templi. tas Idola antea secutos, Janitores domûs Dei
tantùm futuros in ministerio ejus; & quòd
Sacerdotibus ministris Sanctuarii, *qui* (k) *acce-*
- 41, 4. *dunt ad ministerium Domini*, assignata est por-
(k) Portio primitiarum assignata accedentibus ad ministerium Domini. tio primitiarum. Demetrius Rex, conatus Jo-
nathan summum Sacerdotem ad se trahere, quin-
que millia siclorum argenti promittebat, perti-
1. Mach. 10, 42. nentia ad Sacerdotes, qui ministerio fungeban-
- 11, 58. tur. Antiochus Theos misit Jonathæ eidem
vasa aurea in ministerium, ut in partes suas illum
2. Mach. 3, 3. (l) Seleucus præstans sumptus ad ministerium sacrificiorum. traheret. (l) *Seleucus, Asiæ Rex, de redditibus*
suis præstabat *omnes sumptus ad ministerium sa-*
crificiorum pertinentes.

De Martha, hospitâ Christi, scribitur, quòd,
sorore ejus Mariâ, audiente verbum Christi, *sata-*
Luc. 10, 40. *gebat circa frequens ministerium.*

Actor. 1, 17. De Juda, qui *sortitus erat sortem mini-*
- - 25. *sterii* Apostolatus, locutus est Petrus, discipulos
ad orationem movens, ut Deus ex duobus ele-
ctis unum decerneret *accipere sortem ministe-*
rii ejusdem, de quo prævaricatus erat Ju-
das, Græci discipuli murmurabant adversùs Ju-
- 6, 1. dæos, *eò quòd despicerentur in* (m) *ministerio*
(m) Viduæ Græcorum in ministerio despectæ. *quotidiano* viduæ eorum; sic ergo electi septem
Diaconi constituti sunt ad opus distributionis,
- 6, 4. cæteris *orationi, & ministerio verbi* instantibus.
Discipuli, qui erant Antiochiæ, ut in fame, ab
- 11, 29. Agabo prædictâ, succurrerent egenis, *prout quis*
- - 30. *habebat, proposuerunt singuli in ministerium mit-*
- 12, 25. *tere habitantibus in Judæa fratribus*; quòd & *fe-*
cerunt, mittentes ad Seniores per manus Barnabæ,
& Sauli; qui *Barnabas, & Saulus reversi sunt à*
Jerosolymis, expleto ministerio, assumpto Joanne, qui
cognominatus est Marcus; & de iis dicitur, quòd Actor. 13, 5.
cùm venissent Salaminam, prædicabant verbum Dei
in Synagogis Judæorum; *habebant* (n) *autem & Jo-* (n) Joannes Marcus in ministerio cum Paulo, & Barnaba.
annem in ministerio. Idem Paulus, alloquens
majores Ephesinos, Miletum vocatos, dicebat,
animam suam non æstimare, dummodo cursum
suum consummaret, & ministerium verbi, acce- - 20, 24.
ptum à Domino Jesu, quod erat Evangelium
gratiæ Dei testificari; & Jerosolymam reversus
narrabat per singula, quæ Deus fecisset in Genti- - 21, 19.
bus per ministerium ipsius.

Ad Romanos scribit idem Apostolus: *Vo-* Rom. 11, 13.
bis dico Gentibus: quamdiu quidem ego sum gen-
tium Apostolus, ministerium meum honorificabo &c.
Et de susceptis variis donis ponit illud *ministe-* - 12, 7.
rium in ministrando; Phœbenque commendat,
quam dicit *sororem nostram*, (o) *quæ est in ministe-* - 16, 1.
rio, quæ est in cenchris. Ad Corinthios de Ste- (o) Phœben in ministerio.
phanâ, Fortunato, & Achaico, dicit, *quoniam* 1. Cor. 16, 15.
sunt primitiæ Achaiæ, & in ministerium Sanctorum
ordinaverunt se ipsos. Item ait: *Si ministratio* 2. Cor. 3, 9.
damnationis (p) *gloria est, multò magis abundat* (p) Ministerium justitiæ abundans in gloria.
ministerium justitiæ in gloria. Item inquit, omnia
à Deo bona provenire, *qui nos reconciliavit sibi* - 5, 18.
per Christum: & dedit nobis ministerium recon-
ciliationis. Et de se testatur, quòd nulli ullam det
offensionem, *ut* (inquit) *non vituperetur ministe-* - 6, 3.
rium nostrum; talesque eos vult esse. Sic ro-
gat, ab illis obsecrans *communicationem mini-* - 8, 4.
sterii (h. e. eleemosynam) *quod fit in Sanctos.* Et
inferiùs dicit: *De ministerio, quod fit in Sanctos,* - 9, 1.
ex abundanti est mihi scribere vobis. Et de eadem
eleemosyna ait: *Ministerium hujus officii non so-* - - 12.
lum supplet ea, quæ desunt Sanctis, sed etiam ab-
undat per multas gratiarum actiones in Domino,
(q) *per probationem ministerii hujus, glorificantes* - - 13.
Deum in obedientia confessionis vestræ, in Evan- (q) Fideles per probationem ministerii Deum glorificantes &c.
gelium Christi, &c. Et paulò post in aliis
capitibus additur: (r) *Alias Ecclesias expoliavi,* - 11, 8.
accipiens stipendium ad ministerium vestrum. (r) Paulus in ministerium Corinthiorum stipendium accipiens.
(h. e. subsidium.) Ad Ephesios ostendit, diver-
sa diversis data esse charismatum dona, *ad con-* Ephes. 4, 12.
summationem Sanctorum, in opus ministerii, in
ædificationem corporis Christi, &c. Ad Colossen-
ses scribit: dicite Archippo: *Vide ministerium,* Coloss. 4, 17.
quod accepisti in Domino, ut illud impleas. Ad
Timotheum verò dicit: *Gratias ago ei, qui me* 1. Tim. 1, 12.
confortavit, Christo Jesu Domino nostro, quia fi-
delem me existimavit, ponens in ministerio, &c.
Tu vigila, in omnibus labora, opus fac Evangeli- - 4, 5.
stæ, ministerium tuum imple, &c. Marcum - - 11.
assume, & adduc tecum; (s) *est enim* (s) Lucas utilis Paulo in ministerium.
mihi utilis in ministerium; hæc autem dicta pu-
tantur applicanda Lucæ ab aliquibus, de qui-
bus antea dixit: *Lucas est mecum solus*; unde
pro Luca suadet, ut *Marcum accipiat.* Ad He-
bræos de Angelis inquit, quod sunt (t) *admini-* Hebr. 1, 14.
stratorii Spiritus, in ministerium missi propter (t) Angeli missi in ministerium salutis.
eos, qui hæreditatem capient salutis. De Ponti-
ficatu veteris legis, & de novo disserens, ait, - 8, 6.
quòd (u) *nunc melius sortitus est ministerium*; (u) Ministerium novæ legis melius.
& ostendens, Christum mori debuisse pro nobis,
tanquam hostiam oblatam Deo, & sanguine suo - 9, 21.
opus fuisse, affert id, quod Moyses fecit, quando (x) Vasa ministerii Tabernaculi sanguine victimæ aspersa.
Tabernaculum, (x) *& omnia vasa ministerii san-*
guine similiter aspersit (victimæ sc.). In Apoca- Apoc. 2, 19.
lypsi dicebat Deus Angelo Thyatiræ, se novisse (y) Ministerium Angeli Thyatiræ à Deo cognitum.
opera ejus bona, fidem, charitatem, (y) *ministe-*
rium,

rium, patientiam, & adhuc habere contra eum aliquid permittentem, quod Jezabel mulier seduceret alios. V. *Asaph, Caath, Gerson, Merari*.

Ministrans.

Hist. (a) Quis est. Matth. 27, 55. Actor. 13, 2. (b) Barnabas, & Saulus Domino ministrantes. — 19, 22. (c) Timotheus, & Erastus ministrantes Paulo. Hebr. 10, 11. (d) Omnis Sacerdos in T. V. quotidie ministrans. — — 12.

Idem est, (a) ac *Ministerium exercens*; Sonat autem præcisè: *Inserviens*; & *subsidium dans*; & *præstans servitium*. Multæ mulieres *secutæ erant Jesum à Galilæâ, ministrantes ei*, & hæ ejus morti astitêre. De Barnabe, (b) & Saulo, ministrantibus illis Domino & cum sociis & jejunantibus, scribitur, quòd Spiritus Sanctus dixit: *Segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos.* Timotheus, (c) & Erastus erant duo ex ministrantibus Paulo. Loquitur item Paulus, ad differentiam Sacerdotii Novi Testamenti, ad Hebræos, quod inter eos (d) *omnis quidem Sacerdos præstò est quotidie ministrans, & easdem sæpè offerens hostias, quæ nunquam possunt auferre, peccata; hic autem unam pro peccatis offerens hostiam* (nempe in nova lege) *in sempiternum sedet in dextera Dei, &c.*

Ministratio.

Hist. (a) Quid est. 1. Cor. 12, 5. (b) Ministrationum divisiones in Eccl. 2. Cor. 3, 7. (c) Lex vetus dicta ministratio mortis. — — 8. & 9. (d) Ministratio Spiritûs dicta lex nova.

Est (e) *Ministerii expletio, & executio*; sumitur etiam pro *ipsa exhibita servitute*; Ad Corinthios scribens, Apostolus habet, ubi agit de variis Spiritus Sancti Charismatibus: (b) *Divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus.* Et ubi tractat de differentia ministrorum antiquæ & novæ legis, scribit: (c) *Si ministratio mortis* (ita appellet legem veterem) *litteris deformata in lapidibus fuit in gloria, ita ut non possent intendere filii Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultûs ejus, quæ evacuatur: quomodo non magis* (d) *ministratio Spiritûs erit in gloria? Nam si ministratio damnationis gloria est; multò magis abundat ministerium justitiæ in gloria.*

Ministrator.

Hist. (a) Quis est. Luc. 22, 26. (b) Præcessor fiat ut ministrator.

Is est, (c) *qui ministerium adimplet, alteri obediens.* Christus Dominus, suis contendentibus, quis eorum videretur esse major, dicebat: (b) *Qui major est in vobis, fiat sicut minor; & qui præcessor est, sicut ministrator.*

Minor, Minùs. Minimus, a, um. Minimè.

Hist. (a) Quid hæ voces, quarum textus signis non notantur, ubi locus deest.

Minor &c. (c) *vox est comparativa à Parvo, & dicitur de re parva comparativè ad aliam*; habetque suum adverbium (vox tamen neutra etiam est) Minùs.

Minimus &c. *vox est superlativa à Minore*, & est superlativa in defectu, & carentia magnitudinis; cujus adverbium est Minimè, idem ac *Non: nihil*. Advertendum tamen est, quod Minoritas, & esse minimum non attenditur tantùm ex parte quantitatis molis, sed etiam ex quantitate virtutis; nec non ratione temporis, ætatis, annorum, divitiarum, & hujusmodi.

Gen. 25, 23. (b) Major ex filiis Rebeccæ serviturus minori. — 29, 26.

Pro dictione *Minor* (b) responsum est à Domino Rebeccæ, habenti in utero duos filios: *Duæ gentes sunt in utero tuo, & duo populi ex ventre tuo dividentur, populusq; populum superabit, & major serviet minori.* Laban, eò quòd dedisset Jacob Liam primò, quàm Rachelem, in uxorem Jacob, excusabat se, dicens: *Non est in loco nostro consuetudinis, ut minores ante tradantur ad nuptias.* Jacob autem, se commendans Domino, dum timebat Esaü, inquiebat: *Minor sum cunctis miserationibus tuis, & veritate tuâ, quam explevisti servo tuo.* Ad minora judicanda in populo Israël constituti sunt à Moyse magistratus. Pro emptione prædii alicujus stabilis lex erat: (c) *Quantò plures anni remanserint post Jubilæum tantò crescet & pretium; & quantò minus temporis numeraveris, tanto minoris & emptio constabit; tempus enim frugum vendet tibi.* Ad Moysen dictum est pro divisione terræ: *Pluribus majorem partem dabis, & paucioribus minorem, &c.* Balaam nunciis Balac dixit: (d) *Si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti, & auri, non potero immutare verbum Domini Dei mei, ut plus, vel minus loquar.* Ita à Domino jussum est, urbes dari Levitis hoc modo, ut à filiis Israël, qui plus haberent, plures auferentur, (e) & *qui minùs pauciores*. De Salomone scribitur, quòd in atrio domûs Domini fecit holocaustum, sacrificium, & adipem pacificorum: *quoniam* (f) *altare æreum, quod erat coram Domino, minus erat, & capere non poterat holocaustum &c.* Rex Syriæ, pugnaturus contra Achab, Regem Israel, & Josaphat, Regem Judæ, *præceperat Principibus curruum triginta duobus, dicens: non pugnabitis* (g) *contra minorem, & majorem quempiam, nisi contra Regem Israël solum.* Sors missa est coram David Rege inter plures familias Levitarum, & Sacerdotum *tam majores, quam minores*: Et *omnes sors æqualiter dividebat.* Ita inter familias filiorum Asaph, Heman, Idithun (h) *miserunt sortes per vices suas, ex æquo tam major, quam minor, doctus pariter, & indoctus.* Sub Ezechia, Rege Juda, deputati sunt Levitæ, *in civitatibus Sacerdotum, ut fideliter distribuerent fratribus suis partes, minoribus, atque majoribus.* In Babylonem translata fuere *universa vasa domûs Domini, tam majora, quàm minora.* Sophar ad Job habebat optandum esse, *ut*, inquit, *intelligeres, quod multò minora exigaris ab eo* (Deo scilicet) *quàm meretur iniquitas tua.* Ecclesiastes ait, se intellexisse, quod in iis, quæ fiunt sub sole *quantò plùs* (homo) *laboraverit ad quærendum* (rationem videlicet) *tantò minùs inveniat.* Et alibi dicit: (i) *Si mordeat serpens in silentio, nihil eò minùs habet, qui occultè detrahit.* Sapiens Deum orans, petebat sapientiam, addens: quoniam ego sum *homo infirmus, & exigui temporis, & minor ad intellectum judicii, & legum.* Rabsaces, impotentiam exprobrans Regi Juda, dicebat: *quomodo sustinebis faciem Judicis unius loci ex servis Domini mei minoribus?* reprehendens Jeremias Judæos ajebat; *à minore usque ad majorem omnes avaritiæ student.* Et dum describit siccitatem in terra Juda, ait: (k) *Majores miserunt minores suos ad aquam; venerunt ad hauriendum, non invenerunt aquam, reportaverunt vasa sua vacua; confusi sunt, & afflicti, & operuerunt capita sua.*

Gen. 32, 10. Exod. 18, 22. Lev. 25, 16. (c) Lex pro emptione prædiorum pro pretio majore, vel minore. Num. 26, 54. — 22, 18. (d) Balaam nec plus nec minùs dicturus imperatis à Deo. — 35, 8. (e) De Tribu minus terræ habente pauciores ablatæ urbes. 3. Reg. 8, 64. (f) Altare æreum minus erat capiendis holocaustis. — 22, 31. (g) Syri non pugnaturi contra majorem, vel minorem, sed contra Regem Israël. 1. Par. 24, 31. — 25, 8. (h) Sors dividens æquè majores, & minores. 2. Par. 31, 15. — 36, 18. Job. 11, 6. Eccle. 8, 17. — 10, 11. (i) Serpens in silentio mordens nil minus habet detrahente occultè. Sap. 9, 5. Isai. 36, 9. Jerem. 6, 13. — 14, 3. (k) Minores à majoribus missi ad aquam, & non invenientes.

Ezechiel contra Jerusalem invehitur, quæ superavit peccatis sorores suas, majorem quidem Samariam, minorem verò Sodomam; additque: (l) Sed *nec in viis earum ambulâsti, neque secundùm scelera earum fecisti pauxillum minus; penè sceleratiora fecisti illis in omnibus viis tuis*; ait tamen Dominum recordaturum pacti sui, *cum*, inquit, *receperis sorores tuas*, (m) *te majores, cum minoribus tuis, & dabo eas* (dicit Dominus) *tibi in filias, sed non ex pacto tuo.*

Ezech. 16, 46. — — 47. (l) Jerusalem pauxillum minus non faciens quàm Samaria, & Sodoma in sceleribus. — — 61. (m) Samaria, & Sodoma sorores majores Jerusalem.

Samaria (n) dicitur Oolla, major; Jeru-
falem dicitur Ooliba, foror minor, meretrices
ambæ. Deoiel, manifeftans fomnium Nabu-
chodonofor, & explicans, inter cætera dixit:
(o) *Poft te confurget Regnum aliud minus te ar-*
genteum; & hæc defignabantur in pectore &
brachiis ergenteis ftatuæ vifæ in fomoio à Rege.
Verbum *Thecel* in muro fcriptum ioterpretatus
eft Balthaffari: *Appenfus es in ftatera, & inven-*
tus es minus habens. Apud Amos contre Ifraël
eft: (p) *Dominus mandabit, & percutiet do-*
mum majorem ruinis, & domum minorem fcif-
fionibus. Audientes Jonæ prædicationem, Ni-
nivitæ, pænitentiam egerunt, *& veftiti funt*
faccis à majore ufque ad minorem. Increpat
Judæos Aggæus, & inquit: (q) *Refpexiftis ad*
amplius, & ecce factum eft minus; & rationem
affert ex ore Domini, quia fcilicet oeglexe-
rant domum Domini, ad fua tantùm ædificia
propria opplicentes. Judæis excitatis à Juda
Machabæo ad defenfionem patriæ, & legis fuæ
contre Gentes, fcribitur, quòd *erat pro uxoribus,*
& filiis, itemque pro fratribus & cognatis (r) *mi-*
nor follicitudo; maximus verò & primus pro fan-
ctitate timor erat templi.

In Evangelio habemus dictum à Chrifto
Domino de Joanne Baptifta: *Amen dico vobis,*
(s) *non furrexit inter natos mulierum major, Jo-*
anne Baptiftâ: qui autem minor eft in regno cæ-
lorum, major eft illo. Item dicebat, quod ex-
cufantibus fe io die judicii, quòd opere miferi-
cordiæ non exercuerint in filium hominis, cùm
ipfum non viderint, idem filius hominis refpon-
debit: *Amen dico vobis: quamdiu non fecistis*
uni de minoribus his, nec mihi fecistis. Notatur
item, quòd granum finapis (t) *minus eft omni-*
bus feminibus, quæ funt in terra. Cùm intrâf-
fet cogitatio io difcipulos Chrifti, *quis eorum*
videretur effe major, Chriftus, conftituens pue-
rum fecùs fe, dicebat illis: *Qui minor eft inter*
vos omnes, hic major eft; & alia vice: fuper ea-
dem cogitatione eos alloquens, ajebat: (u) *Qui*
major eft in vobis, fiat ficut minor: & qui præcef-
for eft, ficut Miniftrator. Coram Agrippe Rege,
& Fefto Præfide Paulus, caufam fuam defendens,
inter cætere dicebat: *Auxilio adjutus Dei, ufque*
in hodiernum diem fto, (x) *teftificans minori, at-*
que majori, nihil extra dicens, quam ea, quæ Pro-
phetæ locuti funt futura effe, & Moyfes.

Ad Romanos eutem fcribens Apoftolus, quòd
gratuitè Dei electione eft, quòd conftituatur
quis dignus æternâ patriâ, affert exemplum filio-
rum Ifaac, dicens: *Non ex operibus, fed ex vo-*
cante dictum eft ei: quia major ferviet minori,
ficut fcriptum eft: Jacob dilexi, Efau autem odio
habui. Et ad Corinthios eit: *Factus fum infi-*
piens (me laodendo fcilicet,) *vos me coegiftis. E-*
go enim à vobis debui commendari: (y) *nihil enim*
minus fui ab iis, qui funt fupra modum Apoftoli:
tametfi nihil fum. Et ad eofdem dicit: (z) *Quid*
eft, quod minus habuiftis præ cæteris Ecclefiis, nifi
quod ego ipfe non gravavi vos? donate mihi hanc
injuriam; & profequitur dicens, fe, quæ eorum
funt nolle, fed animas eorum velle, h. e. falutem
ipforum. Et ed Hebræos, arguit excellentiam
Melchifedech fuper Abreham, eò quòd huic ille
benedixit, dicens; (aa) *fine ulla contradictione,*
quod minus eft, à meliore benedicitur. Et Novi
Teftamenti neceffitetem ergumentatur ex pro-
miffione divine; (ab) *quoniam omnes fcient me*
(ait Dominus) *à minore usq; ad majorem eorum.*

Ezech. 23. 4.
(n) Samaria foror major, Jerufalem minor.
Dan. 2. 39.
(o) Regnum minus poft Nabuc. futurum.
- 5. 27.
Amos. 6. 12.
(p) Domus major & minor perentenda à Domino.
Jon. 3. 5.
Agg. 1. 9.
(q) Minus factum à Judæis, ubi c. 1.
2. Mach. 15. 18.
(r) Minor follicitudo Judæorum pro fuis, major pro templo, & lege.
Matth. 11. 11.
(s) Inter natos mulierum non furrexit major Jo. Baptifta. &c.
- 25. 45.
Marc. 4. 31.
(t) Granum finapis minus omnibus feminibus terræ.
Luc. 9. 48.
- 22. 26.
(u) Major fiat, ut minor.
- 26. 22.
(x) Paulus teftificans majori, & minori fidem &c.
Rom. 9. 12. 13.
2. Cor. 12. 11.
(y) Paulus nihil minus aliis Apoftolis.
- - - 13.
(z) Corinthii minus præ cæteris Ecclefiis habuerunt.
Hebr. 7. 7.
(aa) Quod minus eft, à meliore benedicitur.
- 8. 11.
(ab) Omnes à minori ad majorem Deum fcient.

Pro dictione adverbiali: *Minus*, Abraham
rogebat Dominum, quòd fi *minùs* (ac) *quinqua-*
ginta jufti, quinque fuiffent Sodomis, non eam
everteret urbem. Cùm fub Ezechiâ Rege Juda, re-
ftituente cultum Domini, magna pars populi
etiam non fanctificata conveniffet ad comeden-
dum Phafe, Ezechias orabat pro eis, dicens: (d)
Dominus bonus propitiabitur cunctis, qui in toto
corde requirunt Dominum Deum patrum fuorum;
& non imputabit eis, quod minus fanctificati funt.
In Machabæis legimus, quod (ee) *cum falfus ru-*
mor exiffet, tanquam vitâ exceffiffet Antiochus
(Epiphanes fcil.), *affumptis* (e) *Jafon non minùs*
mille viris repentè aggreffus eft civitatem (Jeru-
falem) &c. De eodem Antiocho hebetur, quòd
fufpicatus, Judæos focietatem deferturos, eorum
cædem juffit, in qua per triduum *octoginta millia*
interfecti, quadraginta millia vincti, non minus
autem venundati funt. Nicanor (f) Patrocli cum
armatis non minus viginti millibus, venit contra
Judæos. In munitiones Idumæorum impetum
facieotes Judæi fub Juda Machabæo, *omnes fi-*
mul non minus viginti millibus trucidaverunt.
A Joppitis dolosè fubmerfi funt (eg) Judæi non
minùs ducenti. Congredientes Judæi, fub Ju-
de Machabæo, cum exercitu Nicanoris, qui in-
gentem collegerat ex omni perte multitudinem,
proftraverunt non minus triginta quinque mil-
lia (hoftium), *præfentia Dei magnifice delectati.*
Scriptor libri fecundi Machabæorum propè fi-
nem habet: *Ego quoque in his faciam finem fer-*
monis. Et fi quidem benè, & ut hiftoriæ competit,
hoc & ipfe velim: (ai) *fin autem minus dignè,*
concedendum eft mihi, &c.

Chriftus Dominus pro Mariæ Magdelenæ de-
feofione dicebat Simoni Pharifæo: *Remittuntur*
ei peccata multa, (ak) *quoniam dilexit multum:*
cui autem minus dimittitur, minus diligit. Difci-
pulos fuos item confolatur, quòd opud Patrem
fuum manfiones multæ funt; *fi quo minus* (ait)
dixiffem vobis: quia vado parare vobis locum. Ma-
joribus natu Ephefiis dicebat Paulus: Scitis,
quomodo nihil fubtraxerim utilium, quò minùs an-
nuntiarem vobis, & docerem vos publicè, & per
domos, teftificans Judæis, atque Gentilibus in Deum
pænitentiam, & fidem in Dominum noftrum Jefum
Chriftum. Et ed Corinthios fcribebat: *Exiftimo*
nihil me minùs feciffe à magnis Apoftolis. Et di-
cens fe præ eliis laboraffe inquit: (am) *Miniftri*
Chrifti funt? (*ut minùs fapiens dico*) *plus ego, &c.*
Et fubfequenter narrans, quæ paffus erat in præ-
dicatione Evangelii, inter cætere ponit: (an) A
Judæis *quinquies, quadragenas, unâ minùs acce-*
pi; non enim ut civis Romanus plusquam tri-
ginta novem verbera eccipere poterat; ultra e-
nim ea pæne fervorum erat. Et paulòpoft di-
cit: *Ego* (ao) *autem libentiffimè, impendam, &*
fuperimpendar ipfe pro animabus veftris, licèt
plus vos diligens, minùs diligar. Et ad Timothe-
um habet: (ap) *Vidua eligatur non minùs fexagin-*
ta annorum, quæ fuerit unius viri uxor. Angelo
Pergemi juffus eft in Apocalypfi Joannes fcribe-
re à filio hominis, inter cætera: *fimiliter pæni-*
tentiam age: (aq) *fi quo minùs, veniam tibi citò, &*
pugnabo cum illis, in gladio oris mei. Pro dictione
Minor videndæ funt voces: (ar) *Crepido, Expe-*
ctatio, Luminare, Madian, Menfura, Man, Mo-
dius, Michol, Jacobus Cham, Ephraim, Lot, Nu-
merus, Othniel, Pondus, Querela, Rachel, Sup-
plicium, Uxor, Et etiam vid. *Minimus.*

Gen. 18. 28.
(ac) Sodoma non evertenda ut fi juftis 50. haberentur.
2. Par. 30. 18. 19.
(ad) Dom. non imputaturus requirentibus eum quod minus fanctificati funt.
2. Mach. 5. 5.
(ae) Jafon non minus 1000. viris affumptis, aggreffus Jerufalem.
- - 14.
- 8. 9.
(af) Exercitus Nicanoris cum armatis non minus 20000.
- 10. 17.
- 12. 4.
(ag) Judæi non minus 200. fubmerfi à Joppitis.
- 15. 27.
(ah) Fidem proftraverunt non minus 35000. hoftium.
- - 38.
- - 39.
(ai) Scriptor lib. 2. Mach. de fcripto minus dignè veniam petit.
Luc. 7. 47.
(ak) Cui minus dimittitur, minus diligit.
Joan. 14. 2.
Actor. 20. 20. 21.
(al) Paulus nihil utilium fubtrahens, quo minus annunciaret, &c.
2. Cor. 11. 5.
- - 23.
(am) Paulus, quafi minus fapiens, dicens.
- - 24.
(an) Item quinquies quadragenas una minus, verberationes accipiens pro Chrifto à Judæis, ubi expl. item.
- 12. 15.
(ao) Paulus plus diligens, minus dilectus.
1. Tim. 5. 9.
(ap) Vidua non minus fexaginta annorum eligenda, &c.
Apoc. 2. 16.
(aq) Pænitentia indicta à principe Pergami, fi quo minus &c.
(ar) Pro dictione Minor remiffio.

Quoad

Gen. 19, 11.
(as) A minimo ad maximum caecitate percussi Loth domum vim inferentes.

Quoad dictionem *Minimus*. (as) Cæcitate percussi sunt *à minimo usque ad maximum*, qui extra domum Loth vim faciebant, ab Angelis (Vid. *Loth*). Et hæc phrasis frequens est in sacra Scripture, seu *à maximo usque ad minimum*, sive *à majore usque ad minimum*, & *à minimo usque ad magnum*. Sic scrutati sunt saccos fratrum Joseph ab eodem missi ut scyphum reperirent argenteum (V. *Joseph.*) Amalecitæ duxerunt mulieres captivas ex Siceleg. Sic morti damnatur non quærentis Deum Israël, Asâ Rege restituente Dei cultum, & auferente idola. Ita cunctus populus ascendit in domum Domini, sub Josia, percutiente fœdus cum Domino. Omnes concurrerunt ad Judith, revertentem à cæde Holofernis; & de prædis, quas fecerunt super Assyrios omnes Bethulienses divites facti sunt. Omnis populus, invitatus est ab Assuero ad convivium. Apud Jeremiam comminatio est, quia omnes avaritiam sequebantur. Et Dominus dicit, se ab omnibus cognuscendum. Idem Jeremias responsurus circa reliquias Israel, pro quibus consulerunt Dominum, congregavit omnem populum. Prophetavit pariter consumendos, qui transfugerant ad Ægyptios. Baruch legit librum ad aures omnis populi, de Jerusalem in Babyloniam translati. Universus Israëlitas, qui erant in Galaaditide congregavit Judas Machabæus, ut in terram Juda transferret. Simonem Magum auscultabant omnes in Samaria, & eum attendebant. His autem in locis, hucusque allatis semper una ex prædictis Phrasibus apponitur, ut denotetur, quòd, nullo deficiente omninò, res patrata est, quæ narratur. In aliis textibus est, quòd fratres Joseph decem, eidem dicebant, quòd frater minimus remanserat domi cum Patre; & hunc voluit Joseph ad se adduci; quô adductô, cùm ad mensam ejusdem Joseph admitterentur, *sederunt* (at) *coram eo, primogenitus juxta primogenita sua, & minimus juxta ætatem suam*. Gedeon dicebat ad Dominum, à quo audiebat; se mitti ad liberandum Israël: *Ecce familia mea infima est in Manasse*, (au) *& ego minimus in domo patris mei*. Joathan, filius Jerubaal (ax) minimus absconditus est à cæde, quam patravit Abimelech omnium fratrum suorum. Et dicente Samuele ad Saul, quòd ejus erant optima quæque Israël, ipse Saul exposuit se esse de minimâ Tribo Israël, & de cognatione novissima inter omnes familias Tribûs Benjamin. (ey) David erat minimus fratrum suorum. Roboam, conquerenti populo, pro tributis impositis à Salomone Patre ejus, & petenti, ut minuerentur, respondit durè, inter cætera dicens: *Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei.* Rabsaces, invitans Iudæos, ut ad Regem Assyriorum transirent, dicebat iis: (az) *Quomodo potestis resistere ante unum Satrapam de servis Domini mei minimis?* Rex Syriæ, pugnaturus contra Achab Regem Israël, & Iosaphat Regem Iudæ *præceperat Ducibus equitatûs sui dicens: ne pugnetis contra minimum, aut contra maximum, nisi contra solum Regem Israël.* Ioachaz minimus natu erat filius Ioram, Regis Iuda; qui idem est cum Ochozia. Quatuor dicuntur minima terræ, & sapientiora sapientibus, formica, lepus, locusta, stellio. In Ecclesiastico dicitur: (ba) *Minimum pro magno placeat tibi, & improperium peregrinationis non audies.* Apud Isaiam prophetatur de populo fideli: (bb) *Minimus erit in mille, & parvulus in gentem fortissimam.* Apud Baruch confitentur Iudæi, mala sibi evenisse propter peccata, & in se verificatum esse, quòd Deus dixerat: *Si non audieritis vocem meam*, (bc) *multitudo hæc magna convertetur in minimam inter Gentes, quo ego eos dispergam.* Cùm Iudas Machabæus jam existet pugnaturus contra Nicanorem, notatur, quòd eos, (bd) *qui in civitate erant, non minima solicitudo habebat pro his, qui congressuri erant.*

Margin: - 44, 12. 1.Reg. 30, 2. 2.Par. 15, 13. - 34, 30. Judith. 15, 15. - 15, 8. Esther. 1, 5. Jerem. 8, 10. - 31, 34. - 42, 8. - 44, 12. Baruch. 1, 4. 1.Mach. 5, 45. Actor. 8, 10. Gen. 43, 13. &c. - - 33. & alibi. - 43, 33. (at) Fratres Joseph discumbentes juxta loca primogeniti, & minimi &c. Judic. 6, 15. (au) Gedeon minimus in domo patris sui. - 9, 5. (ax) Minimus fratrum Abimelech à cæde servatus. 1.Reg. 9, 21. - 17, 14. (ay) David minimus fratrum suorum. 3.Reg. 12, 10. 2.Par. 10, 10. 4.Reg. 18, 24. (az) Rabsaces Judæos, ut impotentes resistere minimo Satrapæ objurgat. 2.Par. 18, 30. - 21, 17. - 22, 1. Prov. 30, 24. &c. Eccli. 29, 28. (ba) Minimum pro magno placeat. Isai. 60, 22. (bb) Minimus futurus in mille. Baruch. 2, 29. (bc) Multitudo non audientium Deum vertenda in minima &c. 2.Mach. 15, 19. (bd) Solicitudo non minima pro pugnaturis contra Gentes.

Apud Evangelistas, ubi incidit sermo de Messia, in Bethlehem Iudæ nascituro, affertur dictum Prophetæ: (be) *Et tu Bethlehem terra Juda nequaquam minima es in Principibus Juda, &c.* Christus Dominus dicebat, agens de præceptis legis: *Qui solverit* (bf) *unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum; qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.* Et de pauperibus ajebat: *Quicumque potum dederit uni ex* (bg) *minimis istis calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine discipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem suam.* Granum sinapis dicitur *minimum ——— omnibus seminibus.* In die judicii, dicentibus justis, quod nunquam eum hospitem receperint, nudum cooperuerint &c. respondebit Dominus JEsus: (bh) *Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni ex fratribus meis minimis mihi, fecistis.* Dum vetat solicitudinem circa hæc terrena Christus JEsus, dicit: *Quis vestrûm cogitando potest adjicere ad staturam suam cubitum unum? si ergo neque quod minimum est, potestis, quid de cæteris soliciti estis?* Et alibi habet: *Qui fidelis est in minimo, & in majori fidelis est, & qui in modico iniquus est, & in majori iniquus est.*

Margin: Matth. 2, 6. (be) Bethlehem non minima in Principibus Juda. - 5, 19. (bf) Minimum servans mandatum, minimus in Regno cælorum futurus. - 10, 42. (bg) Merces benefacienti uni ex minimis Christi. - 13, 32. - 25, 40. (bh) Factum uni ex minimis Christi ipsi factum est. Luc. 12, 25. - - 26. - 16, 10.

Ad Corinthios scribens, Apostolus ait: (bi) *Mihi pro minimo est, ut à vobis judicer: aut ab humano die; sed neque me ipsum judico.* Et reprehendens eos, quòd ad judicem Ethnicum pro judicio recurrerent, dicit: *An nescitis, quoniam Sancti de hoc mundo judicabunt? & si in vobis judicabitur mundus, indigni estis, qui de minimis judicetis?* & de se scribit: Ego (bk) *sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei &c.* Et ad Ephesios habet: *Mihi omnium Sanctorum minimo data est gratia hæc in gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi, &c.* Pro duobus aliis textibus, (bl) & locis Vid. *Seditio, Turbatio, ad text. Act.*

Margin: 1.Cor. 4, 3. (bi) Paulo pro minimo erat judicari ab homine. - 6, 2. - 15, 9. (bk) Paulus se minimum dicens Apostolorum, & Sanctorum. Ephes. 3, 8. (bl) Aliqua remissivè.

Quoad dictionem adverbialem *Minimè* notamus, quòd *particula negativa* est; & hac usi sunt Angeli Sodomis, renuentes primò hospitium apud Lot. Jacob (bm) non minimè latuit, Ruben dormiisse cum Balâ concubinâ ejus. Philisthiim, quando remiserunt Arcam, dixerunt, quod si vaccæ, trahentes plaustrum minimè ascendissent contra Bethsames, non sibi evenisse mala, quæ evenerant ex Deo, sed casu conjicerere poterent: Quod minimè reperiretur Elias, edjuravit Achab Rex Israël Regna singula, & Gentes. Saul, & puer ejus minimè reperierunt primò asinas, quas quærebant. Anna, Tobiæ Senioris uxor, & junioris mater, (bn) *quòd die statuto minimè reverteretur filius eorum adeo,*

Margin: Gen. 19, 2. - 35, 22. (bm) Minimè latuit Jacob Ruben peccatum. 1.Reg. 6, 9. 3.Reg. 18, 10. 1.Reg. 9, 4. Tob. 10, 5. (bn) Mater jun. Tobiæ flens, quòd statuto tempore ille minimè rediret.

*tegebatur tuâ manu, videntes tua mirabilia, &
monstra.*

Eccli. 11, 4. Apud Ecclesiasticum est: *In vestitu ne glorieris unquam, nec in die honoris tui extollaris: quoniam mirabilia opera Altissimi solius, & gloriosa, & absconsa, & invisa opera illius.* Itemque dicitur, quòd Deus posuit oculum suum super corda primorum parentum, ut nomen
- 17, 8. sanctificationis collaudarent, & gloriarentur in mirabilibus illius ad enarranda magnalia operum ejus. Laudatur item Dives, sed qui in-
- 31, 9. ventus est sine maculâ, *fecit enim mirabilia in*
- 36, 6. *vitâ suâ.* Et oratio ad Deum est: *Innova si-*
- - 10. *gna, & immuta mirabilia. Festina tempus,*
(p) Mali enarrarent mirabilia Dei. *& memento finis,* (p) *ut enarrent mirabilia tua* (adversarius, & inimicus.) Item habetur,
- 38, 6. quòd *dedit hominibus scientiam Altissimus, ho-*
- 39, 25. *norari in mirabilibus suis. A saeculo usque in saeculum respicit* (Deus), *& nihil est mirabile*
- 42, 17. *in conspectu ejus. Nonne Deus fecit Sanctos*
(q) Sancti enarrantes mirabilia Dei. (q) *enarrare omnia mirabilia sua, quae confirmavit Dominus omnipotens stabiliri in gloria sua?*
- 43, 27. *Illic* (hoc est, in mara) *praeclara opera, &*
- - 31. *mirabilia. Terribilis Dominus, & magnus*
- 48, 4. *vehementer, & mirabilis potentia ipsius. Am-*
- - 15. *plificatus est Elias in mirabilibus suis. In vita*
(r) Elisaeus mirabilia operatus. *sua* (Elisaeus) *fecit monstra,* (r) *& in morte mirabilia operatus est.*

Isai. 25, 1. Isaias confitetur Domino, quoniam fecit mirabilia. Et ubi praedicit futuram consolationem Sion, concludit: *Et hoc à Domino Deo*
- 28, 29. *exercituum exivit, ut mirabile faceret consilium, & magnificaret justitiam.* Atque idem
- 64, 3. Propheta ad Dominum: (s) *Cum feceris mi-*
(s) Deus faciens mirabilia. *rabilia, non sustinebimus.*

Apud Jeremiam, ubi contra Jerusalem
Jerem. 5, 30. comminatur Dominus, est: *Stupor, & mirabilia facta sunt in terra.* Requisitus etiam scri-
- 21, 2. bitur Propheta, ut Dominum interrogaret: *Si*
(t) Deus interrogandus, ut mirabilia faceret de- *forte faciat Dominus* (t) *nobiscum* (Judaeis
mnò Judaeis. scilicet, à Nabuchodonosor obsessis) *secundùm omnia mirabilia sua, & recedat à nobis.*

Apud Danielem legimus, quòd Sidrac, & socii ejus in medio ardentis fornacis dice-
Dan. 3, 43. bant Domino: (u) *Erue nos in mirabilibus*
(u) Deus rogatus, ut in mirabilibus suis pueros de fornace liberaret. *tuis, & da gloriam nomini tuo Domine.* Iis autem, è furnace ab omni immunibus malo egressis, dicebat Nabuchodonosor: *Signa, &*
- - 99. *mirabilia fecit apud me Deus excelsus. Pla-*
- - 100.
(x) Nabuchod. praedicaret mirabilium Dei. *cuit ergo mihi praedicare* (x) *signa ejus, quia magna sunt, & mirabilia ejus, quia fortia &c.* Darius item Rex, liberatum Danielem de lacu
- 6, 27. leonum videns, scripsit: (y) *Ipse* (Deus Da-
(y) Deus faciens mirabilia. nielis) *Liberator, atque Salvator, faciens signa, & mirabilia in caelo, & in terra: qui liberavit Danielem de lacu leonum.* In sua vi-
- 7, 7. sione de quatuor bestiis, quatuor Regna designantibus, notat quartam bestiam fuisse terribilem, atque mirabilem. Aliâ vice interrogavit in visione Daniel virum, lineis indutum:
- 12, 6. (z) *Usquequò finis horum mirabilium?* eorum
(z) Interrogatio Danielis de fine mirabilium. videlicet, quae prophetabantur ventura. Balthasar, sive Evilmerodach, Rex, liberatum Danielem de lacu leonum pariter videns, ait:
- 14, 42. (aa) *Paveant omnes habitantes in universa ter-*
(aa) Deus faciens mirabilia. *ra Deum Danielis: quia ipse est Salvator, faciens signa, & mirabilia in terra: qui liberavit Danielem de lacu leonum.*

Apud Joëlem promittit Dominus conversis prosperitatem, in qua dicit: *Laudabitis no-* Joël. 2, 26.
men Domini Dei vestri, qui fecit mirabilia vobiscum.

Apud Michaeam habetur sponsio à Domino, reducendi populum suum de Chaldaea, & dicitur: *Secundùm dies egressionis tuae de terra* Mich. 7, 15.
Aegypti (h. e. secundùm ea, quae feci, educens vos Judaeos de Aegypto), *ostendam ei* (populo meo) *mirabilia.* Mater martyrum Machabaeorum, ex ejus invicta constantia dicitur: *Mater mirabilis, & bonorum memoriâ* 2 Mac. 7, 20.
digna. Judae Machabaeo congressuro cum Nicanore praeter Oniam apparuit etiam (ab) alius - 15, 13.
vir aetate, & gloria mirabilis, Jeremias Propheta. (ab) Jeremias aetate, & gloria mirabilis.

Principes Sacerdotum, & Scribae, videntes Matth. 21, 15.
mirabilia, quae faciebat Christus, & populum ei plaudentem indignati sunt; & alibi habe- - - 42.
mus, quòd Christus attolit textum supra alla- Marc. 12, 22.
tum Psalmi 117. Paralyticô à Christo sanitati redditô, *stupor apprehendit omnes, & magnifi-* Luc. 5, 26.
cabant Deum. (ac) *Et repleti sunt timore di-* (ac) Mirabilia Christi visa.
centes: quia vidimus mirabilia hodie. Dum disceptabant Judaei de Christu, dicentes: *Hunc* Jo. 9, 29.
nescimus, unde sit; respondit caecus qui fuerat natus, cui restituerat visum, immo dederat Christus: *In hoc mirabile est, quia vos nescitis, unde* - - 30.
sit, & aperuit meos oculos. Vidit Joannes in Apocalypsi signum (ad) *mirabile Angelos se-* Apoc. 15, 1.
ptem habentes plagas septem novissimas. Erant (ad) Mirabile visum à Jo. in Apoc.
item cantantes canticum Moysi, & Agni, dicentes: (ae) *Magna, & mirabilia sunt opera* - - 3.
tua, Domine Deus omnipotens &c. (ae) Mirabilia opera Dei.

Mirabiliter.

Idem est, (a) ac *mirè: modò admirabili.* Hist.
In Job dicitur Deo: *Propter superbiam* (meam (a) Quid est.
scilicet), (b) *quasi leaenam capies me, reversusq́;* Job. 10, 16.
mirabiliter me crucias. Et Eliu ponens mirabi- (b) Job mirabiliter cruciatus.
lia Dei, dicit: (c) *Tonabit Deus in voce sua mi-* - 37, 5.
rabiliter, qui facit magna, & inscrutabilia. In (c) Deus mirabiliter tonans.
Psalmis habetur: *Deducet te* (Christe, ab inimi- Psal. 44, 5.
cis tuis) (d) *mirabiliter dextera* (h. e. potentia, (d) Dextra Christi eum mirabiliter servans.
& virtus) *tua. Illuminans tu* (Deus) (e) *mira-* - 75, 5.
biliter à montibus aeternis. Mentio est in libro Sa- (e) Deus mirabiliter illuminans.
pientiae quàm (f) mirabiliter populus Dei mare Sap. 19, 5.
rubrum evasisset. De lunâ in Ecclesiastico est: (f) Judaei mirabiliter mare rubrum superantes.
(g) *Mensis secundùm nomen ejus est, crescens mi-* Eccli. 43, 8.
rabiliter in consummatione. (g) Luna mirabiliter crescens in consummatione.

Miraculum.

Nomen hoc (a) Miraculum, quod est in sui Hist.
interpretatione, *res mira ad oculum uniuscu-* (a) Quid est.
jusque apparens, commune est *portentis, & prodigiis* quibuscumque, *signis, & virtutibus*; hinc est, quòd saepè unum nomen pro alio in sacris litteris usurpatur; restringendo nos tamen ad praecisam nominis hujus significationem, dicimus, quòd Miraculum *effectus est ex virtute divinâ à parte rei positus, & perdurans, excedens facultatem naturae.* Causa enim nominalis non sufficit ad producendum ultra naturae facultatem, quod est; & si facultatem naturae non excederet quicquam, mirum non esset; sicuti, & si non esset perdurans, facilè deciperemur per daemonum artes: excessus autem super naturae facultatem attenditur, vel quoad

substan-

substantiam, vel quoad modum, & ordinem. At de his apud Theologos, præcisè Controversias. In sacra pagina sæpè miraculum pro *re mirabili* etiam ponitur; quandoquidem mirabilis res omnis miraculum est; non autem miraculum est res omnis, quæ admirationem parit.

Mortem primogenitorum denuntiavit Moyses Pharaoni, cum magno omnium Ægyptiorum clamore, summo apud Judæos servato silentio, *ut sciatis* (ajebat ex parte Domini Moyses) (b) *quanto miraculo dividat Dominus Ægyptios, & Israel.*

Exod. 11, 7. (b) Dominus miraculo dividens Ægyptios, & Judæos.

In libro Numerorum, quando terra deglutivit Core, notatur: (e) *Factum est grande miraculum, ut, Core pereunte, filii ejus non perirent.* Cum Jonathas, unà cum armigero suo, quasi viginti viros Philisthæos occidisset in media parte jugeri, & omnes contubati Philisthiim unius incursu turbati essent, dicitur in libro Regum primo, quòd (d) *factum est miraculum in castris per agros*; & concluditur: *& accidit quasi miraculum à Deo.* Eliu ad Job dicebat: (e) *Miraculum meum* (hoc est, mirabilia, quæ narrabo) *non te terreat, & eloquentia mea non sit tibi gravis.*

Num. 26, 10. (c) Miraculum in castigatione Core. 1. Reg. 14, 15. (d) Miraculum contra Philisth. Job. 33, 7. (e) Miraculum Eliu; ubi expl. text.

Apud Isaiam de Babylone est: (f) *Babylon, dilecta mea, posita est mihi in miraculum* (mirabilem scilicet eversionem, ruinam, vastationem). Et contra Jerosolymam, & Judæos habetur à Domino: (g) *Ecce, ego addam, ut admirationem faciam populo huic miraculo grandi, & stupendo; peribit enim sapientia à sapientibus ejus, & intellectus prudentium ejus abscondetur.*

Isai. 21, 4. (f) Babylon posita in miraculum. — — 29, 14. (g) Miraculum grande à Deo faciendum.

Apud Jeremiam prædicitur opprobrium Pseudo-prophetis, seducentibus populum *in mendacio suo*, (h) *& in miraculis suis.* Et de Judæis, ed Ægyptios profugis, ait Dominus: (i) *Erunt in jusjurandum, & in miraculum, & in maledictionem, & in opprobrium.* (In miraculum scilicet ruinæ, vastationis, cædis &c.)

Jerem. 23, 32. (h) Miracula Pseudo-prophetarum. — — 44, 12. (i) Judæi, ad Ægyptios profugi, futuri in miraculum; ubi expl. text.

Myst. *Virgo Maria* miraculum inenarrabile, & magnum dicitur à D. Jo. Chrysostomo.

D. Jo. Chrysost. de Ann. B. V. & in hypapant.

Mirans.

Hist. A *miror*, (a) quod est *stupeo*, venit Mirans participium præsentis temporis. Quando oblatus est Christus Jesus Sacerdoti Simeoni viro justo, eùm hic multa diceret de illo, *erant pater ejus*, (b) *& mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo.* Cùm autem operaretur postea Christus portenta, (c) & miracula, notatur omnes super iis mirantes fuisse. Petrus Apostolus, visis linteaminibus, in sepulchro Christi positis, & non ipso Christi corpore, abiit secum (d) mirans, quòd factum fuerat. Cùmque apparuisset Christus post mortem suam discipulis, deseribuntur ii, primò non credentes, (e) sed præ gaudio mirantes. De impiis & lascivis dicit Judas Thadæus in suâ Catholicâ, quòd ii sunt (f) *mirantes personas quæstûs causâ.*

(a) Quid est. Luc. 2, 33. (b) Parentes Jesu mirantes super dictis de illo. — 9, 44. (c) Mirantes omnes super Christi miraculis. — 24, 12. (d) Petrus mirans in resurrectione Christi. — — 41. (e) Discipuli mirantes super Christi apparitionibus. Judæ v. 16. (f) Impii mirantes personas quæstûs causâ.

Mirus, a, um.

Hist. Idem, (a) ac *stupore dignum*, Mirum est; & sumitur etiam adverbialiter, quasi dicatur *mirè*, *mirabiliter*, in genere neutro.

(a) Quid est.

Vaccæ miræ speciei, (b) visæ à Pharaone in somnis, devoratæ sunt à fœdis, macieque confectis. (c) *Miro opere* contextæ erant quasi catenæ circa fusilia capitella duarum columnarum æ[r]earum, Jachin, Booz. (d) Mirâ varietate picturæ decorabat pavimentum, Pario stratum lapide, ubi splendidum erat Assueri convivium. Revocatis Aman Epistolis, describitur ubique fuisse (e) *mira exultatio, epulæ, atque convivia, & festus dies &c.* (Vid. *Mardochæus*).

Gen. 41, 4. (b) Vaccæ miræ speciei in somnio Pharaonis. 3. Reg. 7, 17. (c) Capitella miro opere in Templo. Esth. 1, 6. (d) Pavimentum miro lapide stratum. — 8, 17. (e) Mira lætitia in Judæis.

Apud Ecclesiasticum notatur, quòd ex sexcentis millibus, egressis de Ægypto, Judæis, (f) mirum fuisset, quòd vel unus potuisset sibi spondere, quòd fuisset immunis, si voluisset eos Deus perdere. Dum Paulus monet Corinthios, ut caveant à Pseudo-Apostolis, qui se transfigurant in Apostolos Christi, addit: (g) *Et non mirum; ipse enim Satanas transfigurat se in Angelum lucis.*

Eccli. 16, 11. (f) Mirum Dei propitium super Judæos, de Ægypto egressos. 2. Cor. 11, 14. (g) Non mirum, si deceptores Pseudo-Apostoli, ubi Satana se transfigurat.

Misaam.

Ex *filiis* (c) *Elphaal* est in Tribu Benjamin. Sonat ejus nomen: *Salvator eorum: Respiciens eos: Auferens populum: Tangens populum*; Syriecè: *Levitas eorum.*

Hist. 1. Par. 8, 12. (c) Quis est, & quid sonat.

Misach.

In libro Daniel legitur, quòd Nabuchodonosor Rex, (a) victâ Judæâ, & captâ Jerusalem, secum domum Juda, captivam abduxit in terram Sennaar, & *de semine Regio, & Tyrannorum pueros; in quibus nulla esset macula, decoros formâ, & erudites omni sapientiâ, cautos scientiâ, & doctos disciplinâ, & qui possent stare in Palatio Regis*, jussit seligi, & doceri litteras, & linguam Chaldæorum, constituitque eis annonam dietim de cibis suis, & de vino, quod ipse bibebat, ut enutriti tribus annis, postea starent in conspectu Regis. Fuerunt ergo inter eos ad hoc selecti Daniel, Ananias, Misaël, Azarias, (b) qui nomina immutata sunt Chaldaicè Balthassar, Sidrach, Misach, & Abdenago; & ita huic, de quo sermo in præsens est, datum est nomen Misach. Asphenez curam habens eunuchorum erat, (vid. *Eunuchus: Daniel*), à quo Daniel nomine etiam sociorum poposcit, (e) ut alio cibo, & potu eos nutriret, quàm cibo, & potu regio; timebant enim contaminari; at se excusavit Asphenez, ne macilentiores aliis postea facti in ipsum pœnam capitis cauarent. Erat autem Malasar alius ab Asphenez eunuchorum Principe, specialiter ad curam horum quatuor constitutus; & cùm apud hunc institisset pro eâdem re Daniel, ut saltem ad decem dies tentaret, utrumne res bene succederet, Malasar pro regio cibo, & potu dedit eis legumina, & aquam; factumque est, ut post decem dies cæteris corpulentiores apparerent, vultusque eorum meliores; unde ita viventes, studiisque incumbentes, dato tempore ad Nebuchodonosor introducti, *non sunt inventi tales de universis, & omne verbum sapientiæ, & intellectûs, quod sciscitatus est ab eis Rex, invenit in eis decuplum super cunctos ariolos, & magos, qui erant in universo*

Hist. Dan. 1, 1. &c. (a) Quis est, in captivitatem ductus. — — 7. (b) Antea dictus Misaël, inde Misach. — — 8. &c. (c) Cum sociis nutriri petit cibo, & potu non regio, timens non contaminari, & ex iis pinguior apparet.

Dan. 3. 19. &c.
(d) Præficitur cum sociis super opera Babyl. & cum iisdem statuam Nabuchod. adorare nolens, unde fornaci accensæ immittitur.

universæ Regni ejus. Ita ergo stantes in conspectu Regis, & gratiâ ejus fruentes, (d) & super opera regionis Babylonis constituti Sidrach, Misach, & Abdenago (Daniel munia alia exercente), cum Nabuchodonosor Rex statuam sibi erexisset ab omnibus adorandam, id præstare noluerunt; quo circa ad Regem denuntiati, ejusdemmet furentis imperio, in fornacem Ignis ardentis, quam antea accendi fecerat in pœnam inobedientium, missi sunt, septuplum tamen pro ipsis antea accensam, quàm succendi consueverat; & quidem missi sunt vincti cum braccis suis, & tiaris, & calceamentis, & vestibus in fornacem nimis succensam; talesque ceciderunt in medio ejus ligatis pedibus; at res satis admiranda apparuit:

(e) In fornace per flammas ambulabant, & Deo benedicunt.
- - 49.
- - 50.
- - 51.
- - 52. &c.

(e) Ambulabant heroës in medio flammæ, & Domino benedicebant; oravitque pro omnibus Azarias, qui Abdenago dictus est, & *Angelus Domini descendit cum Azaria, & sociis ejus in fornacem, & excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis, quasi ventum roris flantem, & non tetigit eos omninò ignis, neque contristavit, nec quicquam molestiæ intulit.* Et mox subditur, quòd *tunc hi tres quasi ex uno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum in fornace;* unde in sacra pagina per extensum exponuntur benedictiones ipsorum ad Deum, nec non aliarum creaturarum invocationes ad benedicendum eidem.

(f) Videns Nabuchod. eum sociis in medio fornacis, addito uno alio, & ad egrediendum invitatur.
- - 91.
- - 94.
(g) Innocui exeunt à flammis cum sociis, ad omnium stuporem; & Nabuch. Deum benedicit.

Factum est autem interea, quòd ipse (f) Nabuchodonosor, introspiciens fornacem quatuor viros in ea adverteret, licèt tantùm tres in eam immissi fuissent, ex quo valdè obstupuit, cùm præsertim esset species quarti similis Filio Dei, ut ipse ajebat, id cum admiratione Optimatibus suis manifestans, &c, ad ostium fornacis appropinquans, ait: *Sidrach, Misach, & Abdenago servi Dei excelsi, egredimini, & venite;* iis autem egressis, (g) mirum est quantùm obstuperent circa eos congregati Satrapæ, Magistratus, Judices, & Optimates omnes, qui illos contemplabantur, *quoniam nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum, & capillus capitis eorum non esset adustus, & sarabala eorum non fuissent immutata, & odor ignis non transisset per eos;* idemque Nabuchodonosor benedixit Deo eorum, pœnasque publicavit contra blasphemos ejusdem Dei, de quo dixit:

- - 96.
- - 97. &c.

Neque enim est alius Deus, qui possit ita salvare; pluresque alias ejusdem Dei protulit laudes; promovitque Sidrach, Misach, & Abdenago in Provincia Babylonis.

(h) Memoria ejus cum sociis in Mart. Rom.
(i) Signif. nom.

(h) Ut sancti recoluntur, ut quondam in Synagoga, in Ecclesia, & ad diem 16. Decembris eorum festum colitur. Sonat: (i) *Prolongans: Attrahens: Aquas vellens: Aquas sepiens.* Mentio de Misach est, sub nomine tamen Misaëlis, dum Mathathias dicebat:

1 Mac. 2. 59.
(k) Memoria ejus cum sociis in 1. Mach.

(k) *Ananias, & Azarias, & Misaël credentes, liberati sunt de flamma.*

Misaël.

Hist.
(a) Quis primus.

I. Historiam hujus habes apud dictionem Misach, qui antea dicebatur Misaël, si de eo, de quo in historia Danielis est mentio, Quare vid. *Misach.*

Exod. 6. 22.
(b) Quis secundus.

II. Verum tamen est, quòd alii sunt hoc nomine in sacra pagina. (b) *Primogenitus Oziel,* filii Caath in Tribu Levi fuit Misaël, & hic missus est à Moyse, cum Elisaphan fratre, (c) ad tollendos è conspectu Sanctuarii Nadab, & Abiu, igne Domini mortuos. (vid. *Abiu: Nadab*), prout fecit, & extra castra asportavit.

Lev. 10. 4.
(c) Aufert Nadab, & Abiu à castris.

2. Esd. 8. 4.
(d) Quis tertius, & nom. etym.

III. Fuit & alius Levita sub Esdra; adstititque ei, recitanti, & explicanti verba legis populo. Significat: (d) *Quis postulatus? Quis commodatus? Quis postulans: Quis commodans? Abstulit Deus? Recessit Deus:*

Miser, a, um. Miserrimus, a, um.

Hist.
(a) Quid hæ voces, quarum aliquando non significatur, nisi sit locus.

(a) *Calamitosus, egenus, flebilis, ærumnosus, infelix;* aliquando *æger;* aliquando *innocens* est Miser, nomen adjectivum positivum, cujus superlativum est: Miserrimus.

Judith. 9. 17.

Judith dicebat Deo: *Exaudi me miseram deprecantem.*

Job. 3. 20.

Job dolens de suis miseriis, dicebat: *Quare misero data est lux? &c.*

Psal. 37. 7.

David de se ajebat: *Miser factus sum, & curvatus sum usque in finem.* Et alibi habet: *Filia Babylonis misera.*

- 136. 8.
Prov. 14. 34.
Sap. 13. 18.
Isa. 16. 4.
Jer. 45. 3.
(b) Baruch redarguitur dicens se miserum.
2. Mac. 3. 21.
(c) Misera expectatio in Jerusalem circa thesauros Templi rapiendos.
- 4. 47.
(d) Miseri injustè damnati.

In Proverbiis est: *Justitia elevat gentem; miseros autem facit populos peccatum.* De idololatris in libro Sapientiæ est, quòd *animalia miserrima colunt.* Contra Moab prophetatur malum, dum dicitur: *Consummatus est miser.* Ad Baruch dicebat Jeremias, eum nomine Domini arguens: (b) *Dixisti: væ misero mihi &c.* & ejusdem Dei promittit nomine securitatem ipsi. Cùm Heliodorus sacros vellet rapere thesauros, (c) notatur, quòd *erat misera commistæ multitudinis, & magni Sacerdotis in agone constituti exspectatio.* Sub Antiocho Epiphane Menelaos absolutus est; (d) *Miseros autem, qui etiamsi apud Scythas causam dixissent, innocentes judicarentur, hos morte damnavit* Rex. (Vid. *Menelaus*).

Jacob. 4. 9.
Apoc. 3. 17.
(e) Miser dictus Episcopus Laodiciæ.

Jacobus in sua Catholica hortatur fideles: *Miseri estote, & lugete, & plorate* (pro peccatis scilicet vestris). Laodiciæ Angelo, seu Episcopo jussus est Joannes scribere: (e) *Tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus & nudus.*

Miserabilis. Miserabilior.

Hist.
(a) Quid est.

Compassione, (a) *& miseratione dignus* est; habétque eadem etiam significata, quæ *miser.* Ejus nomen comparativum est Miserabilior.

Judic. 5. 27.
(b) Sisara miserabilis jacens.

De (b) Sisara, occiso à Jahele, notatur quòd *jacebat exanimis, & miserabilis.*

Eccle. 5. 15.
(c) Avaritia miserabilis infirmitas.

Apud Ecclesiasten, dum sermo est de avaro, (c) dicitur: *Miserabilis prorsus infirmitas: quomodo venit* (homo scilicet in mundum), *sic revertetur.*

2 Mac. 9. 28.
(d) Antiochus Epiph. miserabili obitu moriens.

De Antiocho Epiphane notatur, quòd (d) *peregrè in montibus miserabili obitu vitâ functus est.*

1. Cor. 15. 19.
(e) Miserabiliores in hac vitâ tantùm sperantes.

Ad Corinthios scribens, Apostolus ait: *Si in hac* (e) *vita tantùm* (& non in alia, h. e. post hanc vitam) *in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus;* vitam enim æternam speramus, cujus testimonium est resurrectio ejusdem Christi Domini nostri, ut prosequendo demonstrat Apostolus. (V. *Miser,* ad text. Apoc. 3.

Miserans.

Hist. A (a) *Miserer*, *miserans*, participium
(a) Quid est. præsentis temporis est; idem ac *miserens*; quod
est *compatiens*.
Ad Jerusalem missus Jeremias dicebat, ex
Jerem. 2, 2. ore Domini: (b) *Recordatus sum tui, miserans*
(b) Deus miserans. *adolescentiam tuam &c.* Et appromittens libe-
rationem à captivitate populo suo Dominus ait:
- 31, 3. *In charitate perpetuâ dilexi te; ideo attraxi te*
- - 20. *miserans. Miserans miserabor ejus.* De Judæis,
sub Juda Machabæo, pergentibus contra Lysiæ
2.Mac. 11, 10. exercitum, dicitur, quòd *ibant prompti, de cælo*
habentes adjutorem, & miserantes super eos Do-
minum.

Miseratio.

Hist. (a) *Compassio alieni infortunii, & mali;*
(a) Quid hæc vox, itemque *actio, quâ quis alium ab infortunio, &*
cujus centrum no- *malo sublevat*, est Miseratio. Jacob, orans, di-
tis non signati, cebat Deo: *Minor sum cunctis miserationibus*
nisi ubi locus. *tuis, & veritate tua, quam explevisti servo tuo.*
Gen. 32, 10.
Exod. 34, 6. Moyses item Deo inquit: *Dominator Domine*
Deus, misericors, & clemens, patiens, & multæ
miserationis, & verax &c. David ad Gad ait:
2.Par. 21, 13. (b) *Melius mihi est, ut incidam in manus Domi-*
(b) Miserationes *ni, quia multæ sunt miserationes ejus, quàm in*
Dei multæ. *manus hominum*; & tunc fuit, quando ex tri-
bus propositis flagellis pestilentiam elegit.
2.Esd. 9, 19. *Multæ miserationis* pariter Dominus vocatus est
à Levitis, confitentibus Dei beneficia, & po-
- - 27. puli ingratitudinem; cui *secundùm miserationes*
suas *multas* dederat *Salvatores, qui salvarent*
- - 31. *eos de manu hostium suorum*; unde iterùm voca-
tur *Deus miserationum.* Nehemias dicebat Do-
- 13, 14. mino: *Ne deleas miserationes meas, quas feci in*
- - 22. *domo Dei mei, & in ceremoniis ejus. Parce mihi*
(c) Miserationes (c) *secundùm multitudinem miserationum tua-*
Dei multæ. *rum.* Judith objurgabat Bethulienses, quòd
diem constituerant deditionis suæ Holoferni, si
dato tempore non adveniebat eis adjutorium, di-
Judith. 8, 13. cens: (d) *Posuistis vos tempus miserationis Do-*
(d) Bethulienses *mini, & in arbitrium vestrum diem constituistis*
ponentes Deo *ei.* Job de se ajebat: *Ab infantia mea crevit*
tempus miseratio- *mecum miseratio: & de utero matris meæ egressa*
nis redarguun- *est mecum.*
tur.
Job. 31, 18.
Psal. 24, 6. In Psalmis est: *Reminiscere miserationum*
tuarum, Domine, & misericordiarum tuarum, quæ
- 39, 12. *à sæculo sunt. Tu Domine, ne longe facias mise-*
- 50, 3. *rationes tuas à me. Secundùm multitudinem mi-*
- 68, 17. *serationum tuarum dele iniquitatem meam. Se-*
cundùm multitudinem miserationum tuarum re-
- 102, 4. *spice in me. Benedic anima mea Domino - - -*
qui coronat te in misericordia, & miserationibus.
- 118, 77. *Veniant mihi miserationes tuæ, & vivam. Suavis*
- 144, 9. *Dominus universis, & miserationes ejus super*
omnia opera ejus.
In Ecclesiastico suadetur non permanentia
Eccli. 5, 6. in peccato, & additur: *Ne dicas: miseratio Do-*
mini magna est, multitudinis peccatorum meo-
- 17, 27. *rum miserebitur.* Item est: *Confiteberis vivens,*
vivus, & sanus confiteberis, & laudabis Deum,
- 18, 12. *& gloriaberis in miserationibus illius. Miseratio*
hominis circa proximum suum; misericordia au-
- - 13. *tem Dei super omnem carnem. Qui misericor-*
diam habet, docet & erudit, quasi pastor gregem
- - 14. *suum; miseretur excipientis doctrinam miseratio-*
- 36, 1. *nis, & qui festinat in judiciis ejus. Miserere no-*
stri Deus omnium, & respice nos, & ostende nobis
lucem miserationum tuarum.
Isai. 54, 7. Apud Isaiam Ecclesiæ dicit Dominus: *Ad*
paullum in modico dereliqui te, & in miseratio-
nibus magnis congregabo te. Item habet Prophe-
ta: *Miserationum Domini recordabor &c.* Et Isai. 63, 7.
invocans misericordiam ipsius ait: *Attende de* - - 15.
cælo, & vide de habitaculo sancto tuo, & gloriæ tuæ:
(e) *ubi est zelus tuus, & fortitudo tua, multitudo* (e) Miserationes
viscerum tuorum, & miserationum tuarum? super Dei quæsitæ.
me continuerunt se. Apud Jeremiam contra Ju-
dæos ait Dominus: *Abstuli pacem meam à populo* Jerem. 16, 5.
isto - - -, misericordiam, & miserationes. In
Threnis est: *Misericordiæ Domini, quia non su-* Thren. 3, 22.
mus consumpti: (f) quia non defecerunt misera- (f) Miserationes
tiones ejus. Judæi in captivitate positi confiten- Dei non deficien-
tur Domino apud Baruch: *Fecisti in nobis Domi-* tes. Bar. 2, 27.
ne Deus noster secundùm omnem bonitatem tuam,
secundùm omnem miserationem tuam illam ma-
gnam. Orans Dominum, Daniel dicebat: *Ne-* Dan. 9, 18.
que (g) in justificationibus nostris prosternimus (g) Miserationes
preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis Dei invocandæ.
multis. Apud Osee promittit populo suo à ma-
lis converso Dominus: (h) *Sponsabo te mihi in* Osee. 2, 19.
justitia, & judicio, & in misericordia, & in mise- (h) Boni Deo de-
rationibus. De Jona habetur, quòd, afflictus sponsandi in mi-
ob non adimpletum vaticinium suum in Ninivi- serationibus.
tas, orabat ad Dominum, quem vocabat Deum
clementem, misericordem, patientem, & *multæ* Jon. 4, 2.
miserationis, & ignoscentem super malitiâ, ut
tolleret animam ejus. Apud Zachariam legi-
mus: Hæc ait Dominus exercituum, dicens:
Judicium verum judicate, & misericordiam, & Zach. 7, 9.
(i) *miserationes facite, unusquisque cum fratre* (i) Miserationes
suo. Cum Gorgias, gentium Dux, contra Ju- faciendæ cum
dæos validè insurgeret, *congregatus est conventus* fratribus nostris.
(Judæorum), (k) *ut essent parati in prælium; &* 1.Mac. 3, 44.
ut orarent, & peterent misericordiam, & misera- (k) Judæi peten-
tiones. De amicis Eleazari senis Judæi, nolentis tes à Deo mise-
cibos vetitos comedere, scribitur quòd (l) *iniquâ* rationes.
miseratione commoti ei suadebant, ut saltem eos 2.Mac. 6, 21.
manducare simularet; ut ita scilicet à morte li- (l) Amici Elea-
beraretur, quòd ipse noluit. Mater Macha- zari iniquâ moti
bæorum martyrum, adolescentiorem ad marty- miseratione ei
rium suadens, inter cætera dicebat: *Dignus fra-* suadebant vetitis
tribus tuis effectus particeps suscipe mortem, ut vesci cibis.
(m) *in illa miseratione cum fratribus tuis te re-* - 7, 29.
cipiam. (m) Martyr Mach. recipiendus cum fratribus in mise-ratione.
Ad Philippenses scribens, Apostolus ad mutu-
am dilectionem hortatur, adjutatque, *si qua con-* Phil. 2, 1.
solatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua
societas spiritûs, si qua viscera miserationis. Et ad
Hebræos scribit: (n) *Irritam quis faciens legem* Hebr. 10, 28.
Moysi, sine ullâ miseratione, duobus, vel tribus te- (n) Legem Moysi
stibus moritur; & hinc ait acerbiùs puniri debe- frangens sine mi-
re Christianos. seratione perit.

Miserator.

Qui (a) *miserationem exercet*, is Miserator Hist.
est. In Psalmis Dominus Deus (b) sæpè Deus, (a) Quid est.
& Dominus miserator appellatur. Apud Isaiam Psalm. 85, 15.
ubi describitur felicitas futura novæ Sion, scili- - 102, 8.
cet Ecclesiæ per figuram dicitur: (c) *Non esurient,* - 110, 4.
neque sitient, & non percutiet eos æstus, & sol: - 111, 4.
quia miserator eorum reget eos; & ad fontes a- - 144, 8.
quarum potabit eos. Et alibi est: *Misericordia* (b) Deus misera-
mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non mo- tor. Isai. 49, 10.
vebitur, (d) *dixit miserator tuus Dominus.* Et (c) Deus misera-
ubi in Catholica sua Jacobus hortatur ad longa- tor reget popu-
nimitatem pauperes, ponit: *Sufferentiam Job* lum suum. - 54, 10.
audistis, & finem Domini vidistis, quoniam mi- (d) Deus misera-
sericors Dominus est, & miserator. tor. Jacob. 5, 11.

Miferens. Vid. Mifertus.

Miferia.

Hift. (a) Quid eft hæc vox, cujus tentus non fignantur notis, ubi non eft locus. Gen. 43. 6. (b) Miferiam futuram dicebat Jacob abduci Benjamin in Ægyptum. Judic. 10. 16. Job. 10. 15. (c) Miferia injuftis. - - 62. - 11. 16. - 14. 1. - 30. 3. - - 14. (d) Miferiæ Job multæ. - 36. 21.

(a) *Calamitas, & ærumna, quâ quis premitur*, Miferia dicitur. Dolens Jacob cum filiis, quòd ad Ægypti Proregem Benjamin adducere fpopondiffent, dixit: (b) *In meam hoc feciftis miferiam, ut indicaretis ei & alium habere vos fratrem.* De Deo fcribitur, quòd *doluit fuper miferiis* Judæorum, cùm recederent tamen ab idolis.

Job dicebat de fe: (c) *Si impius fuero, va mihi eft: & fi juftus non levabo caput, faturatus afflictione, & miferiâ*; tempufque dolendi, & plangendi petit antequam eat ad *terram miferiæ, & tenebrarum.* Sophar judicans Jobum quafi iniquum, ad refipifcentiam eum hortatur, & ait; (Poftquam refipueris) *miferia quoque obliviſceris, & quafi aquarum, quæ præterierunt, recordaberis.* Job ipfe inquit: *Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miferiis*; doletque ab iis derideri, qui antea erant *fqualentes calamitate, & miferiâ*; dicitque: (d) *Ad meas miferias devoluti funt*, puta calamitatum fluctus. Eliu autem inftans Jobo pro refipifcentia, dicebat ei: *Cave ne declines ad iniquitatem; hanc enim cœpifti fequi poft miferiam.*

Pfal. 11. 6. - 39. 3. - 68. 21. - 87. 19. - 139. 12. Eccle. 6. 2.

In Pfalmis autem eft: *Propter miferiam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus.* *Eduxit me* (Dominus) *de lacu miferiæ, & de luto fæcis.* *Improperium expectavit cor meum, & miferiam.* *Elongâfti* (Domine) *à me amicum, & proximum, & notos meos à miferiâ.* *In miferiis* (iniqui) *non fubfiftent.* Vanitatem, & miferiam magnam dicit Ecclefiaftes effe viri divitis, habentis omnem commoditatem, fed non eâ fruentis, avari videlicet.

Ifai. 47. 11. Sophon. 1. 15.

Contra Chaldæam eft apud Ifaiam: *Veniet fuper te repentè miferia, quam nefcies.* Apud Sophoniam dies ultionis Domini dicitur *dies calamitatis, & miferiæ.*

2. Mac. 6. 9. (e) Miferia in Judæis fub Antiocho Illuftri. - 14. 14. (f) Gentes miferias Judæorum reputantes fuas profperitates. Jacob. 5. 1. (g) Miferiæ venturæ ad divitum malos.

In libris Machabæorum defcribitur miferia, quæ videbatur inter Judæos fub (e) Antiocho Illuftri, cùm idololatria ubique locum habebat, & facræ leges, & ritus deturbabantur. Et defcribuntur profugæ ad Nicanorem gentes contra Judæos, (f) quæ *miferias, & clades Judæorum profperitates rerum fuarum* exiftimabant. Et Jacobus in fuâ Catholicâ divitibus, pauperum oppreſſoribus dicit: (g) *Agite nunc divites, plorate ululantes in miferiis veftris, quæ advenient vobis.*

Mifericordia.

Hift. (a) Quid hæc vox, cujus textus plures non fignantur notis, ex deficientia loci.

(a) *Animi ægritudo eft, ex alterius miferiâ dolentis*; & dicitur etiam *aliena miferiæ, & calamitatis compaffio, & commiferatio, quâ, fi poffimus, fubvenire mifero, & dolentes, compellimur*; unde & fumitur etiam *pro ipfo actu, quo alteri mifero fubvenimus, & eum fublevamus*, puta *præfidium & auxilium præbendo*, interdùm paffivè, ut *beneficia recipiendo*; interdùm activè, ut *benefaciendo*; *gratiam præftando*; *faciendo*; *benignè refpiciendo*; *gratificando*; *compatiendo*; *confolando*; *charitativè agendo*; *parcendo criminibus*; *remittendo debita &c.* quin etiam accipitur pro *gratiâ, quam aliquis fibi captivat ab alio*; & pro *complacentiâ, quam alteri dat alius.* Itemque *pro bonis operibus*; & *pro donis.* Commendavit Lot fe Angelo liberatori, qui eum eo magnificaverat mifericordiam fuam. Abraham rogavit Sara, dum peregrinaretur: (b) *Hanc mifericordiam facies mecum: in omni loco, ad quem ingrediemur, dices quòd frater tuus fim.* Et Abimelech, remittendo Abraham ad patriam fuam, dixit ei: *Jura per Deum, ne noceas mihi, & pofteris meis, ftirpiq; meæ: (c) fed juxta mifericordiam, quam feci tibi, facies mihi, & terræ, in quâ verfatus es advena.* Servus Abraham, cùm perveniffet ad urbem Nachor, ut uxorem Ifaaco quæreret, oravit Dominum, inter cætera ei dicens: *Domine Deus Domini mei Abraham, occurre, obfecro, mihi hodie, & fac mifericordiam cum Domino meo Abraham*; & ftans ad fontem aquæ, dixit; *Per hoc* (fcilicet cùm puella offerret ei potum aquæ, & camelis ejus) *intelligam, quòd feceris mifericordiam cum Domino meo*; illam namque pro uxore Ifaac feligere difpofuerat, quæ hoc feciffet; & cùm hoc feciffet Rebecca, gratias egit fervus Abrahæ Domino, *qui non abftulit mifericordiam, & veritatem* ab Abraham; hinc domum Nachor ingreffus, eam pro Ifaac uxorem petiit, inftititque fuper hoc Laban, & Bathueli: *Si facitis* (e) *mifericordiam, & veritatem cum Domino meo, indicate mihi; fin autem aliud placet, & hoc dicite mihi, ut vadam ad dexteram, five ad finiftram.* Jofeph, interpretatus fomnium Præpofito pincernarum Pharaonis, addidit: (f) *Tantùm memento mei, & facias mecum mifericordiam, ut fuggeras Pharaoni, ut educat me de ifto carcere &c.* Jacob rogavit Jofeph, (g) ut faceret ei *mifericordiam, & veritatem*, ne fepeliretur in Ægypto. In cantico Moyfi gratiarum actionis Domino, dicitur eidem Deo: *Dux fuifti in mifericordiâ tuâ populo, quem redemifti.* Et Deus ipfe ait de fe: *Deus fum - - - - - faciens mifericordiam in millibus, qui diligunt me, & cuftodiunt præcepta mea*; & à Moyfe vocatur Deus, *qui cuftodis mifericordiam in millia.* Ita dicitur Deus *patiens, & multæ mifericordiæ*; & rogatur à Moyfe, ut dimittat peccatum popoli *fecundùm magnitudinem mifericordiæ fuæ.* Ipfe eft (h) *cuftodiens pactum, & mifericordiam diligentibus fe, & his, qui cuftodiunt præcepta ejus in mille generationes*; & *quidem mifericordiam quam juravit patribus* Judæorum. Præceptum eft contra uxorem rixantis viri cum altero, quæ verenda alterius eprehenderet: (i) *Abfcindes manum illius, nec flectêris fuper eam ullâ mifericordiâ.*

Gen. 19. 19. - 20. 13. (b) Mifericordia Sara erga Abraham. - 21. 23. (c) Abimelech mifericordiam faciens Abraham. - 24. 12. (d) Servus Deum orans pro mifericordia erga Dominum fuum Abraham. - - 14. - - 27. - - 49. (e) Idemque à Laban & Bathuele. - 40. 14. (f) Jofeph petens mifericordiam à Præpofito pincernarum Phar. - 47. 29. (g) Jacob petens mifericordiam à Jofeph. Exod. 15. 13. - 20. 6. Deut. 5. 10. Exod. 34. 7. Num. 14. 18. - - 19. Deut. 7. 9. (h) Deus cuftodiens mifericordiam diligentibus fe. - - 12. - 25. 12. (i) Sine mifericordia manus mulieris apprehendentis verenda viri fcindatur. Jof. 2. 12. (k) Rahab faciens mifericordiam exploratoribus. - - 14. Judic. 1. 24. - 2. 18. - 8. 35. (l) Judæi non facientes mifericordiam cum domo Jerobaal.

Rahab ab exploratoribus Judæorum miffis Jericho, quos domi fuæ falvos fecit, petiit: *Nunc jurate mihi per Dominum, (k) ut quomodò ego mifericordiam feci vobifcum, ita & vos faciatis cum domo patris mei, detifq; mihi verum fignum*, ut fcilicet omnes domûs fuæ falvarentur; & quidem ipfi jurantes *mifericordiam, & veritatem* fe facturos, omnia poftea executi funt. Mifericordiam promiferunt Judæi docenti eos civitatis Luza introitum. Sub Judicibus Ifraël, dicitur, quòd Deus cùm eos fufcitaret, *flectebatur* fuper populum fuum *mifericordia*, liberans de cædibus. De Judæis fcribitur, quòd, mortuo Gedeone, (l) *non fecerunt mifericordiam cum*

cum domo Jerobaal Gedeon, juxta omnia bona, quæ fecerat Israeli. Noëmi, mortuis sibi filiis, dixit nuribus suis: (m) *Ite in domum matris vestræ; faciat vobiscum Dominus misericordiam, sicut fecistis cum mortuis, & mecum.* Cùm autem Ruth remansisset apud Noëmi, & verecundè postulâsset nuptias Booz, ab eodem audivit: (n) *Benedicta es à Domino filia, & priorem misericordiam* (adhibitam cum Noëmi) *posteriore superasti: quia non es secuta juvenes pauperes, sive divites &c.* Samuel arguens populum Israël ingratitudinis erga Deum, eis dixit: *Nunc ergo state, ut judicio contendam adversùm vos coram Domino,* (o) *de omnibus misericordiis Domini, quas fecit vobiscum, & cum Patribus vestris.* Pugnaturus Saul cum Amalec, Cinæum hortatus est, ut se ab Amalec separaret, ne unà simul cum illo perderetur, & hoc fecit, inquit, eò quòd fecerat *misericordiam cum omnibus filiis Israël, cum ascenderent de Ægypto.* Rogabat David Jonatham, ut secum faceret misericordiam, rogans Saulem pro se; itemque Jonathas Davidem, ut secum misericordiam pariter faceret, prævidens idem Jonathas Davidem ipsum regnaturum, dicebatque ei: (p) *Non auferes misericordiam tuam à domo mea usque in sempiternum, quando eradicaverit Dominus inimicos David, unumquemque de terra.*

Ruth. 1, 8.
(m) Noëmi rogans Deum pro misericordiâ erga nurus suas.
- 3, 10.
(n) Misericordia Ruth erga Noëmi.
1. Reg. 12, 7.
(o) Samuel judicium instituens de misericordiis Dei erga Judæos.
- 15, 6.
- 20, 8.
- - 14.
- - 15.
(p) Jonathas rogans misericordiam à David pro domo sua.

Ad Galaaditas, qui sepelierant Saul misit David benedictiones, eò quòd hanc misericordiam cum Saul Domino suo fecissent, addiditque: (q) *Et nunc retribuet vobis quidem Dominus misericordiam, & veritatem &c.* Abner iratus est, eò quòd reprehensus fuit ab Isboseth, quasi non considerante misericordiam, quam jactabat idem Abner fecisse super domum Saul &c. Appromisit Dominus circa David: *Misericordiam meam non auferam ab eo, sicut abstuli à Saul, quem amovi à facie meâ.* Idem David quæsivit facere misericordiam cum aliquo de domo Saul propter Jonathan, & cùm reperisset Miphiboseth, ejusdem Jonathæ filium, eam fecit cum ipso. (Vid. *Miphiboseth.*) Misericordiam pariter cum Hanon filio Naas Ammonitarum Rege (r) voluit facere David, eum per nuntios consolans super patris interitu; at injuriis affecti sunt nuntii. (Vid. *Hanon.*) Hoc autem facere volebat, quia Naas fecerat misericordiam cum ipso David, eum profugum domi suæ recipiens. (s) *Misericordiam* item, *& veritatem* à Domino inauguratus est David Ethai Gethæo, quia ostendit gratiam, & fidem ipsi, ab Absalom fugienti. Et in cantico gratiarum actionis dicebat David Domino; quòd erat: *Magnificans* (Deus) *salutes Regis sui,* (t) *& faciens misericordiam Christo suo David, & semini ejus in sempiternum.* Quin etiam confisus David, quòd (u) *multæ misericordiæ* Domini sunt, meliùs judicavit in manus ejus incidere, quàm in manus hominum, eligens, è tribus propositis flagellis, pestilentiam. Salomon Domino dicebat: *Tu fecisti* (Domine) *cum* (x) *servo tuo David patre meo misericordiam magnam, sicut ambulavit in conspectu tuo in veritate, & justitiâ, & rectô corde tecum, custodisti ei misericordiam tuam grandem, & dedisti ei filium sedentem super thronum ejus, sicut est hodie &c.* Eumque vocabat Salomon Dominum: *Qui custodis pactum,* (y) *& misericordiam servis tuis, qui ambulabant coram te in toto corde suo;* & pro populo Judaico orans, dicebat: (z) *Dabis misericordiam coram eis, qui eos captivos habuerint, ut misereantur eis.* Constituta Arca in Tabernaculo fœderis benedictum est Domino, *quoniam in æternum misericordia ejus;* quòd item factum est sub Salomone illatis sacris vasis in Templum; qui ipsi Domino orationem suam conclusit: *Domine Deus, ne averteris faciem Christi tui:* (a a) *memento misericordiarum David servi tui.* In celebratione dedicationis Templi confessi sunt omnes, *quoniam bonus* (Dominus), *quoniam in sæculum misericordia ejus;* idem cantantibus Levitis; quòd & fieri fecit Josaphat, supplex ad Deum confugiens contra hostes suos. Idemque factum est sub Zorobabele, quando extructum est altare post captivitatem. Ad idem excitavit faciendum cives suos Judith, rediens à cæso Holoferne; sic applicatur Judith Psal. 105. quem composuit David, tanquàm à Judith dictum, qui hoc modo incipit; necnon & Psal. 106. Idem habetur in Psal. 117 in pluribus versibus, & in quolibet versu Psalmi 135. repetitur. Idem dicendum quoque in Jerusalem derelictâ eo tempore, prophetat Jeremias. Et tres pueri in fornace Babylonis hoc idem confitebantur Domino. Sicut & Judæi sub Juda, de Gorgia victores. De Joas scribitur, quòd (ab) *non est recordatus Joas Rex misericordiæ, quàm fecerat Jojada pater illius* (Zachariæ scilicet) *secum, sed interfecit filium ejus.* Ezechias restituens Dei cultum misit, qui prædicarent populo: (a c) *Si reversi fueritis ad Dominum, fratres vestri, & filii habebunt misericordiam coram Dominis suis, qui illos duxerunt captivos, & revertentur in terram hanc &c.* Et in visione Isaiæ, h. e. Prophetia, & in libris Regum Juda, & Israël dicuntur scripta reliqua sermonum, & misericordiarum ejus; sicuti & Iosiæ. Benedicebat Domino Esdras, qui inquit, *inclinavit in me misericordiam suam coram Rege, & consiliatoribus ejus, & universis Principibus Regis potentibus;* quòd deflens exprobrabat Iudæis. Nehemias, audiens fratrum suorum miseriam, orabat Dominum, qui pactum, & misericordiam suam custodit, cum diligentibus se &c. (a d) & misericordiam ab eodem petebat. Sub Esdra habemus, quòd Levitæ, confitentes Dei beneficia, & populi ingratitudines, dum has numerarent, dicebant: *Tu autem* (Domine) *in misericordiis tuis multis non dimisisti eos in deserto;* & de eisdem Iudæis, postea conversis, habetur pariter: *Tu autem* (Domine) (a e) *de cœlo exaudisti, & liberâsti eos in misericordiis tuis multis temporibus;* & licèt ingrati iterùm essent, additur: *In misericordiis autem tuis* (Domine) *plurimis non fecisti eos in consumptionem &c.* vocaturque Deus *custodiens pactum, & misericordiam.*

2. Reg. 2, 5.
- - 6.
(q) Deus retribuens misericordiam.
- 3. 8.
- 7. 15.
1. Par. 17, 13.
2. Reg. 9. 1.
- - 3.
- - 7.
- 10, 2.
1. Par. 19. 2.
(r) David, volens misericordiam facere, injuriam in nuntiis suis sustinet.
2. Reg. 15, 20.
(s) Idem David inaugurans misericordiam à Domino.
- 22, 51.
(t) Deus faciens misericordiam Davidi.
- 24, 14.
(u) Misericordiæ Domini multæ.
3. Reg. 3. 6.
2. Par. 1, 8.
(x) Deus faciens misericordiam Davidi.
3. Reg. 8. 23.
2. Par. 6, 14.
(y) Deus custodiens misericordiam servis suis.
3. Reg. 8. 50.
(z) Idem misericordiam daturus super captivos.
1. Par. 16, 34.
- - 41.
2. Par. 5, 13.
- 6. 42.
(aa) Misericordiæ Domini ad David.
- 7. 3.
- - 6.
- 20, 21.
1. Esd. 3, 11.
Judith. 13, 21.
Psal. 105. 1. &c.
- 106, 1.
- 117, 1 &c.
- 135, 1. &c.
Jerem. 33, 11.
Dan. 3, 89. 90.
1. Mach. 4, 24.
2. Par. 24, 22.
(a b) Joas oblitus misericordiarum Jojadæ.
- 30, 9.
(a c) Misericordia Domini super captivos excitanda.
- 32, 32.
- 35, 26.
1. Esd. 7, 28.
- 9, 9.
2. Esd. 1, 5.
- - 11
(a d) Nehemias petens à Deo misericordiam.
- 9, 19.
- - 28.
(a e) Misericordiæ Dei erga conversos ad eum.
- - 31.
- - 32.

Tobias senior, ad uxoris convicia dicebat Domino: *Justus es Domine, & omnia judicia tua justa sunt,* (af) *& omnes viæ tuæ misericordia, & veritas, & judicium.* Sara, filia Raguëlis, auditis ancillæ improperiis, habebat ad Dominum: *Benedictum est nomen tuum Deus, Patrum nostrorum, qui,* (ag) *cum iratus fueris, misericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis his, qui invocant te - - Hoc autem pro certo habet omnis, qui te colit, quòd vita ejus - - - si in*

Tob. 3. 2.
(af) Viæ Domini misericordia &c.
- - 13.
(ag) Deus etiam iratus misericordiam faciens.
- - 21.

(a h) Omnes ad Deo misericordiam ire licet.
correptione fuerit, ad (a h) misericordiam tuam
venire licebit. Reguël, & Anne cùm audis-
sent Tobiam juniorem, & Saram uxorem ejus
incolumes, post noctem nuptiarum, fuisse,
Tob. 8. 18. benedixerunt Deum, addentes, Fecisti enim
nobiscum misericordiam tuam &c. Raphaël
hortatus est utrumque Tobiam, ut benedice-
- 12, 6. rent Domino, subaddens: Quia fecit vobiscum
- - 9. misericordiam suam; & paulo post dixit: Elee-
(a i) Eleemosyna faciens invenire misericordiam.
mosyna à morte liberat, (a i) & ipsa est, qua
purgat peccata, & facit invenire misericordiam,
& vitam æternam. Et Tobias senior, gratias
- 13. 5. Deo agens, dicebat: Ipse castigavit nos propter
iniquitates nostras, & ipse salvabit nos propter mi-
- - 8. sericordiam suam. Convertimini itaque, pecca-
tores, & facite justitiam coram Deo, credentes,
(a k) Deus misericordiam faciens erga conversos ad eum.
(a k) quòd faciat vobiscum misericordiam suam.
Filii Israël, contra Holofernem se parantes,
Judith. 7. 4. unanimiter orabant, ut Deus Israel misericor-
diam suam ostenderet super populum suum. Cùm
autem, post aliquod tempus, se dedere vel-
- - 23. lent Holoferni, exurgens Ozias, infusus la-
crymis, dixit: æquo animo estote, fratres, &
(a l) Ozias hortans Bethulienses, ut per dies 5. misericordiam Dei expectent.
hos quinque dies expectemus (a l) à Domino mi-
sericordiam. At Judith, reprehendens, quod
deditionem hujusmodi meditarentur pro quin-
- 8. 12. tô die, ait: Non est iste sermo, qui misericor-
diam provocet, sed potiùs qui iram excitet, &
- - 17. furorem accendat - - - - - - Dicamus flentes
(a m) Misericordia Dei imploranda secundùm voluntatem ejus.
Domino, ut (a m) secundùm voluntatem suam
sic faciat nobiscum misericordiam suam. Et
ad Dominum orans, ut sibi assisteret, magna
- 9. 17. meditanti, habebat: Deus cælorum, creator
(a n) Judith de misericordia Dei præsumens; ubi expl. text.
aquarum, & Dominus totius creaturæ, exaudi
me miseram deprecantem, & de tuâ miseri-
cordiâ præsumentem, hoc est, sperantem,
& confitentem. Pergens verò ad Holofernem,
se Betbulia cedere dicebat, eò quòd ejus cives
- 10, 12. noluerunt ultrò tradere se ipsos, (a o) ut inve-
(a o) Bethulienses incusati, quasi misericordiam Assyriorum nolentes.
nirent misericordiam in conspectu Assyriorum.
Rediens verò, cum Holofernis capite ad suos,
excitavit eos ad laudes Dei, qui (inquit) in
- 13, 18. me ancilla sua adimplevit misericordiam suam,
- - 21. quam promisit domui Israël &c. - - - - Confi-
temini illi omnes, quoniam bonus, quoniam in
sæculum misericordia ejus.

Esth. 2, 17. De Esther scribitur, quòd adamavit eam
Rex, plus quàm omnes mulieres, habuitque gra-
tiam, & misericordiam coram eo super omnes
mulieres &c.

Job. 6, 14. Apud Job legimus: Qui tollit ab amico
- 10, 12. suo misericordiam, timorem Domini derelinquit.
(a p) Dominus tribuens misericordiam Job.
Vitam, & (a p) misericordiam (Domine) tri-
buisti mihi, & visitatio tua custodivit spiritum
- 24. 20. meum. Et de homine iniquo dicit: Obliviscat-
ur ejus misericordia. Et Eliu, mirabilia Dei
- 37. 13. ostendens, ait, quòd ad Domini voluntatem
(a q) In loco misericordiæ suæ Deus nubes movet.
moventur nubes, sive in una tribu, sive in ter-
ra sua, sive in quocunque loco (a q) misericordiæ
suæ eas jusserit inveniri.

Psal. 5. 8. In Psalmis est: Ego in multitudine mise-
ricordiæ tuæ (Domine) introibo in domum
- 6. 5. tuam. Convertere Domine, & eripe animam
meam, salvum me fac propter misericordiam
- 12, 6. tuam. Ego in misericordia tua speravi. Mi-
- 16. 7. rifica misericordias tuas, qui salvos facis speran-
- 17, 51. tes in te. Faciens (Deus) misericordiam Chri-
sto suo David, & semini ejus usque in sæculum.
- 20. 8. Rex sperat in Domino, & in misericordia Al-
tissimi non commovebitur. Misericordia tua Psal. 22, 6.
(Domine) subsequetur me omnibus diebus vitæ
meæ. Hic (hoc est, innocens) accipiet be- - 23, 5.
nedictionem à Domino, & misericordiam à Deo
salutari suo. Reminiscere miserationum tua- - 24, 6.
rum, Domine, & misericordiarum tuarum, quæ
à sæculo sunt - - - - secundùm misericordiam - - 7.
tuam memento mei tu. Universæ viæ Domini - - 10.
misericordia, & veritas, requirentibus Testa-
mentum ejus, & testimonia ejus. Misericordia - 25, 3.
tua (Domine) ante oculos meos est. Exultabo, - 30, 8.
& lætabor in misericordia tua. Illustra faciem - - 17.
tuam super servum tuum, salvum me fac in mi-
sericordia tua. Benedictus Dominus, quoniam - - 22.
mirificavit misericordiam suam mihi in civitate
munitâ. Multa flagella peccatoris; sperantem - 31, 10.
autem in Domino misericordia circumdabit.
Diligit (Dominus) misericordiam, & judicium: - 32, 5.
misericordiâ Domini plena est terra. Ecce oculi - - 18.
Domini super metuentes eum: & in eis, qui spe-
rant super misericordiâ ejus. Fiat misericor- - - 22.
dia tua, Domine, super nos, quemadmodum spera-
vimus in te. Domine in cœlo misericordia - 35. 6.
tua &c. Homines, & jumenta salvabis Do- - - 7.
mine, quemadmodum multiplicasti misericordiam - - 8.
tuam. Prætende misericordiam tuam scienti- - - 11.
bus te &c. Non abscondi (Domine) miseri-
cordiam tuam, & veritatem tuam à concilio - 39, 11.
multo. Tu autem Domine ne longè facias mi- - - 12.
serationes tuas à me, misericordia tua, & veri-
tas tua semper susceperunt me. In die manda- - 41, 9.
vit Dominus misericordiam suam, & nocte can-
ticum ejus. Suscepimus Deus misericordiam - 47, 10.
tuam in medio Templi tui. Miserere mei Deus, - 50, 3.
secundùm magnam misericordiam tuam. Ego - 51, 10.
sicut oliva fructifera in domo Dei, speravi in
misericordia Dei in æternum, & in sæculum sæ-
culi. Misit Deus misericordiam suam, & - 56, 4.
veritatem suam, & eripuit animam meam - - 5.
de medio catulorum leonum. Magnificata est - - 11.
usque ad cœlos (Domine) misericordia tua.
Deus meus: misericordia ejus præveniet me. - 58, 11.
Exultabo manè misericordiam tuam. Deus - - 17.
meus misericordia mea. Misericordiam, & - - 18.
veritatem ejus (Domini) quis requiret? Tibi - 60, 8.
Domine misericordia. Quoniam melior est - 61, 13.
(Domine) misericordia tua super vitas, labia - 62, 4.
mea laudabunt te. Benedictus Deus, qui non - 65, 20.
amovit orationem meam, & misericordiam suam
à me. In multitudine misericordiæ tuæ (Do- - 68, 14.
mine) exaudi me, in veritate salutis tuæ.
Exaudi me Domine, quoniam benigna est mise- - - 17.
ricordia tua. Numquid (Deus) - - - - - in - 76, 9.
finem misericordiam suam abscindet à generatione
in generationem? aut obliviscetur misereri Deus? - - 10.
aut continebit in ira sua misericordias suas?
Ne memineris (Domine) iniquitatum nostra- - 78, 8.
rum antiquarum, citò anticipent nos misericor-
diæ tuæ; quia pauperes facti sumus nimis. Mi- - 83, 12.
sericordiam, & veritatem diligit Deus. Osten- - 84, 8.
de nobis, Domine, misericordiam tuam &c.
Misericordia, & veritas obviaverunt sibi &c. - - 11.
Tu Domine suavis, & mitis (es), & multa - 85, 5.
misericordia omnibus invocantibus te. Mise- - - 13.
ricordia tua magna est super me. Tu Domine - - 15.
Deus miserator, & misericors, patiens, & mul-
ta misericordia, & verax &c. Numquid nar- - 87, 12.
rabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam
(Domine)? &c. Misericordias Domini in æter- - - 2.
num cantabo - - - quoniam dixisti: In æternum - - 3.
mise-

Psalm. 87, 13. misericordia ædificabitur in cælis, &c. Miseri-
cordia, & veritas præcedent (Domine) faciem
- 85. tuam. Veritas mea, & misericordia mea (ait
Dominus) cum ipso (nempe David est). Et sic
- 29. prosequitur verbum Domini, dicentis: In æter-
- 34. num servabo illi misericordiam meam. Miseri-
cordiam meam non dispergam ab eo. Tùm
- 50. habet David: Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ
- 89. 14. Domine, sicut jurasti David in veritate tuâ. Re-
- 91. 2. pleti sumus mane misericordiâ tuâ. Bonum est
confiteri Domino, & psallere nomini tuo, Altissime,
- 3. ad annuntiandum manè misericordiam tuam, &
- 11. veritatem tuam per noctem. Exaltabitur, sicut
unicornis, cornu meum, & senectus mea in mise-
- 93. 18. ricordia uberi. Si dicebam: motus est pes meus;
- 97. 3. misericordia tua, Domine, adjuvabat me. Recor-
datus est (Dominus) misericordiæ suæ, & veri-
- 99. 4. tatis suæ domui Israel. Laudate nomen ejus (sc.
Domini), quoniam suavis est Dominus, in æternum
- 5. misericordia ejus &c. Misericordiam & judici-
- 100. 1. um tibi Domine. Benedic anima mea Domino,
- 101. 4. —— qui coronat te in misericordia, & miseratio-
- 6. nibus. Faciens misericordias Dominus. Secun-
- 11. dùm altitudinem cæli à terra corroboravit mise-
- 17. ricordiam suam super timentes se. Misericordia
Domini ab æterno, & usque in æternum super
- 105. 7. timentes eum. Patres nostri in Ægypto non
intellexerunt mirabilia tua: non fuerunt
memores multitudinis misericordiæ tuæ: Me-
- 45. mor fuit (Dominus) testamenti sui, (ar) &
(ar) Multitudo misericordiæ Dei. pœnituit eum (parcendo scilicet populo suo ad
se reverso) secundùm multitudinem misericordiæ
- 46. suæ: & dedit eos in misericordias in conspectu omni-
- 106. 8. &c. & alibi. um, qui ceperant eos. Confiteantur Domino mi-
sericordiæ ejus, & mirabilia ejus filiis hominum.
- 43. Quis —— intelliget misericordias Domini? Ma-
- 107. 5. gna est super cælos misericordia tua, &c. Contra
- 108. 16. malum quemquam est comminatio, pro eo, quòd
- 21. non est recordatus facere misericordiam. Suavis
- 26. est misericordia tua (Domine). Salvum me fac
Ps. 115. 1. secundùm misericordiam tuam. Non nobis Domi-
ne, non nobis, sed nomini tuo da gloriam super mi-
- 2. sericordiâ tuâ, & veritate tuâ: ne quando dicant
- 116. 2. Gentes: ubi est Deus eorum? Laudate Dominum
- 1. omnes Gentes; laudate eum omnes populi, quoniam
confirmata est super nos misericordia ejus &c. Ve-
- 118. 41. niat super te misericordia tua Domine. Misericor-
- 64. diâ tuâ Domine, plena est terra. Fiat misericordia
- 76. tua (Domine) ut consoletur me, secundum eloqui-
- 88. um tuum servo tuo. Secundùm misericordiam tuam
- 124. vivifica me &c. Fac cum servo tuo misericordiam
- 149. tuam. Vocem meam audi secundùm misericordi-
- 156. am tuam Domine. Misericordiæ tuæ multæ, Domi-
- 159. ne &c. In misericordia tua vivifica me. Apud Do-
- 129. 7. minum misericordia. Confitebor nomini tuo super
- 137. 2. misericordiâ tuâ, & veritate tua &c. Domine mi-
- 8. sericordia tua in sæculum. Corripiet me justus in
- 140. 5. misericordia, & increpabit me. Auditam fac mihi
- 142. 8. manè misericordiam tuam (Domine,) quia in te
speravi. In misericordia tua disperdes inimicos
- 11. meos. Misericordia mea (Deus,) & refugium me-
- 143. 2. um &c. Beneplacitum est Domino super timentes
- 145. 11. eum; & in eis, qui sperant super misericordia ejus.

Prov. 3. 3. In Proverbiis est: Misericordia, & veritas te
- 14. 21. non deserant. Qui credit in Domino, misericordi-
- 22. am diligit: errant, qui operantur malum; miseri-
- 15. 27. cordia, & veritas præparant bona. Per misericor-
- 16. 6. diam, & fidem purgantur peccata. Misericordiâ
- 20. 28. & veritate redimitur iniquitas. Misericordia, &
veritas custodiunt Regem, & roboratur clementia
- 21. 3. thronus ejus. Facere misericordiam, & judicium,

magis placet Domino, quàm victimæ. Qui sequi- Prov. 21, 21.
tur justitiam, & misericordiam, inveniet vitam,
justitiam, & gloriam. Qui pronus est ad miseri- - 22. 9.
cordiam, benedicetur; de panibus enim suis dedit
pauperi. Ira non habet misericordiam, nec erum- - 27. 4.
pens furor. Qui confessus fuerit, & reliquerit ea - 28. 13.
(scelera videlicet,) misericordiam consequetur.

In libro Sapientiæ est: Gratia Dei, & mise- Sap. 4. 15.
ricordia est in Sanctos ejus, & respectus in electos
illius. Exiguo conceditur misericordia. Oratio - 6. 7.
Sapientis est: Deus patrum meorum, & Domine - 9. 1.
misericordiæ, qui fecisti omnia verbo tuo, &c. Et
de Sapientia scribitur, quòd in filii (as) miseri- - 15. 15.
cordia fortem (Abraham scilicet, ne moveretur (as) Sapientiæ custodiens fortem in misericordia filii, ubi &c.
amore filii Isaac, quò minùs illum immolaret jux-
ta Domini mandatum) custodivit. Eadem dici-
tur deduxisse per desertum filios Israël, cum mi- - 11. 10.
sericordiæ disciplinam accipientes. Exponitur item
longanimitas Dei super peccatores, (at) filiorum - 12. 5.
suorum necatores sine misericordia &c. unde ro- (at) Idololatriæ necatores filiorum sine misericordia.
gatur à Sapiente, & gratiæ ei aguntur, quòd disci-
plinam det, & inimicos eodem tempore flagellet,
ut, (inquit) —— cùm de nobis judicatur, spere- - 22.
mus misericordiam tuam. Vox item fidelium po-
nitur ad Deum, & vocatur in misericordia dispo- - 15. 1.
nens omnia. Et de servatis Judæis à plagis Ægy-
pti, de Deo pariter habetur: Misericordia tua ad- - 16. 10.
veniens sanabat illos. Et de Ægyptiis, postea de-
mersis in mari rubro, est: Impiis usque in novis- - 19. 1.
simum sine misericordia ira supervenit.

Apud Ecclesiasticum legitur: Metuentes Eccli. 2. 7.
Dominum, sustinete misericordiam ejus, & non de-
flectatis ab illo, ne cadatis. Qui timetis Dominum, - 9.
sperate in illum; & in oblectationem veniet vobis
misericordia. Secundùm magnitudinem ipsius - 23.
(Domini), sic & misericordia illius cum ipso est.
Misericordia, & ira ab illo (Deo sc.) citò proxi- - 5. 7.
mant, & in peccatores respicit ira illius. Miseri- - 16. 12.
cordia, & ira est cum illo. Potens exoratio, & ef-
fundens iram; secundùm misericordiam suam, sic - 13.
correptio illius hominem secundùm opera sua judi-
cat. Non effugiet in rapina peccator, & non retar- - 14.
dabit sufferentia misericordiam facientis. Omnis - 15.
misericordia faciet locum unicuique secundùm me-
ritum operum suorum, & secundùm intellectum
peregrinationis ipsius. Quàm magna misericordia - 17. 28.
Domini, & propitiatio illius convertentibus se!
Quis adjiciet enarrare misericordiam ejus (id est - 18. 4.
Domini)? Patiens est Deus in illis (hominibus - 9.
scil.), & effundit super eos misericordiam suam.
Miseratio hominis circa proximum suum; mise- - 12.
ricordia autem Dei super omnem carnem. Qui - 13.
misericordiam habet, docet, & erudit, quasi pastor
gregem suum. (Homo) in hominem similem sibi non - 28. 4.
habet misericordiam, & de peccatis suis depreca-
tur. Qui facit misericordiam, fœneratur proximo - 29. 1.
suo. Qui facit misericordiam, offert sacrificium. - 35. 4.
(Dominus) oblectabit justos misericordiâ suâ. Spe- - 25.
ciosa misericordia Dei in tempore tribulationis, - 26.
quasi nubes pluviæ in tempore siccitatis. Si est lin- - 36. 25.
gua curationis, est & mitigationis, & misericordiæ.
Misericordia in sæculum permanet. Fratres in - 40. 17.
adjutorium in tempore tribulationis, & super eos - 24.
misericordia liberabit. Illi viri (priores patres, - 44. 10.
& Patriarchæ Judæorum) misericordiæ sunt, quo-
rum pietates non defuerunt. Conservavit (Domi- - 45.
nus) illi (nempe Jacob Patriarchæ) homines mise-
ricordiæ, invenientes gratiam in oculis omnis car-
nis. In diebus (au) Moysi misericordiam fecit ille - 46. 9.
(Josue), & Caleb filius Jephone, stare contra ho- (au) Josue & Caleb facientes misericordiam.
stem, & prohibere gentem à peccatis, & perfringere

 mur-

1. Par. 26, 30. — 32. — 28, 20. (f) David instans pro ministerio domûs Domini. 2. Par. 5, 11. — 8, 14. — 24, 14. — 26, 18. — 29, 36. — 31, 21. — 35, 10. &c. 1. Esd. 7, 10. 2. Esdr. 13, 30.

In Hebron trans Jordanem Hasabias, cum suis, constitutus est præesse *in cunctis operibus Domini, & in ministerium Regis*; sicuti *in omne ministerium Dei, & Regis* Principes familiarum Rubenitis, & Gadditis. Commendavitque David Salomoni, (f) ut omnia ad ministerium domûs Domini pertinentia adimpleret. Cùm arca fœderis inducta est in templum, notatur, quod omnes Sacerdotes egressi sunt, cùm *non adhuc in illo tempore vices, & ministeriorum ordo inter eos divisus esset*; hic autem postea servatus est, juxta dispositionem, quam fecerat David. Sub Ioas Rege Iuda, & Iojada, summo Sacerdote, de parte collectæ pecuniæ *facta sunt vasa Templi in ministerium &c.* Restituerunt Sacerdotes Oziæ, Regi Iuda, volenti se immiscere in ministerium Sacerdotum, & offerendo incensum. Restituto Dei cultu, *lætatus est Ezechias, & omnis populus, eò quod ministerium Domini esset expletum*; quis Rex quidem omnia composuit in ordinem ministerii; quod & iterum renovatum est sob Iosia. Artaxerxes dedit Esdræ vasa in ministerium domûs Dei; & Nehemias protestatus est, se constituisse *ordines Sacerdotum, & Levitarum, unumquemq; in ministerio suo*.

Esther. 7, 9. (g) Harbona in ministerio Regis Assueri. Eccle. 2, 8. Isa. 22, 19. Jerem. 52, 18. Ezech. 27, 9. (h) Nautæ ad ministerium supellectilis Tyri. — 40, 46. — 44, 14. (i) Levitæ jam idololatræ visi futuri tantum janitores in ministerio Templi. — 41, 4. (k) Portio primitiarum assignata accedentibus ad ministerium Domini. 1. Mach. 10, 42. — 11, 58. 2. Mach. 3, 3. (l) Seleucus præstans sumptus ad ministerium sacrificiorum.

Harbona erat *unus de Eunuchis*, (g) *qui stabant in ministerio Regis* Assueri. Vanitates describens Ecclesiastes ponit inter alias, quòd ex argento, & auro fecerat sibi *scyphos & urceos in ministerio, ad vina fundenda.* Contra populum Iuda est à Domino apud Isaiam: *Expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponam te.* Babylonii, victâ Ierosolymâ, omnia vasa Templi, quæ in ministerio fuerant, tolerunt. Ad Tyrum dicitur apud Ezechielem: *Senes Gibli, & prudentes ejus, habuerunt* (h) *nautas ad ministerium variæ supellectilis tuæ.* Eidem Prophetæ demonstratum est in spiritu Gazophylacium, ad viam aquilonis respiciens, deputatum in habitaculum *Sacerdotum, qui excubant ad ministerium altaris*; viditq; (i) Levitas Idola antea secutos, Janitores domûs Dei tantùm futuros in ministerio ejus; & quòd Sacerdotibus ministris Sanctuarii, *qui* (k) *accedunt ad ministerium Domini*, assignata est portio primitiarum. Demetrius Rex, conatus Jonathan summum Sacerdotem ad se trahere, quinque millia siclorum argenti promittebat, pertinentia ad Sacerdotes, qui ministerio fungebantur. Antiochus Theos misit Jonathæ eidem vasa aurea in ministerium, ut in partes suas illum traheret. (l) *Seleucus, Asiæ Rex, de redditibus suis* præstabat *omnes sumptus ad ministerium sacrificiorum pertinentes.*

Luc. 10, 40.

De Martha, hospitâ Christi, scribitur, quòd, sorore ejus Mariâ, audiente verbum Christi, *satagebat circa frequens ministerium.*

Actor. 1, 17. — 25. — 6, 1. (m) Viduæ Græcorum in ministerio despectæ. — 6, 4. — 11, 29. — 30. — 12, 25.

De Juda, qui *sortitus erat sortem ministerii* Apostolatus, locutus est Petrus, discipulos ad orationem movens, ut Deus ex duobus electis unum decerneret *accipere sortem ministerii* ejusdem, de quo prævaricatus erat Judas. Græci discipuli murmurabant adversus Judæos, *eò quòd despicerentur in* (m) *ministerio quotidiano* viduæ eorum; sic ergo electi septem Diaconi constituti sunt ad opus distributionis, cæteris *orationi, & ministerio verbi* instantibus. *Discipuli*, qui erant Antiochiæ, ut in fame, ab Agabo prædictâ, succurrerent egenis, *prout quis habebat, proposuerunt singuli in ministerium mittere habitantibus in Judæa fratribus*; quod & *fecerunt, mittentes ad Seniores per manus Barnabæ, & Sauli*; qui *Barnabas, & Saulus reversi sunt à Jerosolymis, expleto ministerio, assumpto Joanne, qui cognominatus est Marcus*; & de iis dicitur, quòd *cùm venissent Salaminam, prædicabant verbum Dei in Synagogis Judæorum, habebant* (n) *autem & Joannem in ministerio.* Idem Paulus, alloquens majores Ephesinos, Miletum vocatos, dicebat, animam suam non æstimare, dummodo cursum suum consummaret, & ministerium verbi, acceptum à Domino Jesu, quod erat Evangelium gratiæ Dei testificari; & Jerosolymam reversus *narrabat per singula, quæ Deus fecisset in Gentibus per ministerium ipsius.*

Actor. 13, 5. (n) Joannes, Marcus in ministerio cum Paulo, & Barnaba. — 20, 24. — 21, 19.

Rom. 11, 13. — 12, 7. — 16, 1. (o) Phœbes in ministerio. 1. Cor. 16, 15. 2. Cor. 3, 9. (p) Ministerium justitiæ abundans in gloria. — 5, 18. — 6, 3. — 8, 4. — 9, 1. — — 12. — — 13. (q) Fideles per probationem ministerii Deum glorificantes &c. — 11, 8. (r) Paulus in ministerium Corinthiorum stipendium accipiens. Ephes. 4, 12. Coloss. 4, 17. 1. Tim. 1, 12. — 4, 5. — — 11. (s) Lucas utilis Paulo in ministerium. Hebr. 1, 14. (t) Angeli missi in ministerium salutis. — 8, 6. (u) Ministerium novæ legis melius. — 9, 21. (x) Vasa ministerii Tabernaculi sanguine victimæ aspersa. Apoc. 2, 19. (y) Ministerium Angeli Thyatiræ à Deo cognitum.

Ad Romanos scribit idem Apostolus: *Vobis dico Gentibus: quamdiu quidem ego sum gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo &c.* Et de susceptis variis donis ponit illud *ministerium in ministrando*; Phœbenque commendat, quam dicit *sororem nostram*, (o) *quæ est in ministerio, quæ est in cenchris.* Ad Corinthios de Stephanâ, Fortunato, & Achaico, dicit, *quoniam sunt primitiæ Achaiæ, & in ministerium Sanctorum ordinaverunt se ipsos.* Item ait: *Si ministratio damnationis* (p) *gloria est, multò magis abundat ministerium justitiæ in gloria.* Item inquit, omnia à Deo bona provenire, *qui nos reconciliavit sibi per Christum: & dedit nobis ministerium reconciliationis.* Et de se testatur, quòd nulli ullam det offensionem, *ut* (inquit) *non vituperetur ministerium nostrum*; talesque eos vult esse. Sic rogat, ab illis obsecrans *communicationem ministerii* (h. e. eleemosynam) *quod fit in Sanctos.* Et inferiùs dicit: *De ministerio, quod fit in Sanctos, ex abundanti est mihi scribere vobis.* Et de eadem eleemosyna ait: *Ministerium hujus officii non solum supplet ea, quæ desunt Sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in Domino,* (q) *per probationem ministerii hujus, glorificantes Deum in obedientia confessionis vestræ, in Evangelium Christi, &c.* Et paulò post in aliis capitibus additur: (r) *Alias Ecclesias expoliavi, accipiens stipendium ad ministerium vestrum,* (h. e. subsidium.) Ad Ephesios ostendit, diversa diversis data esse charismatum dona, *ad consummationem Sanctorum, in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi, &c.* Ad Colossenses scribit: dicite Archippo: *Vide ministerium, quod accepisti in Domino, ut illud impleas.* Ad Timotheum verò dicit: *Gratias ago ei, qui me confortavit, Christo Jesu Domino nostro, quia fidelem me existimavit, ponens in ministerio, &c. Tu vigila, in omnibus labora, opus fac Evangelistæ, ministerium tuum imple, &c. Marcum assume, & adduc tecum*; (s) *est enim mihi utilis in ministerium*; hæc autem dicta putantur applicanda Lucæ ab aliquibus, de quibus antea dixit: *Lucas est mecum solus*; unde pro Luca suadet, ut *Marcum accipiat.* Ad Hebræos de Angelis inquit, quod sunt (t) *administratorii Spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capient salutis.* De Pontificatu veteris legis, & de novo differens, ait, quòd (u) *nunc melius sortitus est ministerium*; & ostendens, Christum mori debuisse pro nobis, tanquam hostiam oblatam Deo, & sanguine suo opus fuisse, affert id, quod Moyses fecit, quando *Tabernaculum*, (x) *& omnia vasa ministerii sanguine similiter aspersit* (victimæ sc.). In Apocalypsi dicebat Deus Angelo Thyatiræ, se novisse opera ejus bona, fidem, charitatem, (y) *ministerium,*

rium, patientiam, & adhuc habere contra eum aliquid permittentem, quod Jezabel mulier seduceret alios. V. *Asaph, Caath, Gerson, Merari.*

Ministrans.

Hist. (a) Quis est. Matth. 27, 55.

Idem est, (a) ac *Ministerium exercens*; Sonat autem præcisè: *Inserviens*; & *subsidium dans*; & *præstans servitium*. Multæ mulieres *secutæ erant Jesum à Galilæâ, ministrantes ei*, & hæ ejus morti astitêre. De Bernaba, (b) & Saulo, ministrantibus illis Domino & cum sociis & jejunantibus, scribitur, quòd Spiritus Sanctus dixit: *Segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos.* Timotheus, (c) & Erastus erant duo ex ministrantibus Paulo. Loquitur item Paulus, ad differentiam Sacerdotii Novi Testamenti, ad Hebræos, quod inter eos (d) *omnis quidem Sacerdos præstò est quotidie ministrans, & easdem sæpè offerens hostias, quæ nunquam possunt auferre, peccata; hic autem unam pro peccatis offerens hostiam* (nempe in nova lege) *in sempiternum sedet in dextera Dei, &c.*

Actor. 13, 2. (b) Barnabas, & Saulus Domino ministrantes.

— 19, 22. (c) Timotheus, & Erastus ministrantes Paulo.

Hebr. 10, 11. (d) Omnis Sacerdos in T. V. quotidie ministrans.

— — 12.

Ministratio.

Hist. (a) Quid est.

Est (a) *Ministerii expletio, & executio*; sumitur etiam pro *ipsa exhibita servitute*; Ad Corinthios scribens, Apostolus habet, ubi egit de variis Spiritus Sancti Charismatibus: (b) *Divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus.* Et ubi tractat de differentia ministrorum antiquæ & novæ legis, scribit: (c) *Si ministratio mortis* (ita appellet legem veterem) *litteris deformata in lapidibus fuit in gloria, ita ut non possent intendere filii Israël in faciem Moysi, propter gloriam vultûs ejus, quæ evacuatur: quomodo non magis* (d) *ministratio Spiritûs erit in gloria? Nam si ministratio damnationis gloria est; multò magis abundat ministerium justitiæ in gloria.*

1. Cor. 12. 5. (b) Ministrationum divisiones in Eccl.

2. Cor. 3, 7. (c) Lex vetus dicta ministratio mortis.

— — 8. & 9. (d) Ministratio Spiritûs dicta lex nova.

Ministrator.

Hist. (a) Quis est.

Is est, (a) *qui ministerium adimplet, alteri obediens.* Christus Dominus, suis contendentibus, quis eorum videretur esse major, dicebat: (b) *Qui major est in vobis, fiat sicut minor; & qui præcessor est, sicut ministrator.*

Luc. 22, 26. (b) Præcessor fiat ut ministrator.

Minor, Minùs.
Minimus, a, um. Minimè.

Hist. (a) Quid hæ voces, quarum textus figuris non notantur, ubi locus dicti.

Minor &c. (a) *vox est comparativa à Parvo, & dicitur de re parva comparativè ad aliam*; habetque suum adverbium (vox tamen neutre etiam est) Minùs.

Minimus &c. *vox est superlativa à Minore*, & est superlativa in defectu, & carentia magnitudinis; cujus adverbium est Minimè, idem ac *Non: nihil.* Advertendum tamen est, quod Minoritas, & esse minimum non attenditur tantùm ex parte quantitatis molis, sed etiam ex quantitate virtutis; nec non ratione temporis, ætatis, annorum, divitiarum, & hujusmodi.

Gen. 25, 23. (b) Major ex filiis Rebeccæ serviturus minori.

Pro dictione *Minor* (b) responsum est à Domino Rebeccæ, habenti in utero duos filios: *Duæ gentes sunt in utero tuo, & duo populi ex ventre tuo dividentur, populusq; populum superabit, & major serviet minori.* Laban, eò quòd dedisset Jacob Liam primò, quàm Rachelem, in uxorem Jacob, excusabat se, dicens: *Non est in loco nostro consuetudinis, ut minores ante tradantur ad nuptias.* Jacob autem, se commen-

— 29, 26.

dans Domino, dum timebat Esaü, inquiebat: *Minor sum cunctis miserationibus tuis, & veritate tuâ, quam explevisti servo tuo.* Ad minora judicanda in populo Israël constituti sunt à Moyse magistratus. Pro emptione prædii alicujus stabilis lex erat: (c) *Quantò plures anni remanserint post Jubilæum tantò crescet & pretium; & quantò minus temporis numeraveris, tanto minoris & emptio constabit; tempus enim frugum vendet tibi.* Ad Moysen dictum est pro divisione terræ: *Pluribus majorem partem dabis, & paucioribus minorem, &c.* Balaam nunciis Balac dixit: (d) *Si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti, & auri, non potero immutare verbum Domini Dei mei, ut plus, vel minus loquar.* Ita à Domino jussum est, urbes dari Levitis hoc modo, ut à filiis Israël, qui plus haberent, plures auferentur, (e) & *qui minùs pauciores.* De Salomone scribitur, quòd in atrio domûs Domini fecit holocaustum, sacrificium, & adipem pacificorum: *quoniam* (f) *altare æreum, quod erat coram Domino, minus erat, & capere non poterat holocaustum &c.* Rex Syriæ, pugnaturus contra Achab, Regem Israël, & Josaphet, Regem Juda, *præceperat Principibus curruum triginta duobus, dicens: non pugnabitis* (g) *contra minorem, & majorem quempiam, nisi contra Regem Israël solum.* Sors missa est coram David Rege inter plures familias Levitarum, & Sacerdotum *tam majores, quam minores: Et omnes sors æqualiter dividebat.* Ita inter familias filiorum Asaph, Heman, Idithum (h) *miserunt sortes per vices suas, ex æquo tam major, quam minor, doctus pariter, & indoctus.* Sub Ezechie, Rege Juda, deputati sunt Levites, *in civitatibus Sacerdotum, ut fideliter distribuerent fratribus suis partes, minoribus, atque majoribus.* In Babylonem translata fuere *universa vasa domûs Domini, tam majora, quàm minora.* Sophar ad Job habebat optandum esse, *ut*, inquit, *intelligeres, quod multò minora exigaris ab eo* (Deo scilicet) *quàm meretur iniquitas tua.* Ecclesiastes ait, se intellexisse, quod in iis, quæ fiunt sub sole *quantò plùs* (homo) *laboraverit ad quærendum* (rationem videlicet) *tantò minùs inveniat.* Et alibi dicit: (i) *Si mordeat serpens in silentio, nihil eò minùs habet, qui occultè detrahit.* Sapiens Deum orans, petebat sapientiam, addens: quoniam ego sum *homo infirmus, & exigui temporis, & minor ad intellectum judicii, & legum.* Rabsaces, impotentiam exprobrans Regi Judæ, dicebat: *quomodo sustinebis faciem Judicis unius loci ex servis Domini mei minoribus?* reprehendens Jeremias Judæos ejebat; *à minore usque ad majorem omnes avaritiæ student.* Et dum describit siccitatem in terra Juda, ait: (k) *Majores miserunt minores suos ad aquam; venerunt ad hauriendum, non invenerunt aquam, reportaverunt vasa sua vacua; confusi sunt, & afflicti, & operuerunt capita sua.*

Gen. 32. 10.
Exod. 18, 22.
Lev. 25. 16. (c) Lex pro emptione prædiorum pro pretio majore, vel minore.
Num. 26, 54.
— 22, 18. (d) Balaam nec plus nec minus dicturus ac operatus à Deo.
— 35. 8. (e) De Tribu minus terræ habente pauciores ablatæ urbes.
3. Reg. 8, 64. (f) Altare æreum minus erat capiendis holocaustis.
— 22, 31. (g) Syri non pugnaturi contra majorem, vel minorem, sed contra Regem Israël.
1. Par. 24, 31.
— 25. 8. (h) Sors dividens æquè majores, & minores.
2. Par. 31, 15.
— 36, 18.
Job. 11, 6.
Eccle. 8, 17.
— 10, 11. (i) Serpens in silentio mordens nil minus habet detrahente occultè.
Sap. 9, 5.
Isai. 36, 9.
Jerem. 6, 13.
— 14, 3. (k) Minores à majoribus missi ad aquam, & non invenientes.

Ezechiel contra Jerusalem invehitur, quæ superavit peccatis sorores suas, majorem quidem Samariam, minorem verò Sodomam; additque: (l) Sed *nec in viis earum ambulâsti, neque secundum scelera earum fecisti pauxillum minus; penè sceleratiora fecisti illis in omnibus viis tuis*; ait tamen Dominum recordaturum pacti sui, *cum*, inquit, *receperis sorores tuas*, (m) *te majores, cum minoribus tuis, & dabo eas* (dicit Dominus) *tibi in filias, sed non ex pacto tuo.*

Ezech. 16, 46.
— — 47. (l) Jerusalem pauxillum minus non fecit nequam Samaria, & Sodoma in sceleribus.
— — 61. (m) Samaria, & Sodoma sorores majores Jerusalem.

Ezech. 23. 4.
(n) Samaria soror major, Jerusalem minor.

Samaria (n) dicitur Oolla, major; Jerusalem dicitur Ooliba, soror minor, meretrices ambæ. Daniel, manifestans somnium Nabuchodonosor, & explicans, inter cætera dixit

Dan. 2. 39.
(o) Regnum minus post Nabuc. futurum.

(o) *Post te consurges Regnum aliud minus te argenteum*; & hæc designabantur in pectore & brachiis argenteis statuæ visæ in somnio à Rege. Verbum *Thecel* in muro scriptum interpretatus

- 5. 25.

est Balthassari: *Appensus es in statera, & inventus es minus habens.* Apud Amos contra Israël

Amos. 6. 11.
(p) Domus major & minor percutienda à Domino.

est: (p) *Dominus mandabit, & percutiet domum majorem ruinis, & domum minorem scissionibus.* Audientes Jonæ prædicationem, Ninivitæ, pænitentiam egerunt, *& vestiti sunt*

Jon. 3. 5.

saccis à majore usque ad minorem. Increpat Judæos Aggæus, & inquit: (q) *Respexistis ad*

Agg. 1. 9.
(q) Minus factum à Judæis, ubi e. c.

amplius, & ecce factum est minus; & rationem affert ex ore Domini, quia scilicet neglexerant domum Domini, ad sua tantùm ædificia propria applicantes. Judæis excitatis à Juda Machabæo ad defensionem patriæ, & legis suæ contra Gentes, scribitur, quòd *erat pro uxoribus,*

2. Mach. 15. 18.
(r) Minor solicitudo Judæorum pro suis, major pro templo, & lege.

& filiis, itemque pro fratribus & cognatis (r) *minor solicitudo; maximus verò & primus pro sanctitate timor erat templi.*

In Evangelio habemus dictum à Christo Domino de Joanne Baptista: *Amen dico vobis,*

Matth. 11. 11.
(s) Inter natos mulierum non surrexit major Jo. Baptista. &c.

(s) *non surrexit inter natos mulierum major, Joanne Baptistâ: qui autem minor est in regno cælorum, major est illo.* Item dicebat, quod excusantibus se in die judicii, quòd opera misericordiæ non exercuerint in filium hominis, cùm ipsum non viderint, idem filius hominis respon-

- 25. 45.

debit: *Amen dico vobis: quamdiu non fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis.* Notatur

Marc. 4. 31.
(t) Granum sinapis minus omnibus seminibus terræ.

item, quòd granum sinapis (t) *minus est omnibus seminibus, quæ sunt in terra.* Cùm intrásset cogitatio in discipulos Christi, *quis eorum videretur esse major*, Christus, constituens puerum secùs se, dicebat illis: *Qui minor est inter*

Luc. 9. 48.

vos omnes, hic major est; & alia vice: super ea-

- 22. 26.
(u) Major fiat, ut minor.

dem cogitatione eos alloquens, ajebat: (u) *Qui major est in vobis, fiat sicut minor: & qui præcessor est, sicut Ministrator.* Coram Agrippa Rege, & Festo Præside Paulus, causam suam defendens, inter cætera dicebat: *Auxilio adjutus Dei, usque*

- 26. 22.
(x) Paulus testificans majori, & minori fidem &c.

in hodiernum diem sto, (x) *testificans minori, atque majori, nihil extra dicens, quam ea, quæ Prophetæ locuti sunt futura esse, & Moyses.*

Ad Romanos autem scribens Apostolus, quòd gratuitâ Dei electione est, quòd constituatur quis dignus æternâ patriâ, affert exemplum filio-

Rom. 9. 12. 13.

rum Isaac, dicens: *Non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei: quia major serviet minori, sicut scriptum est: Jacob dilexi, Esau autem odio*

2. Cor. 12. 11.

habui. Et ad Corinthios ait: *Factus sum insipiens* (melandando scilicet,) *vos me coegistis. Ego enim à vobis debui commendari*: (y) *nihil enim*

(y) Paulus nihil minus aliis Apostolis.

minus fui ab iis, qui sunt supra modum Apostoli: tametsi nihil sum. Et ad eosdem dicit: (z) *Quid*

- - - 13.
(z) Corinthii minus præ cæteris Ecclesiis habuerunt.

est, quod minus habuistis præ cæteris Ecclesiis, nisi quod ego ipse non gravavi vos? donate mihi hanc injuriam; & prosequitur dicens, se, quæ eorum sunt nolle, sed animas eorum velle, h. e. salutem ipsorum. Et ad Hebræos, arguit excellentiam Melchisedech super Abraham, eò quòd huic ille

Hebr. 7. 7.
(aa) Quod minus est, à meliore benedicitur.

benedixit, dicens; (aa) *sine ulla contradictione, quod minus est, à meliore benedicitur.* Et Novi Testamenti necessitatem argumentatur ex pro-

- 8. 11.
(ab) Omnes à minori ad majorem Deum scient.

missione divina; (ab) *quoniam omnes scient me* (ait Dominus) *à minore usq; ad majorem eorum.*

Pro dictione adverbiali: *Minùs.* Abraham

Gen. 18. 28.
(ac) Sodoma non evertenda si non justis 50. haberentur.

rogabat Dominum, quòd si minùs (ac) *quinquaginta justi, quinque* fuissent Sodomis, non eam everteret urbem. Cùm sub Ezechiâ Rege Juda, restituente cultum Domini, magna pars populi etiam non sanctificata convenisset ad comedendum Phase, Ezechias orabat pro eis, dicens: (d)

2. Par. 30. 18. 19.
(ad) Deus, non imputaturus requirentibus eum quod minus sanctificati sint.

Dominus bonus propitiabitur cunctis, qui in toto corde requirunt Dominum Deum patrum suorum; & non imputabit eis, quod minus sanctificati sunt. In Machabæis legimus, quod (ae) *cum falsus rumor exisset, tanquam vitâ excessisset Antiochus*

2. Mach. 5. 5.
(ae) Jason non minus 1000. viris assumptis, aggressus Jerusalem

(Epiphanes scil.), *assumptis* (e) *Jason non minùs mille viris repente aggressus est civitatem* (Jerusalem) &c. De eodem Antiocho habetur, quòd suspicatus, Judæos societatem deserturos, eorum

- - 14.

cædem jussit, in qua per triduum *octoginta millia interfecti, quadraginta millia vincti, non minus autem venundati* sunt. Nicanor (f) Patrocli cum

- 8. 9.
(af) Exercitus Nicanoris cum armatis non minus 20000.

armatis non minus viginti millibus, venit contra Judæos. In munitiones Idumæorum impetum facientes Judæi sub Juda Machabæo, *omnes si-*

- 10. 17.

mul non minus viginti millibus trucidaverunt. A Joppitis dolosè submersi sunt (ag) Judæi non

- 12. 4.
(ag) Judæi non minus 200. submersi à Joppitis.

minùs ducenti. Congredientes Judæi, sub Juda Machabæo, cum exercitu Nicanoris, qui ingentem collegerat ex omni parte multitudinem, *prostraverunt non minus triginta quinque mil-*

- 15. 27.
(ah) Fideles prosternentes non minus 35000. hostium.

lia (hostium), *præsentia Dei magnifice delectati.* Scriptor libri secundi Machabæorum propè finem habet: *Ego quoque in his faciam finem ser-*

- - 38.
- - 39.
(ai) Scriptor lib. 2. Mach de scripto minus dignè veniam petit.

monis. Et si quidem benè, & ut historiæ competit, hoc & ipse velim: (ai) sin autem minus dignè, concedendum est mihi, &c.

Christus Dominus pro Mariæ Magdalenæ defensione dicebat Simoni Pharisæo: *Remittuntur*

Luc. 7. 47.
(ak) Cui minus dimittitur, minus diligit.

ei peccata multa, (ak) quoniam dilexit multum: cui autem minus dimittitur, minus diligit. Discipulos suos item consolatur, quòd apud Patrem suum mansiones multæ sunt; *si quò minus* (ait)

Joan. 14. 2.

dixissem vobis: quia vado parare vobis locum. Majoribus natu Ephesiis dicebat Paulus: Scitis, *quomodo nihil subtraxerim utilium, quò minùs an-*

Actor. 20. 20. 21.
(al) Paulus nihil utilium subtrahens, quo minus annunciaret prophetiam.

nuntiarem vobis, & docerem vos publicè, & per domos, testificans Judæis, atque Gentilibus in Deum pœnitentiam, & fidem in Dominum nostrum Jesum Christum. Et ad Corinthios scribebat: *Existimo*

2. Cor. 11. 5.

nihil me minùs fecisse à magnis Apostolis. Et di-

- - 23.
(am) Paulus, quasi minus sapiens, dicens.

cens se præ aliis laborasse inquit: (am) *Ministri Christi sunt? (ut minùs sapiens dico) plus ego, &c.* Et subsequenter narrans, quæ passus erat in prædicatione Evangelii, inter cætera ponit: (an) A

- - 24.
(an) Item quinquies quadragenas una minus, verberationes accipiens pro Christo à Judæis, ubi expl. tenu.

Judæis *quinquies, quadragenas, unâ minùs accepi*; non enim ut civis Romanus plusquam triginta novem verbera accipere poterat; ultra enim ea pœna servorum erat. Et paulò post dicit: *Ego (ao) autem libentissimè, impendam, &*

- 12. 15.
(ao) Paulus plus diligens, minus dilectus.

superimpendar ipse pro animabus vestris, licèt plus vos diligens, minùs diligar. Et ad Timotheum habet: (ap) *Vidua eligatur non minùs sexagin-*

1. Tim. 5. 9.
(ap) Vidua non minus sexaginta annorum eligenda, &c.

ta annorum, quæ fuerit unius viri uxor. Angelo Pergami jussus est in Apocalypsi Joannes scribere à filio hominis, inter cætera: *similiter pœnitentiam age: (aq) si quo minùs, veniam tibi citò, &*

Apoc. 2. 16.
(aq) Pœnitentia indicta episcopo Pergami, si quo minus &c.

pugnabo cum illis, in gladio oris mei. Pro dictione

(ar) Pro dictione Minor remissive

Minor videndæ sunt voces: (ar) *Crepido, Expectatio, Luminare, Madian, Mensura, Man, Modius, Michol, Jacobus Cham, Ephraim, Lot, Numerus, Othniel, Pondus, Querela, Rachel, Supplicium, Uxor,* Et etiam vid. *Minimus.*

Quod

Gen. 19, 11. (aa) A minimo ad maximum cæcitate percussi Loch domui vim inferentes.

Quoad dictionem *Minimus.* (aa) Cæcitate percussi sunt *a minimo usque ad maximum*, qui extra domum Lotb vim faciebant, ab Angelis (Vid. *Lotb*). Et hæc phrasis frequens est in sacra Scriptura, seu *à maximo usque ad minimum*, sive *à majore usque ad minimum*, & *à minimo usque ad magnum.*

- 44, 12.

Sic scrutati sunt saccos fratrum Joseph ab eodem missi ut scyphum reperirent argenteum (V. *Joseph.*)

1. Reg. 30, 2.

Amalecitæ duxerunt mulieres captivas ex Siceleg.

2. Par. 15, 13.

Sic morti damnatur non quærentis Deum Israël, Asâ Rege restituente Dei cultum, & auferente idola.

- 34, 30.

Ita cunctus populus ascendit in domum Domini, sub Josia, percutiente fœdus cum Domino.

Judith. 13, 15.

Omnes concurrerunt ad Judith, revertentem à cæde Holofernis; & de

- 15, 8.

prædis, quas fecerunt super Assyrios omnes Bethulienses divites facti sunt.

Esther. 1, 5.

Omnis populus, invitatus est ab Assuero ad convivium.

Jerem. 8, 10.

Apud Jeremiam comminatio est, quia omnes avaritiam sequebantur.

- 31, 34.
- 42, 8.

Et Dominus dicit, se ab omnibus cognoscendum. Idem Jeremias responsurus circa reliquias Israel, pro quibus consulerunt Dominum, congregavit omnem populum.

- 44, 12.

Prophetavit pariter consumendos, qui transfugerant ad Ægyptios.

Baruch. 1, 4.

Baruch legit librum ad aures omnis populi, de Jerusalem in Babyloniam translati.

2. Mach. 5. 45.

Universos Israëlitas, qui erant in Galaaditide congregavit Judas Machabæus, ut in terram Juda transferret.

Actus. 8, 10.

Simonem Magum auscultabant omnes in Samaria, & eum attendebant. His autem in locis, hucusque allatis semper una ex prædictis Phrasibus apponitur, ut denotetur, quòd, nullo deficiente omninò, res patrata est, quæ narratur.

Gen. 42, 13. &c.
- - 15. & alibi.

In aliis textibus est, quòd fratres Joseph decem, eidem dicebant, quòd frater minimus remanserat domi cum Patre; & hunc voluit Joseph ad se adduci; quô adductô, cùm ad mensam ejusdem Joseph admitterentur, *sederunt*

- 43, 33.
(at) Fratres Joseph discumbentes juxta loca primogeniti, & minimi &c.

(at) *coram eo, primogenitus juxta primogenita sua, & minimus juxta ætatem suam.*

Judic. 6, 15.
(au) Gedeon minimus in domo patris sui.

Gedeon dicebat ad Dominum, à quo audiebat; se mitti ad liberandum Israël: *Ecce familia mea infima est in Manasse*, (au) *& ego minimus in domo patris mei.*

- 9, 5.
(ax) Minimus fratrum Abimelech à cæde servatus.

Joathan, filius Jerobaal (ax) minimus absconditus est à cæde, quam patravit Abimelech omnium fratrum suorum.

1. Reg. 9. 21.

Et dicente Samuele ad Saul, quòd ejus erant optima quæque Israël, ipse Saul exposuit se esse de minimâ Tribu Israël, & de cognatione novissima inter omnes familias Tribûs Benjamin.

- 17. 14.
(ay) David minimus fratrum suorum.

(ay) David erat minimus fratrum suorum.

3. Reg. 12, 10.
2. Par. 10, 10.

Roboam, conquerenti populo, pro tributis impositis à Salomone Patre ejus, & petenti, ut minuerentur, respondit durè, inter cætera dicens: *Minimus digitus meus grossior est dorso patris mei.*

4. Reg. 18, 24.
(az) Rabsaces Judæos, ut impotentes resistere minimo Satrapæ objurgat.

Rabsaces, invitans Iudæos, ut ad Regem Assyriorum transirent, dicebat iis: (az) *Quomodo potestis resistere ante unum Satrapam de servis Domini mei minimis?*

2. Par. 18, 30.

Rex Syriæ, pugnaturus contra Achab Regem Israël, & Iosaphat Regem Iuda *præceperat Ducibus equitatûs sui dicens: ne pugnetis contra minimum, aut contra maximum, nisi contra solum Regem Israël.*

- 21, 17.
- 22, 1.

Ioachaz minimus natu erat filius Ioram, Regis Iuda; qui idem est cum Ochozia.

Prov. 30, 24. &c.

Quatuor dicuntur minima terræ, & sapientiora sapientibus, formica, lepus, locusta, stellio.

Eccli. 19, 28.
(ba) Minimum pro magno placeat.

In Ecclesiastico dicitur: (ba) *Minimum pro magno placeat tibi, & improperium peregrinationis non audies.*

Isa. 60, 22.
(bb) Minimus futurus in mille.

Apud Isaiam prophetatur de populo fideli: (bb) *Minimus erit in mille, & parvulus in gentem fortissimam.*

Baruch. 2, 29.
(bc) Multitudo non audientium Deum vertenda in minima &c.

Apud Baruch confitentur Iudæi, mala sibi evenisse propter peccata, & in se verificatum esse, quòd Deus dixerat: *Si non audieritis vocem meam*, (bc) *multitudo hæc magna convertetur in minimam inter Gentes, quò ego eos dispergam.*

2. Mach. 15, 19.
(bd) Solicitudo non minima pro pugnaturis contra Gentes.

Cùm Iudas Machabæus jam existet pugnaturus contra Nicanorem, notatur, quòd *eos*, (bd) *qui in civitate erant, non minima solicitudo habebat pro his, qui congressuri erant.*

Matth. 2, 6.
(be) Bethlehem non minima in Principibus Juda.

Apud Evangelistas, ubi incidit sermo de Messia, in Bethlehem Iuda nascituro, affertur dictum Prophetæ: (be) *Et tu Bethlehem terra Juda nequaquam minima es in Principibus Juda, &c.*

- 5, 19.
(bf) Minimum servans mandatum, minimus in Regno cælorum futurus.

Christus Dominus dicebat, agens de præceptis legis: *Qui solverit* (bf) *unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cælorum; qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum.*

- 10, 42.
(bg) Merces benefacientis uni ex minimis Christi.

Et de pauperibus ajebat: *Quicumque potum dederit uni ex* (bg) *minimis istis calicem aquæ frigidæ tantùm in nomine discipuli: amen dico vobis, non perdet mercedem suam.*

- 13, 32.

Granum sinapis dicitur *minimum* —— *omnibus seminibus.*

- 25, 40.
(bh) Factum uni ex minimis Christi ipsi factum est.

In die judicii, dicentibus justis, quod nunquam eum hospitem receperint, nudum cooperuerint &c. respondebit Dominus JEsus: (bh) *Amen dico vobis, quamdiu fecistis uni ex fratribus meis minimis mihi, fecistis.*

Luc. 12, 25.
- - 26.

Dum vetat solicitudinem circa hæc terrena Christus JEsus, dicit: *Quis vestrûm cogitando potest adjicere ad staturam suam cubitum unum? si ergo neque quod minimum est, potestis, quid de cæteris soliciti estis?*

- 16, 10.

Et alibi habet: *Qui fidelis est in minimo, & in majori fidelis est, & qui in modico iniquus est, & in majori iniquus est.*

1. Cor. 4, 3.
(bi) Paulo pro minimo esse judicari ab hominibus.

Ad Corinthios scribens, Apostolus ait: (bi) *Mihi pro minimo est, ut à vobis judicer: aut ab humano die; sed neque me ipsum judico.*

- 6, 2.

Et reprehendens eos, quòd ad judicem Ethnicum pro judicio recurrerent, dicit: *An nescitis, quoniam Sancti de hoc mundo judicabunt? & si in vobis judicabitur mundus, indigni estis, qui de minimis judicetis?*

- 15, 9.
(bk) Paulus se minimum dicens Apostolorum, & Sanctorum.

& de se scribit: *Ego* (bk) *sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei &c.*

Ephes. 3, 8.

Et ad Ephesios habet: *Mihi omnium Sanctorum minimo data est gratia hæc in gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi, &c.*

(bl) Aliqua remissivè.

Pro duobus aliis textibus, (bl) & locis Vid. *Seditio, Turbatio, ad text. Aß.*

Gen. 19, 2.

Quoad dictionem adverbialem *Minimè* notamus, quòd *particula negativa* est; & hac usi sunt Angeli Sodomis, renuentes primò hospitium apud Lot.

- 35, 22.
(bm) Minimè latuit Jacob Ruben peccatum.

Jacob (bm) non minimè latuit, Ruben dormiisse cum Balâ concubinâ ejus.

1. Reg. 6, 9.

Philisthiim, quando remiserunt Arcam, dixerunt, quod si vaccæ, trahentes plaustrum minimè ascendissent contra Bethsames, non sibi evenisse mala, quæ evenerant ex Deo, sed casu conjicerere poterant:

3. Reg. 18, 10.

Quod minimè reperiretur Elias, adjuravit Achab Rex Israël Regna singula, & Gentes.

1. Reg. 9, 4.

Saul, & puer ejus minimè reperierunt primò asinas, quas quærebant.

Tob. 10, 5.
(bn) Mater jun. Tobiæ flens, quòd statuto tempore ille minimè rediret.

Anna, Tobiæ Senioris uxor, & junioris mater, (bn) *quòd die statuta minimè reverteretur filius eorum ad eos,*

flebat cum viro suo. Alcimus, falsa referens Demetrio, dicebat: *illorum pravitate,* nempe Assidæorum, & Machabæorum, *universum genus nostrum non minimè vexatur.* Cùm Eutychus cadens mortuus esset, Paulus super eum incumbens, vitæ restituit, (bo) unde cum fideles eum viventem vidissent, *consolati sunt non minimè.*

2.Mach. 14, 5.
Actor. 20, 12.
(bo) Fidelis non minimè consolati pro salute Eutychi, à Paulo impetrata.

Minorans.

Hist. Participium præsentis (a) temporis est à *Minoro*, quod est *minùs facio*: *minuo.* In Ecclesiastico est: (b) *Ebrietatis animositas, imprudentis offensio* (subintellige, est) *minorans virtutem, & faciens vulnera.*

(a) Quid est.
Eccli 31, 40.
(b) Minorantia virtutem in homine.

Minoratio.

Hist. Idem est, (a) ac *diminutio.* In Ecclesiastico notatur: *Est propter gloriam minoratio: & est, qui ab humilitate levabit caput. In præcepto ipsius* (Dei) *placor fit, & non est minoratio in salute ipsius*; (b) h. e. nihil deest perfectionis rei, quam ipse fecit. *Non est in timore Domini minoratio, & non est in eo inquirere adjutorium.*

(a) Quid est.
Eccli. 20, 11.
- 39. 23.
(b) Expl. text.
- 40. 27.

Minùs adv. Vid. post Ministrator.

Minutatim.

Hist. Idem est, ac (a) *per particulas*; & *particulatim.* In Levitico Lex erat in ritibus oblationum: *Si oblatio tua fuerit de sartagine, simila conspersa oleo, & absque fermento,* (b) *divides eam minutatim, & fundes super eam oleum.*

(a) Quid est.
Lev. 2, 5
(b) Oblatio de sartagine minutatim dividenda. - - 6.

Minutum. Vid. post Minutus.

Minutus, a, um.

Hist. *Quod satis* (a) *parvum est*, Minutum dicitur, h. e. *parva moles*; ita ros, qui apparuit in castris Israël, qui dictus est Man, (b) *apparuit in solitudine* (tanquam quid) *minutum, & quasi pilo tusum in similitudine pruinæ super terram.* Describitur apud Ecclesiasten approximatio mortis in homine etiam per phrasim, & quasi ænigma, *quando* —— *otiosa erunt molentes* (c) (dentes scilicet) *in minuto numero*, h. e. quando non poterunt, & vim non habebunt dentes etiam minutissima molere, & dirumpere.

(a) Quid est.
Exod. 16, 14.
(b) Man, ut quid minutum.
Eccle. 12, 3.
(c) Molentes in minuto numero, ubi expl. text.

Minutum, subst.

Hist. *Moneta* (a) est Minutum *minutissima*, h. e. minima, & quidem ex ære, cujus valor, si conferatur cum nostra, ad *medium partem quadrantis*, vulgo *Quattrino*, reducitur, & correspondet; & hac utebantur antiqui; sicuti & plures populi, mutato monetæ nomine utuntur pro minutis expensis. Sic apud Marcum dicitur, quòd, dum sedebat JEsus contra Gazophylacium, venit vidua una pauper, (b) quæ *misit duo minuta quod est quadrans*; & hanc præ cæteris laudavit JEsus. Cavendum esse ab adversario docemur, dum nobis dicitur, quòd liberemur citi ab illo, ne nos ad Principem ducat, & Judex ad exactorem nos tradat, qui in carcerem trudat, donec (c) etiam novissimum, h. e. ultimum, & infimi pretii minutum reddamus.

(a) Quid est.
Marc. 12, 42.
Luc. 21, 2.
(b) Vidua mittens duo minuta in Gazophylacium laudata à Jesu Christo.
- 12, 59.
(c) Judicium faciendum usque ad minutum novissimum.

Myst. *Peccatum minimum* designatur per minutum novissimum, juxta Origenem.

Orig. I. Luc. h. 35

Miphiboseth.

Hist. I. *Jonathæ*, (a) filio Saul, fuit *filius* Miphiboseth dictus, qui decidit ex brachiis nutricis, monitæ de cæde Saul, & Jonathæ, (b) & effectus est claudus; decidit enim in tenerâ ætate, & quinquennis, dum nutrix ipsa fugere festinabat. Hunc ad se vocavit (c) David, & eidem propter Jonathan Patrem ejus misericordiam fecit, restituens omnes agros Saul, & præbens panem in mensa sua; quin etiam Sibam constituit ministrum ejus, curamque dedit, ut omnia, quæ Miphiboseth erant, fideliter administrarentur.

(a) Quis est primus.
2.Reg. 4, 4.
(b) Cadens fit claudus utroque pede.
- 9, 6. &c.
(c) A David excipitur, ductus, & ejus minister Siba statuitur.

Sic igitur claudus utroque pede Miphiboseth, cui omnis cognatio domús Sibæ serviebat, habitabat in Jerusalem, & de mensa Regis David jugiter vescebatur; habuitque filium parvulum nomine Micha. At ecce iniquus servus Siba, quomodo iniquissimè Dominum suum infamaverit, & prodiderit! Fugit aliquando David à facie Absalom filii persequentis, & cùm transisset paululum montis verticem, (d) apparuit Siba puer Miphiboseth in occursum ejus cibaria afferens, & interroganti David: *Ubi est filius Domini tui?* (Dominus ejus fuerat Jonathas) *respondit Siba Regi: remansit in Jerusalem, dicens: hodie restituet mihi domus Israel regnum patris mei*; quocirca iratus David, ei (e) dixit: *Tua sint omnia, quæ fuerunt Miphiboseth*; Cui perfidus reposuit Siba: *Oro, ut inveniam gratiam coram te, Domine mi Rex,* & abiit. Factum est autem, quòd, victô Absalom, post prælium, & victoriam, rediret Jerosolymam David; & occurrentibus ei omnibus, (f) *Miphiboseth quoque filius Saul descendit in occursum Regis, illotis pedibus, & intonsâ barbâ*; quippe vestes suas non laverat à die egressionis Regis: cùmque Rex instaret: *Quare non venisti mecum Miphiboseth?* ille respondit: *Domine mi Rex, servus meus contempsit me: dixique ei ego famulus tuus, ut sterneret mihi asinum, & ascendens abirem cum Rege: claudus enim sum servus tuus.* Hinc dolens pro accusatione apud ipsum Regem facta à Siba, protestatus est obligationes suas, & gratitudinem suam Regi debitam, David rationibus Miphiboseth ex parte convictus, & ex alia parte testes non habens, quibus res, prout erat, certa fieret, ait: (g) *Quid ultra loqueris? fixum est, quod locutus sum: Tu, & Siba dividite possessiones, respondítque Miphiboseth Regi: etiam cuncta accipiat, postquam reversus est Dominus meus Rex pacificè in domum suam.* De cætero nihil aliud est in sacris litteris de hoc Miphiboseth, nisi quòd, Gabaonitis postulantibus, ut sibi traderentur septem viri de filiis Saul, ut crucifigerent eos Domino; (Vid. *Gabaonitæ*,) David (h) *pepercit Miphiboseth filio Jonathæ filii Saul propter jusjurandum Domini, quod fuerat inter David, & inter Jonathan filium Saul.* Ex quibus conjectura est, quòd cum David etiam post Sibæ accusationem benè ad invicem sentirent, & sine ulla suspicione viverent.

- 16, 1.
(d) Infamatur à Siba, ut rebellis Davidi.
- - 3.
- - 4.
(e) Omnia hinc, quæ erant Miphiboseth, donantur Sibæ.
- 19, 24.
(f) Miphiboseth coram David se justificare nitens.
- - 25.
- - 26.
- - 27. &c.
- - 29 & 30.
(g) David in re sibi dubia facta, quas dederat Sibæ opes, dimidiat, & partem iterum donat Miphiboseth.
- 21, 7.
(h) Servatur Miphiboseth per David, ne Gabaonitis tradatur ad cædem.

II. Alius est hoc nomine (i) Miphiboseth, *filius Respha*, quem peperit Sauli; & hic fuit

(i) Quis secundus.

2.Reg. 21, 8. (k) Crucifigitur à Gabaonitis. fuit unus ex septem viris de filiis Saul, (k) quos tradidit David Gabaonitis crucifigendos Deo; & crucifixus obiit. (Vid. *Respha.*) Nominis
(l) Signif. nom. hujus Etymologia est: (l) *De ore ignominia a. De ore confusio: Oris ignominia: Oris confusio: Oris verecundia: Oris mora.*

Mirabilis. Mirabile. Mirabilia, subst.

Hist. *Quod* (a) *dignum admiratione est*, Mirabile dicitur & in numero multitudinis hæc di-
(a) Quid hæc vox, cujus sensus non significatur nobis, nisi sibi locum. ctio sumitur etiam substantivè. Misit Deus Moysen ad Regem Pharaonem, ut liberaret populum suum, promisitque Moysi, si Pharao
Exod. 3, 20. non assensum præberet: *Percutiam Ægyptum in cunctis mirabilibus meis, quæ facturus sum in medio eorum.* Ita & eâdem ex causa dixit:
- 8, 22. (b) Terra Gessen mirabilis facienda sine muscis &c. (b) *Faciam mirabilem in die illâ terram Gessen, in quâ populus meus est, ut non sint ibi muscæ;* cùm tamen tota reliqua Ægypti pars muscis replenda erat; & ita quidem factum est; quin etiam cùm plaga facta esset in jumentis, ulceribus, grandine &c. fecit Dominus (c) *mira-*
- 9, 4. (c) Mirabile factum a Deo inter loca Ægyptiorum, & Judæorum. *bile inter possessiones Israel, & possessiones Ægyptiorum, ut nihil omninò periret, ex his, quæ pertinebant ad filios Israel*, prout dixerat Moyses: Unde in cantico ejusdem Moysi, post transitum maris rubri, & demersionem Ægy-
- 15, 11. ptiorum canitur: *Quis similis tui in fortibus Domine? quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis,* (d) *atque laudabilis, faciens*
(d) Deus faciens mirabilia. *mirabilia?* Et de eodem Moyse notatur, quòd non surrexit ultra Propheta in Israël, quem nosset Dominus facie ad faciem, & faceret
Deut. 34, 11. *magna mirabilia, quæ fecit Moyses, coram universa Israel.*
Jos. 3. 5. Denunciavit Josue, crastinâ die Dominum facturum mirabilia in transitu Jordanis. Gedeon, implorans auxilium divinum, dicebat Angelo Domini: (e) *Ubi sunt*
Judic. 6, 13. (e) Gedeon mirabilia Dei implorans. *mirabilia ejus, quæ narraverunt patres nostri &c.* Cùm Manue quæreret ab Angelo, quem tamen nesciebat talem esse, nomen ejus, ei re-
- 13, 18. sponsum est: *Cur quæris nomen meum, quod est*
- - 19. *mirabile?* quare hædum obtolit Manue *Domi-*
(f) Deus faciens mirabilia. *no*, (f) *qui facit mirabilia* (vid. *Manue*) Constitutâ arcâ in Tabernaculo fœderis in Jerusalem excitati sunt omnes ad Dei laudes per ea
1 Par. 16, 9. verba Psalmorum: *Narrate omnia mirabilia*
Psal. 104. 2.
1. Par. 16. 12. *ejus. Recordamini* (seu *mementote*) *mirabi-*
Psal. 104. 5.
1 Par. 16, 24. *lium ejus, quæ fecit. Narrate in gentibus glo-*
Psal. 95. 3. *riam ejus: In omnibus populis mirabilia ejus.* Levitæ confitentes Dei beneficia, & ingratitudinem Israël, Esdræ tempore dicebant inter
2. Esd. 9, 17. (g) Judæi obliti mirabilium Dei. cætera: (g) *Patres nostri - - - - - noluerunt audire, & non sunt recordati mirabilium tuorum* (Domine), *quæ feceras eis.*

Angelus, qui Tobiam juniorem duxerat, & reduxerat à Gabelo in domum suam, postquam se manifestavit, abiens dixit Tobiæ se-
Tob. 12, 20. (h) Mirabilia Dei narranda. niori, & aliis: (h) *Tempus est, ut ego revertar ad eum, qui me misit: vos autem benedicite Deum, & narrate omnia mirabilia ejus;* cùm
- - 22. ergo ab oculis omnium evanuisset, *tunc prostrati per horas tres in faciem benedixerunt Deum: & exurgentes narraverunt omnia mirabilia ejus.*

Esther, coram Assuero viribus deficiens,
Esth. 15, 17. (i) Mirabilis Assuerus. ei postea, ad se reversa, dicebat: (i) *Valdè mirabilis es Domine, & facies tua plena est gra-*

tiarum. Deus in libro Job vocatur faciens *mirabilia absque numero*; vel etiam *mirabilia*, Job. 5, 9.
quorum non est numerus. Et Eliu eidem Jobo - 9. 10.
dicebat: *Ausculta hæc Job: sta, & considera mirabilia Dei.* - 37. 14.

In Psalmis est: *Narrabo omnia mirabilia* Psal. 9. 2.
tua (Domine). *Circumdabo altare tuum Do-* - 25. 6.
mine, ut audiam vocem laudis, & enarrem uni- - - 7.
versa mirabilia tua. Multa fecisti tu Domine - 39. 6.
mirabilia tua. Sanctum est Templum tuum - 64. 6.
(Domine), *mirabile in æquitate. Mirabilis* - 67. 36.
Deus in sanctis suis &c. Deus docuisti me à - 70. 17.
juventute meâ: & usque nunc pronuntiabo mirabilia tua. Benedictus Dominus Deus Israel, - 71. 18.
qui facit mirabilia magna solus. Narrabimus - 74. 2.
(Domine) *mirabilia tua. Memor ero ab initio* - 76. 12.
mirabilium tuorum (Domine). *Tu es Deus,* - - 15.
qui facis mirabilia. Non sunt occultata à filiis - 77. 4.
eorum (Judæorum scilicet) *in generatione alterâ; narrantes laudes Domini, & virtutes ejus, & mirabilia, quæ fecit. Et obliti sunt bene-* - - 11.
factorum ejus, & mirabilium ejus, quæ ostendit eis. Coram patribus eorum fecit mirabilia in - - 12.
terra Ægypti, in campo Taneos. Et non cre- - - 32.
diderunt mirabilibus ejus. Magnus es tu - 85. 10.
(Domine), *& faciens mirabilia. Numquid* - 87. 11.
mortuis (Domine) *facies mirabilia? &c. Num-* - - 13.
quid cognoscentur in tenebris mirabilia tua? &c. Confitebuntur cæli mirabilia tua, Domine. Mi- - 88. 6.
rabiles elationes maris, mirabilis in altis Domi- - 92. 4.
nus. Cantate Domino canticum novum, quia - 97. 1.
mirabilia fecit. Patres nostri in Ægypto non - 105. 7.
intellexerunt mirabilia tua (Domine). *Obliti* - - 21.
sunt Deum, qui - - - fecit - - - mirabilia in terra Cham. Confiteantur Domino miseri- - 106. 8.
cordiæ ejus, & mirabilia ejus filiis hominum. - - 15. - - 21.
Et quater hoc in Psalmo dicitur: *Ipsi* (Judæi) - - 31.
viderunt opera Domini, & mirabilia ejus in pro- - - 24.
fundo. Memoriam fecit mirabilium suorum - 110. 4.
misericors, & miserator Dominus. A Domino - 117. 23.
factum est istud (quòd lapis reprobatus scilicet factus sit in caput Anguli), *& est mirabile in*
oculis nostris. Revela oculos meos (Domine), - 118. 18.
& considerabo mirabilia de lege tuâ. Viam justi- - - 27.
ficationum tuarum (Domine) *instrue me, &*
exercebor in mirabilibus tuis. Mirabilia te- - - 129.
stimonia tua (Domine); *ideo scrutata est ea anima mea. Domine - - - - - - non ambu-* - 130. 1.
lavi in mirabilibus super me. Confitemini Do- - 135. 4.
mino - - - - qui facit mirabilia magna solus, quoniam in æternum misericordia ejus. (k) *Mi-* - 138. 6.
rabilis facta est (Domine) *scientia tua ex me* (k) Scientia Dei mirabilis; ubi
(id est, pro me); *confortata est* (hoc est, facta explicatur.
est excelsior), *& non potero ad eam* (scilicet pervenire). *Mirabilia opera tua* (Domine); *&* - - 14.
& anima mea cognoscit nimis. Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur (populi, & generationes); (l) *& mirabilia tua narrabunt.* Vide - 144. 5.
Psalmorum textus supra allatos *ad text.* (l) Mirabilia Dei narranda.
1. *Par.* 16.

In libro Sapientiæ dicitur, quòd Sapien-
tia *reddidit justis* (m) *mercedem laborum suo-* Sap. 10, 17.
rum, & deduxit illos in via mirabili &c. Et (m) Sapientia deducens justos in via mirabili.
dum narrantur, quæ in Ægypto portenta fa-
cta sunt à Domino, dicitur: (n) *Quòd mira-* - 16. 17.
bile erat in aquâ, quæ omnia extinguit, plus (n) Mirabile factum à Deo in aqua.
ignis valebat. Et ubi narratur transitus maris rubri, tanquàm per campum apertum; subdi-
tur: (o) *Per quem omnis natio transivit, quæ* - 19. 8. (o) Mirabilia Dei.
Cc 3 *tegebatur*

tegebatur tuâ manu, videntes tua mirabilia, & monstra.

Eccli. 11, 4. Apud Ecclesiasticum est: *In vestitu ne glorieris unquam, nec in die honoris tui extollaris: quoniam mirabilia opera Altissimi solius, & gloriosa, & absconsa, & invisa opera illius.* Itemque dicitur, quòd Deus posuit oculum suum super corda primorum parentum, ut nomen
- 17. 8. sanctificationis collaudarent, & gloriarentur in mirabilibus illius ad enarranda magnalia operum ejus. Laudatur item Dives, sed qui in-
- 31. 9. ventus est sine maculâ, *fecit enim mirabilia in*
- 36. 6. *vita suâ.* Et oratio ad Deum est: *Innova si-*
- - 10. *gna, & immuta mirabilia. Festina tempus,*
(p) Mali enarrarent mirabilia Dei. *& memento finis, (p) ut enarrent mirabilia tua* (adversarius, & inimicus.) Item habetur,
- 38. 6. quòd *dedit hominibus scientiam Altissimus, ho-*
- 39. 25. *norari in mirabilibus suis. A sæculo usque in sæculum respicit* (Deus), *& nihil est mirabile*
- 42. 17. *in conspectu ejus. Nonne Deus fecit Sanctos*
(q) Sancti enarrantes mirabilia Dei. (q) *enarrare omnia mirabilia sua, quæ confirmavit Dominus omnipotens stabiliri in gloria sua?*
- 43. 27. *Illic* (hoc est, in mare) *præclara opera, &*
- - 31. *mirabilia. Terribilis Dominus, & magnus*
- 48. 4. *vehementer, & mirabilis potentia ipsius. Am-*
- - 15. *plificatus est Elias in mirabilibus suis. In vita*
(r) Elisæus mirabilia operatus. *sua* (Elisæus) *fecit monstra, (r) & in morte mirabilia operatus est.*

Isai. 25, 1. Isaias confitetur Domino, quoniam fecit mirabilia. Et ubi prædicit futuram consola-
- 28, 29. tionem Sion, concludit: *Et hoc à Domino Deo exercituum exivit, ut mirabile faceret consilium, & magnificaret justitiam.* Aitque idem
- 64. 3. Propheta ad Dominum: (s) *Cum feceris mi-*
(s) Deus faciens mirabilia. *rabilia, non sustinebimus.*

Apud Jeremiam, ubi contra Jerusalem
Jerem. 5. 30. comminatur Dominus, est: *Stupor, & mirabilia facta sunt in terra.* Requisitus etiam scri-
- 21. 2. bitur Propheta, ut Dominum interrogaret: *Si*
(t) Deus interrogandus, an mirabilia faceret de-. *forte faciat Dominus* (t) *nobiscum* (Judæis scilicet, à Nabuchodonosor obsessis) *secun-*
mò Judæis. *dùm omnia mirabilia sua, & recedat à nobis.*

Apud Danielem legimus, quòd Sidrac, & socii ejus in medio ardentis fornacis dice-
Dan. 3. 43. bant Domino: (u) *Erue nos in mirabilibus*
(u) Deus rogatus, ut in mirabilibus suis pueros de fornace liberaret. *tuis, & da gloriam nomini tuo Domine.* Iis autem, è fornace ab omni immunibus malo egressis, dicebat Nabuchodonosor: *Signa, &*
- - 99.
- - 100. *mirabilia fecit apud me Deus excelsus. Pla-*
(x) Nabuchod. prædicator mirabilium Dei. *cuit ergo mihi prædicare (x) signa ejus, quia magna sunt, & mirabilia ejus, quia fortia &c.* Darius item Rex, liberatum Danielem de lacu
- 6. 27. leonum videns, scripsit: (y) *Ipse* (Deus Da-
(y) Deus faciens mirabilia. nielis) *Liberator, atque Salvator, faciens signa, & mirabilia in cælo, & in terra: qui liberavit Danielem de lacu leonum.* In sua vi-
- 7. 8. sione de quatuor bestiis, quatuor Regna designantibus, notat quartam bestiam fuisse terribilem, atque mirabilem. Aliâ vice interrogavit in visione Daniel virum, lineis indutum:
- 12. 6. (z) *Usquequò finis horum mirabilium?* eorum
(z) Interrogatio Danielis de fine mirabilium. videlicet, quæ prophetabantur ventura. Balthasar, sive Evilmerodach, Rex, liberatum Danielem de lacu leonum pariter videns, ait:
- 14. 41. (aa) *Paveant omnes habitantes in universa ter-*
(aa) Deus faciens mirabilia. *ra Deum Danielis: quia ipse est Salvator, faciens signa, & mirabilia in terra: qui liberavit Danielem de lacu leonum.*

Apud Joëlem promittit Dominus conversis prosperitatem, in qua dicit: *Laudabitis no-* Joël. 2, 26
men Domini Dei vestri, qui fecit mirabilia vobiscum.

Apud Michæam habetur sponsio à Domino, reducendi populum suum de Chaldæa, & dicitur: *Secundùm dies egressionis tuæ de terra* Mich. 7, 15.
Ægypti (h. e. secundùm ea, quæ feci, educens vos Judæos de Ægypto), *ostendam ei* (populo meo) *mirabilia.* Mater martyrum Machabæorum, ex ejus invicta constantia dicitur: *Mater mirabilis, & bonorum memoriâ* 2. Mac. 7, 20.
digna. Judæ Machabæo congressuro cum Nicanore præter Oniam apparuit etiam (ab) alius - 15, 13.
vir ætate, & gloria mirabilis, Jeremias Propheta. (ab) Jeremias ætate, & gloria mirabilis.

Principes Sacerdotum, & Scribæ, videntes Matth. 21, 15.
mirabilia, quæ faciebat Christus, & populum ei plaudentem indignati sunt; & alibi habe- - - 42.
mus, quòd Christus attulit textum supra allatum Psalmi 117. Marc. 12, 11.
Paralyticô à Christo sanitati redditô, *stupor apprehendit omnes, & magnifi-* Luc. 5, 26.
cabant Deum. (ac) *Et repleti sunt timore di-* (ac) Mirabilia Christi visa.
centes: quia vidimus mirabilia hodie. Dum disceptabant Judæi de Christo, dicentes: *Hunc* Jo. 9. 29.
nescimus, unde sit; respondit cæcus qui fuerat natus, cui restituerat visum, immo dederat Christus: *In hoc mirabile est, quia vos nescitis, unde* - - 30.
sit, & aperuit meos oculos. Vidit Joannes in Apocalypsi signum (ad) *mirabile Angelos se-* Apoc. 15, 1.
ptem habentes plagas septem novissimas. Erant (ad) Mirabile visum à Jo. in Apoc.
item cantantes canticum Moysi, & Agni, dicentes: (ae) *Magna, & mirabilia sunt opera* - - 3.
tua, Domine Deus omnipotens &c. (ae) Mirabilia opera Dei.

Mirabiliter.

Idem est, (a) ac *mirè: modò admirabili.* Hist. (a) Quid est.
In Job dicitur Deo: *Propter superbiam* (meam Job. 10, 16.
scilicet), (b) *quasi leænam capies me, reversusq́ue* (b) Job mirabiliter cruciatus.
mirabiliter me crucias. Et Eliu ponens mirabi- - 37. 5.
lia Dei, dicit: (c) *Tonabit Deus in voce sua mi-* (c) Deus mirabiliter tonans.
rabiliter, qui facit magna, & inscrutabilia. In Psal. 44. 5.
Psalmis habetur: *Deducet te* (Christe, ab inimi- (d) Dextera Christi eum mirabiliter servans.
cis tuis) (d) *mirabiliter dextera* (h. e. potentia, & virtus) *tua. Illuminans tu* (Deus) (e) *mira-* - 75. 5.
biliter à montibus æternis. Mentio est in libro Sa- (e) Deus mirabiliter illuminans.
pientiæ quàm (f) mirabiliter populus Dei mare Sap. 19. 5.
rubrum evasisset. De lunâ in Ecclesiastico est: (f) Judæi mirabiliter mare rubrum superantes.
(g) *Mensis secundùm nomen ejus est, crescens mirabiliter in consummatione.* Eccli. 43. 8. (g) Luna mirabiliter crescens in consummatione.

Miraculum.

Nomen hoc (a) Miraculum, quod est in sui Hist.
interpretatione, *res mira ad oculum uniuscu-* (a) Quid est.
jusque apparens, commune est *portentis, & prodigiis* quibuscumque, *signis, & virtutibus*; hinc est, quòd sæpè unum nomen pro alio in sacris litteris usurpatur; restringendo nos tamen ad præcisam nominis hujus significationem, dicimus, quòd Miraculum *effectus est ex virtute divinâ à parte rei positus, & perdurans, excedens facultatem naturæ.* Causa enim nominalis non sufficit ad producendum ultra naturæ facultatem, quod est; & si facultatem naturæ non excederet quicquam, mirum non esset; sicuti, & si non esset perdurans, facilè deciperemur per dæmonum artes: excessus autem super naturæ facultatem attenditur, vel quoad

substantiam, vel quoad modum, & ordinem. At de his apud Theologos, præcisè Controversistas. In sacra pagina sæpè miraculum pro *re mirabili* etiam ponitur; quandoquidem mirabilis res omne miraculum est; non autem miraculum est res omnis, quæ admirationem parit.

Exod. 11, 7. (b) Dominus miraculo dividens Ægyptios, & Judæos.

Mortem primogenitorum denuntiavit Moyses Pharaoni, cum magno omnium Ægyptiorum clamore, summo apud Judæos servato silentio, *ut sciatis* (ajebat ex parte Domini Moyses) (b) *quanto miraculo dividat Dominus Ægyptios, & Israel.*

Num. 26, 10. (c) Miraculum in castigatione Core.

1. Reg. 14, 15. (d) Miraculum contra Philisth.

In libro Numerorum, quando terra deglutivit Core, notatur: (c) *Factum est grande miraculum, ut, Core pereunte, filii ejus non perirent.* Cum Jonathas, unà cum armigero suo, quasi viginti viros Philisthæos occidisset in medie parte jugeri, & omnes conturbati Philisthiim unius incursu turbati essent, dicitur in libro Regum primo, quòd (d) *factum est miraculum in castris per agros*; & concluditur: *& accidit quasi miraculum à Deo.* Eliu ad

Job. 33, 7. (e) Miraculum Eliu; ubi explicat.

Job dicebat: (e) *Miraculum meum* (hoc est, mirabilia, quæ narrabo) *non te terreat, & eloquentia mea non sit tibi gravis.*

Isai. 21, 4. (f) Babylon posita in miraculum.

Apud Isaiam de Babylone est: (f) *Babylon, dilecta mea, posita est mihi in miraculum* (mirabilem scilicet eversionem, ruinam, vastationem). Et contra Jerosolymam, & Ju-

- - 29, 14. (g) Miraculum grande à Deo faciendum.

dæos habetur à Domino: (g) *Ecce, ego addam, ut admirationem faciam populo huic miraculo grandi, & stupendo; peribit enim sapientia a sapientibus ejus, & intellectus prudentium ejus abscondetur.*

Jerem. 23, 32. (h) Miracula Pseudo-prophetarum.

- 44, 12. (i) Judæi, ad Ægyptios profugi, futuri in miraculum; ubi explicatur.

Apud Jeremiam prædicitur opprobrium Pseudo-prophetis, seducentibus populum *in mendacio suo*, (h) *& in miraculis suis.* Et de Judæis, ad Ægyptios profugis, ait Dominus: (i) *Erunt in jusjurandum, & in miraculum, & in maledictionem, & in opprobrium.* (In miraculum scilicet ruinæ, vastationis, cædis &c.)

Myst. D. Jo. Chrysost. de Ann. B. V. & in hypapant.

Virgo Maria miraculum inenarrabile, & magnum dicitur à D. Jo. Chrysostomo.

Mirans.

Hist. (a) Quid est.

Luc. 2, 33. (b) Parentes Jesu mirantes super dictis de illo.

- 9, 44. (c) Mirantes omnes super Christi miracula.

- 24, 12. (d) Petrus mirans in resurrectione Christi.

- - 41. (e) Discipuli mirantes super Christi apparitionibus. Judæ v. 16. (f) Impii mirantes personas quæstûs causâ.

A *miror*, (a) quod est *stupeo*, venit Mirans participium præsentis temporis. Quando oblatus est Christus Jesus Sacerdoti Simeoni viro justo, cùm hic multa diceret de illo, *erant pater ejus*, (b) *& mater mirantes super his, quæ dicebantur de illo.* Cùm autem operaretur postea Christus portenta, (c) & miracula, notantur omnes super iis mirantes fuisse. Petrus Apostolus, visis linteaminibus, in sepulchro Christi positis, & non ipso Christi corpore, abiit secum (d) mirans, quòd factum fuerat. Cùmque apparuisset Christus post mortem suam discipulis, describuntur ii, primò non credentes, (e) sed præ gaudio mirantes. De impiis & lascivis dicit Judas Thadæus in suâ Catholicâ, quòd ii sunt (f) *mirantes personas quæstûs causâ.*

Mirus, a, um.

Hist. (a) Quid est.

Idem, (a) ac *stupore dignum*, Mirum est; & sumitur etiam adverbialiter, quasi dicatur *mirè, mirabiliter*, in genere neutro.

Gen. 41, [illegible] (b) Vaccæ miræ speciei in somnio Pharaonis. 3. Reg. 7, 17. (c) Capitella miri operis in Templo. Esth. 1, 6. (d) Pavimentum mirè lapide stratum variato. - 8, 17. (e) Mira lætitia in Judæis.

Vaccæ miræ speciei, (b) visæ à Pharaone in somnis, devoratæ sunt à fœdis, macieque confectis. (c) *Miro opere* contextæ erant quasi catenæ circa fusilia capitella duarum columnarum æreatum, Jachin, Booz. (d) Mirâ varietate pictura decorabat pavimentum, Pario stratum lapide, ubi splendidum erat Assueri convivium. Revocatis Aman Epistulis, describitur ubique fuisse (e) mira *exultatio, epulæ, atque convivia, & festus dies &c.* (Vid. *Mardochæus*).

Eccli. 16, 11. (f) Mira Dei protectio super Judæos, de Ægypto egressos.

2. Cor. 11, 14. (g) Non mirum, si dentur Pseudo-Apostoli, ubi Satan se transfigurat.

Apud Ecclesiasticum notatur, quòd ex sexcentis millibus, egressis de Ægypto, Judæis, (f) mirum fuisset, quòd vel unus potuisset sibi spondere, quòd fuisset immunis, si voluisset eos Deus perdere. Dum Paulus monet Corinthios, ut caveant à Pseudo-Apostolis, qui se transfigurant in Apostolos Christi, addit: (g) *Et non mirum; ipse enim Satanas transfigurat se in Angelum lucis.*

Misaam.

Hist. 1 Par. 8, 12. (a) Quis est, & quid sonat?

Ex *filiis* (a) *Elphaal* est in Tribu Benjamin. Sonat ejus nomen: *Salvator eorum: Respiciens eos: Auferens populum: Tangens populum*; Syriacè: *Levitas eorum.*

Misach.

Hist. Dan. 1, 3. &c. (a) Quis est, in captivitatem ductus.

(b) Antea dictus Misaël, inde Misach.

- - 8. &c. (c) Cum sociis nutriri petit cibô, & potu non regiô, timens non contaminari, & ex iis pinguior apparet.

In libro Daniel legitur, quòd Nabuchodonosor Rex, (a) victâ Judæâ, & captâ Jerusalem, secum domum Juda, captivam abduxit in terram Sennaar, & *de semine Regio, & Tyrannorum pueros; in quibus nulla esset macula, decoros formâ, & eruditos omni sapientiâ, cautos scientiâ, & doctos disciplinâ, & qui possent stare in Palatio Regis*, jussit seligi, & doceri litteras, & linguam Chaldæorum, constituitque eis annonam dietim de cibis suis, & de vino, quod ipse bibebat, ut enutriti tribus annis, postea starent in conspectu Regis. Fuerunt ergo inter eos ad hoc selecti Daniel, Ananias, Misaël, Azarias, (b) cui nomina immutata sunt Chaldaicè Balthassar, Sidrach, Misach, Abdenago; & ita huic, de quo sermo in præsens est, datum est nomen Misach. Asphenez curam habens eunuchorum erat, (vid. *Eunuchus: Daniel*), à quo Daniel nomine etiam sociorum poposcit, (c) ut alio cibo, & potu eos nutriret, quàm cibo, & potu regio; timebant enim contaminari; at se excusavit Asphenez, ne macilentiores aliis postea facti in ipsum pœnam capitis causarent. Erat autem Malasar alius ab Asphenez eunuchorum Principe, specialiter ad curam horum quatuor constitutus; & cùm apud hunc institisset pro eâdem re Daniel, ut saltem ad decem dies tentaret, utrumne res bene succederet, Malasar pro regio cibo, & potu dedit eis legumina, & aquam; factumque est, ut post decem dies cæteris corpulentiores apparerent, vultusque eorum meliores; unde ita viventes, studiisque incumbentes, dato tempore ad Nabuchodonosor introducti, *non sunt inventi tales de universis, & omne verbum sapientiæ, & intellectûs, quod sciscitatus est ab eis Rex, invenit in eis decuplum super cunctos ariolos, & magos, qui erant in*

universo

universo Regno ejus. Ita ergo stantes in conspectu Regis, & gratiâ ejus fruentes, (d) & super opera regionis Babylonis constituti Sidrach, Misach, & Abdenago (Daniel munia alia exercente), cum Nabuchodonosor Rex statuam sibi erexisset ab omnibus adorandam, id præstare noluerunt; quo circa ad Regem denuntiati, ejusdemmet furentis imperio, in fornacem ignis ardentis, quam antea accendi fecerat in pœnam inobedientium, missi sunt, septuplum tamen pro ipsis antea accensam, quàm succendi consueverat; & quidem missi sunt vincti cum braccis suis, & tiaris, & calceamentis, & vestibus in fornacem nimis succensam; talesque ceciderunt in medio ejus ligatis pedibus; at res satis admiranda apparuit: (e) Ambulabant heroës in medio flammæ, & Domino benedicebant; oravitque pro omnibus Azarias, qui Abdenago dictus est, &

[Dan. 3, 12. &c. (d) Præficiuntur cum sociis super opera Babyl. & cum iisdem renuunt adorare statuam Nabuchod. unde fornaci accensæ immittuntur.]

[(e) In fornace per flammas ambulant, & Deo benedicunt.]

[- - 49.] *Angelus Domini descendit cum Azaria, & sociis*
[- - 50.] *ejus in fornacem, & excussit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis, quasi ventum roris flantem, & non tetigit eos omninò ignis, neque contristavit, nec quicquam molestiæ intulit.*
[- - 51.] Et mox subditur, quòd *tunc hi tres quasi ex uno ore laudabant, & glorificabant,*
[- - 52. &c.] *& benedicebant Deum in fornace*; unde in sacra pagina per extensum exponuntur benedictiones ipsorum ad Deum, nec non aliarum creaturarum invocationes ad benedicendum eidem. Factum est autem interea, quòd ipse (f) Nabuchodonosor, introspiciens fornacem quatuor viros in ea adverteret, licèt tantùm tres in eam immissi fuissent, ex quo valdè obstupuit, cùm præsertim esset species quarti similis Filio Dei, ut ipse ajebat, id cum admiratione Optimatibus suis manifestans, &, ad ostium fornacis appropinquans, ait:

[(f) Videtur à Nabuchod. cum sociis in medio fornacis, addito cum alio, & ad egrediendum invitatur.]

[- - 93.] *Sidrach, Misach, & Abdenago servi Dei ex-*
[- - 94.] *celsi, egredimini, & venite*; iis autem egressis, (g) mirum est quantùm obstupuerunt circa eos congregati Satrapæ, Magistratus, Judices, & Optimates omnes, qui illos contemplabantur, *quoniam nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum, & capillus capitis eorum non esset adustus, & sarabala eorum non fuissent immutata, & odor ignis non transisset per eos*; idemque Nabuchodonosor benedixit Deo eorum, pœnasque publicavit contra blasphemos
[- - 96.] ejusdem Dei, de quo dixit: *Neque enim est*
[- - 97. &c.] *alius Deus, qui possit ita salvare*; pluresque alias ejusdem Dei protulit laudes; promovitque Sidrach, Misach, & Abdenago in Provincia Babylonis. (h) Ut sancti recoluntur, ut quondam in Synagoga, in Ecclesia, & ad diem 16. Decembris eorum festum colitur. Sonat: (i) *Prolongans: Attrahens: Aquas vallans: Aquas sapiens.* Mentio de Misach est, sub nomine tamen Misaëlis, dum Mathathias dicebat: (k) *Ananias, & Azarias, & Misaël credentes, liberati sunt de flamma.*

[(g) Intacti exeunt à flammis cum sociis, ad omnium stuporem; & Nabuch. Deum benedicens.]

[(h) Memoria ejus cum sociis in Mart. Rom.]

[(i) Signif. nom.]

[1 Mac. 2, 59. (k) Memoria ejus cum sociis in 1. Mach.]

Misaël.

[Hist. (a) Quis primus.]

I. Historiam hujus habes apud dictionem Misach, qui antea dicebatur Misaël, si de eo, de quo in historia Danielis est mentio. Quare vid. *Misach.*

II. Verum tamen est, quòd alii sunt hoc nomine in sacra pagina. (b) *Primogenitus Ozsel*, filii Caath in Tribu Levi fuit Misaël, & hic missus est à Moyse, cum Elisaphan fratre, (c) ad tollendos è conspectu Sanctuarii Nadab, & Abiu, igne Domini mortuos, (vid. *Abiu: Nadab*), prout fecit, & extra castra asportavit.

[Exod. 6, 22. (b) Quis secundus.]

[Lev. 10, 4. (c) Aufert Nadab, & Abiu à castris.]

III. Fuit & alius Levita sub Esdra; adstititque ei, recitanti, & explicanti verba legis populo. Significat: (d) *Quis postulatus? Quis commodatus? Quis postulans: Quis commodans? Abstulit Deus? Recessit Deus*;

[2. Esd. 8, 4.]

[(d) Quis tertius, & nom. etym.]

Miser, a, um. Miserrimus, a, um.

[Hist.]

(a) *Calamitosus, egenus, flebilis, ærumnosus, infelix*; aliquando *æger*; aliquando *innocens* est Miser, nomen adjectivum positivum, cujus superlativum est: Miserrimus.

[(a) Quid hæ voces, quarum textus aliqui nonnisi non significat, nisi sit locus.]

Judith dicebat Deo: *Exaudi me miseram deprecantem.* [Judith. 9, 17.]

Job dolens de suis miseriis, dicebat: *Quare misero data est lux? &c.* [Job. 3, 20.]

David de se ajebat: *Miser factus sum, & curvatus sum usque in finem.* Et alibi habet: *Filia Babylonis misera.* [Psal. 37, 7. - 136, 8.]

In Proverbiis est: *Justitia elevat gentem; miseros autem facit populos peccatum.* De idololatris in libro Sapientiæ est, quòd *animalia miserrima colunt.* Contra Moab prophetatur malum, dum dicitur: *Consummatus est miser.* Ad Baruch dicebat Jeremias, eum nomine Domini arguens: (b) *Dixisti: væ misero mihi &c.* & ejusdem Dei promittit nomine securitatem ipsi. Cùm Heliodorus sacros vellet rapere thesauros, (c) notatur, quòd *erat miseræ commista multitudinis, & magni Sacerdotis in agone constituti exspectatio.* Sub Antiocho Epiphane Menelaus absolutus est: (d) *Miseros autem, qui etiamsi apud Scythas causam dixissent, innocentes judicarentur, hos morte damnavit* Rex. (Vid. *Menelaus*).

[Prov. 14, 34. Sap. 15, 18. Isa. 16, 4. Jer. 45, 3. (b) Baruch redarguitur dicens se miserum. 2. Mac. 3, 21. (c) Misera exspectatio in Jerusalem circa thesauros Templi rapiendos. - 4, 47. (d) Miseri injustè damnati.]

Jacobus in sua Catholica hortatur fideles: *Miseri estote, & lugete, & plorate* (pro peccatis scilicet vestris). Laodiciæ Angelo, seu Episcopo jussus est Joannes scribere: (e) *Tu es miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.*

[Jacob. 4, 9. Apoc. 3, 17. (e) Miser dictus Episcopus Laodiciæ.]

Miserabilis. Miserabilior.

[Hist. (a) Quid est.]

Compassione, (a) *& miseratione dignus* est; habetque eadem etiam significata, quæ *miser*. Ejus nomen comparativum est Miserabilior. De (b) Sisara, occiso à Jahele, notatur quòd *jacebat exanimis, & miserabilis.*

[Judic. 5, 27. (b) Sisara miserabilis jacens.]

Apud Ecclesiasten, dum sermo est de avaro, (c) dicitur: *Miserabilis prorsùs infirmitas: quomodo venit* (homo scilicet in mundum), *sic revertetur.*

[Eccle. 5, 15. (c) Avaritia miserabilis infirmitas.]

De Antiocho Epiphane notatur, quòd (d) *peregrè in montibus miserabili obitu vitâ functus est.*

[2. Mac. 9, 28. (d) Antiochus Epiph. miserabili obitu moriens.]

Ad Corinthios scribens, Apostolus ait: *Si in hac* (e) *vita tantùm* (& non in alia, h. e. post hanc vitam) *in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus*; vitam enim æternam speramus, cujus testimonium est resurrectio ejusdem Christi Domini nostri, ut prosequendo demonstrat Apostolus. (V. *Miser*, ad text. Apoc. 3.

[1. Cor. 15, 19. (e) Miserabiliores in hac vitâ tantùm sperantes.]

Miserans.

Hist. A (a) *Miseror*, *miserans*, participium
(a) Quid est. præsentis temporis est; idem ac *miserens*; quod
est *compatiens*.

Ad Jerusalem missus Jeremias dicebat, ex
Jerem. 2, 2. (b) Deus miserans. ore Domini: (b) *Recordatus sum tui*, *miserans*
adolescentiam tuam &c. Et appromittens libe-
rationem à captivitate populo suo Dominus ait:
- 31, 3. *In charitate perpetuâ dilexi te: ideo attraxi te*
- - 20. *miserans*. *Miserans miserabor ejus*. De Judæis,
sub Juda Machabæo, pergentibus contra Lysiæ
2. Mac. 11, 10. exercitum, dicitur, quòd *ibant prompti*, *de cælo*
habentes adjutorem, *& miserantes super eos Do-*
minum.

Miseratio.

Hist. (a) *Compassio alieni infortunii*, *& mali*;
(a) Quid hæc vox, cujus terminus vocis non significat, nisi ubi locus. itemque *actio*, *quâ quis alium ab infortunio*, *&*
malo sublevat, est Miseratio. Jacob, orans, di-
Gen. 32, 10. cebat Deo: *Minor sum cunctis miserationibus*
tuis, *& veritate tua*, *quam explevisti servo tuo*.
Exod. 34. 6. Moyses item Deo inquit: *Dominator Domine*
Deus, *misericors*, *& clemens*, *patiens*, *& multæ*
miserationis, *& verax &c.* David ad Gad ait:
2. Par. 21, 13. (b) Miserationes Dei multæ. (b) *Melius mihi est*, *ut incidam in manus Domi-*
ni, *quia multæ sunt miserationes ejus*, *quàm in*
manus hominum; & tunc fuit, quando ex tri-
bus propositis flagellis pestilentiam elegit.
2. Esd. 9, 17. *Multæ miserationis* pariter Dominus vocatus est
à Levitis, confitentibus Dei beneficia, & po-
- - 27. puli ingratitudinem; cui *secundùm miserationes*
suas *multas* dederat *Salvatores*, *qui salvarent*
- - 31. *eos de manu hostium suorum*; unde iterùm voca-
tur *Deus miserationum*. Nehemias dicebat Do-
- 13, 14. mino: *Ne deleas miserationes meas*, *quas feci in*
- - 22. *domo Dei mei*, *& in ceremoniis ejus*. *Parce mihi*
(c) Miserationes Dei multæ. (c) *secundùm multitudinem miserationum tua-*
rum. Judith objurgabat Bethulienses, quòd
diem constituerant deditionis suæ Holoferni, si
dato tempore non adveniebat eis adjutorium, di-
Judith. 8. 13. (d) Bethulienses ponentes Deo tempus miserationis redarguuntur. cens: (d) *Posuistis vos tempus miserationis Do-*
mini, *& in arbitrium vestrum diem constituistis*
ei. Job de se ajebat: *Ab infantia mea crevit*
mecum miseratio: & de utero matris meæ egressa
Job. 31, 18. *est mecum*.

Psal. 24. 6. In Psalmis est: *Reminiscere miserationum*
tuarum, *Domine*, *& misericordiarum tuarum*, *quæ*
- 39, 12. *à sæculo sunt*. *Tu Domine*, *ne longe facias mise-*
- 50, 3. *rationes tuas à me*. *Secundùm multitudinem mi-*
- 68, 17. *serationum tuarum dele iniquitatem meam*. *Se-*
cundùm multitudinem miserationum tuarum re-
- 102, 4. *spice in me*. *Benedic anima mea Domino - - -*
qui coronat te in misericordia, *& miserationibus*.
- 118, 77. *Veniant mihi miserationes tuæ*, *& vivam*. *Suavis*
- 144, 9. *Dominus universis*, *& miserationes ejus super*
omnia opera ejus.

In Ecclesiastico suadetur non permanentia
Eccli. 5, 6. in peccato, & additur: *Ne dicas: miseratio Do-*
mini magna est, *multitudinis peccatorum meo-*
- 17, 27. *rum miserebitur*. Item est: *Confiteberis vivens*,
vivus, *& sanus confiteberis*, *& laudabis Deum*,
- 18, 12. *& gloriaberis in miserationibus illius*. *Miseratio*
hominis circa proximum suum; *misericordia au-*
- - 13. *tem Dei super omnem carnem*. *Qui misericor-*
diam habet, *docet & erudit*, *quasi pastor gregem*
- - 14. *suum*; *miseretur excipientis doctrinam miseratio-*
- 36, 1. *nis*, *& qui festinat in judiciis ejus*. *Miserere no-*
stri Deus omnium, *& respice nos*, *& ostende nobis*
lucem miserationum tuarum.

Isai. 54. 7. Apud Isaiam Ecclesiæ dicit Dominus: *Ad*

punctum in modico dereliqui te, *& in miseratio-*
nibus magnis congregabo te. Item habet Prophe-
ta: *Miserationum Domini recordabor &c.* Et Isai. 63, 7.
invocans misericordiam ipsius ait: *Attende de* - - 15.
cælo, *& vide de habitaculo sancto tuo*, *& gloriæ tuæ*:
(c) *ubi est zelus tuus*, *& fortitudo tua*, *multitudo* (c) Miserationes
viscerum tuorum, *& miserationum tuarum? super* Dei quæsitæ.
me continuerunt se. Apud Jeremiam contra Ju-
dæos ait Dominus: *Abstuli pacem meam à populo* Jerem. 16, 5.
isto - - -, *misericordiam*, *& miserationes*. In
Threnis est: *Misericordiæ Domini*, *quia non su-* Thren. 3, 22.
mus consumpti: (f) *quia non defecerunt misera-* (f) Miserationes
tiones ejus. Judæi in captivitate positi confiten- Dei non deficientes.
tur Domino apud Baruch: *Fecisti in nobis Domi-* Bar. 2, 27.
ne Deus noster secundùm omnem bonitatem tuam,
secundùm omnem miserationem tuam illam ma-
gnam. Orans Dominum, Daniel dicebat: *Ne-* Dan. 9, 18.
que (g) *in justificationibus nostris prosternimus* (g) Miserationes
preces ante faciem tuam, *sed in miserationibus tuis* Dei invocandæ.
multis. Apud Osee promittit populo suo à ma-
lis converso Dominus: (h) *Sponsabo te mihi in* Osee. 2, 19.
justitia, *& judicio*, *& in misericordia*, *& in mise-* (h) Bonis Deo desponsandi in mi-
rationibus. De Jona habetur, quòd, afflictus serationibus.
ob non adimpletum vaticinium suum in Ninivi-
tas, orabat ad Dominum, quem vocabat Deum
clementem, misericordem, patientem, & *multæ* Jon. 4, 2.
miserationis, & ignoscentem super malitiâ, ut
tolleret animam ejus. Apud Zachariam legi-
mus: Hæc ait Dominus exercituum, dicens:
Judicium verum judicate, *& misericordiam*, *&* Zach. 7, 9.
(i) *miserationes facite*, *unusquisq; cum fratre* (i) Miserationes
suo. Cum Gorgias, gentium Dux, contra Ju- faciendæ cum fratribus nostris.
dæos validè insurgeret, *congregatus est conventus* 1. Mac. 3, 44.
(Judæorum). (k) *ut essent parati in prælium*; *&* (k) Judæi petentes à Deo mise-
ut orarent, *& peterent misericordiam*, *& misera-* rationes.
tiones. De amicis Eleazari senis Judæi, nolentis
cibos vetitos comedere, scribitur quòd (l) *iniquâ* 2. Mac. 6, 22.
miseratione commoti ei suadebant, ut saltem eos (l) Amici Eleazari iniquâ moti
manducare simularet; ut ita scilicet à morte li- miseratione ei
beraretur, quòd ipse noluit. Mater Macha- suadebant vetitis vesci cibis.
bæorum martyrum, adolescentiorem ad marty-
rium suadens, inter cætera dicebat: *Dignus fra-* - 7, 29.
tribus tuis effectus particeps suscipe mortem, *ut* (m) Martyr Mach. recipiendus cum
(m) *in illa miseratione cum fratribus tuis te re-* fratribus in mise-
cipiam. ratione.

Ad Philippenses scribens, Apostolus ad mutu-
am dilectionem hortatur, adjuratque, *si qua con-* Phil. 2, 1.
solatio in Christo, *si quod solatium charitatis*, *si qua*
societas spiritûs, *si qua viscera miserationis*. Et ad
Hebræos scribit: (n) *Irritam quis faciens legem* Hebr. 10, 28.
Moysi, *sine ullâ miseratione*, *duobus*, *vel tribus te-* (n) Legem Moysi
stibus moritur; & hinc ait acerbiùs puniri debe- frangens sine miseratione perit.
re Christianos.

Miserator.

Qui (a) *miserationem exercet*, is Miserator Hist.
est. In Psalmis Dominus Deus (b) sæpè Deus, (a) Quid est.
& Dominus miserator appellatur. Apud Isaiam Psalm. 85, 15.
ubi describitur felicitas futura novæ Sion, scili- - 102, 8.
cet Ecclesiæ per figuram dicitur: (e) *Non esurient*, - 110, 4.
neque sitient, *& non percutiet eos æstus*, *& sol*: - 111, 4.
quia miserator eorum reget eos; *& ad fontes a-* - 144, 8.
quarum potabit eos. Et alibi est: *Misericordia* (b) Deus miserator.
mea non recedet à te, *& fœdus pacis meæ non mo-* Isai. 49, 10.
vebitur, (d) *dixit miserator tuus Dominus*. Et (c) Deus miserator reget populum suum.
ubi in Catholica sua Jacobus hortatur ad longa- - 54, 10.
nimitatem pauperes, ponit: *Sufferentiam Job* (d) Deus miserator.
audistis, *& finem Domini vidistis*, *quoniam mi-* Jacob. 5, 11.
sericors Dominus est, *& miserator*.

Miserens. Vid. Misertus.

Miseria.

Hist.

(a) Quid est hæc vox, cujus textus non signantur notis, ubi non est locus.
Gen. 43, 6.
(b) Miseriam suorum dicebat Jacob abductis Benjamin in Ægyptum.
Judic. 10, 16.
Job. 10, 15.
(c) Miseria injusto.
- - 22.
- 11, 16.
- 14, 1.
- 30, 3.
- - 24.
(d) Miseriæ Job multæ.
- 36, 21.

(a) *Calamitas, & ærumna, quâ quis premitur*, Miseria dicitur. Dolens Jacob cum filiis, quòd ad Ægypti Proregem Benjamin addocere spopondissent, dixit: (b) *In meam hoc fecistis miseriam, ut indicaretis ei & alium habere vos fratrem.* De Deo scribitur, quòd *doluit super miseriis* Judæorum, cùm recederent tamen ab idolis.

Job dicebat de se: (c) *Si impius fuero, væ mihi est: & si justus non levabo caput, saturatus afflictione, & miseriâ*; tempusque dolendi, & plangendi petit antequam eat ad *terram miseriæ, & tenebrarum.* Sophar judicans Jobum quasi iniquum, ad resipiscentiam eum hortatur, & ait; (Postquam resipueris) *miseriæ quoque oblivisceris, & quasi aquarum, quæ præterierant, recordaberis.* Job ipse inquit; *Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis*; doletque ab iis derideri, qui antea erant *squallentes calamitate, & miseriâ*; dicitque: (d) *Ad meas miserias devolutæ sunt*, puta calamitatum fluctus. Eliu autem instans Jobo pro resipiscentia, dicebat ei: *Cave ne declines ad iniquitatem; hanc enim cœpisti sequi post miseriam.*

Psal. 11, 6.
- 39, 3.
- 68, 21.
- 87, 19.
- 139, 12.
Eccle. 6, 2.

In Psalmis autem est: *Propter miseriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus.* *Eduxit me* (Dominus) *de lacu miseriæ, & de luto fæcis.* *Improperium expectavit cor meum, & miseriam.* *Elongâsti* (Domine) *à me amicum, & proximum, & notos meos à miseriâ.* *In miseriis* (iniqui) *non subsistent.* Vanitatem, & miseriam magnam dicit Ecclesiastes esse viri divitis, habentis omnem commoditatem, sed non eâ fruentis, avari videlicet.

Isai. 47, 11.
Sophon. 1, 15.

Contra Chaldæam est apud Isaiam: *Veniet super te repentè miseria, quam nescies.* Apud Sophoniam dies ultionis Domini dicitur *dies calamitatis, & miseriæ.*

2. Mac. 6, 9.
(e) Miseria in Judæis sub Antiocho illustri.
- - 14, 14.
(f) Gentes miserias Judæorum reputantes suas prosperitates.
Jacob. 5, 1.
(g) Miseriæ venturæ ad divites malos.

In libris Machabæorum describitur miseria, quæ videbatur inter Judæos sub (e) Antiocho illustri, cùm idololatria ubique locum habebat, & sacræ leges, & ritus deturbabantur. Et describuntur profugæ ad Nicanorem gentes contra Judæos, (f) quæ *miserias, & clades Judæorum prosperitates rerum suarum* existimabant. Et Jacobus in suâ Catholicâ divitibus, pauperum oppressoribus dicit: (g) *Agite nunc divites, plorate ululantes in miseriis vestris, quæ advenient vobis.*

Misericordia.

Hist.

(a) Quid hæc vox, cujus textus plures non signantur notis, ex deficientia loci.

(a) *Animi ægritudo est, ex alterius miseriâ doleatis*; & dicitur etiam *aliena miseriæ, & calamitatis compassio, & commiseratio, quâ, si possimus, subvenire miseræ, & doleas, compellimur*; unde & sumitur etiam *pro ipso actu, quo alteri misero subvenimus, & eum sublevamus*, puta *præsidium & auxilium præbendo*, interdùm passivè, ut *beneficia recipiendo*; interdùm activè, ut *benefaciendo*; *gratiam præstando*; *favendo*; *benignè respiciendo*; *gratificando*; *compatiendo*; *consolando*; *charitativè agendo*; *parcendo criminibus*; *remittendo debita &c.* quin etiam accipitur pro *gratiâ, quam aliquis sibi captivat ab alio*; & pro *complacentiâ, quam alteri dat alius.* Itemque *pro bonis operibus*; & *pro dono.*

Gen. 19, 19.
- 20, 13.
(b) Misericordia Sara erga Abraham.
- 21, 23.
(c) Abimelech misericordiam faciens Abrahæ.
- 24, 12.
(d) Servus Deum orans pro misericordia erga Dominum suum Abraham.
- - 14.
- - 27.
- - 49.
(e) Idemque à Laban & Bathuele.

Commendavit Lot se Angelo liberatori, qui eum eo magnificaverat misericordiam suam. Abraham rogavit Sara, dum peregrinaretur: (b) *Hanc misericordiam facies mecum: in omni loco, ad quem ingrediemur, dices quòd frater tuus sim.* Et Abimelech, remittendo Abraham ad patriam suam, dixit ei: *Jura per Deum, ne noceas mihi, & posteris meis, stirpiq; meæ: (c) sed juxta misericordiam, quam feci tibi, facies mihi, & terræ, in quâ versatus es advena.* Servus Abraham, cùm pervenisset ad urbem Nachor, ut uxorem Isaaco quæreret, oravit Dominum, inter cætera ei dicens: *Domine Deus Domini mei Abraham, occurre, obsecro, mihi hodie, & fac misericordiam cum Domino meo Abraham*; & stans ad fontem aquæ, dixit; *Per hoc* (scilicet cùm puella offerret ei potum aquæ, & camelis ejus) *intelligam, quòd feceris misericordiam cum Domino meo*; illam namque pro uxore Isaac eligere disposuerat, quæ hoc fecisset; & cùm hoc fecisset Rebecca, gratias egit servus Abrahæ Domino, *qui non abstulit misericordiam, & veritatem* ab Abraham; hinc domum Nachor ingressus, eam pro Isaac uxorem petiit, instititque super hoc Laban, & Bathueli: *Si facitis* (e) *misericordiam, & veritatem cum Domino meo, indicate mihi; sin autem aliud placet, & hoc dicite mihi, ut vadam ad dexteram, sive ad sinistram.*

- 40, 14.
(f) Joseph petens misericordiam à Præposito pincernarum Phar.
- 47, 29.
(g) Jacob petens misericordiam à Joseph.
Exod. 15, 13.
- 20, 6.
Deut. 5, 10.
Exod. 34, 7.
Num. 14, 18.
- - 19.
Deut. 7, 9.
(h) Deus custodiens misericordiam diligentibus se.
- - 12.
- 25, 12.
(i) Sine misericordia manus mulieris apprehendentis verenda viri scindenda.

Joseph, interpretatus somnium Præposito pincernarum Pharaonis, addidit: (f) *Tantùm memento mei, & facias mecum misericordiam, ut suggeras Pharaoni, ut educat me de isto carcere &c.* Jacob rogavit Joseph, (g) ut faceret ei *misericordiam, & veritatem*, ne sepeliretur in Ægypto. In cantico Moysi gratiarum actionis Domino, dicitur eidem Deo: *Dux fuisti in misericordiâ tuâ populo, quem redemisti.* Et Deus ipse ait de se: *Deus sum - - - - - faciens misericordiam in millia his, qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea*; & à Moyse vocatur Deus, *qui custodis misericordiam in millia.* Ita dicitur Deus *patiens, & multæ misericordiæ*; & rogatur à Moyse, ut dimittat peccatum populi *secundùm magnitudinem misericordiæ* suæ. Ipse est (h) *custodiens pactum, & misericordiam diligentibus se, & his, qui custodiunt præcepta ejus in mille generationes*; & quidem *misericordiam quam juravit patribus* Judæorum. Præceptum est contra uxorem rixantis viri cum altero, quæ verenda alterius apprehenderet: (i) *Abscindes manum illius, nec flectêris super eam ullâ misericordiâ.*

Jos. 2, 12.
(k) Rahab faciens misericordiam exploratoribus.
- - 14.
Judic. 1, 24.
- 2, 18.
- 8, 35.
(l) Judæi non facientes misericordiam cum domo Jerobaal.

Rahab ab exploratoribus Judæorum missis Jericho, quos domi suæ salvos fecit, petiit: *Nunc jurate mihi per Dominum, (k) ut quomodò ego misericordiam feci vobiscum, ita & vos faciatis cum domo patris mei, detisq; mihi verum signum*, ut scilicet omnes domûs suæ salvarentur; & quidem ipsi jurantes *misericordiam, & veritatem* se facturos, omnia postea executi sunt. Misericordiam promiserunt Judæi docenti eos civitatis Luza introitum. Sub Judicibus Israël, dicitur, quòd Deus cum eos suscitaret, *flectebatur* super populum suum *misericordia*, liberans de cædibus. De Judæis scribitur, quòd, mortuo Gedeone, (l) *non fecerunt misericordiam cum domo Jerobaal.*

cum domo Jerobaal Gedeon, juxta omnia bona, quæ fecerat Israeli. Noëmi, mortuis sibi filiis, dixit nuribus suis: (m) *Ite in domum matris vestræ; faciat vobiscum Dominus misericordiam, sicut fecistis cum mortuis, & mecum.* Cùm autem Ruth remansisset apud Noëmi, & vereeundè postulâsset nuptias Booz, ab eodem audivit: (n) *Benedicta es à Domino filia, & priorem misericordiam* (exhibitam eum Noëmi) *posteriore superasti: quia non es secuta juvenes pauperes, sive divites &c.* Samuel arguens populum Israël ingratitudinis erga Deum, eis dixit: *Nunc ergo state, ut judicio contendam adversùm vos coram Domino,* (o) *de omnibus misericordiis Domini, quas fecit vobiscum, & cum Patribus vestris.* Pugnaturus Saul cum Amalec, Cinæum hortatus est, ut se ab Amalec separaret, ne unà simul cum illo perderetur, & hoc fecit, inquit, eò quòd fecerat *misericordiam cum omnibus filiis Israël, cum ascenderent de Ægypto.* Rogabat David Jonatham, ut secum faceret misericordiam, rogans Saulem pro se; itemque Jonathas Davidem, ut secum misericordiam pariter faceret, prævidens idem Jonathas Davidem ipsum regnaturum, dicebatque ei: (p) *Non auferas misericordiam tuam a domo mea usque in sempiternum, quando eradicaverit Dominus inimicos David, unumquemque de terra.*

Ruth. 1, 8.
(m) Noëmi rogans Deum pro misericordiâ nuribus suis.
- 3, 10.
(n) Misericordia Ruth erga Noëmi.
1.Reg. 12, 7.
(o) Samuel judicium instituens de misericordiis Dei erga Judæos.
- 15, 6.
- 20, 8.
- - 14.
- - 15.
(p) Jonathas rogans misericordiam à David pro domo suâ.

Ad Galaaditas, qui sepelierant Saul misit David benedictiones, eò quòd hanc misericordiam cum Saul Domino suo fecissent, addiditque: (q) *Et nunc retribuet vobis quidem Dominus misericordiam, & veritatem &c.* Abner iratus est, eò quòd reprehensus fuit ab Isboseth, quasi non considerante misericordiam, quam jactabat idem Abner fecisse super domum Saul &c. Appromisit Dominus circa David: *Misericordiam meam non auferam ab eo, sicut abstuli à Saul, quem amovi à facie meâ.* Idem David quæsivit facere misericordiam cum aliquo de domo Saul propter Jonathan, & cùm reperisset Miphiboseth, ejusdem Jonathæ filium, eam fecit cum ipso, (Vid. *Miphiboseth.*) Misericordiam pariter cum Hanon filio Naas Ammonitarum Rege (r) voluit facere David, eum per nuntios consolans super patris interitu; at injuriis affecti sunt nuntii. (Vid. *Hanon.*) Hoc autem facere volebat, quia Naas fecerat misericordiam cum ipso David, eum profugum domi suæ recipiens. (s) *Misericordiam* item, *& veritatem* à Domino imprecatus est David Ethai Gethæo, quia ostendit gratiam, & fidem ipsi, ab Absalom fugienti. Et in cantico gratiarum actionis dicebat David Domino; quòd erat: *Magnificans* (Deus) *salutes Regis sui,* (t) *& faciens misericordiam Christo suo David, & semini ejus in sempiternum.* Quin etiam confisus David, quòd (u) *multa misericordia* Domini sint, meliùs judicavit in manus ejus incidere, quàm in manus hominum, eligens, è tribus propositis flagellis, pestilentiam. Salomon Domino dicebat: *Tu fecisti* (Domine) *cum* (x) *servo tuo David patre meo misericordiam magnam, sicut ambulavit in conspectu tuo in veritate, & justitiâ, & rectò corde tecum, custodisti ei misericordiam tuam grandem, & dedisti ei filium sedentem super thronum ejus, sicut est hodie &c.* Eumque vocabat Salomon Dominum: *Qui*

2.Reg. 2, 5.
- - 6.
(q) Deus retribuet misericordiam.
- 3, 8.
- 7, 15.
1.Par. 17, 13.
2.Reg. 9, 1.
- - 3.
- - 7.
- 10, 2.
1.Par. 19, 2.
(r) David, volens misericordiam facere, injuriam in nuntiis suis sustinet.
2.Reg. 15, 20.
(s) Idem David imprecans misericordiam à Domino.
- 22, 51.
(t) Deus faciens misericordiam David.
- 24, 14.
(u) Misericordia Domini multa.
3.Reg. 3, 6.
2.Par. 1, 8.
(x) Deus faciens misericordiam David.
3.Reg. 8, 23.
2.Par. 6, 14.

custodis pactum, (y) *& misericordiam servis tuis, qui ambulabant coram te in toto corde suo;* & pro populo Judaico orans, dicebat: (z) *Dabis misericordiam coram eis, qui eos captivos habuerint, ut misereantur eis.* Constituta Arca in Tabernaculo fœderis benedictum est Domino, *quoniam in æternum misericordia ejus;* quòd etiam factum est sub Salomone illatis sacris vasis in Templum; qui ipsi Domino orationem suam conclusit: *Domine Deus, ne averteris faciem Christi tui:* (a a) *memento misericordiarum David servi tui.* In celebratione dedicationis Templi confessi sunt omnes, *quoniam bonus* (Dominus), *quoniam in sæculum misericordia ejus;* idem cantantibus Levitis; quòd & fieri fecit Josaphat, supplex ad Deum confugiens contra hostes suos. Idemque factum est sub Zorobabele, quando extructum est altare post captivitatem. Ad idem excitavit faciendum cives suos Judith, rediens à cæso Holoferne; sic applicatur Judith Psal. 105. quem composuit David, tanquàm à Judith dictum, qui hoc modo incipit; necnon & Psal. 106. Idem habetur in Psal. 117 in pluribus versibus, & in quolibet versu Psalmi 135. repetitur. Ideo dicendum quoque in Jerusalem derelictâ eo tempore, prophetat Jeremias. Et tres pueri in fornace Babylonis hoc idem confitebantur Domino. Sicut & Judæi sub Juda, de Gorgia victores. De Joas scribitur, quòd (ab) *non est recordatus Joas Rex misericordiæ, quàm fecerat Jojada pater illius* (Zachariæ scilicet) *secum, sed interfecit filium ejus.* Ezechias restituens Dei cultum misit, qui prædicarent populo: (a c) *Si reversi fueritis ad Dominum, fratres vestri, & filii habebunt misericordiam coram Dominis suis, qui illos duxerunt captivos, & revertentur in terram hanc &c.* Et in visione Isaiæ, h. e. Prophetiæ, & in libris Regum Juda, & Israël dicuntur scripta reliqua sermonum, & misericordiarum ejus; sicuti & Iosiæ. Benedicebat Domino Esdras, qui inquit, *inclinavit in me misericordiam suam coram Rege, & consiliatoribus ejus, & universis Principibus Regis potentibus;* quòd deflens exprobrabat Judæis. Nehemias, audiens fratrum suorum miseriam, orabat Dominum, qui pactum, & misericordiam suam custodit, cum diligentibus se &c. (a d) & misericordiam ab eodem petebat. Sub Esdra habemus, quòd Levitæ, confitentes Dei beneficia, & populi ingratitudines, dum has numerarent, dicebant: *Tu autem* (Domine) *in misericordiis tuis multis non dimisisti eos in deserto;* & de eisdem Judæis, postea conversis, habetur pariter: *Tu autem* (Domine) (a e) *de cælo exaudisti, & liberâsti eos in misericordiis tuis multis temporibus;* & licèt ingrati iterùm essent, additur: *In misericordiis autem tuis* (Domine) *plurimis non fecisti eos in consumptionem &c.* vocaturque Deus *custodiens pactum, & misericordiam.*

(y) Deus custodiens misericordiam servis suis.
3.Reg. 8, 50.
(z) Idem misericordiam daturus super captivos.
1.Par. 16, 34.
- - 41.
2.Par. 5, 13.
- 6, 42.
(aa) Misericordiæ Domini ad David.
- 7, 3.
- - 6.
- 20, 21.
1.Esd. 3, 11.
Judith. 13, 21.
Psal. 105, 1. &c.
- 106, 1.
- 117, 1. &c.
- 135, 1. &c.
Jerem. 33, 11.
Dan. 3, 89. 90.
1.Mach. 4, 24.
2.Par. 24, 22.
(ab) Joas oblitus misericordiarum Jojadæ.
- 30, 9.
(ac) Misericordia Domini super captivos excitanda.
- 32, 32.
- 35, 26.
1.Esd. 7, 28.
- 9, 9.
2.Esd. 1, 5.
- - 11
(ad) Nehemias petens à Deo misericordiam.
- 9, 19.
- - 28.
(ae) Misericordiæ Dei erga conversos ad eum.
- - 31.
- - 32.

Tobias senior, ad uxoris convicia dicebat Domino: *Justus es Domine, & omnia judicia tua justa sunt,* (a f) *& omnes viæ tuæ misericordia, & veritas, & judicium.* Sara, filia Raguëlis, auditis ancillæ improperiis, habebat ad Dominum: *Benedictum est nomen tuum Deus, Patrum nostrorum, qui,* (ag) *cum iratus fueris, misericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis his, qui invocant te - - Hoc autem pro certo habet omnis, qui te colit, quòd vita ejus - - - si in*

Tob. 3. 2.
(af) Viæ Domini misericordia &c.
- - 13.
(ag) Deus etiam iratus misericordiam faciens.
- - 21.

(a h) Omnes ad Dei misericordiam ire licet. *correptione fuerit*, *ad* (a h) *misericordiam tuam venire licebit.* Raguël, & Anna cùm audissent Tobiam juniorem, & Saram uxorem ejus incolumes, post noctem nuptiarum, fuisse,
Tob. 8. 18. benedixerunt Deum, addentes, *Fecisti enim nobiscum misericordiam tuam &c.* Raphaël hortatus est utrumque Tobiam, ut benedice-
- 12, 6. rent Domino, subaddens: *Quia fecit vobiscum*
- - 9. *misericordiam suam*; & paulo post dixit: *Elee-*
(a i) Eleemosyna faciens invenire misericordiam. *mosyna à morte liberat*, (a i) *& ipsa est, quæ purgat peccata, & facit invenire misericordiam, & vitam æternam.* Et Tobias senior, gratias
- 13. 5. Deo agens, dicebat: *Ipse castigavit nos propter iniquitates nostras, & ipse salvabit nos propter mi-*
- - 8. *sericordiam suam. Convertimini itaque, peccatores, & facite justitiam coram Deo, credentes,*
(a k) Deus misericordiam faciens erga conversos ad eum. (a k) *quòd faciat vobiscum misericordiam suam.* Filii Israël, contra Holofernem se parantes,
Judith. 7. 4. unanimiter orabant, *ut Deus Israël misericordiam suam ostenderet super populum suum.* Cùm autem, post aliquod tempus, se dedere vel-
- - 23. lent Holoferni, exurgens *Ozias*, *infusus lacrymis*, *dixit*: *æquo animo estote, fratres, &*
(a l) Ozias hortans Bethulienses, ut per dies 5. misericordiam Dei expectent. *hos quinque dies expectemus* (a l) *à Domino misericordiam.* At Judith, reprehendens, quod deditionem hujusmodi meditarentur pro quin-
- 8. 12. tâ die, ait: *Non est iste sermo, qui misericordiam provocet, sed potiùs qui iram excitet, &*
- - 17. *furorem accendat - - - - - - Dicamus flentes*
(a m) Misericordia Dei imploranda secundùm voluntatem ejus. *Domino*, *ut* (a m) *secundùm voluntatem suam sic faciat nobiscum misericordiam suam.* Et ad Dominum orans, ut sibi assisteret, magna
- 9. 17. meditanti, habebat: *Deus cælorum, creator*
(a n) Judith de misericordia Dei præsumens; ubi expl. term. *aquarum, & Dominus totius creaturæ, exaudi me miseram deprecantem, & de tuâ misericordiâ præsumentem*, hoc est, sperantem, & confitentem. Pergens verò ad Holofernem, se Bethulia cedere dicebat. eò quòd ejus cives
- 10. 12. *noluerunt ultrò tradere se ipsos*, (a o) *ut inve-*
(a o) Bethulienses incusati, quasi misericordiam Assyriorum nolentes. *nirent misericordiam in conspectu Assyriorum.* Rediens verò, cum Holofernis capite ad suos, excitavit eos ad laudes Dei, qui (inquit) *in*
- 13. 18. *me ancilla sua adimplevit misericordiam suam,*
- - 21. *quam promisit domui Israël &c. - - - - Confitemini illi omnes, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus.*

Esth. 2, 17. De Esther scribitur, quòd *adamavit eam Rex, plus quàm omnes mulieres, habuitque gratiam, & misericordiam coram eo super omnes mulieres &c.*

Job. 6, 14. Apud Job legimus: *Qui tollit ab amico*
- 10, 12. *suo misericordiam, timorem Domini derelinquit.*
(a p) Dominus tribuens misericordiam Job. *Vitam, &* (a p) *misericordiam* (Domine) *tribuisti mihi, & visitatio tua custodivit spiritum*
- 24, 20. *meum.* Et de homine iniquo dicit: *Obliviscatur ejus misericordia.* Et Eliu, mirabilia Dei
- 37. 13. ostendens, ait, quòd ad Domini voluntatem
(a q) In loco misericordiæ suæ Deus nubes movet. moventur nubes, *sive in una tribu, sive in terra sua, sive in quocunque loco* (a q) *misericordiæ suæ eas jusserit inveniri.*

Psal. 5. 8. In Psalmis est: *Ego in multitudine misericordiæ tuæ* (Domine) *introibo in domum*
- 6. 5. *tuam. Convertere Domine, & eripe animam meam, salvum me fac propter misericordiam*
- 12, 6. *tuam. Ego in misericordia tua speravi. Mi-*
- 16. 7. *rifica misericordias tuas, qui salvos facis speran-*
- 17, 51. *tes in te. Faciens* (Deus) *misericordiam Christo suo David, & semini ejus usque in sæculum.*
- 20. 8. *Rex sperat in Domino, & in misericordia Al-*
tissimi non commovebitur. Misericordia tua Psal. 22, 6.
(Domine) *subsequetur me omnibus diebus vitæ*
meæ. Hic (hoc est, innocens) *accipiet be-* - 23, 5.
nedictionem à Domino, & misericordiam à Deo
salutari suo. Reminiscere miserationum tua- - 24, 6.
rum, Domine, & misericordiarum tuarum, quæ
à sæculo sunt - - - - secundùm misericordiam - - 7.
tuam memento mei tu. Universa via Domini - - 10.
misericordia, & veritas, requirentibus Testa-
mentum ejus, & testimonia ejus. Misericordia - 25. 3.
tua (Domine) *ante oculos meos est. Exultabo,* - 30. 8.
& lætabor in misericordia tua. Illustra faciem - - 17.
tuam super servum tuum, salvum me fac in mi-
sericordia tua. Benedictus Dominus, quoniam - - 22.
mirificavit misericordiam suam mihi in civitate
munitâ. Multa flagella peccatoris; sperantem - 31, 10.
autem in Domino misericordia circumdabit.
Diligit (Dominus) *misericordiam, & judicium:* - 32. 5.
misericordiâ Domini plena est terra. Ecce oculi - - 18.
Domini super metuentes eum: & in eis, qui spe-
rant super misericordiâ ejus. Fiat misericor- - - 22.
dia tua, Domine, super nos, quemadmodum spera-
vimus in te. Domine in cœlo misericordia - 35. 6.
tua &c. Homines, & jumenta salvabis Do- - - 7.
mine, quemadmodum multiplicasti misericordiam - - 8.
tuam. Prætende misericordiam tuam scienti- - - 11.
bus te &c. Non abscondi (Domine) *miseri-*
cordiam tuam, & veritatem tuam à concilio - 39. 10.
multo. Tu autem Domine ne longè facias mi- - - 12.
serationes tuas à me, misericordia tua, & veri-
tas tua semper susceperunt me. In die manda- - 41, 9.
vit Dominus misericordiam suam, & nocte can-
ticum ejus. Suscepimus Deus misericordiam - 47, 10.
tuam in medio Templi tui. Miserere mei Deus, - 50. 3.
secundùm magnam misericordiam tuam. Ego - 51, 10.
sicut oliva fructifera in domo Dei, speravi in
misericordia Dei in æternum, & in sæculum sæ-
culi. Misit Deus misericordiam suam, & - 56. 4.
veritatem suam, & eripuit animam meam - - 5.
de medio catulorum leonum. Magnificata est - - 11.
usque ad cælos (Domine) *misericordia tua.*
Deus meus: misericordia ejus præveniet me. - 58. 12.
Exultabo manè misericordiam tuam. Deus - - 17.
meus misericordia mea. Misericordiam, & - - 18. - 60, 8.
veritatem ejus (Domini) *quis requiret? Tibi* - 61, 13.
Domine misericordia. Quoniam melior est - 62, 4.
(Domine) *misericordia tua super vitas, labia*
mea laudabunt te. Benedictus Deus, qui non - 65, 20.
amovit orationem meam, & misericordiam suam
à me. In multitudine misericordiæ tuæ (Do- - 68, 14.
mine) *exaudi me, in veritate salutis tuæ.*
Exaudi me Domine, quoniam benigna est mise- - - 17.
ricordia tua. Numquid (Deus) - - - - - *in* - 76, 9.
finem misericordiam suam abscindet à generatione
in generationem? aut obliviscetur misereri Deus? - - 10.
aut continebit in ira sua misericordias suas?
Ne memineris (Domine) *iniquitatum nostra-* - 78. 8.
rum antiquarum, citò anticipent nos misericor-
diæ tuæ; quia pauperes facti sumus nimis. Mi- - 83, 12.
sericordiam, & veritatem diligit Deus. Osten- - 84. 8.
de nobis, Domine, misericordiam tuam &c.
Misericordia, & veritas obviaverunt sibi &c. - - 11.
Tu Domine suavis, & mitis (es), *& multa* - 85. 5.
misericordia omnibus invocantibus te. Mise- - - 13.
ricordia tua magna est super me. Tu Domine - - 15.
Deus miserator, & misericors, patiens, & mul-
ta misericordia, & verax &c. Numquid nar- - 87, 12.
rabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam
(Domine)? *&c. Misericordias Domini in æter-* - 88. 2.
num cantabo - - - quoniam dixisti: In æternum - - 3.
mise-

Psal. 88, 15. misericordia ædificabitur in cælis, &c. Miseri-
cordia, & veritas præcedent (Domine) faciem
- 25. tuam. Veritas mea, & misericordia mea (ait
Dominus) cum ipso (nempe David est). Et sic
- 29. prosequitur verbum Domini, dicentis: In æter-
- 34. num servabo illi misericordiam meam. Miseri-
cordiam meam non dispergam ab eo. Tùm
- 50. habet David: Ubi sunt misericordiæ tuæ antiquæ
- 89. 14. Domine, sicut jurasti David in veritate tuâ. Re-
- 91. 2. pleti sumus manè misericordiâ tuâ. Bonum est
confiteri Domino, & psallere nomini tuo, Altissime,
- 3. ad annunciandum manè misericordiam tuam, &
- 11. veritatem tuam per noctem. Exaltabitur, sicut
unicornis, cornu meum, & senectus mea in mise-
- 93. 18. ricordia uberi. Si dicebam: motus est pes meus;
- 97. 3. misericordia tua, Domine, adjuvabat me. Recor-
datus est (Dominus) misericordiæ suæ, & veri-
- 99. 4. tatis suæ domui Israel. Laudate nomen ejus (sc.
Domini), quoniam suavis est Dominus, in æternum
- 3. misericordia ejus &c. Misericordiam & judici-
- 100. 1. um tibi Domine. Benedic anima mea Domino,
- 102. 4. — qui coronat te in misericordia, & miseratio-
- 6. nibus. Faciens misericordias Dominus. Secun-
- 11. dùm altitudinem cæli à terra corroboravit mise-
- 17. ricordiam suam super timentes se. Misericordia
Domini ab æterno, & usque in æternum super
- 105. 7. timentes eum. Patres nostri in Ægypto non
intellexerunt mirabilia tua: non fuerunt
memores multitudinis misericordiæ tuæ: Me-
- 45. mor fuit (Dominus) testamenti sui, (ar) &
(ar) Multitudo misericordiæ Dei. pœnituit eum (parcendo scilicet populo suo ad
se reverso) secundùm multitudinem misericordiæ
- 46. suæ: & dedit eos in misericordias in conspectu omni-
- 106. 8. & alibi. um, qui ceperant eos. Confiteantur Domino mi-
sericordiæ ejus, & mirabilia ejus filiis hominum.
- 43. Quis — intelliget misericordias Domini? Ma-
- 107. 5. gna est super cælos misericordia tua, &c. Contra
- 108. 16. malum quemquam est comminatio, pro eo, quòd
- 21. non est recordatus facere misericordiam. Suavis
- 26. est misericordia tua (Domine). Salvum me fac
Ps. 115. 1. secundùm misericordiam tuam. Non nobis Domi-
ne, non nobis, sed nomini tuo da gloriam super mi-
- 2. sericordiâ tuâ, & veritate tuâ: ne quando dicant
- 116. 1. Gentes: ubi est Deus eorum? Laudate Dominum
- 2. omnes Gentes; laudate eum omnes populi, quoniam
confirmata est super nos misericordia ejus &c. Ve-
- 118. 41. niat super te misericordia tua Domine. Misericor-
- 64.
- 76. diâ tuâ Domine, plena est terra. Fiat misericordia
tua (Domine) ut consoletur me, secundùm eloqui-
- 88. um tuum servo tuo. Secundùm misericordiam tuam
- 124. vivifica me &c. Fac cum servo tuo misericordiam
- 149. tuam. Vocem meam audi secundùm misericordi-
- 156. am tuam Domine. Misericordiæ tuæ multæ, Domi-
- 159. ne &c. In misericordia tua vivifica me. Apud Do-
- 129. 7. minum misericordia. Confitebor nomini tuo super
- 137. 2. misericordiâ tuâ, & veritate tua &c. Domine mi-
- 8.
- 140. 5. sericordia tua in sæculum. Corripiet me justus in
- 142. 8. misericordia, & increpabit me. Auditam fac mihi
manè misericordiam tuam (Domine,) quia in te
- 12. speravi. In misericordia tua disperdes inimicos
- 143. 2. meos. Misericordia mea (Deus,) & refugium me-
- 146. 11. um &c. Beneplacitum est Domino super timentes
eum; & in eis, qui sperant super misericordia ejus.

Prov. 3. 3. In Proverbiis est: Misericordia, & veritas te
- 14. 21. non deserant. Qui credit in Domino, misericordi-
- 22. am diligit: errant, qui operantur malum; miseri-
- 15. 27. cordia, & veritas præparant bona. Per misericor-
- 16. 6. diam, & fidem purgantur peccata. Misericordiâ
- 20. 28. & veritate redimitur iniquitas. Misericordia, &
veritas custodiunt Regem, & roboratur clementia
- 21. 3. thronus ejus. Facere misericordiam, & judicium,
magis placet Domino, quàm victimæ. Qui sequi- Prov. 21, 21.
tur justitiam, & misericordiam, inveniet vitam,
justitiam, & gloriam. Qui pronus est ad miseri- - 22. 9.
cordiam, benedicetur; de panibus enim suis dedit
pauperi. Ira non habet misericordiam, nec erum- - 27. 4.
pens furor. Qui confessus fuerit, & reliquerit ea - 28. 13.
(scelera videlicet,) misericordiam consequetur.

In libro Sapientiæ est: Gratia Dei, & mise- Sap. 4. 15.
ricordia est in Sanctos ejus, & respectus in electos
illius. Exiguo conceditur misericordia. Oratio - 6. 7.
Sapientis est: Deus patrum meorum, & Domine - 9. 1.
misericordiæ, qui fecisti omnia verbo tuo, &c. Et
de Sapientia scribitur, quòd in filii (as) miseri- - 10. 5.
cordia fortem (Abraham scilicet, ne moveretur (as) Sapientia custodiens fortem in misericordia filii, ubi a. c.
amore filii Isaac, quò minùs illum immolaret jux-
ta Domini mandatum) custodivit. Eadem dici-
tur deduxisse per desertum filios Israël, cum mi- - 11. 10.
sericordiâ disciplinam accipientes. Exponitur item
longanimitas Dei super peccatores, (at) filiorum - 12. 5.
suorum necatores sine misericordia &c. unde ro- (at) Idololatriæ necatores filiorum sine misericordia.
gatur à Sapiente, & gratiæ ei aguntur, quòd disci-
plinam det, & inimicos eodem tempore flagellet,
ut, (inquit) — cùm de nobis judicatur, spere- - 22.
mus misericordiam tuam. Vox item fidelium po-
nitur ad Deum, & vocatur in misericordia dispo- - 15. 1.
nens omnia. Et de servatis Judæis à plagis Ægy-
pti, de Deo pariter habetur: Misericordia tua ad- - 16. 10.
veniens sanabat illos. Et de Ægyptiis, postea de-
mersis in mari rubro, est: Impiis usque in novis- - 19. 1.
simum sine misericordia ira supervenit.

Apud Ecclesiasticum legitur: Metuentes Eccli. 2. 7.
Dominum, sustinete misericordiam ejus, & non de-
flectatis ab illo, ne cadatis. Qui timetis Dominum, - 9.
sperate in illum; & in oblectationem veniet vobis
misericordia. Secundùm magnitudinem ipsius - 23.
(Domini), sic & misericordia illius cum ipso est.
Misericordia, & ira ab illo (Deo sc.) citò proxi- - 5. 7.
mant, & in peccatores respicit ira illius. Miseri- - 16. 12.
cordia, & ira est cum illo. Potens exoratio, & ef-
fundens iram; secundùm misericordiam suam, sic - 13.
correptio illius hominem secundùm opera sua judi-
cat. Non effugiet in rapina peccator, & non retar- - 14.
dabit sufferentia misericordiam facientis. Omnis - 15.
misericordia faciet locum unicuique secundùm me-
ritum operum suorum, & secundùm intellectum
peregrinationis ipsius. Quàm magna misericordia - 17. 28.
Domini, & propitiatio illius convertentibus se!
Quis adjiciet enarrare misericordiam ejus (id est - 18. 4.
Domini)? Patiens est Deus in illis (hominibus - 9.
scil.), & effundit super eos misericordiam suam.
Miseratio hominis circa proximum suum; mise- - 12.
ricordia autem Dei super omnem carnem. Qui - 13.
misericordiam habet, docet, & erudit, quasi pastor
gregem suum. (Homo) in hominem similem sibi non - 28. 4.
habet misericordiam, & de peccatis suis depreca-
tur. Qui facit misericordiam, fœneratur proximo - 29. 1.
suo. Qui facit misericordiam, offert sacrificium. - 35. 4.
(Dominus) oblectabit justos misericordiâ suâ. Spe- - 24.
ciosa misericordia Dei in tempore tribulationis, - 26.
quasi nubes pluviæ in tempore siccitatis. Si est lin- - 36. 25.
gua curationis, est & mitigationis, & misericordiæ.
Misericordia in sæculum permanet. Fratres in - 40. 17.
adjutorium in tempore tribulationis, & super eos - 24.
misericordia liberabit. Illi viri (priores patres, - 44. 10.
& Patriarchæ Judæorum) misericordiæ sunt, quo-
rum pietates non defuerunt. Conservavit (Domi- - 45.
nus) illi (nempe Jacob Patriarchæ) homines mise-
ricordiæ, invenientes gratiam in oculis omnis car-
nis. In diebus (au) Moysi misericordiam fecit ille - 46. 9.
(Josue), & Caleb filius Jephone, stare contra ho- (au) Josue & Caleb faciunt misericordiam.
stem, & prohibere gentem à peccatis, & perfringere
mur-

Eccli. 47, 24. (ax) Deus non derelicturus misericordiam suam. *murmur malitia. Deus non derelinquet* (ax) *mi-*
sericordiam suam, & non corrumpet, nec delebit
opera sua, neque perdet à stirpe nepotes electi sui
- 50, 24. (David). *Orate Deum omnium* —— *qui fecit no-*
biscum secundùm suam misericordiam (sc. ut det)
- 26. *credere Israel nobiscum esse Dei misericordiam,*
ut liberet nos in diebus suis. Confitebor nomini
- 51. 4. *tuo* (Domine), *quoniam* —— *liberâsti me secun-*
dùm multitudinem misericordia nominis tui à
- - 5. *rugientibus, praparatis ad escam, de manibus*
- - 11. *quarentium animam meam, &c. Memoratus sum*
misericordia tua Domine, & operationis tua, qua
- - 37. *à seculo sunt. Latetur* (ay) *anima vestra in mi-*
(ay) Anima lætetur in misericordia Dei. *sericordia ejus,* (nempe Dei) *& non confundemini*
in laude ipsius,

Isai. 16, 5. Apud Isaiam vaticinium de Christu est:
Praparabitur in misericordia solium. Item po-
pulus suadetur ad laudes Domini, & edditur
- 49. 13. ad cælos: *Laudate celi, quoniam misericordiam*
fecit Dominus. Contra Babylonem comminatur
- 47. 6. Dominus, ei exprobrans: *Non posuisti eis* (Judæ-
is scil.) *misericordias.* Invitatur nove Sion, ed
- 54. 8. lætitiam, quia *in momento indignationis abscondi*
faciem meam parumper à te, & in misericordia
sempiterna misertus sum tui, dixit redemptor tu-
- - 10. *us Dominus. Montes commovebuntur, & colles*
(az) Misericordia Dei non removenda à Sion. *contremiscent:* (az) *misericordia autem mea non*
recedet à te. —— *Dixit miserator tuus Dominus.*
Et ad Dominum, ubi omnes vocantur, eit idem
- 55. 3. (ba) Misericordiæ David fideles excitandæ à Domino. Dominus: *Inclinate aurem vestram, & venite*
ad me: audite, & vivet anima vestra, & feriam
vobiscum pactum sempiternum, (ba) *misericordias*
- 57. 1. (bb) Viri misericordiæ morientur, ubi expl. t. *David fideles.* Item est: *Viri* (bb) *misericordia*
colliguntur (h. e. moriuntur,) *quia non est, qui in-*
telligat; q. d. & tamen noo est, qui damna hæc
mundi ob deficientiam ipsorum percipiat. Et ait
- 63. 7. Propheta se recordaturum miserationes, & do-
na Domini, quæ largitus est populo *secundùm*
multitudinem, miserationum suarum. Apud Jere-
Jerem. 9. 24. (bc) Deus misericordiam faciens. miam est Dominus: *In hoc glorietur, qui gloria-*
tur, scire, & nosse me, quia ego sum Dominus, (bc)
qui facio misericordiam, & judicium, & justitiam
in terra; hac enim placent mihi. Prohibetur idem
Propheta à convivii, & funeralibus à Domino,
per hoc comminante Judæis exterminium, & cau-
- 16. 5. sam ferente: *quia abstuli pacem meam à populo*
(bd) Dominus auferens misericordiam. *isto* —— (bd) *misericordiam, & miserationes.* Et
de populo reducendo hebet Dominus: *In fletu*
- 31. 9. *venient, & in misericordia reducam eos. Dabo*
- 42. 12. *vobis misericordias, & miserebor vestri, & habi-*
tare vos faciam in terra vestra. In Threnis est:
Thren. 3. 22. *Misericordia Domini, quia non sumus consumpti.*
- - 32. *Si abjecit* (nos Dominus) *& miserebitur secundùm*
(be) Multitudo misericordiarum Domini. (be) *multitudinem misericordiarum suarum.* In
Baruch orantes Judæi in captivitate, confitentes
Bar. 2, 19. peccata sua, dicebant Domino: *Non secundùm*
justitias Patrum nostrorum nos fundimus preces,
(bf) Judæi misericordiam petentes. (bf) *& petimus misericordiam ante conspectum*
tuum, Domine Deus noster. Et Jerusalem ad fili-
- 4. 23. os suos ait inter reliqua: *Ego speravi in aeternum*
salutem vestram, & venit mihi gaudium à sancto
(bg) Misericordia ventura Judæis. *super misericordia,* (bg) *qua veniet vobis ab aeter-*
no salutari nostro. Et ipsa Jerusalem jubetur lu-
- 5. 9. ctum exuere, eò quòd *adducet Deus Israël* (bh)
(bh) Deus adducturus Judæos cum misericordia. *cum jucunditate, in lumine majestatis sua, cum*
misericordia, & justitia, qua est ex ipso. Apud Da-
Dan. 1, 9. nielem legitur, quòd *dedit Danieli gratiam, &*
(bi) Misericordia data Danieli in conspectu Principis eunuchorum. (bi) *misericordiam in conspectu Principis eunucho-*
rum. Idem Daniel, petens sibi tempus dari pro
indicatione somnii, quam petebat Nabucho-
donosor, sociis inde suis indicavit negotium,

Dan. 2. 18. (bk) Misericordia à Deo quærenda. (bk) *ut quarerent misericordiam à facie Dei super*
sacramento isto, & non perirent omnes. Orans
- 3. 35. Azarias in fornace rogabat Dominum: *Ne aufe-*
ras misericordiam tuam à nobis, propter Abra-
ham &c. Et eidem repræsentabat, quod Princi-
pem non haberent, neque Prophetam, neq; Tem-
- - 38. plum, *ut possimus*, ejebat, *invenire misericordiam*
- - 42. *tuam*; Mox addebat: *Fac nobiscum* —— (bl) *se-*
(bl) Misericordia Dei implorata. *cundùm multitudinem misericordia tua.* Somni-
um interpretatus Regi Nabuchodonosor Daniel,
- 4. 24. de excelse arbore, subaddidit: *Peccata tua elee-*
(bm) Misericordia Pauperum redimenda iniquitates. *mosynis redime,* (bm) *& iniquitates tuas miseri-*
cordiis pauperum: forsitan ignoscet (Dominus)
delictis tuis. Orans autem idem Daniel, Domi-
- 9. 4. num dicebat custodientem (bn) *pactum, & mise-*
(bn) Dominus custodiens misericordiam cum diligentibus. *ricordiam* diligentibus se, &c. & dum dicebat, si-
bi, & populo suo deberi confusionem propter
- - 9. peccata, addebat: *Tibi* (bo) *autem Domino Deo*
(bo) Dei misericordia est. *nostro misericordia, & propitiatio, quia recessimus*
à te. Apud Osee, ipsi dicitur, quòd filiam suam
Osee, 1. 6. &c. (bp) Filia Osee vocata sine misericordia. vocet (bp) *absque misericordia*; pro qua vide *suo*
loco. Proinde jubetur dicere Genti suæ, edhuc in-
tegræ, & non adbuc inquinatæ malis, multa, eam-
- 2. 1. que vocare hoc nomine, (bq) *misericordiam*
(bq) Synagoga dicta misericordiam consecuta, ubi expl. iam. *consecuta.* Et de Gentium vocatione, & electione
ait Dominus, puta futuræ ex iis Ecclesiæ: *Sponsa-*
- - 19. *bo te mihi in justitia, & judicio, & in misericordia,*
- - 23. *& in miserationibus:* —— *& seminabo eam mihi*
(br) Deus misericors super nationem, quæ fuit absque misericordia. *in terra, & miserebor* (br) *ejus, qua fuit absque*
misericordia. Et ubi minatur populo terræ Isra-
ël, dicit futurum judicium Domino cum habi
- 4. 1. tatoribus terræ, (bs) addens: *Non est enim veri-*
(bs) Misericordia non futura. *tas, & non est misericordia, & non est scientia Dei*
in terra. Et expostulans cum Juda, & Israel, ha-
- 6. 4. bet: *Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi*
Juda? misericordia vestra quasi nubes matutina
- - 6. *& quasi ros, manè pertransiens. Misericordiam*
volui, & non sacrificium; & scientiam Dei, plus-
- 10. 12. *quàm holocausta.* Israelitis item ait: *Seminate*
- 12. 6. *vobis, in justitia, & metite in ore misericordia.* (bt)
(bt) Misericordia custodienda. *Misericordiam, & judicium custodi, & spera in*
Deo tuo semper. Contre Edom, h. e. Idumæos,
iratus esse Dominus dicitur propter tria ejus sce-
Amos. 1. 11. lera, inter quæ est, quòd *violaverit misericordi-*
Joel. 2, 13. *am* fratris sui. Apud Joël Deus vocatur *magna*
misericordia. Orans ad Dominum Jonas in ven-
Jon. 2, 9. tre ceti, ajebat: *Qui custodiunt vanitates frustra,*
misericordiam suam derelinquunt. Apud Michæ-
Mich. 6, 8. am Dominus dicit: *Indicabo tibi ô homo, quid*
(bu) Diligere misericordiam bonum. *sit bonum, & quid Dominus requirat à te:* (bu)
Utique facere judicium, & diligere misericordiam,
& solicitum ambulare cum Domino. Habetq; idem
- 7. 18. Propheta: *Non immittet ultra* (Dominus) *furo-*
rem suum, quoniam volens misericordiam est; Et
- - 20. paulò pòst subdit: *Dabis* (Domine) *veritatem*
Jacob, misericordiam Abraham &c. Orans He-
Hab. 3. 2. bacuc Dominum, inquit: *Cùm iratus fueris mi-*
sericordia recordaberis. Apud Zachariam est:
Zach. 1, 16. Hæc dicit Dominus: *Revertar ad Jerusalem in*
- 7. 9. *misericordiis. Hac ait Dominus exercituum, di-*
(bx) Misericordia facienda cum fratre suo. *cens: Judicium verum judicate,* (bx) *& miseri-*
cordiam, & miserationes facite, unusquisq; cum
fratre suo. In sermone Mathathiæ morientis ad
1. Mach. 2, 57. Assidæos, inter cætera erat: *David in sua miseri-*
cordia consecutus est sedem Regni in sacula. Gor-
- 3. 44. giâ imminente Judæis cum exercitu, *congregatus*
est conventus (Judæorum sub Jude Machabæo,)
(by) Judæi à Deo misericordiam petentes. (by) *ut essent parati in pralium; & ut orarent, &*
peterent misericordiam, & miserationes. Gazen-
ses, jamjam à Simone Machabæo trucidandi, vo-
- 13. 46. ce magnâ clamaverunt: *Non nobis reddas secun-*
dùm

dùm malitias nostras, sed (bz) *secundùm misericordias tuas.* De Antiocho Epiphane scribitur, quòd contristatus animo (ca) propter Oniam, *& flexus ad misericordiam, lacrymas fudit &c.* Auctor libri secundi Machabæorum de Deo, Judæos puniente, ait, quòd nunquam quidem à Judæis, etiamsi castigaret, (cb) misericordiam suam amovit. Mater septem fratrum Machabæorum martyrum, eis suadens, ut forti animo vitam suam pro fide darent, dicebat: (cc) *Mundi creator, qui formavit hominis nativitatem, quique omnium invenit originem, & spiritum* (cc) *vobis iterum cum misericordia reddet, & vitam, sicut nunc vosmetipsos despicitis propter leges ejus.* Et pro Judæis notatur, quòd Jude Machabæo, contra gentes strenuè pugnante & vincente, *ira* (cd) *Domini in misericordiam conversa est.* Itemque habetur, quòd, victo Nicanore, Judæi benedixerunt Dominum, (ce) *qui liberavit eos in isto die, misericordia initium stillans in eos.* De Antiocho autem Epiphane, qui doloribus à Domino percussus emendationem promittebat, dicitur: *Orabat hic scelestus Dominum,* (cf) *à quo non esset misericordiam consecuturus.* Antiocho verò Eupatore, suffecto in regnum Patri, iniqua contra Judæos meditante, Judæi per triduum cum fletu, & jejuniis prostrati à Domino misericordiam petentes, se paraverunt ad prælium.

In octo beatitudinibus à Domino prolatis est: *Beati misericordes:* (cg) *quoniam ipsi misericordiam consequentur.* JEsus, rationem reddens, cur cum publicanis, & peccatoribus manducaret, ajebat: *Euntes discite, quid est:* (ch) *misericordiam volo, & non sacrificium; non enim veni vocare justos, sed peccatores.* Et discipulos suos excusans, qui sabbato vellentes spicas, eas comedebant, dicebat Pharisæis: *Si sciretis, quid est: misericordiam volo, & non sacrificium, nunquam condemnassetis innocentes.* Et alibi ad eosdem habebat: *Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentham, & anethum, & cyminum, & reliquistis, quæ graviora sunt legis, judicium, &* (ci) *misericordiam, & fidem: hæc oportuit facere, & illa non omittere.* In Cantico Beatæ Virginis Mariæ est: *Misericordia ejus* (nempe Dei) *à progenie in progenies timentibus eum. Suscepit Israël puerum suum, recordatus* (ck) (Dominus) *misericordiæ suæ;* Cùmque Elisabeth, jam ætate confecta peperisset filium, notatur, quòd *audierunt vicini, & cognati ejus,* (cl) *quia magnificavit Dominus misericordiam suam cum illâ, & congratulabantur ei.* Et Zacharias, Joan. Baptistæ Pater, in suo cantico, benedicebat Domino, qui misericordiam fecerat cum patribus nostris; prophetavitque de filio suo Prophetâ futuro, & viam salutis docturo *per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitavit nos oriens ex alto. Misericordiâ motus* Christus Dominus filium viduæ Naim jam mortuum, vivum restituit matri. (cm) *Misericordiâ motus* Samaritanus, de quo parabola est in Evangelio, curari fecit vulneratum in via; ideòque cùm misericordiam fecisset in illum, verè proximus illius dictus est. *Misericordiâ* (cn) *motus* pater filii prodigi, illum amanter excepit redeuntem miserum.

Ad Romanos Apostolus scribens, notat eos ex idololatriâ factos *sine affectione, absque fœdere, sine misericordia* inter ipsos. Et de Deo, miserente cujus vult, ait: *Moysi dicit* (Deus) (co) *Miserebor cujus misereor: & misericordiam præstabo, cujus miserebor.* Et longanimitatem divinam ostendit erga peccatores, (cp) *ut,* scilicet, *ostenderet divitias gloriæ in vasa misericordiæ, quæ præparavit in gloriam.* Et affert Oseæ dicta à Domino: *Vocabo non plebem meam, & non dilectam, dilectam; & non* (cq) *misericordiam consecutam, misericordiam consecutam;* quò scilicet demonstret ex Gentibus vocaturum Deum sibi Ecclesiam, relictis in sua nequitiâ Judæis. Unde & Apostolus ad eosdem Romanos habet: (cr) *Sicut aliquando & vos non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum* (Judæorum scil.) *ita & isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam, ut & ipsi misericordiam consequantur.* Et eos instruens dicit: *Obsecro itaque vos, fratres,* (cs) *per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem rationabile obsequium vestrum.* Et ex promissionibus inquit factum esse, quòd Christus prædicavit Apostolis; (ct); *Gentes autem super misericordia honorare Deum,* q. d. Gentibus autem prædicâsse Apostolos, unde quòd Gentes Deum honorarent, hoc non ex promissionibus, sed misericordia Dei fuit, sicut scriptum est: *Propterea confitebor tibi in Gentibus, Domine, & nomini tuo cantabo.* Ad Corinthios, *de virginibus* (ait) *præceptum Domini non habeo: consilium autem do,* (cu) *tanquam misericordiam consecutus à Domino, ut sim fidelis.* Deum, Patrem misericordiarum vocat; & testatur juxta quod misericordiam à Domino consecutus est, sincerè se semper locutum esse, & egisse. Ad Galatas, cùm dicat se gloriari in Christo JEsu, subdit: *Et quicumque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israël Dei.* Et ad Ephesios dicit, quòd *Deus,* (cx) *qui dives est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, quâ dilexit nos,* nos mortuos peccatis convivificavit in Christo. Ad Colossenses scribit pariter Apostolus: *Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti, & dilecti,* (cy) *viscera misericordiæ benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, &c.* Et ad Timotheum scribens, ait: *Paulus, &c. Timotheo dilecto filio in fide; gratia, misericordia, & pax à Deo Patre, & Christo JEsu Domino nostro.* Et de se ipso scribit: *Misericordiam Dei* (cz) *consecutus sum, quia ignorans feci* (persecutionem scil. fidelibus) *in incredulitate. Ideò misericordiam consecutus sum, ut in me primò ostenderet Christus JEsus omnem patientiam & informationem eorum, qui credituri sunt illi in vitam æternam.* Item habet: *Det misericordiam Dominus Onesiphori domui, quia sæpè me refrigeravit, & catenam meam non erubuit; sed, cùm Romam venisset, solicitè me quæsivit, & invenit. Det illi Dominus invenire misericordiam à Domino in illâ die, &c.* Et ad Titum inquit, quòd Deus *non ex operibus justitiæ, quæ fecimus nos* (da) *sed secundùm suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis, & renovationis Spiritûs S. quem effudit in nos abundè per JEsum Chr. Salvatorem nostrum.* Et ad Hebræos habet: *Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ* (db) *ut misericordiam consequamur, & gratiam inveniamus in tempore opportuno.* Et Jacobus in sua Catholica ponit: *Judicium sine misericordia* (erit) *illi, qui non fecit misericordiam; superexaltat autem misericordia judicium. Quæ de sursum est sapientia, primùm quidem pudica est, deinde pacifica - - - -* (dc) *plena misericordiâ, & fructibus bonis, &c.*

Petrus

Margin notes, left column:

1. Mach. 13. 46.
(bz) Gazenses misericordiam à Simone Mach. petentes.
2. Mac. 4. 37.
(ca) Ant. Epiph. flexus ad misericordiam propter Oniam.
- 6. 16.
(cb) Deus misericordiam non amovens.
- 7. 23.
(cc) Dominum redditurus spiritum cum misericordia martyribus.
- 8. 5.
(cd) Ira Dei in misericordiam conversa.
- - 29.
(ce) Deus stillans in Judæos initium misericordiæ
- 9. 13.
(cf) Ant. Epiph. non consecuturus à Domino misericordiam.
- 13. 10.
Matth. 5. 7.
(cg) Misericordes misericordiam consequuntur.
- 9. 13.
(ch) Jesus volens misericordiam.
- 12. 7.
- 23. 23.
(ci) Væ Pharisæis, & Scribis misericordiam relinquentibus.
Luc. 1. 50.
- - 54.
(ck) Dominus recordatus misericordiæ suæ.
- - 58.
(cl) Dom. misericordiam suam magnificans cum Elisabeth.
- - 72.
- - 78.
- 7. 13.
- 10. 33.
(cm) Samaritanus misericordiâ motus erga vulneratum.
- - 37.
- 15. 20.
(cn) Pater filii prodigi misericordia motus in illum.
Rom. 1. 31.
- 9. 15.
(co) Deus misericordiam, cui voluerit, præstans.

Margin notes, right column:

Rom. 9. 23.
(cp) Deus paravit in gloriam vasa misericordiæ suæ.
- - 25.
(cq) Idem vocaturus nonnullos consecutum misericordiam; ubi expl. item.
- 11. 30.
(cr) Gentes misericordiam consecutæ.
- - 31.
- 12. 1.
(cs) Romani rogati à Paulo per misericordiam Dei.
- 15. 9.
(ct) Super misericordiam Gentes honorare Deum volunt; ubi expl. item.
1. Cor. 7. 25.
(cu) Paulus à Domino consecutus misericordiam.
2. Cor. 1. 3.
- 4. 1.
Galat. 6. 16.
Ephes. 2. 4.
(cx) Deus dives in misericordia.
Coloss. 3. 12.
(cy) Viscera misericordiæ induenda.
1. Tim. 1. 2.
2. Tim. 1. 2.
1. Tim. 1. 13.
(cz) Paulus misericordiam consecutus.
- - 16.
2. Tim. 1. 16.
- - 17.
- - 18.
Tit. 3. 5.
(da) Deus salvans nos secundum misericordiam suam.
Hebr. 4. 16.
(db) Ad thronum recurrendum pro misericordia.
Jacob. 2. 13.
- 3. 17.
(dc) Sapientia vera, plena misericordiâ est.

1. Petr. 1, 3. (dd) Deus juxta misericordiam suam regeneravit nos.

Petrus autem Apostolorum Princeps dicit: *Benedictus Deus, & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui* (dd) *secundùm misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vivam per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis.* Notatque eadem, quæ Paulus, ut ellctum est supra, in text. *Rom.* 9, 25. pro Ecclesia sc. ex Gentibus congregata, dicens: *Qui aliquando populus, nunc autem populus Dei:* (de) *qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti.* Et Joannes inaugurat electæ, & natis ejus hoc modo: (df) *Sit vobiscum gratia, misericordia, pax à Deo Patre, & à Christo JEsu filio Patris, in veritate, & charitate.* Ite Judas fidelibus, quibus scribit, ponit: *Misericordia vobis, & pax & charitas adimpleatur*; eisdemq; dicit: *Vosmetipsos in dilectione Dei servate,* (dg) *expectantes misericordiam Domini nostri J. Ch. in vitam æternam.*

- - 2. 10. (de) Gentes in Ecclesia consecutæ misericordiam.
2. Joan. 1, 3. (df) Misericordiam augurans Joan. electæ. &c.
Jud. v. 2.
- - 21. (dg) Misericordia Dei nostri Jesu Christi expectanda.

Misericors.

Hist.

(a) Quid hæc vox cujus textus notis non signantur, nisi ubi locus.
(b) Deus misericors, ita & alii à quibus mala auferentur.

Qui (a) *misericordiam exercet*, is misericors est. Deus (b) præ omnibus misericordiem in mortales exercens misericors dicitur, & per totam sacram paginam hoc amabili, & suavissimo pro nobis titulo insignitur; talisque futurus in conversos ad illum speratur, & promittitur, talemque idem ipse dicit se ipsum; ut habetur in libro Exodi, Deuteronomii, 2. Esdræ, Tobiæ; in Psalmis, apud Ecclesiasticum; in prophetia Baruch, Joël, Jonæ; in 2. Machabæorum, in cathol. epistola Jacobi, quorum loca dentur ad marginem. Præterea alii habentur sacri textus, in quibus hæc vox refertur, ubi nempe legitur: *Benefacit animæ suæ vir misericors. Justi misericordes sunt, & miserantur. Homo indigens, misericors est. Multi homines misericordes vocantur: virum autem fidelem quis inveniet? In judicando esto pupillis misericors, ut Pater: & pro viro matri illorum. Da misericordi, & ne suscipias peccatorem. A misericordibus omnia hæc* (mala scil.) *auferentur, & in delictis non volutabuntur.* In sacro Evangelio ponitur: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Et apud Lucam dicit Dominus idem Christus: *Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est.* Apud Ephesios scribens Paulus habet: (c) *Estote invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut & Deus in Christo donavit vobis.* Et ad Hebræos dicit de Christo, quòd susceptâ humanitate, *debuit per omnia fratribus similari, ut* (d) *misericors fieret, & fidelis Pontifex ad Deum, ut repropitiaret delicta populi.* Et Petrus omnes hortatur, ut sint: *Unanimes, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles. &c.*

Exod. 22, 27.
- 34. 6.
Deut. 4. 31.
- 8. 25.
2. Esdr. 9, 17.
Psalm. 77, 38.
- 85. 15.
- 102. 8.
- 110. 4.
- 111. 4.
- 114. 5.
- 144. 8.
Eccli. 2. 13.
- 48. 22.
Baruch. 3. 2.
Joel. 2. 13.
Jon. 4. 2.
2. Mach. 1, 24.
- 8. 29.
- 11. 9.
Jacob. 5. 11.
Prov. 11. 17.
- 23. 13.
- 19. 22.
- 20. 6.
Eccli. 4. 10.
- 12. 4.
- 13. 16.
Matth. 5. 7.
Luc. 6. 36.
Ephes. 4. 32.
(c) Invicem misericordes esse oportet.
Hebr. 2, 17.
(d) Christus misericors.
1. Petr. 3. 8.

Misertus. Miserens.

Hist.

(a) Quid prima vox, cujus textus non signantur notis, nisi ubi locus.
Gen. 39. 21.
Exod. 2. 6.
(b) Filia Pharaonis misertæ Moysi.

Participium præteriti (a) temporis est; à *misereor*, quod est *compatior*, *misericordiam habeo super aliquo*, est Misertus. Dominus misertus Joseph dedit illi gratiam in conspectu Principis carceris. Filia Pharaonis (b) miserta Moysi infantis per Nilum in fiscella natantis, eum nutriri fecit. Ubi apud Ezechielem demonstratur Jerusalem, & pro ea populus Judaicus, abjectissima, à Deo postea exaltata, referuntur primò ea quæ non habuit dona, & munera, & dicitur: *Non pepercit super te oculus, ut faceret tibi unum de his misertus tui.* Jesus Christus (c) misertus duorum cæcorum, misericordiam ab eo petentium, tetigit eorum oculos, & confestim viderunt. Item misertus leprosi, tetigit eum, & mundatus est. Ita misertus obsessi, eum liberavit.

Ezech. 16, 5.
Matth. 20, 34.
Marc. 1, 41.
- 9. 21.
(c) Jesus plurium misertus infirmorum quos sanavit.

Est & *Miserens*, (d) participium præsentis temporis ab eodem verbo *misereor*. Apostolus, ad Romanos scribens, & virtutem Gratiæ Dei repræsentans, eis dicebat: *Non* (e) *volentis neq; currentis, sed miserentis est Dei.*

(d) Quid Miserens.
Rom. 9. 16.
(e) Miserentis Dei est nostra salus.

Misor. Misphat. V. post Missus.

Missus. Mittens.

Hist.

(a) Quid hæ voces quarum textus notis non signantur, nisi ubi locus.

Utraque dictio participium est: (a) Prima præteriti temporis, & quidem passivi: Secunda præsentis activi à *mitto*; h. e. *à loco ad locum jubeo ire, transferre.* Vel etiam *Pono: Projicio.*

Pro *prima* dictione. Missus de valle Hebron ad fratres suos, Joseph venit in Sichem. Jussit Dominus labrum æneum fieri, in quo, missâ aquâ, lavarent manus, & pedes Aaron, & filii ejus. Missis David nuntiis tulit Bethsabee uxorem Uriæ sibi. Nechao Rex Ægypti, missis nuntiis ad Josiam, Regem Juda, rogabat eum, ne secum prœliari vellet; non enim cum eo inimicitias habebat. Missæ litteræ per veredarios, revocatoriæ litterarum Aman, Judæis securitatem fecerunt. In Baruch legimus: *Ignis* (b) *etiam missus desuper, ut consumat montes, & silvas facit, quod præceptum est ei.* In Ezechiele habetur: *Et vidi, & ecce manus missa ad me, in qua erat involutus liber &c.* Legati, missi à Simone Principe Sacerdotum, & Principe Judæorum, obtinuerunt à Romanis commendationes vicinis Regibus, pro populo suo. *Misso in Ægyptum Apollonio Mnesthei filio*, Antiochus Epiphanes Jerosolymam se contulit. (c) Tres viri missi à Senioribus ad Antiochum contra Menelaum, nihil obtinuerunt, & Menelaus, nequissimus homo, absolutus est. Assimilavit regnum cælorum Jesus sagenæ missæ in mare. Vid. *Sagena.* Est & parabole, quâ notatur, quòd Rex quidam, *missis exercitibus suis*, perdidit eos, qui occiderant illos, per quos ad nuptias invitati fuerant. Cùm JEsus esset in horto Gethsemani, *missi à Principibus Sacerdotum, & Senioribus populi*, venerunt, ut eum caperent. Herodes, ut puellæ saltatrici faceret satis, *misso spiculatore*, præcepit afferri caput Joan. Baptistæ in disco. Barabbas missus in carcerem propter seditionem, & homicidium, JEsu comparatus, liberatus est à perfidis Judæis. Jo. Baptista dicitur homo *missus à Deo.* Siloë significat: *missus.* Viri *missi à Cæsareâ* ad Petrum, confestim astiterunt ei in domo, in quâ erat, habitâ de cælo visione pro recipiendis in Ecclesiam Gentibus. (e) *Missi à Spiritu Sancto* Seleuciam dicuntur Paulus, & Barnabas deinde Cyprum &c. Paulus idem, ad Hebræos de Angelis loquens, ait: *Nonne omnes sunt administratorii Spiritus in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capient salutis.* Et Petrus Apostolorum Princeps dicebat Prophetas eum prædixisse *Spiritu Sancto, misso de cælo, in quem desiderant Angeli prospicere*; Christum Dei filium scilicet. Hortaturque omnes, ut subditi sint *sive Regi* (g) *quasi præcellenti, sive ducibus, tanquam ab eo* (Deo nempe) *missis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum.* Cornua septem, & oculi septem Agni in Apocalypsi dicuntur, quòd (h) *sunt septem Spiritus Dei missi in omnem terram.*

Gen. 37, 14.
Exod. 30, 18.
2. Reg. 11, 4.
2. Par. 35, 21.
Esther. 8, 10.
Baruch. 6, 62.
(b) Ignis missus à Deo, ei obediens.
Ezech. 2, 9.
1. Mach. 15, 17.
2. Mach. 4, 21.
- - 44.
(c) Missi contra Menelaum nihil obtinent.
Matth. 13, 47.
- 22, 7.
(d) Missi exercitus in cædem non parentium Regi.
- 26, 47.
Marc. 6, 27.
Luc. 23, 19.
Joan. 1, 6.
- 9. 7.
Actor. 11, 11.
- 13. 4.
(e) Paulus, & Barnabas missi à Spiritu S. &c.
Hebr. 1. 14.
(f) Angeli Spiritus missi in ministerium &c.
1. Petr. 1, 12.
- 2, 13.
- - 14.
(g) Reges, & Duces missi ad vindictam malorum, laudem bonorum.
Apoc. 5. 6.
(h) Oculi 7 agni Spiritus Dei 7. missi in omnem terram.

Pru

Gen. 27, 42.

Pro *fecunda* dictione. Rebecca, monita de minis Efau contra Jacob, *mittens & vocans* hunc, misit eum ad Laban in Haran. Fratres Joseph, fingentes ejus mortem, (i) *mittentes, qui ferrent ad Patrem* tunicam ejus, sanguine hœdi tinctam, à ferâ eum occisum esse, illi suaserunt. Joseph idem, postquam plura donavit fratribus suis, cùm eos recognovisset, Patrem suum in Ægyptum vocavit, *tantumdem pecunia, & vestium mittens* ei, &c. (k) *Mittens sortem* super duos hircos Sacerdos alterum Domini, alterum emissarium eum, cui sors exibat, immolabat pro peccato, alterum emittebat in solitudinem. Moyses *mittens* (l) *Principes viros* de tribubus explorari fecit terram appromissam. Cùm Philisthæi arcam Dei apud se habentes, & præcipuè Azotii, apud quos erat, percuterentur plagis à Domino, (m) *mittentes congregaverunt omnes satrapas*, ut consilium circa eam, quid se de ea agendum esset, caperent. Bethsabee cùm novit, se concepisse ex eo, mittens, ei nuntiavit. Fugiente David à facie Absalom, Semei *per jugum montis ex latere, contra illum gradiebatur, maledicens*, (n) *& mittens lapides adversum eum, terramq; spargens*. Benadad nuntios ad Achab, thesauros ejus petiit. Israëlitæ victis Moabitis eorum *civitates destruxerunt, & omnem agrum optimum, mittentes singuli lapides, repleverunt. &c.* Mittentes Israelitæ exploraverunt, quid de Syris obsidentibus Samariam factum esset. Mittentes cinerem super capita sua, Bethulienses misericordiam à Deo petebant. Narratur consuetudo filiorum Job, qui convivantes per domos, *mittentes vocabant tres sorores suas, ut comederent, & biberent cum eis.*

- 37. 32. (i) Fratres Joseph mittentes ad Jacob tunicam Joseph.
- 45. 23.
Levit. 16, 8. (k) Sors missa super hircos à Sacerdote.
Num. 13. 4. (l) Principes viri missi ad explorandam terram.
1 Reg. 5, 11. (m) Philisthæi mittentes ad congregandum Satrapas.
2. Reg. 11, 5.
- 16, 13.
(n) Semei mittens lapides in David.
3. Reg. 20. 2.
4. Reg. 3. 25.
- 7. 13.
Judith, 7, 4.
Job. 1, 4.

In Psalmis est: *Filii Ephrem intendentes, &* (o) *mittentes arcum, conversi sunt in die belli*, q. d. inceperunt sicuti milites in principio pugnæ, alacriter sequi Dei legem, sed quando tempus fuit patiendi, paulatim recesserunt à lege. Et alibi habet: *Qui seminant in lacrymis, in exultatione metent*; (p) *euntes ibant, & flebant, mittentes semina sua; venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos*; quo textu prophetatur dolor abeundi in captivitatem, & lætitia redeuntium ea captivitate, sub metaphora seminantium, & metentium.

Psalm. 77, 9. (o) Filii Ephraim mittentes arcum, ubi expl. n.
- 125, 5.6.7. (p) Semina mittentes in fletu, colligentes in lætitia, ubi e. 2.

Apud Ecclesiasticum est: (q) *Mittens lapidem in volatilia dejiciet illa; sic & qui conviciatur amico, dissolvit amicitiam.* Ubi describitur punitio Ægypti, dicitur apud Isaiam: (r) *Lugebunt omnes mittentes in flumen hamum &c.* Et apud Jeremiam prophetatur ruina Jerosolymæ, & depredatio, dum dicitur: *A voce equitis, & mittentis sagittam, fugit omnis civitas.* Exprobat autem Judæis Dominus dicens: *Misi ad vos omnes meos Prophetas per diem consurgens diluculo, & mittens, & non audierunt me, &c.* Sedecias mittens tulit Jeremiam, & interrogavit eum absconditè, & ab eo illexit se capiendum à Rege Babylonis. Abdemelech institit Sedeciæ, Regi pro Jeremia; quem. (s) mittentes Principes civitatis in lacum, mori fame cogebant.

Eccli. 22, 25. &c. (q) Mittens lapidem in volatilia, & conviciens amico.
Isai. 19. 8. (r) Mittentes hamum in flumen dolentes.
Jerem. 4. 29.
- 7. 25.
- - 26. & alibi.
- 37. 16.
- 38. 9. (s) Principes mittentes in lacum Jeremiam.

Apud Ezechielem describitur vinea, (t) *quasi mittens radices*, quæ tamen prosperari non poterat, ut per eam innueretur, quid futurum erat de Sedecia, Rege Juda, assimilato in ea. Apud Amos pro descriptione futuræ felicitatis est: *Ecce, dies veniunt, dicit Dominus: & comprehendet arator messem*, (u) *& calcator uvæ mittentem semen, & stillabunt montes dulcedinem, & omnes colles culti erunt.* Michæas populo propter peccata prædicit ruinam, & captivitatem, dicens: *Propter hoc non erit tibi mittens funiculum sortis in cœtu Domini.* In Habacuc legimus: (x) *Væ, qui potum dat amico suo, mittens fel suum, & inebrians. Ut aspiciat nuditatem ejus.* Sacerdotes Naneæ, cùm intrâsset eorum templum Antiochus Sedetes, juxta plures, divitias ejus rapturus, *aperto occulto aditu Templi*, (y) *mittentes lapides percusserunt ducem, & eos, qui cum eo erant, & diviserunt membratim, & capitibus amputatis foras projecerunt.*

Ezech. 17, 7. (t) Vinea, quasi mittens radices, ubi expl. tanq.
Amos. 9. 13.
(u) Calcator uvæ comprehendetur mittentem semen.
Mich. 2, 5.
Hab. 2, 15. (x) Væ, danti potum amico, & mittenti fel, &c.
2 Mach. 1, 16. (y) Sacerdotes Naneæ lapides mittentes Antiochum Sedetem occiderunt.

In Evangelio habemus, (z) quòd, Herodes, mittens Magos in Bethlehem, dixit, ut interrogarent diligenter de puero Christo recenter nato, referrentque, simulans se ei quoque velle adorationem præstare; at cùm illi non redidissent, mittens armigeros suos occidi fecit Bethlehemicos pueros à bimatu, & infra. Petrum, & Andream, *mittentes rete in mare*, vocavit in sui sequelam JEsus. Joannes Baptista, audiens in vinculis opera Christi, (aa) *mittens duos de discipulis suis*, interrogari eum fecit. Excusans, & defendens JEsus Mariam Magdalenam, quòd eum unxisset, dicebat: *Mittens hæc unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit.* Crucifixo autem JEsu, *sortem mittentes* milites super vestimentis illius, ea sibi diviserunt.

Matth. 2, 8. (z) Herodes mittens Magos in Bethlehem.
- - 16.
- 4. 18.
Marc. 1, 16.
Matth. 11, 2. (aa) Joan. Baptista mittens discipulos suos ad Christum.
- 26, 12.
- 27. 35.
Marc. 15. 24.

Stephanus in Actis Apostolorum memorat, quòd Joseph, (a b) *mittens ad Jacob patrem suum, accersivit eum in Ægyptum, & omnem cognationem suam in animabus septuaginta quinq.* Auditâ Antiochiæ fame Jerosolymæ, ab Agabo prædictâ, discipuli disposuerunt illuc eleemosynas, (ae) *mittentes ad Seniores per manus Barnaba, & Sauli.* De Paulo scribitur, quòd proposuit, transitâ Macedoniâ, & Achaiâ, ire Jerosolymam; *mittens* iccircò *in Macedoniam duos ex ministrantibus sibi Timotheum, & Erastum, ipse remansit ad Tempus in Asia. A Mileto mittens Ephesum* (Paulus) (a d) *vocavit majores natu Ecclesiæ*; eosque hortatus est ad vigilantiam, pro regendâ Ecclesiâ, prædicens, quòd non essent ampliùs eum visuri. Cùm navis, quâ ferebatur Paulus Romam versùs, passa naufragium, in incertum ferretur à tempestate nocturnâ, nautæ *de puppi mittentes anchoras quatuor, optabant diem fieri.*

Actor. 7. 14. (ab) Joseph mittens ad Jacob, eum in Ægyptum vocavit.
- 11. 30. (ac) Eleemosynæ missæ Jerusalem per Paulum, & Barnabam.
- 19. 22.
- 20. 17. (ad) Paulus à Mileto mittens Ephesum, ad vocandos majores natu.
- 27. 29.

Ad Romanos scribit Paulus, quòd *Deus* (ae) *filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne, ut justificatio legis impleretur in nobis, &c.* Apocalypsim suam manifestans Joannes, dicit, quòd eam *significavit* (af) Deus *mittens per Angelum suum servo suo Joanni, &c.*

Rom. 8. 3. (ae) Deus filium suum mittens, &c.
Apoc. 1. 1. (af) Deus mittens Joanni Angelum, &c.

Misor.

In (a) *Tribu Ruben*, sed data Levitis, *Civitas* est juxta D. Hieronymum, & alios; at cùm dicatur in sacra pagina: *De Tribu Ruben ultra Jordanem contra Jericho civitates refugii, Boser in solitudine Misor, & Jaser, & Jethson, & Mephaath, civitates quatuor cum suburbanis suis*; apparet comma non opponendum esse ante Misor, quo nomen

Hist. (a) Quid est. Jos. 21, 36. D. Hier. de nom. Hebr.

(b) Nomen potius solitudinis est, quàm civitatis.

potiùs est dandum (b) *solitudini*, in qua erat civitas Bosor, quàm urbi; secùs ac essent quinque civitates, non quatuor, ut ait sacer textus, videlicet Bosot, Iaser, Iethson, Mephaath, & ipsa Misor; quod nomen, si tamen alicui urbi dari velit, non habemus, unde possimus dicere hanc urbem datam esse Levitis; qui autem nomen urbis dicunt, supponere possunt eam nomen dedisse solitudini, quæ erat in regione Moab. Sonat: (c) *Serra, Planties, Murus, Muratus, Bos, Bovinus.*

(c) Vocis etym.

Misphat.

Hist.

(a) Quis est.
Gen. 14, 7.

Fons Misphat idem est, ac *Fons Cades*; Quare V. *Cades*. Et ad huncfontem venerunt quinque Reges, qui Lot captivum abduxerunt. Sonat: (b) *Judicium.*

(d) Nom. signif.

Mithridates.

Hist.

Duos babentes hoc nomen, referunt sacræ litteræ.

(a) Quis primus.
1. Esdr. 1, 8.

I. Alius (a) fuit *filius Gazabar*, sub cujus custodia erant vasa sacra Templi, perque manum ejus Cyrus jussit ea tradi Sassabar Principi Iuda, adhibenda in novo Templo, reædificando, ex ejusdem Cyri concessione.

(b) Quis secundus.
- 4. 7.

II. (b) Alius, unus ex hostibus Israël fuit, Samaritanus, qui cum aliis, & quidem ex Principibus terræ, scripsit Cyro; quatenùs impediretur Templi, & urbis instauratio Iudæis, supponentes Regi populum Iudæorum rebellem, & Regibus resistentem futurum. Significatio (c) nominis est: *Explorans legem: Contemplans legem: Solvens legem: Mors descensûs; Dominium.*

(c) Interp. nom.

Mitigatio.

Hist.

(a) Quid est.
Eccli 36. 25.
(b) Lingua mitigationis, & misericordiæ.

Actio, (a) *quâ quis mitis* redditur. In Ecclesiastico legitur: *Si est lingua curationis, est & (b) mitigationis, & misericordia. &c.*

Mitis, Mitior, Mitissimus. Mitiùs.

Hist.

(a) Quid hæ voces, quarum etymologiam notationem non habent ad marginem, si non est locus.
Num. 12. 3.
Psalm. 24. 9.
- 85. 5.
Prov. 16, 19.
Eccli, 10, 17.
(b) Mites posuit Deus in sedibus super bonum.
Isai. 29, 19.
- 32, 7.
(c) Fraudulentus contra mites.
2. Mach. 6, 29.
(d) Carnifices antea mitiores, facti diriores in Eleazarum.
Matth. 5, 4.

Qui (a) suavis moribus est, & placidus etiam verbis, is Mitis dicitur, quod nomen est positivum, cujus comparativum est *mitior*; superlativum *mitissimus*. De Moyse scribitur: *Erat Moyses vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra.* In Psalmis est: *Docebit* (Deus) *mites vias suas. Tu Domine suavis, & mitis, & multa misericordia* (es) *omnibus invocantibus te.* In Proverbiis est: *Melius est humiliari cum mitibus, quàm dividere spolia cum superbis.* In Ecclesiastico ponitur: (b) *Sedes Ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis.* Ubi Isaias prædicit reliquias Jacob, ad Deum convertendas, habet: *Addent mites in Domino lætitiam, & pauperes homines in Sancto Israel exultabunt.* Et alibi dicit: *Fraudulenti vasa pessima sunt; ipse enim cogitationes concinnavit* (c) *ad perdendos mites in sermone mendaci cùm loqueretur pauper judicium.* Cùm Eleazarus, egregius senex Judæus, vetitos cibos nedum gustare nollet, sed nec etiam fingere se eos gustare, *qui eum ducebant* (ad supplicium,) (d) *& paulò ante fuerant mitiores, in iram conversi sunt propter sermones ab eo dictos, quos illi per arrogantiam prolatos arbitrabantur.* Christus Dominus dicebat: *Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Tollite jugum meum super vos, & discite à me, quia* (e) *mitis sum, & humilis corde: & invenietis requiem animabus vestris, &c.*

- 11. 29.
(e) Christus mitis.

Est & *Mitiùs* adverbium, (f) hoc est: *Placidiùs: humaniùs.* Sub Juda Machabæo, purgatis Templo ac civitate, cum celebraretur per octiduum dies festus, *rogabant Dominum* (Judæi) *prostrati in terram, ne ampliùs talibus malis inciderent; sed & si quando peccâssent,* (g) *ut ab ipso mitiùs corriperentur, & non barbaris, ac blasphemis hominibus traderentur.*

(f) Quid Mitiùs.

2. Mach. 10. 4.
(g) Judæi Deum rogantes, ut mitius corriperentur.

Mitra.

Hist.

(a) Quid est vox hæc, cujus textus sine notis ponuntur, alia non est locus.

Dictio barbara est; &, ut volunt, Persica. Eâ autem ornamenti capitis genus significatur, *Pileus*, scilicet *incurvus, quo Mæonii; inde Ægyptii, proinde Syri; postea Phryges, & Lydi usi sunt.* Significatur *etiam corona muliebris ad ornatum adolescentularum capitis; ex qua pendebant per modum foliorum phylla*, h.e. *fasciola.* Mitræ etiam dicta sunt *opertoria capitis Pontificum* in Synagoga; sicut & hodie in Ecclesia, cùm solemniter celebrant; habentque redimicula, seu fascias, quæ pendent; quas infulas nominamus. Græci Mitram vocabant *fasciam* quandam *per modum lorica contextam ad latera defendenda.* Hinc etiam Mitra dicta est *zona, seu fascia, quam solvebant primùm parientes, Dianaque consecrabant.*

His prænotatis habemus in sacra pagina, dictum Moysi; *Impones eis* (b) (Aaron, & filiis ejus) *Mitras.* Sic ergo fieri fecit eis *mitras cum coronulis suis ex bysso.* Et appositam capiti Aaron laminam, in quâ erat opere gemmario scriptum: Sanctum Domini, stringi fecit *cum mitra vittâ hyacinthinâ, sicut præceperat Dominus* ipsi *Moysi.* Mitras autem imposuit prædictis, quando consecrati sunt. Judith, itura ad Holofernem *imposuit mitram super caput suum.* Et in laudibus Aaron ponit Ecclesiasticus: *Corona aurea super mitram ejus, expressa signo sanctitatis, & gloria honoris &c.* Apud Isaiam minatur Dominus auferendas à filiabus Sion, *& armillas,* (c) *& mitras &c.* Et ubi apud Baruch jubetur Jerosolyma luctum exuere, ei promittitur: *Circumdabit te Deus diplode justitia,* (d) *& imponet mitram capiti honoris æterni.*

Exod. 29. 9.
- 39. 26.
(b) Mitræ pro Aaron, & Sacerdotibus.
- - 30.
Levit. 8, 13.
Judith. 10, 3.
Eccl. 45. 14.
Isai. 3. 19.
(c) Mitræ auferendæ a filiabus Sion.
Baruch. 5. 2.
(d) Mitra capiti Jerusalem imponenda.

Mittens. Vid Missus.

Mittens. Vid Missus.

Mitylene.

Hist.

(a) Quid est, ejus varia nomina, & Topographia.

Ægæi (a) *insula maris* Mitylene est, quæ antea *Lesbos*, seu *Lesbia* dicta est. Antea quidem non Insulæ nomen erat, sed tantùm urbis; quæ postea Insulæ toti nomen dedit, vulgò *Metelin.* Longa est ab ortu in occasum 78. millia passibus; lata à Septemtrione in meridiem 24. millia; unde pro circuitu habere dicitur 168. millia passus. Ad Assum Mysiæ promontorium est, quæ Asiæ est, propriè dictæ, finitima, contra Cayci fluvii ostia; salubri fruitur aëre; fructibus abundat, & vino pretiosissimo, equosque nutrit, staturâ quidem parvos, at formâ satis pulchros, & fervidos. Urbs, quæ insulæ nomen dedit, ejus metropolis est; episcopalis, quæ ceterùm ædificiorum elegantiâ spectabilis, habita-

bicatores & ædificatores suos, imprudentiâ notatos habuit à Vitruvio, quòd ita ea ædificâssent, ut à ventorum affectionibus malis non præcavissent. (b) Ad hanc urbem, seu potiùs insulam venit Paulus navigans Asso; & deinde Chium translatus est sequente die. Sonat: (c) *Munditia tercularis, Absterso tercularis.*

Act. 20, 14. (b) Paulus ad Mitylene. (c) Nom. interpr.

Mna, vel Mina.

Hist. (a) Quid hæc vox, cujus textus, ubi locus, notatione signatur. (b) Quotuplex est.

Genus (a) *monetæ* est Mna, vel etiam Mina, juxta aliquos veræ; juxta aliquos imaginariæ; summæ videlicet correspondentis in argento, vel auro, tali certo Monetæ valori, & quantitati. Duplex (b) erat Mna tum apud Græcos tum apud Judæos; nempe *Mna argentea*; *Mna aurea.*

(c) Quid Mna argentea Græcorum, & Judæorum.

Mna argentea (c) *Græcorum*; ut habemus ex probatis auctoribus, viginti quinque siclos valebat; & hæc etiam dicta est *Mina, seu Mna Attica*. *Mna argentea Judæorum* quinquaginta siclos valebat. De siclis intellige argenteis.

(d) Quid aurea eorundem.

Mna (d) *aurea Græcorum, seu Attica* viginti quinque aureos valebat siclos; *aurea Hebræorum* quinquaginta. (Vid. *Siclus.*) Inter magnificentias Salomonis narratur, quòd fecit (e) *trecentas peltas ex auro probato: trecentæ minæ auri unam peltam vestiebant; posuitque eas Rex in domo saltûs Libani.* In reædificationem Templi, Principes Patrum, *secundùm vires suas*, (f) *dederunt impensas operis, auri sexaginta millia; & mille, argenti Mnas quinque millia*, ita & alibi datas in eundem effectum legimus *argenti mnas duo millia.* Simon Pontifex Judæorum misit Romam Numenium *habentem clypeum aureum magnum*, (g) *pondo mnarum mille, ad statuendam cum eis societatem.* Est parabola, à Christo Domino allata, de nobili homine, abeunte in longinquam Regionem, accipere sibi Regnum, & reverti, (h) qui discedens dedit decem servis suis decem Mnas, ut negotiarentur, unicuique suam; & rediens invenit unum ex eis, qui per suam Mnam decem mnas acquisierat, & hunc decem præfecit civitatibus; alius quinque lucratus fuerat; & hunc præposuit civitatibus quinque. Cùm autem reperisset unum, qui mnam suam in sudario reposuerat, & nihil per eam lucratus erat, abstulit ab eo illam, & jussit dari decem mnas lucrato, dicens aliis super hoc conquerentibus: *Omni habenti dabitur, & abundabit; ab eo autem, qui non habet, & quod habet, auferetur ab eo.* (i) Q. d. quòd benè utentibus quolibet dono, à Deo dato, nova augentur dona; malè verò utentibus, & non utentibus, auferuntur.

3. Reg. 10, 17. (e) Pelta Salom. valentes singulatim mnas 300. aureas. 2. Esdr. 2, 69. (f) Mna aurea, & argentea pro reædificatione Templi. 2. Esdr. 7, 72. 1. Mach. 14, 24. — 15, 18. (g) Clypeus pondo 1000. mnarum auri Romam missus. Luc. 19, 13. &c. (h) Parabola de Mnis datis servis ad negotium à Domino. — — 26. (i) Expl. text.

At hic expendendus est præcipuus, & singularis textus in Ezechiele positus; ubi enim assignat pondera, mensurasque omninò æquè servandas habet &c. (k) *Siclus viginti obolos habet. Porrò viginti sicli, & viginti quinque sicli, & quindecim sicli mnam faciunt.* Cùm autem diximus mnam hebraicam quinquaginta siclos valere, quomodo hic concordat, quod sexaginta valeat? At ab omni anxietate, & dubio nos subtrahit Tyrinus, locum hunc expendens, ait namque ex Vatablo, Maldonato, Villalpando, & aliis duplicem apud Judæos Mnam fuisse; altera erat *Mna vulgaris*; altera *sacra, seu Regia*: hæc sexaginta, h. e. unâ quintâ parte major vulgari existens, valebat siclos; illa tan-

Ezech. 45, 12. (k) Expl. text. Tyrin. hoc loc.

tum quinquaginta; tres autem monetæ, seu tria distincta numismata, quorum unum viginti siclos, alterum vigintiquinque, tertium quindecim valebat, insimul unita mnam Regiam, mnam sacram, mnam Sanctuarii faciebant. At de Templi mensuris, & monetis (alibi variè locuti sumus, juxta varios. Vid. *Mensura.*) Neque prætereundum est, quod etiam aliqui in ea sint sententia, quòd idem sit Mna, ac *Libra, As, Pondo.* Et tunc pondus, non moneta est.

Donum quodvis, & Gratia Dei significatur per mnas à Domino servis distributas; ex Div. Hieronymo. Myst. D. Hier. s. Ezech. 45.

Dispensatio Verbi Dei, & doctrina pariter in distributis mnis à Domino designantur; ex Origene, & D. Ambrosio. Orig. s. Match. h. 7. D. Ambr. s. Luc. 19.

Mnason.

Hist. (a) Quid est. Act. 21, 16.

Antiquus (a) *discipulus* dicitur in Actis Apostolorum Cyprius, quem à Cæsarea secum adduxerunt discipuli cum Paulo Jerosolymam ascendentes, *apud quem* (ajunt acta) *hospitaremur*; Jerosolymis autem domum habuisse ex hoc apertè videtur. Aliqui fuêre, qui Jasonem, non Mnasonem legerunt; at malè. Nomen Græcum est, & ejus etymologia est: (b) *Indagator: Spondens: Reminiscens.* Sunt, qui dicunt unum fuisse ex septuaginta duobus discipulis Christi JEsu. (b) Nom. signif.

Mnesthæus.

Hist. 2. Mach. 4, 21. (a) Quis est, & nom. etymol.

Pater (a) *Apollonii* est; ejus autem nomen significat: *Alacritas Dei: Robur Dei: Ira Dei.*

Moab

Vir, Urbs, Regio, &c.

Hist. (a) Vir est Moab. Gen. 19, 37.

Ex (a) Loth, & filiâ ejus majore, quæ cum patre eodem Loth, ebrio, concubuit, ut haberet prolem, timens, omnem hominum progeniem in Sodomæ, aliarumque infamium urbium combustione deperditam fuisse, natus est Moab, cujus nominis interpretatio est: *De patre*; de patre siquidem eum filia genuit. Ab hoc proinde *Regio* venit, & *Populus*; quæ quidem Regio, (b) *Moabitis Regio* dicta est; & populus *Moabita, seu Moabites*; quin etiam *urbs*; & omnia sub nomine Moab etiam veniunt. Populus quidem superbus, & arrogans, & qui Israelitas ipsos diu tribulavit, ac potentiâ suâ pressit; idololatra Deum Chamos habens: Urbs ipsa Moab aliquando (c) *Aroer*, & *Areopolis* dicta, facilè civitas Martis, cùm aliqui etiam velint Chamos Moabitarum Deum Martem fuisse. Regem habuit hæc Regio, & (d) *Regnum* nuncupata est Moabitarum; fuitque in Tribu Ruben ultra Jordanem, in quo stationem quadragesimam secundam habuit populus de Ægypto redux; & sic in ipso Regno (e) *desertum* Moab est, & *campestria* Moab, ubi moratus est populus. Terminus (f) Moab est Arnon torrens, quo ab ortu, & austro concluditur, ac separatur ab Ammonitis, Agarenis, Amorrhæis, &c. ad occasum Jordanem habet terminum; sicuti ad Boream Tribum Gad. Amorrhæi multi etiam permixti fuêre cum Moabitis imperitantes; (g) & de hac regione, ac populo multa in sacris litteris obvia fiunt.

(b) Regio subinde & Populus, & etiam Urbs Moab. Judic. 3, 12. &c. (c) Nomina alia urbis Moab. (d) Regnum item Moab. Num. 33, 13. (e) Desertum pariter, & campestria Moab. (f) Topographia Regni Moab. (g) Textus plurimi de hac voce mentione signati, ubi locus.

Gen. 19. 37. Exod. 15, 15. Num. 21, 26. - - 29. - - 28. & alibi. - 22, 1. &c. (h) Balac Rex Moab - 24, 17. (i) Duces Moab percutiendi. - 25, 1. - 26, 3. &c. (k) Acta in campestribus Moab. - 33. 48. - 35, 2. &c. & alibi.

Moab ergo *filius Loth* pater, & fundetor Moabiterum fuit Et de hujusmodi populo cecinit Moyses in cantico gratiarum actionis: *Robustos Moab obtinuit tremor.* Victus ab Amorrhæorum Rege Sehon, fuit Rex Moeb, & populus, dictus etiam populus Chamos; quapropter in proverbium ejus nomen devicti venit. Moabitæ populo Israelitico, reduci ex Ægypto resistere non potuerunt; cùmque esset Israël in campestribus Moab, Rex Moab Balac (h) misit vocatum ariolum Balaem, ut malediceret Israeli, at non potens bic maledicere, benedixit, & prophetavit: *Orietur stella ex Jacob, & consurget virga de Israel*, (i) *& percutiet Duces Moab, vastabitque omnes filios Seth, &c.* Cùmque castrametatus esset Israel in Settum, *fornicatus est populus cum filiabus Moab*, eum iisdem idola colens, unde illi iratus est Dominus. In hisce Moab campestribus (k) novum numeravit populum Moyses; & multa alia facta sunt; inter quæ terræ promissionis limites decreti sunt, ad divisionē postea sortiò faciendam, assignatæ urbes Levitis, pluresque editæ leges.

Deut. 2, 8. &c. (l) Contra Moabitas Judæis vetitum est pugnare; fidemque viri fortes. - 23, 3. (m) Moabitæ exclusi à consortio Judæorum.

Contra Moabitas (l) jussus est Israel non pugnare: erant etenim, ut diximus, Moabitæ descendentes à Loth, & sic cum Israelitis conjuncti; præterea fortes populi Moabitæ fuerunt, qui gigantes illius terræ habitatores vicerunt, expulerunt, dictos Emim. De Ammonitis, & Moabitis à Domino dictum est: *Ammonites*, (m) *& Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt Ecclesiam Domini in æternum*; & quidem jure ebomni Ecclesiæ, seu sacro ministerio exclusi sunt, ab ea arcendi Ecclesia, puta Synagoge, & consortio cum Israel, qui Balaam ad maledicendum contra Judæos eduxerunt, &c.

- 29, 1. &c. - 34, 1. &c (n) Moyses mortuus in terra Moab Judic. 3, 12. &c. & alibi (o) Moabitæ victi ab Aod. - 10, 6. (p) Moabitarum idola sequitur Israel. Ruth. 1, 2. &c.

In terre Moab factum est fœdus, & juramentum Israelitarum cum Domino sub Moyse; unde ipse vidit terram promissionis; ibi (n) mortuus est, & sepultus, & filiorum Israel lacrymis defletus. Victi sunt (o) Moabitæ, qui Isreeli jugum imposuerant, ab Aod Judice, ita ut decem millia Moabitarum perirent, & sic humiliati sunt; & Israelitæ liberati à jugo; qui tamen alio tempore (p) Moabitarum Deos idololatræ secuti sunt. In Regionem Moabitidem peregrinatus est Elimelech eum uxore Noëmi, & duobus liberis, qui inibi uxores Moabitidas acceperunt, ex quibus una fuit Ruth celebris, de quâ *suo loco.*

1. Reg. 14. 47. - 22, 3. &c. (q) Parentes David apud Regem Moab. 2. Reg. 8. 1. 1. Par. 18, 2. (r) Moab serviens factus sub tributo à David. 3. Reg. 11, 1. 4. Reg. 1, 1. - 3, 4. &c. (s) Mesa Rex Moab obsessus. - 13. 20. (t) Latrunculi de Moab in terra Israel.

Saul contra Moab pugnâsse scribitur. David (q) apod Regem Moab, eùm à Saule fugeret, patrem, & matrem suam deposuit. Cùm verò Moabitæ sub Regno ejus in Judæos insolescere non desisterent, David *percussit* (r) *Moab, & mensus est eos funiculo coæquans terræ; mensus est autem duos funiculos, unum ad occidendum, & unum ad vivificandum; factusque est Moab David serviens sub tributo.* Inter mulieres, edamatas à Salomone, alienigenas, fuerunt etiam Moabitidæ, quarum Deo Chamos fanum ædificavit. Mortuo Achab, prævaricetus est Moab in Israel; quocirea bellum contra Moab indictum est, (s) & victoria de Mesa Rege Moab habite, qui obsessus primogenitô suô immolatô urbis excidium abegit. Latrunculis, (t) de Moab venientibus in terram Israel, factum est, quòd cujusdam cadaver, à ferentibus projectus ex timore in sepulchrum Elisæi, ut Prophetæ ossa tetigit, te vivisceret; iidemque latrunculi de Moab in Judam descenderunt aliquando in terræ illius ruinam. Vasa aurea, argentea, ænea allata de Moab, consecravit David Domino. Contre Josaphat (u) congregati etiam sunt Moabitæ, ut Judam impeterent cum aliis Gentibus, et Dominus eorum arma in eos ipsos convertit. Cum mulieribus Moabitarum reperti sunt sub Esdrâ Judæi, qui contraxerant matrimonie; super qua re etiam dolet Nehemias. Principes Ammon, & Moeb vocavit Holofernes ad se, de Judæis informationem capiens ab eis; filii autem (x) Moab & Ammon ad Holofernem accedentes, consilium ei dederunt, ut aquâ Bethulienses privaret, & ita ad deditionem eos constringeret. In Psalmis ait David: *Moab olla spei meæ; Moab lebes spei mea*, id est: (y) Mihi subditus est populus Moab, & ita de illo disponere possum, sicut quis de Lebete, & olla carnium, quâ quis famem suam saturare sperat, & vult. *Cogitaverunt universaliter, simul adversum te*, (Domine) (z) *testamentum disposuerunt —— Moab, & Agareni &c.*

4. Reg. 24. 2. 1. Par. 18. 11. 2. Par. 20. 1. &c. (u) Moabitæ contra Josaphat R. Juda. 1. Esdr. 9. 1. 2. Esdr. 13. 23. Judith. 5. 2. - 7, 8. (x) Moabitæ consilium dantes contra Bethulienses. Psalm. 59. 10. - 107. 10. (y) Expl. text. - 82. 6. (z) Moabitæ contra Judæos.

Isai. 11, 14. (aa) Moab ad Dominum convertetur, ubi expl. t. - 15. 1. &c. (ab) Omne Moab, ubi expl. text. itemque excidium ejus. - 16, 2. &c. - 25, 10. - 11. &c. Jerem. 9, 26. - 25. 21. - 27. 3. &c. - 40, 11. - 48. 1. &c. Ezech. 25. 8. - - 11. Dan. 11, 41. Amos. 2. 1 &c. Soph. 2. 8. - - 9. (ac) Aliqua remissivè. (ad) Nom. signif.

De reliquiis Israël propbetatur (de Ecclesia scilicet) per Isaiam: (aa) *Idumæa, & Moab præceptum* (erit) *manus eorum*, h. e. sub eis recipiet omne præceptum, & mandatum. In Cap. 15. ejusdem Prophetæ est (ab) *Onus Moab*, h. e. castigatio futura super Moab, & prædicitur Moabitarum ruina; & legitur ibidem Prophetæ erga Moab compassio. Ita in Cap. 16. legitur, & prænuncietur futura Moab humiliatio ob ejus arrogantiam, & perfidiam: & in Cap. 25. habetur: *Requiescet manus Domini in monte isto* (Sion) *& triturabitur Moab sub eo, sicuti teruntur palea in plaustro*; & subinde describitur humiliatio Moab, & excidium. Contra Moab divina ultio quoque prædicitur à Jeremia in locis pluribus; in quibus, missis vinculis ad Regem Moab, ei dicitur, ut serviat Regi Babylonis, secùs denuntiatur gladius, fames, & pestis: Et de Moab reversi sunt Judæi in terram suam, ad eam inhabitandam, sub Godolia. Vastatio Moab in toto capite 48. Jeremiæ prænuntiatur, verumtamen ultimo captivitas ejus relaxanda prædicitur. Contra Moab prophetat etiam Ezechiel, eò quòd Israëlem afflixerit; ubi Dominus ait: *In Moab faciam Judicia; & scient, quia ego Dominus.* Moeb salvandum è manibus Regis, Deum non timentis, prædicit Daniel. Ultio in Moab prænuntiatur ab Amos. Et apud Sophoniam denuntiatur destructio Moab, blasphemantis, & exprobrentia Judæis, & dicitur *Moab, ut Sodoma erit.* Pro iis autem quæ desunt (ac) Vid. *Ar, Ariel, Arnon, Aod, Adad, Banaias, Balaam, Balac, Bamoth, Chamos, Eglon, Elisæus, Emim, Hesebon, Ieabarim, Jephthe, Josias, Incendens, Jethma, Judicium, Leo, Maspha, Mesa, Nebo, Qui stare fecit solem, Sabarim, Securus, viri mendacii, Utensilia, Ruth.* Significat (ad) hoc nomen: *De Patre: Aqua paterna.*

Myst. D. Aug. f. Ps. 59.

Abutentes lege, quibus dicitur: *Vos de patre diabolo estis*, figurantur in Moab; ex D. Augustino.

Georg. Ven. c. 2. t. 5. c. 38.

Caro, contra quam nulla pax esse debet, in Moab repræsentatur; ex Georgio Veneto.

Orig. f. Gen. h. 5.

Concupiscentia, quæ à patre Diabolo est designatur etiam in Moab; ut notat Origenes.

Dæmones

Idem l. Exod. h. 6.

Demones, & *gentiles*, qui etiam ex patre Diabolo esse dicuntur, pariter cum Moab comparentur ab eodem. Ita

D. Hier. l. Ezech. 25. & l. Am. 2. &c.

Heretici, Philosophi, Superbi, ex D. Hieronymo assimilantur Moab.

Idem l. Isai. 15.

Scientia sacularis, io nocte sæculi genita de petre ebrio, mundo scilicet, & ignorante, significatur per Moab; ex eodem. Div. Hieronymo.

Moabita, Moabites. Moabitis. Vid. Moab.

Moadias.

Hist. 2 Esd. 12, 17. (a) Quis est, & nom. interpr.

Placet (a) aliquibus dicere *Meadia* hunc virum; Secerdotem, cujua familiæ Princeps erat Phelti sub Zorobabele in reditu à captivitate; & qui alibi dicitur: *Madin*. Sonat: *Solemnitas, festivitas Domini: Adornatio Domini: Testimonium, fædus Domini: Transitus Domini.*

Mobilis, e. Mobilior.

Hist. (a) Quid est. Judith. 15, 8. (b) Mobilia Assyriorum præda Judæorum.

Quod (a) *moveri potest*, Mobile est, quasi *movibile*. Bethulienses, percussis Assyriis, (b) *ex universis mobilibus eorum* retulerunt in prædam, divites facti.

Sapient. 7, 22. (c) In Sapientia Spiritus intelligentiæ est mobilis. - - 24. (d) Sapientia omnibus mobilibus mobilior; ubi expl. text.

In libro Sapientiæ dicitur, quòd Spiritus intelligentiæ in illâ est *sanctus, unicus, multiplex, subtilis, disertus*, (c) *mobilis, incoinquinatus, certus, suavis, amans bonum &c.* Et infra habetur: (d) *Omnibus mobilibus mobilior est sapientia: attingit autem ubique propter suam munditiam.* Ubi ootandum censeo, quòd Mobile sumitur etiam substantivè, & qoòd hæc vox mobilis sonat etiem *subtilis, penetrans, velox &c.* Sicuti & Mobile dicitur, *quod mutandum est*, ut habetur in sequenti textu epistolæ D. Pauli ad Hebræos dicentis, quòd Aggæus in sua Prophetie declarat (e) *mobilium* (quæ erant in vetero lege) *translationem tanquam factorum, ut maneant ea, quæ sunt immobilia.*

Hebr. 12, 27. (e) Mobilium veteris legis translatio; ubi expl. text.

Mobonnai.

Hist. 2 Reg. 23, 27. (a) Quis est, & nom. etym.

Inter *fortes David* fuit (a) *Mobonnai de Husati*. Sunt, qui scribunt: *Mobunnai*. Sonat: *Filius: Filiatio: Ædificatio; Intellectus: Intellectio.*

Mochona.

Hist. 2 Esdr. 11, 28. (a) Quid est, & quid sonat.

In (a) *Mochona, & in filiabus ejus* habitârunt ex Judæis redeuntibus ex captivitate; & sic *urbs* est, quæ numeratur *in Tribu Juda*; at oihil de eâ Adrichomiue, alioquin exactissimus. Significat: *Basis: Sustentaculum: Præparatio.*

Mochori.

Hist. (a) Quis est, & quid significat.

Pater (e) *Ozi* est, de filiis Benjamin; & nominis etymon est: *Venditio; Cognitio.*

Moderatus, Moderatè.

Hist. (a) Quid hæ voces.

Idem est Moderetus, (a) ac: *cum modo*; & sic *temperatus*: adjectiva vox, cujus edverbium Moderatè, h. e. *temperatè*, ponitur.

Io Ecclesiastico legimus: *Aqua vita homini bus, vinum in sobrietate: (b) si bibas illud moderatè, eris sobrius. Exultatio anima, & cordis, vinum moderatè potatum. Sicut in fabricatione auri signum est Smaragdi, sic numerus Musicorum in jucundo, & moderato vino.* (Vid. *Modestia*).

Eccli 31, 32. (b) Laus vini moderatè potati. - - 36. - 32, 8.

Modestè.

Hist. (a) Quid est.

Hoc est, *cum modestiâ: Moderatè.* Antiochus Epiphanes scribens propè mortem ad Judæos, ut filio suo subditi persisterent, dicebat: (b) *Confido enim eum modestè, & humanè acturum, & sequentem propositum meum, & communem vobis fore.* Judas Machabæus Scythopolitis nullum malum intulit, imò gretias egit, eudiens, quòd (c) etiam temporibus infelicitatis modestè cum Judæis egissent. (Vid. *Modestia*).

2 Mac. 9, 27. (b) Filius Antiochi Epiph. creditus modestè acturus &c. - 12, 30. (c) Scythopolitæ cum Judæis semper modestè agentes.

Modestia. Modestus.

Hist. (a) Quid hæ voces, quarum textus non signandus nota, nisi ubi loquuntur.

Nomeo (a) hoc, *modus est animi in homine, qui fundamentum, basis, & soliditas virtutis est*, ex quo gignitur moderatio, quæ temperat, modosque in factis, & dictis, cæterisque aliis muniis gubernat: unde virtutis cujusque ornamentum est; & quidem modus, de qoo adagium insonat: *Sit modus in rebus.* Hioc Modestus is est, *qui tali modo utitur*; & contrarium est hoc nomen arroganti, elato, & immoderato: quare Modestus probè est, *qui animi elationem, cæterasq; moderatur cupiditates*, io omnibus modum servans. Et adjectiva vox est.

Quoad dictionem *Modestia* hebetur in Proverbiis est: *Finis modestiæ timor Domini, divitiæ, & gloria, & vita.* Aotiochus Epiphanes (b) *recordatus defuncti* (Oniæ) *sobrietatem, & modestiam*, lacrymas pro ejus auditâ morte fudit, & Aodronicum, illius occisorem, morte damnavit. Obsecrat Paulus Corinthios *per mansuetudinem, & modestiam Christi.* Inter fructus Spiritûs Sancti, ad Galetas scribens, modestiam ponit. Dum Philippenses ad spirituale gaudium invitat, addit: *Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: Dominus enim prope est.* Colossenses hortatur, ut Christi modestiam induant. Ad Timotheum dicit, quòd oportet servum Dei esse *cum modestiâ corripientem eos, qui resistunt veritati &c.* Et Petrus vult, fideles esse (c) *cum modestia, & timore, conscientiam habentes bonam &c.* ad confusionem calumniantium.

Prov. 22, 4. 2 Mach. 4, 37. (b) Oniæ modestia. 2 Cor. 10, 1. Galat. 5, 23. Philip. 4, 5. Coloss. 3, 12. 2 Tim. 2, 25. 1 Petr. 3, 16. (c) Fideles cum modestia sint.

Quoad dictionem *Modestus*. Habetur, quòd Onias, qui fuit Sacerdos, vir bonus, & benignus, verecundus visu, & (d) modestus moribus, jem mortuus epparuit Judæ Machabæo, animum ei addens contra gentes. Ad Timotheum scribit Apostolus, oportere Episcopum esse modestum. Vult per Titum moneri fideles *neminem blasphemare, non litigiosos esse, (e) sed modestos, omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines.* De Sapientia, quæ desursùm est, ait D. Jacobus in sua Catholica, quòd *primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, laudabilis, bonis consentiens &c.* Scribit Apostolorum Princeps: (f) *Servi subditi estote in omni timore Dominis, non tantùm bonis, & modestis, sed etiam dyscolis.*

2 Mac. 15, 12. (d) Onias modestus moribus. 1 Tim 3, 3. Tit. 3, 2. (e) Fideles modesti sint. Jacob 3, 17. 1 Petr. 2, 18. (f) Servi subditi Dominis sint seu modestis, seu dyscolis.

dyscolis. Item vult, quòd totum mulierum studium sit in componendu homine interno *in incorruptibilitate quieto, & modesti Spiritûs, qui est in conspectu Domini locuples*: & postquam viros etiam ad virtutes hortatus est, concludit: *In fine autem omnes unanimes* (estote) (g) *compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles &c.*

1. Petr. 3. 4.
- - 8.
(g) Fideles modesti sint.

Modicus, a, um.

Modicum. Modicè.

Hist.
(a) Quid hæ voces, quarum tamen non omnes notio insignitur, si locus non sit.

Idem est, (a) *parvus*; *exigua quantitatis &c.* ac Modicus; quòd nomen adjectivum est; licèt in genere neutro sumatur, ut solet alle in adjectivis substantivè; at hic nudum nomen apparet, sed & aliquando per modum adverbii, sicuti & est Modicè, à Modo, h. e. temperantia in re, Modicum venit: Hinc aliquibus placuit à Modico dici modestiam, non à Modo; at quem opinionem retuli in dictione *Modestia*, ee mihi arridet.

Pro dictione *Modicus*, & *Modicum*, quocomque modo sumatur, habemus, quòd Lot egressus Sodomâ, petiit in Segor urbe salvari, dicens: *Numquid non modica est, & vivet anima mea?* Jacob ad Laban dicebat: *Modicum habuisti, antequam venirem ad te, & nunc dives effectus es.* *Modicum* (b) *resina* (inter munera allata à filiis suis ad Joseph), *& mellis, & storacis, & stactes, & terebinthi, & amygdalarum* misit Jacob. Cùm Joseph pertaxisset, ad sepeliendum Jacob in terre Chenaen, *habuit* (c) *in comitatu currus, & equites; & facta est turba non modica.* Inter maledictiones non servantium divina mandata erat: *Sementem multam facies in terram, (d) & modicum congregabis, quia locustæ devorabunt omnia.* Achimelech Sacerdos apud Saulem se excusabat, circa datos panes David; nesciebat quippe illum adversùm Regem quicqoam habere; unde dicebat: (e) *Non scivit servus tuus quicquam super hoc negotio, vel modicum, vel grande.* Michæas jubente Achab missus est in carcerem, ubi Rex jussit: (f) *Date ei panis modicum, & aquæ pauxillum, donec revertar in pace* (à bello scilicet, quod dissuadebat Michæas.) Memorabat Esdras deprecationem Hebræorum ad Dominum in captivitate, in quâ petebant *vitam modicam in servitute* illâ; & tamen non desinebant Deum offendere.

Gen. 19. 20.
- 30. 30.
- 43. 11.
(b) Modicum plurimum rerum missum à Jacob muneri ad Joseph.
- 50. 9.
(c) Turba non modica cum Joseph ad sepeliendum Jacob.
Deut. 28. 38.
(d) Modicum ex multo semine congregant legem non servantes.
1 Reg. 22. 15.
(e) Achimelech nec grande, nec modicum sciens contra David.
2 Par. 18. 26.
(f) Modicum panis datum Michææ in carcere.
1. Esd. 9. 8.

De iniquis ait Job: *Elevati sunt ad modicum, & non subsistent &c.* Eliu dicebat: *Nescio quamdiu subsistam, & si post modicum tollat me factor meus.*

Job. 24. 24.
- 32. 22.

In Psalmis est: *Melius est modicum justo super divitias peccatorum multas.* *Memor ero tui* (Domine) *de terra Jordanis, & Hermoniim à* (g) *monte modico.* (parvo scilicet, sed in quo mirabilia operatus es. Vid. *Mons.*

Psal. 36. 16.
- 41. 7.
(g) Mons modicus.

In Proverbiis legitur: *Parum, inquam, dormies, modicum dormitabis, pauxillùm manum conseres, ut quiescas: & veniet tibi, quasi cursor, egestas, & mendicitas, quasi vir armatus.*

Prov. 24. 33.
- - 34.

Apud Ecclesiasticum est: *Ne oblecteris in turbis, nec in modicis, assidua enim est commissio illorum.* *Qui spernit modica, paulatim decidet.* *Est qui multa redimat modico pretio, & restituens ea in septuplum.* *Modicum plora super mortuum, quoniam requievit.* *In medio proximorum* (mulieris nequam) *ingemuit vir ejus, & audiens suspiravit modicum.* *Non des aquæ tuæ exitum, nec modicum; nec mulieri nequam veniam prodeundi.* *Modicum tanquàm nihil in requie, & ab eo in somnis, quasi in die respectûs.* *Videte oculis vestris, quia* (sperans in Domino, & ei serviens) (h) *modicum laboravi* (respectu præmii propositi), *& inveni mihi multam requiem.*

Eccli. 18. 32.
- 19. 1.
- 20. 12.
- 22. 11.
Eccli. 25. 23.
- - 34.
- 40. 6.
- 51. 35.
(h) Modicum laborans requiem multam inveniens; ubi expl. text.

Contre Assyrios apud Isaiam ait Dominus: *Adhuc paululum, modicumq́, & consummabitur indignatio, & furor meus super scelus eorum.* Et contra Moab: *In tribus annis, quasi anni mercenarii, auferetur gloria Moab super omni populo multo,* (i) *& relinquetur parvus, & modicus, nequaquam multus.* Et dum Dominus eit, sa sævitutum in melos, ad Hebræos dicit: *Vade populi meus, intra in cubicula tua, claude ostia tua super te,* (k) *abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio.* Et comminatur Dominus Sacerdotibus Israël, in ebrietate jacentibus, & nihil resolventibus, unde est illud (l) *modicum ibi, modicum ibi*; quòd dicit Dominus eis futurum in ruinam, *ut vadant, & cadant retrorsum, & conterantur, & illaqueentur, & capiantur.* Et ubi contritio Judæorum prædicitur, notatur: (m) *Nonne adhuc in modico* (hoc est, non post multum temporis), *& in brevi convertetur Libanus* (pro gentibus, interpretetio est) *in Charmel*, (pro JudæisCharmel accipitur; q. d. nonne brevi gentilitas populus electus erit; & gentes, quæ sunt ut Libanus infructiferæ, fient fructiferæ, sicut est Charmel) *& Charmel* (hoc est, Synagoga) *in saltum reputabitur?* Et ad populum suum electum alibi habet Dominus: (n) *Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te.*

Isai. 10. 25.
- 16. 14.
(i) Populus Moab relinquendus modicus.
- 26. 20.
(k) Judæi, ut se ab ira Dei modicum servent suadentur.
- 28. 10.
- - 13.
(l) In modico jacentes perdendi; ubi expl. text.
- 29. 17.
(m) Libanus in Charmel in modico vertendus; ubi expl. text.
- 54. 7.
(n) Deus in modico relinquens populum suum.

Apud Ezechielem de Judæis dispersis ait Dominus: (o) *Quia longè feci eos in gentibus, & quia dispersi eos in terris: ero eis in sanctificationem modicam in terris, ad quas venerunt.* In Daniele habemus, quòd *cornu unum non modicum* egressum est ex alio cornu hirci, in visione visi. Et de Rege Aquilonis prædicit, (p) quòd faciens dolum *superabit in modico populo.*

Ezec. 11. 16.
(o) Idem futurus in modicum sanctificationem Judæis dispersis.
Dan. 8. 9.
- 11. 23.
(p) Rex Aquilonis superans in modico populo.

Apud Osea, ubi præcepit Dominus, ut filiam suam vocaret Jezrahel, dixit idem Dominus: (q) *Adhuc modicum, & visitabo sanguinem Jezrahel super domum Jehu, & quiescere faciam domum Israel.* Ubi Aggæus prænuntiat adventum Messiæ, dicit Dominus: (r) *Adhuc unum modicum est, & ego commovebo cælum, & terram, ad mare, & aridam, & movebo gentes, & veniet desideratus cunctis gentibus &c.*

Osee. 1. 4.
(q) Deus post modicum visitaturus sanguinem Jezrahel.
Agg. 2. 7.
(r) Desideratus gentibus post modicum venturus.

De Antiocho Epiphane propter plagam, & dissensionem in Regno *tributa regionis modica* percipiente mentio est. Cum esca modica esset exercitui Regis Antiochi Eupatoris, revocatus est Lysias ab oppugnatione Jerusalem. Item dicitur, quòd propter peccata Judæorum Deus modicùm illis iratus, mala in eos congessit, præcipuè contre Jerosolymam, quòd & dixit adolescantior ex Machabæis martyribus Regi, addens: *Fratres mei modico nunc dolore sustentato, sub testamento æternæ vitæ effecti sunt; Tu verò judicio*

1. Mac. 3. 29.
- 6. 57.
2. Mac. 5. 17.
- 7. 33.
- - 36.

Dei

Dei justas superbia tua pœnas exolves. Recordentes sub Juda Mechabæo Judæi, quòd *ante* (s) *modicum temporis diem solemnem tabernaculorum in montibus, & in speluncis, more bestiarum, egerant*, purgeto postea Templo, & urbe, per octidunm eam solemnitatem celebrârunt. Cùm Heliodorus thesauros sacros rapere vellet, (t) *non modica per universam civitatem erat trepidatio.* Eleezarus noluit simulare esum vetitorum cihorum; (u) *ne* (ajebar) *ipsi* (adolescentes) *propter meam simulationem, & propter modicum corruptibilis vita tempus decipiantur.*

2. Mac. 10. 6.
(s) Judæi sub Juda Mach. ante modicum festum Tabernaculorum celebrantes in montibus &c.
- 3. 24. (t) Trepidatio non modica in Jerusalem.
- 6. 25. (u) Cavendum, ne ob tempus modicum hujus vitæ decipiamur.

In Evangelio hebemus, quòd Christus dicebar turbis: *Si fœnum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit,* (x) *quantò magis vos* (vestiet, subintellige) *modica fides?* Cùm nevicula, in quâ erat Jesus, cum discipulis, & dormiebat, operiretur fluctibus, discipulis ipsis eum suscitantibus dixit: (y) *Quid timidi estis modica fides?* & fecit trenquillitatem. Cùm Petrus veniret ad Jesum in littore existentem, ambulans super mare, & videns ventum validum inciperet mergi præ timore, continuò Jesus extendens manum, apprehendit eum, & eit illi: (z) *Modicæ fidei, quare dubitasti?* Cum discipuli venissent trans fretum ad Jesum, & obliti panes accipere, super hoc cogitarent; cognoscens cogitationes eorum, & (a a) *sciens Jesus, dixit: quid cogitatis intra vos modica fidei, quia panes non habetis?* & miracula præterita memorans, quomodò caverent à fermento Pharisæorum, docuit. Narratâ parabolê de villico iniquitatis, quem Dominus ejus landavit, dicebar Jesus: (e b) *Qui fidelis est in minimo, & in majori fidelis est; & qui in modica iniquus est, & in majori iniquus est.* Narravit idem Jesus parabolam de homine nobili, qui post longum iter rediens, & reperiens servum suum, qui acceperat ab eo mnam, sibi dicentem: *Domine mna tua decem mnas acquisivit,* ait illi: *Euge bone serve,* (e c) *quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem civitates.* Cum multitudo maxima secuta eilat Jesum, ipse eam videns dixit Philippo: *Unde ememus panes, ut manducent hi?* Er Philippus respondit: *Ducentorum denariorum panes non sufficiunt eis, ut* (a d) *unusquisque modicum quid accipiat.* Cùm eppropinquaret tempus mortis Jesu, ipse prædicens dicebar: (a e) *Adhuc modicum tempus vobiscum sum, & vado ad eum, qui me misit.* Cùm turhe audiens Jesum loquentem de filio hominis exaltando, interrogaret eum: *Quis est iste filius hominis?* Respondit Jesus: (a f) *Adhuc modicum lumen in vobis est &c.* monstravitque eis, quòd, in tenebris ambulahent, licet lucem haberent coram se. Ita post cænam paschalem dicebat suis Jesus: *Filioli, adhuc modicum vobiscum sum.* Ite eliâ vice ejebat: *Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. Adhuc modicum: & mundus me jam non videt.* (e g) *Modicum, & jam non videbitis me: & iterùm modicum, & videbitis me, & quia vado ad Patrem? dicebant ergo: Quid est hoc, quòd dicit modicum? nescimus quid loquitur. Cognovit autem Jesus, quia volebant eum interrogare, & dixit eis: de hoc quæritis inter vos, quia dixi, modicum, & non videbitis me: & iterùm modicum, & videbitis me. Amen, amen dico vobis: quia plorabitis, & flebitis vos, mundus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.*

Matth. 6, 30.
(x) Turbæ dicta a Christo modicæ fidei.
- 8. 26. (y) Item discipuli ejusdem.
- 14. 31. (z) Item Petrus.
- 16. 8. (a a) Item, & iterùm discipuli.
Luc. 16, 10. (e b) Iniquus in modico, etiam in majori iniquus est.
- 19, 16.
- - 17. (a c) Fidelis in modico præmium habet.
Jo. 6. 5.
- - 7. (a d) Panis 200. denariorum modicus pro turbâ magnâ.
- 7. 33. (a e) Tempore modico Christus cum Apostolis fuerat.
- 12, 34.
- - 35. (a f) Modicum lumen in turbis.
- 13. 33.
- 14. 18.
- - 19.
- 16, 17. (a g) Jesus modicum jam non videndus, & iterùm modicum, & videndus &c.
- - 18.
- - 19.
Jo. 16, 20.

In Actibus Apostolorum est, quòd reversi Antiochiam Paulus, & Barnabas, *morati sunt tempus non modicum cum discipulis.* De Demetrio argentario mentio est, qui, (e h) *faciens ædes argenteas Dianæ, præstabat artificibus non modicum quæstum*; quocirca adversùs Paulum, qui cultum Dianæ suê prædicatione anferehet, gravem movit seditionem. Cùm Peulus, coram Agrippâ suam caosam defendens, eidem dixisset: *Credis Rex Agrippa Prophetis? scio, quia credis*; respondit Rex Paulo: *In modico suades me Christianum fieri.* Et Peulus: *Opto apud Deum* (a i) *& in modico & in magno, non tantùm te, sed etiam omnes, qui audiunt, hodie fieri tales, qualis & ego sum, exceptis vinculis his:* (erat enim Paulus vinculis alligetus, Romam destinatus, cùm Cæsarem appellâsset.) Melitam cùm idem Peulus appulisset in naofregio, notatur, quòd *Barbari* (insulæ illius incolæ) *præstabant non modicam humanitatem.*

Actor. 14. 27.
- 19, 24. (a h) Quæstus non modicus pro ædibus argenteis Dianæ.
- 26, 27.
- - 28.
- - 29. (a i) Paulus & in modico, & in magno omnes Christianos fieri optans.
- 28, 2.

Ad Coriuthios, cùm illos reprehenderet Paulus, eit: (a k) *Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit?* reprehendebet siquidem, quòd inter se incestuosum tolerarent. Et hortans eos ad eleemosynam, pro paupetibus Jerosolymæ commorantibus, dicit: (e l) *In præsenti tempore vestra abundantia eorum inopiam suppleat, ut & illorum abundantia vestra inopia sit supplementum, ut fiat æqualitas, sicut scriptum est: Qui multum, non abundavit: & qui modicum, non minoravit.* Item ad eos habet: *Utinam sustineretis modicum quid insipientia meæ, sed & supportate me. Ne quis me putet insipientem esse, alioquin velut insipientem accipite me,* (e m) *ut & ego modicum quid glorier*; hoc autem dicit, sue recensens encomie, non ed jactantiam, sed ut sibi fidem faciat præ Pseudo-Apostolis, qui verem prævertebant prædicationem. Ad Galatas, ut caveant à seductoribus, eos hortans, repetit illud, quod & Corinthiis dixit; nempe: *Modicum fermentum totam massam corrumpit.* Ad Timotheum dicit: (a n) *Exerce teipsum ad pietatem: Nam corporalis exercitatio ad modicum utilis est; pietas autem ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ. Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino utere propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates.*

1. Cor. 5. 6. (a k) Modicum fermentum totam massam corrumpit.
2 Cor. 8, 14. (a l) Modicum dans non minoratur.
- - 15.
- 11, 1.
- - 16. (a m) Modicum gloriatur Paulus.
Galat. 5. 9.
1. Tim. 4. 7.
- - 8. (a n) Corporalis exercitatio ad modicum utilis.
- 5. 23.

Er ad Hebræos eit: (e o) *Eum, qui modico, quàm Angeli minoratus est, videmus Jesum propter passionem mortis, gloriâ, & honore coronatum, ut gratiâ Dei pro omnibus gustaret mortem.* Et hortens eos ad patientiam inquit: (a p) *Adhuc enim modicum aliquantulum qui venturus est, veniet, & non tardabit.* (ad judicium scilicet Christus pœnam malis, præmium bonis daturus.) Comparat D. Jacobus linguam modicum membrum, & magna faciens, modico gubernaculo, megnas naves moventi; & interroget eos, ad quoa scribit: *Quæ est vita vestra? vapor est, ad modicum parens, & deinceps exterminabitur.*

Hebr. 2. 9. (a o) Jesus modico minoratus Angelis.
- 10, 37. (a p) Modicum expectandum Dei judicium; ubi expl. text.
Jacob. 3. 4.
- - 5.
- 4. 15.

Petrus

1.Petr. 1, 5. Petrus fidelibus dicit, quòd custodiuntur *in virtute Dei per fidem in salutem, paratam revelari in*
- - 6. *tempore novissimo, in quo* (ait) *exultabitis, modicum nunc si oportet contristari in variis tenta-*
- - 7. *tionibus, ut probatio vestræ fidei multò pretiosior auro (quod per ignem probatur) inveniatur in laudem, & gloriam, & honorem, in revelatione Jesu Christi &c.* Et infra habet: *Deus omnis*
- 5, 10. *gratiæ*, (a q) *qui vocavit nos in æternam suam*
(a q) Modicum passos Deus perficit. *gloriam in Christo Jesu modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitque.*

In Apocalypsi scribere jussus est Joannes Episcopo, seu, ut ibi ponitur, Angelo Philadelphiæ Ecclesiæ, quod ostium apertum relictum est ei, quòd qui dicunt se Judæos, & non sunt, venient ad pedes ejus, scientes quòd à
Apoc. 3, 8. Deo diligitur; & hoc, (a r) *quia modicam*
(a r) Modica virtus Episcopi Philadelphiæ. (dicitur) *habes virtutem, & servâsti verbum meum, & non negâsti nomen meum.* Animæ interfectorum visæ sub altare, post aperitionem quinti sigilli, habuêre singulæ stolas albas,
- 6, 11. (a s) *& dictum est illis, ut requiescerent adhuc*
(a s) Modicum tempus expectandum &c. *tempus modicum, donec compleantur conservi eorum, & fratres eorum, qui interficiendi sunt, sicut & illi.* Projecto Dracone per Michaelem, audita est vox, inter cætera dicens: *Væ*
- 12, 12. *terræ, & mari, quia descendit Diabolus ad*
(a t) Diabolus habens modicum tempus. *vos, habens iram magnam*, (a t) *sciens, quod modicum tempus habet.* Angelus, descendens de cælo, apprehendit draconem, id est,
- 20, 3. diabolum, & ligatum per annos mille, *misit eum in abyssum, & clausit, & signavit super illum, ut non seducat amplius gentes, donec consummentur mille anni:* (a u) *& post hæc oportet*
(a u) Diabolus, alligatus, modico tempore solvendus. *illum solvi modico tempore.*

Est & adverbium *Medicè*; pro quo textus
Eccli. 51, 21. est apud Ecclesiasticum dicentem: *Inclinavi modice aurem meam* (h. e. modo debito), *& excepi illam* (videlicet Sapientiam).

Modin,

Mons. Urbs, Campus, Desertum, Speluncæ.

Hist. Sunt etiam qui scribunt *Modim.* Hoc au-
(a) Urbs est Modin & mons. tem nomine designatur (a) *urbs in Tribu Dan* apud torrentem, Palæstinæ fluvium. Sita quidem in monte erat; unde *mons* Modin legitur; habebatque vicinum campum, desertum, & speluncas, quæ ab eâdem ipsâ urbe denominaban-
(b) Campus item, & desertum, necnon speluncæ. tur (b) *campus, desertum, spelunca Modin.*
1. Mac. 2, 1. &c. (c) Illustrium Principum Machabæorum habi-
(c) Patria, & habitatio Machabæorum, quò fluentes pro lege confugiunt. tatio erat urbs hæc, de quâ scribitur, quòd Mathathias eorum pater *consedit in monte Modin.* Et communiter reputatur eorundem Machabæorum patria. Hic ergo Mathathias, zelans pro lege, cum filiis suis, causa etiam fuit, quòd multi apud ipsum profugerent, cùm verò illùc per Antiochum Epiphanem missi fuissent, qui
- - 15. *cogerent eos, qui confugerant in civitatem Modin immolare, & accendere thura, & à lege*
- - 16. &c. *Dei discedere*; & Mathathiam etiam ad hoc hortari conarentur, ipsum audierunt respondentem, nec se, nec cognationem suam impio obtemperaturos decreto; immò cùm Judæus
- - 23. accessisset *in omnium oculis sacrificare idolis super aram in civitate Modin, secundùm jussum*
- - 24. &c. *Regis*, Mathathias dolens, & zelô accensus, insiliens idololatrantem trucidavit super aram, & missum etiam ab Antiocho Rege occidit.

Obiit autem in eâdem urbe. (d) *& sepultus est* 1. Mac. 2, 70.
à filiis suis in sepulchris patrum suorum in Mo- (d) Ibi obit, & sepelitur Mathathias, & Judas, & Jonathas.
din, & planxerunt eum omnis Israël planctu magnô. Ibidem Judas sepultus est Macha- - 9, 19.
bæus à Simone, & Jonatha fratribus, quorum postremi ossa Simon pariter sepelivit *in* - 13, 25.
Modin civitate patrum ejus, & factô planctu magnô ab omni Israël per multos dies, *ædifi-* - - 27.
cavit Simon (e) *super sepulchrum patris sui*, (e) Sepulchrum ornatum à Simone erectum patri, & fratribus.
& fratrum suorum ædificium altum visu, lapide polito retro, & ante; & statuit septem pyrami-
das unam contra unam patri, & matri, & - - 28.
quatuor fratribus; & his circumposuit columnas - - 29.
magnas; & super columnas arma, ad memoriam æternam; & juxta arma naves sculptas, quæ viderentur ab omnibus navigantibus mare.
Hoc est, sepulchrum, quod fecit in Modin, usque - - 30.
in hunc diem; & testificatur Adrichomius, Adrich. in Trib. Dan. n. 44.
quod ad nostra usque durant tempora. Judas, 1. Mach. 16, 4.
& Joannes Simonis filii, cum dormissent in Modin, abierunt manè cum exercitu in campum, urbi proximum, propè torrentem, & (f)
(f) Ad Modin victus Cendebæus. inibi cum Cendebæo, Duce gentium, & exercitu ejus, pugnaverunt, & vicerunt. Circa 2. Mac. 13, 13.
(g) hanc ipsam urbem exercitum constituerat (g) Item ad Modin Judas Machab. pugnans.
olim Judas Machabæus, & nocte aulam Regiam in castris Antiochi Eupatoris aggressus est; interfectis quatuor millibus virorum, & elephantorum maximo. Codex Græcus legit *Modeim*, Μωδεΐν. Sonat: (b) *Judicium*; (h) Etym. nom.
Judicatio: Jurgium.

Modius. Modium.

Utroque modo dicitur & *modius*, & Hist.
modium, quo nomine (a) nobis *mensura* de- (a) Quid est hæc vox, cujus textus non omnes notis signantur, nisi sic locus.
notatur *quoddam genus*, de quo varii varia, ex variis regionum, in quibus scribunt, usibus; neque antiquum nos perfectè scimus; neque modernum, utrùm antiquo correspondeat.
Mensura aridorum est Modius, quorum tres Ruth. 2, 17.
quasi, ephi unum constituebant; solet enim apud auctores dici, quod continet libras tritici triginta; (b) at est triticum magis, minúsve ponderans alio. (b) Triticum aliud aliô ponderosius.

Inter varia moralia præcepta, data Judæis à Domino erat, quòd illis esset omnis mensura æqua, omne pondus justum; & sic dicitur
justus modius. Et pro redemptione agri, Deo Levit. 19, 36.
devoti, lex fuit: (c) *Si triginta modiis hordei* - 27, 16.
seritur terra, quinquaginta siclis venundetur ar- (c) Lex pro agro 30. modiorum devoto.
genti. Et cùm inculcetur Judæis justitia, & æquitas in mensuris, eis dicitur: (d) *Non erit* Deut. 25, 14.
in domo tua modius major, & minor: Pondus - - 15.
habebis justum, & verum, & modius æqualis, (d) Modius æqualis, & verus habendus.
& verus erit tibi, ut multô vivas tempore super terram, quam Dominus Deus tuus dederit tibi.
Gedeon *de farina modio fecit azymos panes*, Judic. 6, 19.
quos obtulit Angelo, qui ei apparuit. Ruth collectas spicas ex agro Booz *virgâ cædens, &* Ruth. 2, 17.
excutiens, invenit hordei quasi ephi mensuram, id est, tres modios. Idem Booz ei donavit
sex modios hordei, quos ad socrum detulit. - 3, 15. &c.
Tres farinæ (e) modii erant inter munera, 1. Reg. 1, 24.
quæ secum detulit in Silo mater Samuelis, cum (e) Modii 3. farinæ delati à matre Samuelis in Silo.
eodem Samuele, quem obtulit Pontifici Heli. Dum Samaria, obsessa à Syris, crudelissimâ premeretur fame, Elisæus prophetavit: *Hæc dicit*

Domi-

4.Reg. 7, 1. &c. (f) Pretium modii similæ, & hordei prædictum vile futurum.

Dominus: In tempore hoc (f) *erat modius similæ uno statere erit, & duo modii hordei statere uno in porta Samariæ*; quod fuit.

Ibid. 5, 10.

Apud Isaiam denunciatur futura Judæorum miseria, inter cætera, per ea verba: *Triginta modii sementis facient modios tres.* Eadem sterilitas memoratur eisdem apud Aggæum dicentem ex ore Domini: (g) *Cùm accederetis ad acervum viginti modiorum, & fierent decem &c. - - - percussi vos &c.* A lucerna, quæ non ponitur sub modio, h. e. sub vase hujus mensuræ, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, similitudinem accepit Christus Jesus, quâ Apostoli intelligerent, coram omnibus se lucem daturos; quod & idem turbis memorabat, ut scilicet per omnia scirent hominem lucidum esse debere.

Agg. 2, 17. (g) Modii 20. facti decem sterilitatis signum. Matth. 5, 15. Marc. 4, 21. Luc. 11, 33.

Myst. Euch. for. spir. 8. *Judicium justum* designatur per modium justum; ut notat Eucherius.

D. Hieron. l. Isai. 5. *Opera hæreticorum sine fructu* notantur per modios tres, quos faciunt triginta modii sementis; ex D. Hieronymo.

Modiolus.

Hist. (a) Quid est. Cùm hoc nomine multa significentur, attamen relicta significatione (a) *parvæ mensuræ, parvi poculi, instrumenti chirurgici, & hujusmodi*; ponimus tantùm significationem hujus nominis, quæ habetur in sacra pagina; est etenim Modiolus *pars illa, quæ in rota est, tanquam centrum, rotunda, cui affixi sunt radii.* Ubi describuntur rotæ basium ærearum in Templo, quæ fieri jussæ sunt à Salomone, dicitur: *Tales autem erant* (b) *rotæ, quales solent in curru fieri: & axes earum, & radii, & canthi, & modioli, omnia fusilia.*

3.Reg. 7, 33. (b) Modioli rotarum basium Templi fusiles.

Modò.

Hist. (a) Quid sonet. *Adverbium* est, (a) significans: *Nunc: Interdum: Solùm: Aliquando: Tamen.* Sed nihil nos urget ut hîc sacros reponamus textus.

Modus.

Hist. (a) Quid hæc vox, cujus textus non signantur notis, ubi sit locus. Significat variè; hoc siquidem nomine venit (a) *mensura, forma, similitudo, ratio, moderatio, terminus.* De Jacob dicitur, quòd utens virgis maculosis in canalibus ante oculos ovium, ditatus est *ultra modum.* (Vid. *Jacob*). Moyses ad Dominum redivit, si quô modô poterat eum deprecari, pro scelere idololatrantis populi. In libro Numerorum assignatur modus servandus in levandis tentoriis, & profectione. Item modus lustrationis immundi. Balac quærebat à Balaam, ut malediceret Israeli, si quo modo posset percutere eum, & ejicere de terrâ suâ. Lex quoque fuit: (b) *Exules, & profugi ante mortem Pontificis nullô modô in urbes suas reverti poterunt.* Populo suo dixit Dominus, ne metueret cogitans, quomodo delere posset gentes etiam numero majores. Modus narrationis somnii Gedeonis habetur in libro Judicum. (Vid. *Gedeon.*) Quomodo filii (c) Benjamin, ex clade Gabaa qui remanserant, uxores sibi accepissent, pariter narrantur. (Vid. *Benjamin.*) Quem modum adhiberent Philisthæi remittentes Arcam ad Judæos, ponitur in libris Regum. (Vid. *Arca.*) Chusai detexit, quo modo consilium dedisset Achitophel. Quo modo (d) contenderent duæ meretrices coram Salomone pariter exponitur; & quo modo facta, fuerit Templi suppellex

Gen. 30, 43. Exod. 32, 30. Num. 10, 6. - 19, 19. - 22, 6. &c. - 35, 32. (b) Exules ante mortem Pontificis, sub quo exularunt, non poterant redire. Deut. 7, 17. Judic. 7, 13. - - 21, 14. (c) Modus, quô filii Benjamin uxores sibi fecerunt. 1.Reg. 6, 20. 2.Reg. 17, 15. 3.Reg. 3, 16. (d) Modus contentionis duarum feminarum coram Salomone. - 7, 1. &c.

sumptuosissima, apertissimè traditur, præcisè cap. 7. l. 3. Reg. Item notatur, quô modô vendebantur equi à Regibus Hethæorum, & Syriæ Salomoni; & quô (e) modô Salomon uxoribus suis alienigenis faciens satis, earum diis sacrificaret. Josaphat, Rex Juda, hortabatur Regem Israël Achab, ne eo modo loqueretur, quo ostenderet à Michæa sibi semper malum prophetari. (Vid. *Achab.*) Ponitur pariter modus, quo scripta erat epistola Sanaballat ad Nehemiam. Raguël misit, qui viderent, quid de Tobia, viro Saræ, factum esset, ne simili modô evenisset ei, sicut & aliis Saræ viris. (Vid. *Sara.*) Fassus est Job Domino: *Insipienter locutus sum, & quæ ultra modum excederent scientiam meam.* Dicitur apud Ecclesiasticum fecisse Deus *eodem modo* cum Isaac, quo fecerat cum Abraham, appromittens scilicet generis propagationem. Ezechias, Rex Juda, misit ad Isaiam interrogans: (g) *Si quo modo audiat Dominus Deus tuus verba Rabsacis &c.* (Vid. *Rabsaces.*) Conquerens Jeremias de illatis sibi malis, inter cætera ponit hostium suorum oblocutiones, dicentium: *Si quô modô decipiatur, & prævaleamus adversùs eum &c.* Et Baruch de diis, & idolis gentium loquens, ait: *Nullô modô nobis est manifestum, quia sunt dii. Eôdem modô & in horto spina alba, supra quam omnis avis sedet.* Modus epistolæ Demetrii Regis ad Jonathan ponitur. De Simone Machabæo notatur, quòd *exquisivit omni modô exaltare populum suum*; & modus epistolarum Antiochi Sedetis ad ipsum Simonem pariter exprimitur. Ita modus orationis Nehemiæ pro celebratione sacrificii. Sub Antiocho Epiphane decretum exiit, ut pari modô, quo gentes, etiam Judæi sacrificarent idolis. Modus, quo obiit Eleazarus senex, vetitis nolens vesci cibis, describitur; itemque modus, quô martyres facti sunt Machabæi septem fratres. *Nullô modô à suâ malitiâ* cessans Epiphanes Antiochus, *supra humanum modum superbiâ repletus*, doloribus tandem perstrictus incessantibus, *desperans scripsit ad Judæos, in modum deprecationis, epistolam.* Modus epistolæ Lysiæ ad Judæos exponitur; itemque Antiochi Eupatoris, quibus indulgebatur, quòd *nemo eorum ullo modo molestiam patiatur de his, quæ per ignorantiam gesta sunt.* Judas Machabæus Jamnitas, pari modô volentes, ac cæteri, in Judæos insurgere, malè tractavit. Quô (h) modô Regis Antiochi Eupatoris profectio, & reditus eveniret, describitur. Alcimus, à Sacerdotio remotus, *considerans nullô modô sibi esse salutem, neque accessum ad altare*, suggessit Demetrio Soteri, ut Nicanorem contra Judam Machabæum mitteret. Quô modô invocaret Deum Judas Machabæus contra Nicanorem, notatur; & obtentâ victoriâ, (i) *omnes communi consiliô decreverunt nullô modô diem* (illum) *absque celebritate præterire.*

3.Reg 10, 29. - 11, 8. (e) Modus, quô Salomon idololatrando uxoribus paruit. 2.Par. 18, 7. 2.Esd. 6, 5. Tob. 8, 11. Job. 42, 3. Eccli. 44, 24. (f) Modus Dei cum Isaac. Isai. 37, 4. (g) Interrogatio Ezechiæ, quô modô Deus audiret verba Rabsacis. Jerem. 20, 10. Baruch. 6, 63. - - 70. 1.Mac. 11, 29. - 14. 35. - 15. 2. 2.Mac. 1, 24. - 6, 8. - - 31. - 7, 1. - 9, 6. - 9, 8. - - 18. - 11, 16. - - 31. - 12, 6. - 13, 18. (h) Modus profectionis, & reditus Antiochi Epiph. - 14, 3. - 15, 22. - - 36. (i) Dies victoriæ contra Nicanorem nullô modô infolemnis relinquendus.

Ad Romanos scribens, Apostolus ait, interrogans: *Quid ergo ampliùs Judæo est? aut quæ utilitas circumcisionis?* & respondet: *Multùm per omnem modum.* Et ad Corinthios, scribens ea, quæ passus erat in Asia, dicit: *Supra modum gravati sumus supra virtutem, ita ut tæderet nos etiam vivere.* Et alibi dicit: *Nihil minùs fui ab iis,* (k) *qui sunt supra modum Apostoli, tametsi nihil sum.*

Rom. 3, 1. - - 2. 2 Cor. 1, 8. - 12, 11. (k) Paulus nihil minùs ab Apostolis supra modum...

Philip. 1, 18.
(l) Gaudium Pauli est, modò Christus annuntietur.

Ad Philippenses dicit: (l) *Dum modo, sive per occasionem, sive per veritatem Christus annuntietur; & in hoc gaudeo, sed & gaudebo.* Item inquit, se omnia hujus mundi sprevisse, *si quò modò* (ait) *occurram ad resurrectionem, quæ est ex mortuis.* Ad Thessalonicenses scribit: *Ne quis vos seducat ullo modo.* Ad Hebræos verò scribens, incipit epistolam: *Multifariam,* (m) *multisque modis olim Deus loquens patribus in Prophetis; novissimè diebus istis locutus est nobis in filio &c.*

- - 3, 11.
2. Thess. 2, 3.
Hebr. 1, 1.
(m) Deus multis modis locutus in Prophetis.

Jud. v. 7.
(n) Impii eo modò plectendi, quò Sodoma &c.

Judas scripsit, (o) impios, ac lascivos simili modo, quò dirutæ sunt Sodoma, & Gomorrha, & finitimæ eis civitates; suppliciis plectendos. Et hæc sunt, quæ de modo, notavimus, paucis relictis, quæ nihil habent, quod alibi legi non possit; & textus pariter à nobis relictos dicimus, qui videri possunt in dictionibus: (o) *Basis: Color: Corona: Dens: Dos: Lilium: Mandatum: Misericors: Momentaneum: Nux: Peccans: Plaga: Prudentia: Puteus: Pondus: Rana: Rete: Superbus: Tabernaculum: Tabula.*

(o) Aliqua remissivè.

(p) Alia vocis significatio.

Modus etiam significat (p) *mensuram temporis pro musica, & concentu*; vel etiam ipsum *carmen, & carmina*, cùm nomen in numero multitudinis adhibeatur. Laudantur in Ecclesiastico viri gloriosi *in peritia sua, requirentes modos musicos, & narrantes carmina scripturarum.* Et de David dicitur, quòd *stare fecit cantores contra altare, & in sono eorum dulces fecit modos.*

Eccli. 44. 5.
- 47. 11.

Mœchia.

Hist.
(a) Quid est, & remissivè.

A Græco est, (a) & Latinè idem sonat, ac *adulterium.* (Vid. *Inordinatio*).

Mœchus.

Hist.
(a) Quid est, & remissivè.

A Græco pariter est; (a) & idem sonat ac *adulter.* (Vid. *Adultera*).

Mœnia.

Hist.
(a) Quid hæc vox.

A (a) *muniendo* dictum est hoc nomen, quod tantùm plurali numero affertur; & propriè dicuntur de *muris, qui urbem cingunt,* Mœnia. (b) *Propè mœnia Tyri* transierunt numerantes populum sub David. De Sapientia loquens auctor Proverbiorum libri, dicit, quòd (c) misit ancillas suas *ad mœnia civitatis,* omnes alliciens, & invitans ad se. In Jeremia contra Syros ait Dominus: (d) *Succendam ignem in muro Damasci, & devorabit mœnia Benadad.* In Threnis ejusdem Jeremiæ, super desolatam Jerosolymam, est: *Factus est Dominus velut inimicus: præcipitavit* (e) *Israël, præcipitavit omnia mœnia ejus.* Sic ergo dicitur Mœnia à muniendo; (f) Mœnia, *quasi munientia*; assolebant enim antiqui *u* commutare in derivatis per *œ.*

2. Reg. 24. 7.
(b) Numeratores populi ad mœnia Tyri.
Prov. 9. 3.
(c) Sapientiæ, ad mœnia urbis, ancillæ.
Jerem. 49. 27.
(d) Mœnia Benadad igne voranda.
Thren. 2, 5.
(e) Mœnia Jerusalem præcipitata.
(f) Mos antiquorum in derivatis vocibus.

Mœrens. Mœstus.

Hist.
(a) Quid hæc prima vox, cujus textus notis non signantur, ubi locus non est.
(b) Esdras mœrens.

Participium est Mœrens (a) à *Mœreo,* quod est *dolore intrinsece tabesco: tristor.* Esdras (b) sedit mœrens, cùm audiret, à Judæis acceptas in uxores alienigenas mulieres. De Deo dicit Eliphas, quòd *mœrentes erigit sospitate.* Et Job dicit de se: *Eram mœrentium consolator. Mœrens incedebam sine furore.* In Proverbiis est: (c) *Date siceram mœrentibus, & vinum his, qui amaro sunt animo.* Apud Isaiam, miserrima dum prænuntiatur Judæ desolatio, dicitur: *Omne caput languidum, & omne cor mœrens.* Et contra Jerusalem est: *Circumvallabo Ariel, & erit tristis,* (d) *& mœrens, & erit mihi quasi Ariel.* (Vid. *Ariel*). Et populum è calamitate revocandum Prophetat idem Isaias dicens: *Quia ut mulierem derelictam, & mœrentem spiritu vocavit te Dominus &c.* Et prophetans Jeremias de se, super Juda, dicit: *Dolor meus super dolorem, in me cor meum mœrens.* Ita alibi dicit: *Multi gemitus mei, & cor meum mœrens.* Ad flumen Chobar ait Ezechiel: (e) *Mansi ibi septem diebus mœrens in medio eorum* (fratrum scilicet transmigrationis).

Job. 5, 11.
- 29, 25.
- 30, 28.
Prov. 31, 6.
(c) Sicera mœrentibus danda.
Isai. 1, 5.
- 29, 2.
(d) Ariel mœrens.
- 54. 6.
Jerem. 8, 18.
Thren. 1, 22.
Ezech. 3, 15.
(e) Ezechiel mœrens.

Dum quæreret à Christo Jesu, quomodo vitam æternam acquireret, idem Jesus respondit, *vade, & vende quæcumque habes, & da pauperibus*, ille *contristatus verbo, abiit mœrens &c.*

Matt. 10, 22.

Mœstus (f) potest sumi, uti participium præteriti temporis, à *mœreo*; at, ut apparet, ut nomen præcisè etiam adjectivum apparet, idem, ac *tristis; dolore tabescens, & tabidus.* In oratione Jeremiæ Prophetæ, narratis malis, quæ evenerunt populo Judaico, ex peccatis ejus, addit ipse Jeremias: (g) *Propterea mœstum factum est cor nostrum &c.* De Christo Jesu, in hortum Gethsemani profecto, acceptis secum Petro, Jacobo, Joanne, notatur quòd *cœpit contristari, &* (h) *mœstus esse.* De Epaphrodito scribit Apostolus ad Philippenses: (i) *Mœstus erat, propterea quòd audieratis illum infirmatum.*

(f) Quid hæc secunda vox.
Thren. 5, 17.
(g) Cor Jeremiæ mœstum.
Matth. 26, 37.
(h) Jesus mœstus.
Philip. 2, 26.
(i) Epaphroditus mœstus.

Mœror, Mœstitia.

Hist.
(a) Quid hæ voces, quarum textus, ut in aliis vocibus, ubi non est locus, notis non signantur.

Intrinsecus, (a) nempe *animi dolor* est Mœror; sicuti est Mœstitia, idem ac *tristitia.* Quidam tamen distinguunt à Mœstitiâ Mœrorem, quòd illa scilicet appareat, hic non; At hæc vix recipitur distinctio. Repugnans Jacob tradere filiis Benjamin adolescentiorem filium, adducendum in Ægyptum ad Proregem dicebat: (b) *Si tuleritis & istum, & aliquid ei in via contigerit, deducetis canos meos cum mœrore ad inferos.* In maledictione, pro transgredientibus legem Dei, erat: *Dabit tibi Dominus* (in terra aliena) *cor pavidum, & deficientes oculos, &* (c) *animam consumptam mœrore.* Anna mater Samuelis, cum reputaretur temulenta ab Heli, eò quòd labia tantùm movebat orans, & non audiebantur ejus verba, ei dixit: *Ex multitudine doloris, & mœroris mei locuta sum usque in præsens.* *Diem* (Aman, destinatum pro ruina, & cæde Judæorum) *Deus omnipotens,* (d) *mœroris, & luctûs, vertit in gaudium.*

Gen. 44, 29.
(b) Mœror Jacob.
Deut. 28, 65.
(c) Anima mœrore consumenda legem Dei non servantium.
1. Reg. 1, 16.
Esth. 16, 21.
(d) Dies mœroris versus in gaudium a Deo.

In Proverbiis est: *Filius sapiens lætificat patrem; filius verò stultus mœstitia est matris suæ. Mœror in corde viri humiliabit illum, sermone bono lætificabitur. Cor gaudens exhilarat faciem: In* (e) *mœrore animi dejicitur spiritus.* Dum Isaias Propheta narrat, quæ facturus sit Messias Salvator, ait, quòd daturus erat *pallium laudis*

Prov. 10, 1.
- 12, 25.
- 15, 13.
(e) Spiritus in mœrore animi dejicitur.
Isai. 61. 3.

pro spiritu mæroris. In Threnis Jeremiæ habet de se Jerosolyma: *Posuit me* (Dominus) *desolatam, totâ die mærore confectam.* Apud Ezechielem denontiatur terræ Juda vastatio, & dicitur, inter cætera: (f) *Rex lugebit, & Princeps induetur mærore, & manus populi terræ conturbabuntur.* Eidem Prophetæ, ad designandam angustiam futoram tribulationis Jerosolymæ, dictum ast à Domino: *Fili hominis, panem tuum in conturbatione comede: sed & aquam tuam in festinatione, & mærore bibe.* Sic ipsi Jarosolymæ prophetatum est: *Ebrietate, & dolore repleberis:* (g) *calice mæroris, & tristitiæ, calice sororis tuæ Samariæ.*

Thren. 1, 13. — Ezech. 7, 27. (f) Princeps induendus mærore in Jerusalem. — 12, 18. — 23, 33. (g) Jerusalem potatura calicem mœroris.

Apud Michæam habetur consolatio Sion, è captivitate redimendæ, & ipsi dicitur: *Nunc* (h) *quare mærore contraberis?* Cum Heliodorus sacros vellet rapere thesauros, notatur de Onia summo Sacerdote: (i) *Circumfusa erat mæstitia quadam viro, & horror corporis, per quem manifestus aspicientibus dolor cordis ejus efficiebatur &c.*

Mich. 4, 9. (h) Mæror Sion. — 2. Mac. 3, 17. (i) Mæstitia Oniæ summi Sacerdot.

Ad Hebræos scribens Apostolus habet: (k) *Omnis disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudii, sed mæroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet justitiæ.*

Hebr. 12, 11. (k) Omnis disciplina videtur esse mœroris.

Et Jacobus, suadens pœnitentiam, sic ait: *Miseri estote, & lugete, & plorate: risus vester in luctum convertatur, & (l) gaudium in mærorem,*

Jacob. 4, 9. (l) Gaudium in mœrorem vertendum.

Myst. *Virgo Maria* mœror dæmonum appellatur; à D. Anselmo.

D. Ansel. hymn. 2. de B. V.

Mohola.

Hist. *Filius* (e) *Regma* ast: cujus nominis Etymon est: *Chorus: Cithara: Infirmitas*; Syriacè: *Venia.*

2. Par. 7, 18. (e) Quis est, & quid sonat.

Moholi. Moholitæ.

Hist. I. Nepos (a) Levi, & *primogenitus Merari* est; & ab hoc *populi* (seu familie) *Moholitæ*, deputati in ministerium Templi. (V. *Vir*, ad text. 1. Esd. 8.)

II. Est & alius (b) Moholi *filius Musi*, filii Merari, & sic ajusdem Merari ex filio nepos. Sonat idem, ac (c) *Mohola.*

(a) Quis primus. Exod. 6, 19. & alibi. Num. 3, 33. & alibi. (b) Quis secundus. 1. Par. 6, 47. & alibi. (c) Vocis signif.

Mola.

Hist. Quòd (a) amplâ saxeâ mole utamur ad frangendum triticum, e. g. *ipsa moles* Mola dicta est; *sive ad triticum, sive ad alia frangenda* deputetur; quæ ut plurimum in rotundum vergit, & movetur sive manu, sive per asinum, equum, mulum; sive per aquam; sive etiam per ventum. Hinc *maximi dentium, ad frangendum res duriores, & cibum dati*, Molæ etiam dicuntur. De hac dictione habemus in sacris litteris: *A primogenito Pharaonis, qui est in solio* (hæc comminatio facta est Ægyptiis per Moysen à Domino) *ejus, usque ad primogenitum ancillæ,* (b) *quæ est ad molam, & omnia primogenita jumentorum* (morientur). Man frangebatur molâ à populo in deserto, sive terebatur in mortario. Item lex erat: (c) *Non accipies loco pignoris inferiorem, & superiorem molam; quia animam suam appositit tibi*, q. d. si utrumque molarem lapidem pauperi auferes, quomodo vivet? vitam ejus, quam tibi opposuit, ut juvares, tolleres. Fragmine molæ per mulierem desuper jacto illisum est caput Abimelech. Job de se ait: *Conterebam molas* (dentes scilicet) *iniqui, & de dentibus illius* (quod metaphoricè intelligendum est) *auferebam prædam.*

(a) Quid Mola de quo sensibus, ut in aliis vocibus agitur. — Exod. 11, 5. (b) Ancilla ad molam. — Num. 11, 8. — Deut. 24, 6. (c) Mola in pignus non accipienda; ubi expl. text. — Judic. 9, 53. & alibi. — Job. 29, 17.

In Psalmis est: *Molas leonum confringet Dominus.* Pro humiliatione Babylonis futura ei dicitur: (d) *Tolle molam, & mole farinam*; ancillarum enim infimarum hoc erat munus, & officium. Contra populum Judæorum, confringendum, ait Dominus per Jeremiam, inter cætera: *Perdam ex eis - - -* (e) *vocem molæ* (ita scilicet, ut non habeant, quod manducent), *& lumen lucernæ.*

Psalm. 57, 7. — Isai. 47, 2. (d) Babylon ad molam vocata; ubi expl. text. — Jerem. 25, 10. (e) Vox molæ et Judæis perdenda; ubi expl. text.

Christus Dominus de scandalizante pusillum dixit: *Expedit ei, ut suspendatur* (f) *mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris.* Circa adventum Filii hominis ad judicium dicit, quòd tunc erunt duo in agro; ita (g) *duæ* (ancillæ) *molentes in molâ; una assumetur* (scilicet in gloriam), *& una relinquetur* (scilicet in miseriis); q. d. O quàm diversa erit hominum sors in divino judicio! Contra Babylonem in Apocalypsi est: (h) *Vox molæ non audietur in te amplius.* Adverte notem, quòd *mola asinaria* mola etiam inferior dicitur, quæ superiorem sustinet, & ea crassior est.

Matth. 18, 6. Marc. 9, 41. (f) Molâ cum asinariâ mergendus pusillum scandalizans. — Matth. 24, 41. (g) Ancilla ex duabus ad molam, in gloriam assumenda; ubi expl. text. — Apoc. 18, 22. (h) Vox molæ non audienda, & quid sit Mola asinaria?

Myst. *Actio quævis* hujus mundi, quæ humanas mentes in gyrum vertit, mola est; ex Div. Augustino.

D. Aug. in. 90.

Anima mola inferior est; *Christus* mola superior; dum enim ambo ad unam concurrunt bonam operationem, Christus principaliter concurrit; ex D. Ambrosio.

D. Ambr. de Tob. 22.

Cor hominis instabile, ad instar molæ est; ut notat Origenes.

Orig. T. Matt. h. 3.

Corpus hominis in malis dejiciendum post judicium in infernum, molæ asinariæ comparatur; à D. Gregorio M.

D. Greg. 8. m. 10.

Error, & labor gentilium molæ asinariæ assimilatur; sicuti enim asino, molam gyranti, clauduntur oculi; ita ipsi cæci laborant, & laborando errant; ex D. Hilario.

D. Hil. c. Matth. 8.

Insidiæ occultæ dæmonis molæ iniqui sunt; ita & molæ leonum, quæ confringuntur à bonis, à Deo; ut habet D. Gregorius M.

D. Gregor. 19. m. 24.

Labor conjugatorum mola est, sed humana, non asinaria; ut ait Origenes.

Orig. 6. Matth. h. 5.

Labor gentilium. Vid. *Error gentilium.*

Prædicatio mola est, & vox molæ, quæ non auditur in civitate à Deo perdenda; ex Divo Hieronymo.

D. Hier. C. Jer. 25.

Spes, mola superior est: *Timor* mola inferior; & quidam ut bonam farinam, h. e. bonas operationes in homine faciant, ita debent conjungi, ut nunquam separentur. Qui autem aufert spem, vel timorem à peccatore, alterutram aufert molam in pignus, & causa ruinæ illius est. V. D. Gregorium M.

D. Greg. 33. m. 16.

Molada.

Hist. *Urbs* (a) est, quæ primùm in sorte *Tribûs Juda* reperitur. Mox nominatur in *Tribu Simeon.* Hinc quæstio orta est, utrum duæ, vel una civitas hoc nomine detur; & super hoc varii varia. Conveniunt tamen plures, quòd

Jos. 15, 26. — 19, 2. (a) Quid sit.

una sit, data postea à Tribu Juda Tribui Simeon; & in hac habitaverunt filii Semei; immò videtur quodammodò hæc urbs, quasi communis fuisse hujusmodi Tribubus. Post instaurationem Jerosolymæ per redeuntes à captivitate in hac urbe habitavêre, qui erant de filiis Juda. Eratque ad confinia Tribûs Juda hæc urbs, quam etiam (b) Septuaginta nominant μωλαδὰ, *Molada* in Jos. 15. at dicunt καλαδὰμ in Jos. 19. *Caladam*. Hinc vigor, & vis pariter opinioni, stanti pro duabus civitatibus, alterâ in Tribu Juda, alterâ in Tribu Simeon. Sonat: (c) *Nativitas: Generatio.*

1. Par. 4, 28.
2. Esd. 11, 26.
(b) Lect. LXX.
(c) Etym. nom.

Molaris, e.

Hist. A (a) *molendo* Molares dicuntur dentes, cibum terentes. Et à *molâ*, quæ saxum, magnum ut plurimum, esse solet ad terendum, lapis quilibet magnus, molaris sæpè dicitur. Hinc habemus: Cùm sitiret Samson, post percussos milla Philisthæos in mandibulâ asini, *aperuit Dominus* (b) *molarem dentem in maxillâ asini, & egressæ sunt ex eo aqua.* Inter generationes execrabiles ponitur (c) *generatio, quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus suis, ut comedat inopes de terrâ, & pauperes ex hominibus.* Vastitatem terræ suæ deflens, Joël ait: *Gens ascendit super terram meam, fortis, & innumerabilis: dentes ejus,* (d) *ut dentes leonis, & molares ejus, ut catuli leonis.* Scandalizanti dicitur apud Lucam, quòd (e) *utilius est illi, si lapis molaris imponatur circa collum ejus, & projiciatur in mare, quàm ut scandalizet unum de pusillis* - - Dum prænuntiatur in Apocalypsi lapsus civitatis magnæ Babylonis, *sustulit unus Angelus fortis lapidem,* (f) *quasi molarem magnum, & misit in mare, dicens: Hoc impetu mittetur Babylon civitas illa magna, & ultra jam non invenietur.*

(a) Quid significat.
Judic. 15, 19.
(b) Deus molaris de mandibula asini dans aquam Samsoni.
Prov. 30, 14.
(c) Gens mandens molaribus inopes execrabilis.
Joël. 1, 6.
(d) Hostes, quibus sunt molares ut catuli leonis, ad terribilitatem dicti.
Luc. 17, 2.
(e) Scandalizans cum lapide molari mergendus.
- 18, 21.
(f) Impetu molaris lapidis dejicienda Babylon.

Molathi. Molathita.

Hist. Seu (a) *Regio*, seu *Urbs* sit, nescimus. Notatur Berzellai *de Molathi* in sacris litteris, qui fuit pater Hadrielis *Molathita*, hoc est, de Molathi, cui data fuit à Saule Merub filia in uxorem. Urbem dicit esse Adrichomius: At audiamus Lubinum oportet sic dicentem: »Molathi, cujus incola Molathites, 1.Reg. 18. »v. 19. & 2.Reg. 21. v. 8. apud Septuaginta »μωουλαθὶ, (Moulathi) quam in Tribu Simeon »collocat Adrichomius, sed quare? non vi»deo; quam N. Samson dicit credi eandem »cum superiori Moladâ, quod adhue absqua »fundamento.» Sonat (b) idem, ac *Mobola.*

2. Reg. 21, 8.
(a) Quid est, & Lect. LXX.
1. Reg. 18, 19.
Adrich. in Theatr. Sanc. in Trib. Simeon n. 60.
Lub. Tab. Geogr. sac. h. v.
(b) Signif. nom.

Molchom.

Hist. In (a) Tribu Benjamin fuit *filius Saharaim* ex Hodes uxore. Ejus Etymologia nominis est: *Rex eorum: Consiliarius eorum.*

1. Par. 8, 9.
(a) Quis est, & quid sonat.

Molens.

Hist. A (a) *molo*, quod est *frango*, participium præsentis temporis est. Cum describitur molesta senectus, tempusque mortis adveniens metaphoricè apud Ecclesiasten, ponitur hæc phrasis: (b) *Quando - - - - otiosæ erunt molentes* (dentes scilicet) *in minuto numero, & tenebrescent videntes per foramina: & claudent ostia in plateâ, in humilitate* (hoc est, impotentiâ) *vocis molentis.* (Dentis nempe non ampliùs potentis munus suum exercere).

(a) Quid est.
Eccle. 12, 3.
(b) Molentes otiosæ, & humilitas vocis molentis, propinquæ mortis signa; ubi expl. sensum.

Moles.

Res (a) *magna, & ingentis ponderis* Moles est, & quòd ægrè moveatur, à movendo nomen habet. Aquæ Jordanis, stante arcâ in medio alvei ejus, quæ desuper venientes erant, aliis inferioribus decurrentibus, (b) *in unâ mole*, constiterunt, ut prædixerat, & promiserat Dominus. Job, divinum judicium invocans, dicebat: (c) *Nolo multa fortitudine contendat mecum, nec magnitudinis sua mole me premat.* Sapientia dicit: *Necdum montes* (d) *gravi mole constiterant*: (quod scilicet ego jam concepta eram;) & subditur: *ante colles ego parturiebar.*

Hist.
(a) Quid est.
Jos. 3, 13.
(b) Moles aquarum Jordanis.
Job. 23, 6.
(c) Moles divini judicii.
Prov. 8, 25.
(d) Montes gravi mole stantes.

Apud Isaiam, dum expenditur incomparabilis Dei potentia, & sapientia, dicitur, interrogando: *Quis appendit tribus digitis* (e) *molem terra, & libravit in pondere montes, & colles in staterâ?*

Isai. 40, 12.
(e) Moles terræ Deo appensa.

Molestia.
Molestus, a, um. Molesté.

(a) *Afflictio, vexatio, & solicitudo* Molestia est; *qui eam infert* Molestus est; & idem est Molestè, ac cum *afflictione, ægrè, solicitè.*

Hist.
(a) Quid hæ voces, quarum seriem, ut in aliis vocibus, notis signantur.

Pro *Molestia* habemus in sacris litteris, Job de iis, qui hac luce orbati sunt, loquens, ait: *Ibi - - - - quondam vincti pariter sine molestiâ, non audierunt vocem exactoris.* In Ecclesiastico est: *Serva te ab illo* (stulto scilicet, & insensato) *ut non molestiam habeas, & non coinquinaberis peccato illius. Multi, quasi inventionem æstimaverunt fœnus,* (b) *& præstiterunt molestiam his, qui se adjuverunt.* Ignis in fornace (c) Babylonicâ *nec quicquam molestia intulit* tribus pueris Sidrac, Misae, Abdenago. Darius centum viginti Satrapas in Regno constituit, (d) *& super eos tres Principes, ex quibus Daniel unus erat, ut satrapa illis redderent rationem, & Rex non sustineret molestiam.* Antiochus Eupator jussit, quòd nullô modô Judæi (e) molestiam paterentur de his, quæ per ignorantiam gesta erant.

Job. 3, 18.
Eccli. 22, 15.
- 29, 4.
(b) Molestia allata fœneratori.
Dan. 3, 50.
(c) Ignis Babyl. molestiam non inferens 3. pueris.
- 6, 2.
(d) Darius molestiam gubernii à se arcens
2. Mac. 11, 31.
(e) Molestia sublata à Judæis per Antiochum Eup.

Quoad dictionem *Molestus*, habetur, quòd *mulier*, (uxor scilicet Putipharis) *molesta erat adolescenti* Joseph, eum ad turpia requirens: Lex erat: (f) *Peregrino molestus non eris: scitis enim advenarum animas, quia & ipsi peregrini in Ægypto fuistis.* Cum uxor Samsoni (g) molesta esset, exposuit ei propositæ quæstionis solutionem. (Vid. *Samson.*) Ita & Dalilæ ei molestæ exposuit causam suæ fortitudinis. Booz imperavit pueris suis, (h) ne quis molestus esset Ruth, colligenti spicas: Petebant à Nabal pueri David aliquid subsidii & annonæ, & dicebant, quòd (i) in deserto morantes, nunquam molesti fuerunt pastoribus ejus; quòd & confirmatum est Abigail, uxori illius ab uno ex servis ejusdem.

Gen. 39, 10.
Exod. 23, 9.
(f) Peregrino non sis molestus.
Judic. 14, 17.
(g) Feminæ duæ molestæ Samsoni.
- 16, 16.
Ruth. 2, 7.
(h) Booz, molestiam ne quis Ruth inferret volens.
1. Reg. 25, 7.
- - 15.
(i) Pueri David non molesti pastoribus Nabal.

Con-

Job. 16, 3.

Consolatoribus suis, dicebat Job: *Numquid habebunt finem verba ventosa? aut aliquid tibi molestum est, si loquaris?*

Psalm. 34, 13. (k) Hostes David. ei molesti. - 30. 4.

In Psalmis est, cum David de se loquatur: (k) *Ego, cùm mihi molesti essent*, (inimici mei, testes iniqui) *induebar cilicio, humiliabam in jejunio animam meam &c. In irâ molesti erant mihi.*

Isai. 1, 14. (l) Festa Judæorum facta Deo molesta.

Apud Isaiam dicit Dominus Judæis: *Calendas* (l) *vestras, & solemnitates vestras odivit anima mea; facta sunt mihi molesta; laboravi sustinens.* Ad Achab dixit Isaias interrogatus, & quæsitus, ut signum liberationis ab obsidione peteret à Domino: *Audite ergo domus David: Numquid parum vobis est, molestos* (m) *esse hominibus, quia molesti estis & Deo meo?* Disceptans Dominus cum ingratis, apud Michæam inquit: *Popule meus quid feci tibi,* (n) *aut quid molestus fui tibi? responde mihi?*

- 7, 13. (m) Domus David Deo molesta, & hominibus. Mich. 6, 3. (n) Deus petens in quo molestus fuerit Judæis.

1. Mac. 10, 63. (o) Alexander Jonathan ab omni molestia liberans. - 12, 14. (p) Judæi Spartiatis, & sociis non molesti.

Alexander, Antiochi Nobilis filius honorans Jonathan Machabæum, (o) imperavit, ne quisquam ei molestus esset de ullâ ratione. Idem Jonathas, fœdus iterans cum Spartiatis in suâ Epistola, ad eos dicebat: (p) *Noluimus vobis molesti esse, neque cæteris sociis, & amicis nostris in his præliis*; quæ scilicet gesserant Judæi cum variis nationibus, petentes auxilium &c.

Matth. 26, 10. Marc. 14, 6. (q) Jesus arguens molestos Mariæ Magdalenæ. Luc. 11, 7. (r) Parabola de amico in petendo molesto. - 18, 5. (s) Item de viduâ molesta judici. Galat. 6, 17. (t) Paulus petens, ne quis sit sibi molestus.

Jesus, percipiens discipulorum obmurmurationes, eò, quòd Maria Magdalene pretioso eum unxisset unguento, dixit: (q) *Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me.* Parabola est à Christo Domino de amico, clauso domi suæ, qui alteri pulsanti, & petenti respondet deintus: (r) *Noli mihi molestus esse &c.* Et tamen cum alter perseveret pulsare, dat ei, quæ requirit. Ita est alia parabola de Judice iniquitatis, qui, quia (s) molesta erat ei vidua quædam in petitione justitiæ, propter importunitatem, eidem administravit justitiam. Propè conclusionem epistolæ ad Galatas Paulus habet: *De cætero* (t) *nemo mihi molestus sit; ego enim stigmata Domini Jesu in corpore meo porto.*

Job. 4, 2. (u) Sermo Eliphaz molestus ipsi Job. 2. Mach. 4, 35. (x) Judæi, & alii molestè ferentes necem Oniæ.

Quoad adverbium *Molestè.* Eliphaz Themanites ad Job ita exordiebatur: *Si cœperimus loqui tibi,* (u) *forsitan molestè accipies, sed conceptum sermonem tenere quis poterit?* Non solùm Judæi, sed & aliæ nationes *indignabantur,* (x) *& molestè ferebant de nece* Oniæ injustâ.

Molid.

Hist. 1. Par. 2, 29. (a) Quis est, & quid sonat.

Filius (a) *Abisur*, ex Abihail matre est Molid in Tribu Juda. Ejus nominis significatio est: *Generatio manûs: Nativitas manûs: Circumcisio manûs.*

Mollis. Molle.

Hist. (a) Quid hæc vox, de cujus sensibus dicta in aliis dictionibus dicimus.

Quod (a) *suave tactui* est; quod *tenerum*; quod *delicatum*, Molle dicitur; ad sensum igitur tactûs pertinet; opponitur enim duro, rudi &c. at translatè ad alios sensus spectat hæc dictio, puta auditûs. Ita ad *mores non rudes, non asperos; nimis dissolutos &c.* transfertur. Habes ergo in sacra pagina, quòd Deus potentiam suam ostendens Job in Leviathan, dicebat ei: *Numquid - - - - loquetur tibi mollia?*

Job. 40, 22.

Prov. 15, 1. - 18, 9. - 25, 15.

In Proverbiis est: *Responsio mollis frangit iram; sermo durus suscitat furorem. Qui mollis, & dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis. Lingua mollis confringet duritiam.*

Sap. 2, 3. (b) Spiritus noster, ut aër mollis diffundendus, sententia est non rectè cogitantium. - 15, 7. (c) Idola ex molli terrâ pressa.

In libro Sapientiæ dicitur, à (b) cogitantibus apud se non rectè, quod extinctâ scintillâ, quæ in nobis est sermonis, & vitæ, *cinis erit corpus nostrum, & Spiritus diffundetur, tamquam mollis aër &c.* De figulo mollem terram premente, & ex ea vasa, (c) pro libito suo fingente sermo pariter est, ut vanitas idololatriæ percipiatur.

Isai. 47, 1. (d) Babylon non ultrà vocanda mollis &c.

Apud Isaiam jubetur Babylon in terra sedere, & si dicitur: *Non est solium filia Chaldæorum, quia ultra non vocaberis mollis, & tenera.*

Matth. 11, 8. Luc. 7, 25. (e) Joannes Bapt. non mollibus vestitus. 1. Cor. 6, 10. (f) Molles Regnum Dei non possessuri.

Christus Jesus eos, qui ad videndum Joannem Baptistam exiverant sic interpellabat: *Quid existis videre? hominem* (e) *mollibus* (h. e. vestibus delicatis) *vestitum? ecce, qui mollibus vestiuntur, in domibus Regum sunt*; non quidem in deserto, ut Joannes. Ad Corinthios scribens, Paulus monet, quòd *neque* (f) *molles, neque masculorum concubitores &c. - - Regnum Dei possidebunt.*

Mollities.

Hist. (a) Quid est.

Sumitur in sacris litteris pro (a) *effeminatione, & animi inertiâ*, pro *vitâ delicatè ductâ.* In Deuteronomio contra transgredientes legem dicitur, quòd mulier tenera, & delicata ex iis, quæ *propter mollitiem, & teneritudinem nimiam*, non valebat vestigia figere in terra invidebit viro suo comedenti de carnibus filiorum. Et hic solus sensus est, quo in sacris litteris hæc vox accipitur.

Deut. 28, 56. (b) Mulier propter mollitiem nimis tenera, & legis non observans, quomodo punienda.

Moloch.

Hist. (a) Quid Moloch, & ejus figura; & ei oblata sacrificia.

De hoc (a) *Ammonitarum, & Phœnicum idolo* alibi etiam locuti sumus; & ut pluribi dictum est, hìcque, ut in proprio loco repetimus, æneâ repræsentabatur statuâ, concavâ, caput vitulinum habente, cætera autem hominis; Regiis ornata insignibus, regalique in solio considente; brachia, manusque protendente, quibus oblatos reciperet pueros; hæc enim erat, quæ Deo bujusmodi æneo fiebat oblatio, nempe pueri; hi verò, cum in vacuo statuæ sinu pyra accensa fuisset, totaque ænea illa moles igneo candesceret æstu, miserè, & horrendè inter illius brachia peribant, conflagrabantur, destruebantur, Sacerdotibus interea monstruosi numinis tuba clangentibus, tympana quatientibus, ne combustorum puerorum ululatus parentum aures ferirent. Quem quidem brutalem morem abominatus Dominus Deus Judaico populo præcepit: (b) *De semine tuo non dabis, ut consecretur idolo Moloch, nec polluas nomen Dei tui, ego Dominus*; mortique addixit per lapidationem hoc scelus patrantes; eorum succisionem de medio populi, dicens, se facturum; quin etiam super populum, qui eos non lapidaverit, ultionem suam se exterisurum. Hoc tamen idolum amore dementatus fœmineo, coluit Salomon, fanumque ei construxit; quo circa per Ahiam promissum est Regnum decem tribuum Jeroboam: & in

Levit. 18, 21. (b) Judæi sacrificantes ad Moloch; itemque non lapidantes eos ex hoc, sub morte. - 20, 2. &c. 3. Reg. 11, 5. (c) Salomon cultor Moloch. - - 7. - - 33.

4. Reg. 23, 10.
(d) Locus ad sacrificia Moloch, cujus cultus à Manasse admissus, per Josiam ablatus.

(d) Topheth consecrabantur filii, & filiæ per ignem, Moloch, & præcisè in convalle filii Ennom; abstulitque infanda hæc Josias Rex piissimus Juda, in quibus Manasse præcipuè peccaverat. Hinc propter hujusmodi (e) scelera initiationis filiorum, & filiarum idolo Moloch se iratum ad ultionem Dominus profitetur; & migrationem trans Damascum filiis Israël comminatur, qui portaverunt tabernaculum idolo Moloch, & imaginem idolorum suorum, sidus Dei sui, quæ fecerunt sibi; quæ ferè eadem, narrans per ordinem, quæ evenêre populo Judæo, ponit Stephanus coram Judæis disserens, & dicens: *Suscepistis tabernaculum Moloch, & sidus Dei vestri Remphas, figuras, quas fecistis, adorare eas.* Super quibus placet notationem Petri de Valle afferre, qui notavit, adhuc temporibus suis apud Cophtos (f) *Martem* vocari Moloch, *Saturnum* verò Rempham, Remphan, Rephan. Præterea notavit etiam Vives in suis libris de Civitate Dei statuam omnino similem descriptæ à nobis desuper repertam esse, quam colebant habitatores Insulæ Carolenæ, ibidemque pro sacrificiis puerorum carnificinam exercitam. Ejus nominis etymon est: (g) *Rex eorum: Consiliarius eorum: Regnans*; idemque est ac *Melchom*, *Milchom*.

Jerem. 32, 35.
(e) Mala comminatus Dominus ex cultu Moloch, quæ evenere.
Amos, 5, 26.
Actor. 7, 43.
Petr. à Vall. p. 2. Litt. 11.
(f) Mars dictus Moloch apud Cophtos.
Vives. l. 7. de Civ. Dei cap. 19.
(g) Nom. interpr.

Momentum; Momentaneus, Momentanea, Momentaneum.

Hist.
(a) Quid est hæc vox, de cujus temporibus, uti in aliis vocibus sunt notationes.

Momentum (a) propriè *qualecumque spatium temporis est*, seu *qualecumque pondus sive magnum, sive parvum*; at communiter accipitur pro *minimo temporis puncto*; proque *aliarum rerum minima quantitate, & particulâ*. Est & *momentum staterœ*, quod juxta aliquos sumitur pro *inclinatione staterœ*, juxta alios sumitur pro *ipsa statera lingulâ*, in cujus vel etiam inclinatione minimâ etiam minima ponderis inæqualitas cognoscitur; & quæ facillimè movetur, Et sic Momentaneum dicitur, quod *maximè exiguum*, quod *brevissimum est*.

Lev. 15, 3.
(b) Judicium de seminifluo.

Quoad vocem *Momentum*. De viro seminifluo dicitur: *Tunc* (b) *judicabitur huic vitio subjacere, cùm per singula momenta adhæserit carni ejus, atque concreverit fœdus humor*. De Ruth relatum est Booz, quòd de manè stans in agro, colligens post messores spicas, (c) *ne ad momentum quidem*, domum reversa fuit. Nurus Heli, & uxor Phinees, auditâ arcâ Dei captâ, morteque soceri, & viri sui, pariens subitò filium mortua est; (d) *in ipso autem momento mortis ejus*, cùm nuntiarent ei adstantes, quod peperetat filium, non respondit eis, neque animadvertit. *Ad momentum* factam deprecationem Judæorum ad Dominum dicebat Esdras, ut liberarentur à captivitate. In libro Sapientiæ dicitur Domino: *Tanquam momentum staterœ, sic est ante te orbis terrarum, &c.* Et de Ægyptiis à Deo percussis, ponitur: *Nec ad sepeliendum vivi sufficiebant, quoniam uno momento, (e) quæ erat præclarior natio illorum, exterminata est.* In Cantico gratiarum actionis apud Isaiam, pro exaltatis justis, ait: *Vade populus meus, intra in cubicula tua, claude ostia tua super te, (f) abscondere modicum ad momentum; donec pertranseat indignatio.* Pro consolatione Jerusalem dicitur: *Ecce Gentes, quasi stillam situlæ, & quasi momentum staterœ reputatæ sunt.* In (g) *momento indignationis* (ait Dominus) *abscondi faciem meam parumper à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui.* In Threnis habetur: *Major effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum, (h) quæ subversa est in momento, & non ceperunt in ea manus.* Cùm Daniel repertus esset intactus à Leonibus in lacum eorum, Rex *illos, qui perditionis ejus causa fuerant, intromisit in lacum, (i) & devorati sunt in momento coram eo.* De Antiocho illustri scribitur, quòd *cœpit ex gravi superbia deductus, ad agnitionem sui venire, divinâ admonitus plagâ, (k) per momenta singula doloribus suis augmenta capientibus.*

Ruth. 2, 7.
(c) Ruth, ne ad momentum è campo domum reversa.
1. Reg. 4, 20.
(d) Nurus Heli in momento pariens, & moriens.
2. Esdr. 9, 8.
Sap. 11, 23.
— 18, 12.
(e) Ægyptii præclariores uno momento exterminati.
Isai. 26, 20.
(f) Judæi ad momentum in transitu indignationis Dei abscondendi.
Isai. 40, 15.
— 54, 8.
(g) Deus in momento indignatus Judæis.
Thren. 4, 6.
(h) Sodoma in momento subversa.
Dan. 14, 41.
(i) Accusatores Danielis in momento à leonibus devorati.
2. Mach. 9, 11.
(k) Dolores Antiochi illustris per momenta singula sese augentes.

Apud Lucam scribitur, quòd tentans Jesum diabolus, illum duxit in montem excelsum, *& ostendit illi omnia (l) regna orbis terræ in momento temporis.* Et in Actibus habet Apostolorum idem Lucas, quòd interrogatus JEsus post resurrectionem suam: *Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel?* dixit interrogantibus: (m) *Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate.* Paulus Apostolus ad Corinthios scribit, quòd resurrectio omnium fiet (n) *in momento, in ictu oculi, in novissima tuba.* Et de eadem materia, diei scilicet judicii, scribens ad Thessalonicenses, ait: *De temporibus autem, (o) & momentis, fratres, non indigetis, ut scribamus vobis: ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet.*

Luc. 4, 5.
(l) Diabolus omnia regna mundi Christo monstrans in momento temporis.
Actor. 1, 6.
— — 7.
(m) Tempora & momenta in Dei potestate posita non est hominum nosse.
1. Cor. 15, 52.
(n) Resurrectio omnium in momento futura.
1. Thess. 5, 1. 2.
(o) De momentis, quibus judicium erit, non scribere, ait Paulus.

Quoad dictionem *Momentaneus*, habemus in sacris litteris, quòd Paulus ad Corinthios scribit, & est: *Id, quod in præsenti est, (p) momentaneum, & leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.*

2. Cor. 4, 17.
(p) Quod in præsenti est, momentaneum est.

Monens.

Hist.
(a) Quid est.

A (a) *Moneo* verbo, quod est: *Suadeo: Hortor: Præcipio: Prævenio: Prædico*; participium est præsentis temporis. Mittentes Saram, uxorem Tobiæ junioris ad domum viri, Parentes osculati sunt eam, (b) *monentes eam honorare soceros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & se ipsam irreprehensibilem exhibere.* In libro Sapientiæ dicitur Deo: (c) *Hos* (scilicet Judæos) *tanquam Pater monens probâsti: illos autem* (scilicet Ægyptios) *tanquam durus Rex interrogans: condemnâsti.* Apud Isaiam dicitur populo Judæorum: (d) *Aures tuæ audient verbum post tergum monentis: Hæc est via: ambulate in ea; & non declinetis neque ad dexteram, neque ad sinistram.* Paulus majores Ephesiorum alloquens, dicebat: *Vigilate memoriâ retinentes, (e) quoniam per triennium nocte, & die non cessavi, cum lacrymis monens unumquemque vestrûm.*

Tob. 10, 13.
(b) Parentes Saræ, uxoris Tobiæ, monentes eam, quomodo se gerere debebat.
Sap. 11, 11.
(c) Deus ut pater monens Judæos.
Isai. 30, 21.
(d) Judæi monentem audituri.
Actor. 20, 31.
(e) Paulus cum lacrymis monens Ephesios.

Monitum.

Hist.
(a) Quid est.

Id, *quod* (a) *nos monemur*, Monitum dicitur. De filio, (b) monita Parentum contemnente, si eum offerrent Judici, id asserentes, lex erat, ut lapidaretur. De Tobia seniore notatur, quòd (c) in captivitate *monita salutis dabat* captivis.

Deut. 21, 20.
(b) Filius spernens monita parentum lapidabatur.
Tob. 1, 15.
(c) Tobias Senior dans monita salutis.

Mone-

Moneta.

Hist. (a) Quid est, & unde nomen.

Æs, (a) *argentum, aurum, cui auctoritate publicâ signum apponitur, & valor statuitur*, Moneta dicitur; quòd scilicet per talem signi impressionem, & de Principe, cujus auctoritate cuditur, & de pretio, quod valet, nos moneat.

Gen. 23. 16. (b) Moneta soluta ab Abraham pro agro.

(b) *Quadringentos siclos argenti probatæ monetæ publicæ* solvit Abraham pro agro ab Ephrone empto in sepulturam Saræ. Pro monetis variis, de quibus sermo est in sacris litteris, vid. *suis locis*, quoad valorem, pretium, formam &c. quo verò ad nomina simpliciter, hæc habes in judice universalis hujus operis litteta M. sub nomine, & dictione *Moneta*.

(c) Tempus, & figura monetis incussa.

(c) Noto eutem, quòd tempore Abrahæ jam erat moneta publica probata. Et multi sunt in hoc sensu, quòd centum agni, quibus à Jacob pars agri Sichimorum empta est; nec non oves, quarum singulas legimus dates Jobo ab emicis ejus, erant monetæ; figuram enim ajunt ovis, & agni fuisse in primis monetis cussis; & sic à pecore, seu pecude cusâ nomen pecuniæ datum esse.

Monile.

Hist. (a) Quid est.

Ornamentum (a) *colli, seu gutturis* Monile est; aliàs etiam *Torques*; cumque hujusmodi ornamentum dari soleret ob aliquod egregium factum, Monile dictum est, quasi gestantis moneat virtutem. Nunc fœminarum præcipuè decorum est. Victis sub Gedeone, Israel Judice, Madianitis, relatæ de præda inaures, quas sibi postulevit Gedeon dari, ponderabant 1700. aureis siclis *absq; ornamentis, &* (b) *monilibus, & veste purpurea, quibus Reges Madian uti soliti erant, & præter torques aureas camelorum.*

Judic. 8. 26. (b) Monilia Madianitarum victorum à Gedeone.

In Canticis dictum est de sponsa mystica: (c) *Collum tuum, sicut monilia. Junctura femorum tuorum, sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis.*

Cant. 1. 9. — 7. 1. (c) Collum, & junctura femorum sponsæ, ut monilia.

Contre filias Sion dicitur in Isaia, quòd (d) *auferet* ab eis *Dominus* —— *& torques & monilia &c.*

Isaiæ. 3. 19. (d) Monilia auferenda à filiabus Sion.

Lætatur Sion, ad suam felicitatem restituta, mysticè Ecclesia, apud eundem Prophetam dicens: *Indumento justitiæ circumdedit me* (Dominus), *quasi Sponsum decoratum coronâ, & quasi* (e) *Sponsam ornatam monilibus suis.*

— 61. 10. (e) Sion, seu Ecclesia monilibus ornata, ut sponsa.

Et Jeremias Judæam vastandam ita alloquitur: *Tu autem vastata, quid facies? cùm vestieris te coccino,* (f) *cùm ornata fueris monili aureo, & pinxeris stibio oculos tuos, frustra componeris, contempserunt te amatores tui, animam tuam quærent.*

Jerem. 4. 30. (f) Judæa ornata monili aureo condemnenda.

Contra Judæos habetur apud Ezechielem: *Ornamentum* (g) *monilium suorum in superbiam posuerunt, & imagines abominationum suarum, & simulachrorum fecerunt ex eo:* (idolum scilicet) *propter hoc dedi eis* (ait Dominus) *illud in immunditiam.*

Ezech. 7. 20. (g) Monilia Judæorum in superbiam posita.

Contra Gentem Judæorum pariter ob idololatriam, in Osee dicit Dominus: *Visitabo super illam dies Baalim, quibus accendebat incensum, &* (h) *ornabatur in aure sua, & monili suo, & ibat post amatores suos, & mei obliviscebatur.*

Osee. 2. 13. (h) Synagoga, ornata monili, Dei oblita.

Myst. D. Hier. l. Jer. 4.

Meditatio sensûs, & intelligentiæ spiritualis, designatur per monile aureum; juxta D. Hieron.

Orig. l. Cant. h. 2.

Obedientia Christi monile dicitur Ecclesiæ, quo scilicet ipsa ornatur; ex Origene.

D. Greg. l. Cant. 17.

Prædicatores, Ecclesiam ornantes suâ doctrinâ, monilia sunt collo Ecclesiæ apposita; ex D. Gregorio Magno.

D. Hier. l. Ezech. 7.

Sacra Scriptura, edhibita malè ab hæreticis in suorum errorum defensionem, figuratur in monilibus eureis, & argenteis, in superbiam edhibitis; ut notat Div. Hieronymus.

D. Epiph. de laud. Virg. D. Joan. Damasc. Or. 2. in ass. B. V.

Virgo Maria dicitur monile Paradisi inexplicabile à Div. Epiphanio: monile pretiosum à D. Ioenne Damasceno. Et ita nuncupatur à pluribus SS. PP. & DD.

Monimentum.

Hist. (a) Quid est.

Quicquid (a) *positum est in recordationem rei præteritæ*, monens scilicet posteros de eadem re; puta arcus, pyramides, obelisci, sepulchra, memoriæ, &c. id Monimentum, & Monumentum à verbo *moneo* dicitur.

Exod. 12. 14. (b) Monimentum rerum variarum pro Judæis.

Dies (b) agni Paschalis voluit Dominus, quòd esset *in monimentum* filiis Israël, & ideò solemniter celebraretur quot annis in perpetuum. Sic azyma voluit comedi quôlibet annô, quasi monimentum ante oculos Iudæorum, eductionis eorum ab Ægypto. (— 13. 9.) Item jussit Dominus victoriam de Amalec reportatam scribi in libro *ob monimentum*. (— 17. 14.) Pecunia à populo suscepta, quando numeratus est, voluit Dominus, quòd traderetur *in usus tabernaculi testimonii*, ut esset *monimentum* filiorum Israel *coram Domino*, qui propitiaretur animabus eorum. (— 30. 16.) Duo lapides Onychini positi sunt in lateribus (c) superhumeralis Aaron, *in monimentum filiorum Israel.* (— 39. 7.)

(c) Monimentum filiorum Israel in rationali Aaron.

In oblatione hostiæ pro peccato, ex silentio veritatis, errore, ignorantia, juramento, sacrorum abusu cremabatur (d) pugillus similæ super altare *in monimentum* ejus, qui obtulerat; Ita & pro peccato ex certa scientia pugillus similæ, & totum thus, quod super similam positum erat, adolebatur per Sacerdotem in altari, *in monimentum odoris suavissimi Domino.*

Levit. 5. 12. (d) Monimentum offerentis hostiam pro peccato, &c. — 6. 15.

Super panes propositionis jussum est poni thus lucidissimum, ut esset *panis* (e) *in monimentum oblationis Domini.*

— 24. 7. (e) Panis in monimentum oblationis Domini.

Thuribula Core, Dathan, & Abiron in laminas extensa, jubente Domino, affixa sunt altari, ut cernerent ea *pro signo,* (f) *& monimento filii Israel.*

Num. 16. 38. (f) Thuribula Core, & aliorum affixa in monimentum filiorum Israel.

Quicquid aureum retulerunt de præda Madianitarum Judæi, Moyses, & Eleazar Sacerdos oblatum ab illis Domino, *susceptum intulerunt in Tabernaculum Testimonii* (g) *in monimentum filiorum Israel coram Domino.*

— 31. 54. (g) Præda de Madian posita in monimentum Israel coram Domino.

In (h) *monimentum filiorum Israël usque in æternum*, transitûs scilicet Jordanis sicco pede, equis locum præbentibus populo Judæorum, in medio ejus alveo duodecim lapides positi sunt.

Jos. 4. 7. (h) Lapides in medio Jordanis positi in monimentum transitûs Israel.

Monimentum (i) *nominis* sui erexit sibi Absalom in valle Regis, dictumque est: *Manus Absalom.*

2. Reg. 18. 18. (i) Monimentum Absalom.

Apud Malachiam dicitur, quòd verba, convertentium se ad ipsum, audivit Dominus (k) *& scriptus est liber monimenti coram eo timentibus Dominum, & cogitantibus nomen ejus.*

Malach. 3. 16. (k) Liber monimenti coram Deo scriptus.

Advertendum interea censeo, quòd id, quod legitur in aliquo exemplari *monimentum*, in alio sæpè reperitur scriptum *monumentum*; quocirca utraque videnda est dictio.

Monitum, Vid. post Monens.

Monumentum.

Hist. (a) Quid hæc vox, de cujus usibus fient in aliis vocibus, dicemus.

Eâdem definitione, quâ (a) *Monimentum*, Monumentum definimus; pro *sepulchro* tamen præci-

præcipuè venit hæc dictio. Filii Heth rogaverunt Abrabam, ut apud eos Saram sepeliret, addentes: (b) *Nullus te prohibere poterit, quin in monumento ejus sepelias mortuum tuum*; ab Ephron autem emit agrum Abraham, & hic datus est ei *in possessionem monumenti à filiis Heth*. & Jacob sepeliens Rachelem erexit titulum super sepulchrum ejus; (c) & appositus est *titulus monumenti Rachel*, quod est *usque in præsentem diem*. Christo Domino in ragione Gerasenorum obvii fuerunt duo habentes dæmonia, (d) *de monumentis exeuntes, sævi nimis, ita ut nemo posset transire per viam illam*; & hos liberavit à dæmonibus, quos misit in porcos. De uno, (e) ex his dæmoniacis, mentionem faciunt aliqui alii Evangelistæ tantùm; id autem est, quòd unus præcipuè torquebatur, & multitudinem habebat in se dæmonum majorem quàm alter. Væ dicebat JEsus Scribis, & Pharisæis, ædificantibus sepulcra Prophetarum, & ornantibus *monumenta justorum*; non autem virtuose operantibus; eisdemque ajebat: *Væ vobis*, (f) *quia estis, ut monumenta, quæ non apparent, & homines, ambulantes supra, nesciunt*. Discipuli Joannis Baptistæ posuerunt corpus ejus demortui in monumento. Loquens de judicio futuro mundi, Christus Dominus dicebat: (g) *Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei*.

Gen. 23, 6.
(b) Monumentum Saræ apud filios Heth.
- - 20.
- 35. 20.
(c) Monumentum Rachelis.
Matth. 8, 28.
(d) Energumeni de monumentis exeuntes.
Marc. 5. 2. &c.
Luc. 8. 27.
(e) Expl. text. quòd unus tantùm ex iis memoretur ab aliis Evangelistis.
Matth. 23, 29.
Luc. 11, 47.
- - 44.
(f) Scribæ, & Pharisæi ut monumenta non apparentia.
Marc. 6, 29.
Joan. 5. 28.
(g) Hora ventura, quâ positi in monumentis audient vocem Filii Dei.

Idem JEsus, cùm ivisset vocatus ad Lazarum infirmum, *invenit* (h) *eum quatuor dies jam in monumento habentem*; ad quod ivit, & eum suscitavit; & ad ipsum monumentum, ut ploraret, cogitaverunt Judæi Magdalenam ituram, quæ tamen obvia facta est Christo: hinc ergo factum est, quòd turba postea de JEsu testabatur, quod Lazarum è monumento vocavarat, & suscitaverat.

- 11, 17.
- - 38.
- - 31.
(h) Jesus de monumento vocans Lazarum, & suscitans.
- 12, 17.

Insuper legimus, quòd moriente JEsu, (i) *monumenta aperta sunt: & multa corpora Sanctorum, qui dormierunt, surrexerunt; &* (k) *exeuntes de monumentis post resurrectionem ejus, venerunt in sanctam civitatem, & apparuerunt multis*. Corpus (l) autem ejus positum est à Josepho ab Arimathæâ in monumento suo novo in petra exciso, & advolvit idem Joseph lapidem ad ostium monumenti; & *subsecutæ mulieres, quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus ejus*. Erat autem monumentum juxta locum, in quo crucifixus fuerat JEsus. Cùm autem surrexisset Dominus primò die à Sabbato, (m) & piæ mulieres cum aromatibus, & unguentis perrexissent, ut ungerent, juxta morem Judæorum, corpus Jesu, essentque anxiæ de revolvendo lapide ab ostio monumenti, lapidem ipsum revolutum invenerunt, Angelosque eis nuntiantes, Christum à mortuis resurrexisse; quâ de re moniti à Maria Magdelena, quæ cum aliis de monumento, in quod intraverat, citò exivit, & cucurrit etiam cum aliis Jerosolymam nuntiantibus, quæ viderant, & audierant, venerunt ad (n) monumentum Petrus, & Joannes, qui inibi sola linteamina viderunt; & mirantes redierunt. Et cùm rediisset ad monumentum Maria Magdalena, & inclinata in illud prospiceret, & cum Angelis inibi in formâ humanâ apparentibus colloqueretur, foris stans, conversa ipsum JEsum vidit, in specie

Matth. 27, 52.
(i) In morte Jesu monumenta aperta sunt.
- - 53.
(k) Corpora Sanctorum de monumentis exeuntia.
Marc. 15, 46.
Luc. 23. 53.
Joan. 19. 41.
Luc. 23. 55.
(l) Corpus JEsu in monumento positum.
Joan. 19. 42.
Matth. 28. 1. &c.
Marc. 16, 1. &c.
Luc. 24, 1, &c.
Joan. 20, 1. &c.
Actor. 13, 29. &c.
(m) Mulieres ad Christi monumentum, &c.
(n) Petrus, & Joan. ad Christi monumentum.

hortulani ei apparentem, qui eam ad discipulos remisit, ut omnibus nuntiaret.

De duobus testibus prædicantibus verbum Dei, & prophetantibus, occisis à bestia, ut legitur in Apocalypsi, scribitur, quòd (o) corpora eorum jacebunt insepulta, dum non permittentur *poni in monumentis*.

Apoc. 11, 9.
(o) Corpora testium in monumentis non posita.

Mons.

Terræ (a) *tumor altissimus* Mons est, ab *eminendo* dictus, quasi *Eminens*; & hoc modo ex eminentia quicquid in cumulum altissimum aggeritur montem facere dicitur; unde montes aquarum etiam dicimus, & sic de aliis. Cùm ergo de hac dictione plura in sacris litteris habeamus, vel de ipsa disserendum est, quatenus quid universaliter repræsentatur per ipsam; vel simpliciter tale, e. gr. tales montes, talis nominis, talis regionis. Nos autem hic de monte, juxta universalem montis acceptionem, loquemur; & quoad tales montes, in fine montium apponemus catalogum quoad eorum nomina, vel etiam regionum, in quibus sunt, ad quem remittemus lectorem. Tum si quid singulare dicendum erit, dicemus, & ita post pauca longam elucidationem dictionis hujus perficiemus.

Hist.
(a) Quid est hæc vox, cujus textus adnotationes habes, ubi locus, ad marginem.

In sacra Genesi notatur, quod montes excelsi terræ superati sunt aquis diluvii: quæ super montes altiores fuêre quindecim cubitis; Cacumina autem montium, decrescentibus aquis, decimo mense, die primâ apparere cœperunt. Ad montem fugerunt victi Reges Sodomorum, & Gomorrhæ ab Elamitis, & aliis. Ut in monte se salvum faceret ab incendio, dictum est Lot ab Angelis; at ipse non potens, salvus factus est in Segor, unde ascendens postea mansit in monte. Super unum (b) montium monstrandum jussus est Abraham sacrificare filium suum Isaac.

Gen. 7, 19.
- - 20.
- 8. 5.
- 14. 10.
- 19. 17.
- - 19.
- - 30.
- 22. 2.
(b) Isaac in monte sacrificandus.

In Cantico Moysi pro gratiarum actione dicebatur Domino: *Introduces eos* (Judæos in terram promissionis) *& plantabis* (c) *in monte hæreditatis tuæ firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es, Domine*. Orabat item Moyses Dominum, ne vindictam sumeret de populo peccatore, ne dicerent Ægyptii: *Callidè eduxit eos, ut interficeret in montibus, & deleret è terra*. Jussi sunt exploratores missi ad terram promissionis à Moyse (e) ut ad montes progressi eam considerarent; inhabitabantur montes hi ab inimicis Gentibus, & sic ad eos postea populus ascendere se paratum ostendit, Dei iram timens, & cum hostibus congredi; ascendens autem populus percussus est ab Amalecitâ, & Chananæo inhabitante. De (f) montibus orientis adductus est Balaam ad maledicendum contra Israël. In assignatione terminorum terræ sanctæ dicitur, quod incipiant termini ad Septemtrionalem plagam à mari magno, (g) *& pervenient usque ad montem altissimum*; & hic Libanus Syriæ est. Terram appromisit Dominus populo suo, *in cujus campis, & montibus erumpunt fluviorum abyssi* —— *cujus lapides ferrum sunt, & de montibus ejus æris metalla foduntur*. Eisdem dixit Judæis: *Subvertite omnia loca, in quibus coluerunt Gentes, quas possessuri estis, deos suos*, (h) *super montes excelsos, & colles, & subter omne lignum frondosum*. Super quo textu notandum est

Exod. 15, 17.
(c) Judæi in monte hæreditatis Dei plantandi.
- 32. 12.
(d) Deus educens Judæos de Ægypto, non ut in montibus interficeret.
Num. 13, 18.
(e) Exploratores terræ promissæ ad montes progredientes.
- 14. 40.
- - 44 & 45.
- 23. 7.
(f) Balaam de montibus orientis adductus.
- 34. 7.
(g) Termini terræ sanctæ usque ad montem altissimum.
Deut. 8, 7.
- - 9.
- 12, 2.
(h) Cultus Deorum in montibus; ita & Templa.

Deut. 32, 22.
(i) Ignis Domini usturus fundamenta montium.
- 33, 13.
(k) De vertice antiquorum montium felicitas futura Tribui Joseph; ubi e. t.
- - 19.
(l) Filii Zabulon &c. vocaturi populos ad montem; ubi expl. t.

Templa, in montibus solita fuisse ædificari, quod sæpios memoratur in sacris litteris. Moyses in Cantico, quo referuntur beneficia à Deo collata populo Israël, refert dictum à Domino: *Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usq. ad inferni novissima; devorabitq. terram cum germine suo, &* (i) *montium fundamenta comburet, &c.* Sunt autem hæc verba Dei, contra Israël irati, ob iniquitates ejus. Cùm benediceret Moyses Tribui Joseph, benedictionem ei inauguratus est *de* (k) *vertice antiquorum montium, de pomis collium æternorum*; h. e. fertilitatem à montibus quidem, ab initio mundi creatis, & ita antiquis. Et Tribui Zabulon dixit: (l) *Populos* (reliquarum scilicet Tribuum) *vocabunt* (filii Zabulon, & Issachar, quibus eadem benedictio communis fuit, facilè scientiâ, & cognitione suâ motuum cælorum doctrinam habentes, & designantes tempus festorum) *ad montem* (ubi erat Templum.)

Jos. 2, 23.
(m) Exploratores Jericho reduces, de monte descendentes.
- 3, 16.
(n) Aquæ Jordanis, ut mons intumescentes in transitu Israel.
- - 11, 16.
- - - 21.
- 13, 6.
(o) Gentes in monte Libano dejendæ.
- 17, 17.
- - 18.
(p) Tribus Ephraim, & Manasse ad montem transiturae.
- 18, 13.
- - 14.

Exploratores, missi in urbem Jericho, (m) descendentes de monte, transmisso Jordane, venerunt ad Josue. Stante arcâ in medio Jordanis, dum transiret Israël, steterunt aquæ descendentes in loco uno, & *ad instar* (n) *montes intumescentes* apparebant procul ab urbe Adom, inferioribus in mare descendentibus, & deficientibus. De Josue notatur, quòd cœpit omnem terram Gosen, montemque Israël, & hic mons Samariæ est; & sic dicitur delevisse Enacim de omni monte Juda, & Israel, & eorum urbes. Ei quin etiam dixit Dominus, se deleturum Gentes inhabitantes (o) *in monte à Libano usque ad aquas Maserephoth.* Tribubus Ephraim, & Manasse dictum est à Josue: *Populus multus es, & magna fortitudinis, non habebis sortem unam,* (p) *sed transibis ad montem, &c.* Libanum scilicet. Pro assignandâ terrâ Tribui Benjamin, jussi sunt divisores descendere ad montem, qui est ad meridiem Beth-Horon inferioris; cæteroquin innominatus est hic mons; sicuti & alius ad Septemtrionem.

Judic. 1, 34.
(q) Filii Dan in monte constricti.
- 5, 5.
(r) Montes fluentes à facie Dei; ubi expl. text.
- 6, 2.
(s) Madianitæ antra sibi facientes in montibus.
- 9, 36.
(t) Umbras montium reputari homines à Zebul.
- 11, 37.
- - 38.
(u) Filia Jephte flens virginitatem suam in montibus.
- 16, 3.

In Libro Judicum legitur, quòd *arctavit* (q) *Amorrhæus filios Dan in monte, nec dedit eis locum, ut ad planiora descenderent.* In Cantico gratiarum actionis Debboræ, & Barac, post obtentam de Gentibus victoriam, (r) *Montes fluxerunt à facie Domini, & Sinai à facie Domini Dei Israël*; ubi habitantes in montibus significantur. Filii Israël Madianitarum subjecti facti sunt incursionibus, quandoquidem ii fecerant sibi antra, (s) & speluncas in montibus munitissimas, & inde exibant veloces ad prædam super Israël. Zebul monitus de multitudine, quæ cum Abimelech descendebat de monte, irridens respondebat: (t) *Umbras montium vides, quasi capita hominum, &c.* Filia (u) Jephte, destinata jam ad sacrificium, petiit, ut duobus mensibus posset montes circuire, ubi cum sociis, & sodalibus *flebat virginitatem suam.* Asportavit Samson portas Gazæ urbis in montem, qui respicit Hebron.

1. Reg. 26, 13.
(x) David de monte insultans Abnero.

In Libris Regum est, quòd David, (x) stans in vertice montis de longè insultabat Abnero, & populo malè custodientibus Regem suum Saulem, cui ipse dormienti abstulerat hastam, & scyphum: Erat autem hic mons ex

1. Reg. 26, 20.
2. Reg. 1, 19.
(y) Inclyti super montes interfecti.
- 15, 34.
(z) Populus ex latere montis adveniens.
(aa) Chusai obvius Davidi in summitate montis.
- 15, 30.
(ab) David adoraturus Deum in monte.
- 16, 1.
- - 13.
(ac) Semei per jugum montis insultans Davidi.
- 21, 9.
(ad) Viri 7. de stirpe Saul crucifixi in monte.
- 22, 8.
(ae) Fundamenta montium concussa in ira Domini, ubi expl. t.

adverso Gabaa Hachila, & is facilè, sub cujus spelonca oram vestimenti Saulis exciderat antea David; & Saulem alloquens idem David, conquestus est cum eo, quod egressus esset, ut quæreret pulicem unum; sic enim se assimilabat, *sicut persequitur perdix in montibus.* Deflens idem David super Saul, & Jonathan mortuos ajebat: *Inclyte,* (y) *Israel, super montes tuos interfecti sunt; quomodo ceciderunt fortes?* Cùmque iter devium (z) ex latere montis notaret populum advenire speculator, filios Regis nuntiavit Davidi salvos esse præter Amon, quem occiderat Absalom. Chusai Arachites, obvius (aa) factus est Regi David in summitate montis (creditur mons olivarum,) ad quem ascenderat; (ab) diciturque mons, in quo adoraturus erat Dominum ipse David: Fugiebat autem ipse eô tempore à facie Absalom persequentis; & cùm transisset idem David paululòm montis verticem, obvium habuit Sibam; Semei (ac) verò *per jugum montis ex latere* contra Davidem *gradiebatur maledicens, & mittens lapides adversùs eum, terramq. spargens.* Septem viri de stirpe Saul (ad) crucifixi sunt à Gabaonitis in monte, & hic erat *juxta Gabaa.* In Cantico gratiarum David Deo pro sua liberatione ab hostibus est: *Fundamenta montium commota sunt, & conquassata, quoniam iratus est eis* (Deus). Sumuntur hic montes pro habitantibus in eis.

3. Reg. 5, 15.
2. Par. 2, 16.
3. Reg. 11, 7.
- 19. 11.
(af) Spiritus Domini subvertens montes.
- 20, 23.
(ag) Deus montium dictus Deus Israel à Syris.
- - 28.
- - 29.
- 22, 17.
2. Par. 18, 16.
(ah) Israel visus dispersus in montibus.
4. Reg. 2, 16.
(ai) Elias putatus à Deo projectus in unum montium.
- 6, 17.
(ak) Mons visus equis plenus, & curribus igneis.
- 23, 16.
(al) Ossa de sepulchris montis Bethel ablata.
2. Par. 12. 8.
- 26, 10.
- 27, 4.
(am) Joatham urbes in montibus Juda ædificans.

Octo millia (octoginta millia est in libro Paralipomenon secundo) latomorum, præter portantes onera, qui erant 70. millia, fuerunt Salomoni in monte, *Libano* scilicet. In monte, qui est contra Jerusalem, ædificavit Salomon fanum Chamos, & Moloch: Erat hic *mons offensionis.* In monte Horeb stare jussus est Elias à Domino (af) cujus spiritus grandis est, *subvertens montes &c.* Victi Syri à Judæis, quibuscum congressi fuerant in montibus, dixerunt Regi suo: (ag) *Dii montium sunt Dii eorum, ideò superaverunt nos; sed melius est, ut pugnemus contra eos in campestribus, & obtinebimus eos*; at quia dixerunt Syri: *Deus montium est Dominus, & non est Deus vallium,* dedit Deus Syros victos Judæis, quandoquidem in prælio *percusserunt filii Israel de Syris* 100. *millia peditum in die unâ.* Michæas ad Josaphat, & Acbab Reges prophetans, ne procederet ad pugnam, ait: (ah) *Vidi cunctum Israel dispersum in montibus, quasi oves, non habentes pastorem &c.* Dubitârunt filii Prophetarum, Eliam non ampliùs videntes, ne Spiritus Domini eum rapuisset, & projecisset *in* (ai) *unum montium, aut in unam vallium*; adeoque tribus diebus quæsiverunt, & non invenerunt. Vidit minister Elisæi, qui de ipso Elisæo, & de urbe Samariæ timebat, (ak) montem plenum (*montem* sc. *Samariæ*) equorum, & curruum igneorum in circuitu Elisæi. Inter abominationes, quas abstulit Josias Rex Juda, fuère ossa sepultorum in sepulchris Bethel montis. De Gadditis, qui transfugêre ad Davidem in deserto scribitur, quòd erant *veloces, quasi capreæ in montibus.* De Ozia, Rege Juda, dicitur, quòd *vineas habuit, & vinitores in montibus, & in Carmelo, &c.* Et de Joatham, pariter Rege Juda, scribitur, quòd *urbes* (am) *ædificavit in montibus Juda, & in saltibus castella, & turres.*

In no-

In novâ ædificatione urbis Jerusalem , in
2. Esdr. 3. 10. (an) Baruch in monte Sion ædificans. (an) monte (Sion , seu Moriâ) ædificâsse nota-
tur Baruch. Egressus inde legitur populus in
(ao) montem (olivarum), allaturus frondes oli-
- 8. 15. (ao) Populus egressus in montem ad capiendos ramos pro festo tabernaculorum. vi, myrti &c. pro celebratione festi Taberna-
culorum, quod celebratum est sub Nehemia.
De Anna, matre Tobiæ junioris, habetur, quòd
filium suum expectans, (ap) *sedebat secus vi-*
- 11. 5. (ap) Anna mater Tobiæ jun. de supercilio montis respiciens. *am, quotidie in supercilio montis , unde respicere*
poterat de longinquo.

Dedentes se Holoferni, populi, ipsi omnia,
Judith. 3. 3. quæ habebant, offerebaot. campos, colles, mon-
- - 7. tes, greges &c. & de eo scribitur, quòd *descen-*
dit de montibus cum equitibus in virtute ma-
- 4. 5. *gnâ &c.* Tum Filii Israël eum metuentes *præ-*
- - 6. (aq) Vertices montium præoccupati à Judæis contra Holofernem &c. *occupaverunt* (aq) *omnes vertices montium* ; &
obtinuerunt ascensus eorum , per quos via es-
se poterat ad Jerusalem , & illic custodierunt,
ubi angustum iter esse poterat inter montes; &
sic nuntiatum est Holoferni, quòd Judæi mon-
tium itinera conclusissent, qui ducem Ammo-
nitarum Achior , enarrantem mirabilia de Ju-
dæis, adduci fecit ad Bethulienses, & qui eum
- 6. 9. duxerunt, *divertentes* (ar) *à latere montis* , liga-
(ar) Assyrii, ad Bethuliam plura in montibus agentes. verunt eum ad arborem manibus, & pedibus, &
sic reliquerunt revertentes ad Holofernem.
- 7. 3. *Per crepidinem* autem *montis* ascenderunt Ho-
lofernis milites contra Bethuliam; cumque Am-
monitæ, & Moabitæ adverterent , Judæos mon-
- - 8. tibus ipsis muniri , consilium dederunt , ut iis
- - 9. probiberentur aquæ ; ex quo civitatem , etsi
- 10. 11. (as) Judith montem descendens. in montibus positam , caperent facilè. De-
scendentem (as) hinc montem Juditham tenue-
runt Assyrii, & eam ad Holofernem adduxe-
runt; quo postea interfecto in cantico Judith,
- 16. 5. cantatum est Domino: *Venit Assur ex montibus*
ab Aquilone in multitudine fortitudinis suæ
- - 7. —— *Dominus autem omnipotens nocuit eum*
&c. & in obsequium, & potentiæ Domini re-
cognitionem, ipsi Deo Domino dictum est:
- - 18. (at) *Montes à fundamentis movebuntur* , *cum*
(at) Potentia Dei ex montium commotione cu- *aquis petra sicut cera liquescent ante faciem*
ram eo. *tuam.*

Job. 9. 5. In Job de Deo dicitur, quòd ipse *transtu-*
lit montes , *& nescierunt hi* , *quos subvertit in*
furore suo ; & de divina Providentia est:
- 14. 18. *Mons cadens defluit* , *& saxum transfertur de*
loco suo. Et de alienorum bonorum usurpa-
- 24. 8. toribus habetur , quòd *nudos dimittunt homi-*
nes , —— *quos imbres montium rigant &c.*
- 28. 9. Et de Dei potentia ponitur , quòd *subvertit à*
- 39. 8. *radicibus montes.* Et de onagro scribitur : *Cir-*
cumspicit montes pascua sua , *& virentia qua-*
- 40. 15. *que perquirit.* Et de Behemoth narratur : *Huic*
montes herbas ferunt ; *omnes bestiæ agri lu-*
dent ibi.

In Psalmis est : *In Domino confido* : *quo-*
Psalm. c. 10. 2. *modo dicitis animæ meæ* ; *transmigra in montem*
- 17. 8. *sicut passer?* *Fundamenta montium conturbata*
sunt , *& commota sunt* , *quoniam iratus est eis*
- 3. 5. (Dominus.) *Exaudivit me* (Dominus) *de monte*
- 14. 1. *sancto suo. Domine quis* —— *requiescet in monte*
- - 2. *sancto suo? Qui ingreditur sine macula*, *& opera-*
- 23. 3. *tur justitiam &c.* *Quis ascendet in montem Do-*
mini, aut quis stabit in loco sancto ejus? Innocens
- 35. 7. *manibus* , *& mundo corde &c.* *Justitia tua* (Do-
- 41. 7. mine) *sicut montes Dei. Ad me ipsum anima mea*
conturbata est ; *propterea memor ero tui de terra*
- 42. 3. *Jordanis*, *& Hermoniim à monte modico. Emitte*
lucem tuam , *& veritatem tuam* (Domine)
(au) *ipsa me deduxerunt* , *& adduxerunt in mon-* (au) Lux, & veritas Dei in montem sanctum adducentes &c.
tem sanctum tuum , *& in Tabernacula tua. Deus*
noster refugium , *& virtus* —— *propterea non ti-*
mebimus , *dum turbabitur terra* , *& transferentur* Psal. 45. 2. 3.
montes in cor maris. Sonuerunt , *& turbatæ sunt* - - 4.
aquæ eorum ; *conturbati sunt montes in fortitu-*
dine ejus. Magnus Dominus , *& laudabilis nimis* - 47. 2.
in civitate Dei nostri , *in monte sancto ejus. Fun-* - - 3.
datur exultatione universæ terræ mons Sion, latera
Aquilonis , *civitas Regis magni. Lætetur mons* - - 12.
Sion , *& exultent filiæ Judæ propter judicia tua* ,
Domine. Meæ sunt (ait Dominus) *omnes feræ syl-* - 49. 10.
varum, *jumenta in montibus* , *& boves. Exaudi*
nos Deus salutaris noster , —— *præparans montes* - 64. 6.
in virtute tua , *accinctus potentiâ &c. Mons Dei*, - 67. 16. 7.
mons pinguis , *mons coagulatus mons pinguis*;
Ut quid suspicamini montes coagulatos? mons, in - 17.
quo beneplacitum est Deo habitare in eo ; *etenim*
Dominus habitabit in finem. Suscipiant mon- - 71. 3.
tes pacem populo , *& colles justitiam. Erit fir-* - 16.
mamentum in terra in summis montium &c. No- - 74. 6.
lite loqui adversùs Deum iniquitatem , *quia*
neque ab oriente , *neque ab occidente* , (ax) *ne-* - 7.
que à desertis montibus (effugium est à Deo); (ax) Effugium à Domino non est neque à montibus desertis.
quoniam Deus judex est. Illuminans Tu (es
Domine) (ay) *à montibus æternis* (h. e. à - 75. 5.
principio creatis.) *Induxit eos* , (Judæos scilicet) (ay) Expl. textus.
in montem sanctificationis suæ , *montem quem ac-* - 77. 54.
quisivit dextera ejus. Operuit (az) *montes* - 79. 11.
umbra ejus (vinea scilicet , quam de Ægypto (az) Umbra vineæ operiens montes, ubi e. &
Domine transtulisti ; in quo vide figuratum,
& metaphoricum loquendi modum) *& arbu-*
sta ejus cedros Dei ; q. d. ita prospera erat, &
fœcunda, & vegetans vinea hæc, h. e. populus
Judaicus , de Ægypto translatus , ut arbusta
ejusdem vineæ , scilicet potentia ejus , & vis
superaret cedros Dei, videlicet excelsos, nem-
pe Potentatus omnes. *Sicut ignis* , *qui combu-* - 82. 14.
rit sylvam , *& sicut flamma comburens montes*, - 16.
ita persequeris (Domine) *illos* (inimicos videli-
cet,) *in tempestate tua*, *& in ira tua turbabis eos.*
Fundamenta ejus (Templi , & civitatis Dei Jero- - 86. 1.
solymæ) *in montibus sanctis. Priusquam mon-* - 89. 2.
tes fierent , *aut formaretur terra* , *& orbis* , *à*
sæculo , *& usque in sæculum tu es Deus* (Domi-
ne). *Altitudines montium ipsius* (nempe Do- - 94. 4.
mini) *sunt. Montes sicut cera fluxerunt à fa-* - 96. 5.
cie Domini. Flumina plaudent manu, *simul mon-* - 97. 8.
tes exultabunt à conspectu Domini , *quoniam* - 9.
venit judicare terram. Exaltate Dominum De- - 98. 9.
um nostrum , *& adorate in monte sancto ejus*,
quoniam sanctus Dominus Deus noster. Super - 103. 6.
montes stabunt aquæ. Ascendunt montes , *&* - 8.
descendunt campi , *in locum quem fundâsti eis*
(Domine). *Inter medium montium pertransibunt* - 10.
aquæ. Rigans (est Deus) *de superioribus suis*: - 13.
de fructu operum suorum satiabitur terra.
Montes excelsi cervis , *petra refugium* (est) *He-* - 18.
rinaciis. (Deus est), *qui respicit terram* , *&* - 32.
facit eam tremere ; *qui tangit montes* , *& fu-*
migant. Montes (ba) *exultaverunt* , *ut arie-* - 113. 4.
tes , *& colles sicut agni ovium.* (in exitu scili- (ba) Exultatio montium, ubi expl. text.
cet Israel de Ægypto , quasi lætitiam osten-
dentes, quod per æthopœiam dictum est.) *Mon-*
tes exultâstis sicut arietes , *& colles sicut agni o-* - 6.
vium. Levavi oculos meos in montes (ubi est san- - 120. 1.
cta civitas), *unde veniet auxilium mihi* (ait Da-
vid). *Qui confidunt in Domino*, *sicut mons Sion*, *non* - 124. 1.
commovebitur in æternum, *qui habitat in Jerusalem*: - 2.
(bb) *Montes in circuitu ejus* , *& Dominus in* (bb) Montes in circuitu Jerusalem.
circu-

circuitu populi sui, ex hoc nunc, & usque in sæ-
Psal. 143, 5. culum. Domine inclina cælos tuos, & descen-
- 146, 8. de; tange montes, & fumigabunt. Psallite
Deo - - - -, qui producit in montibus fœnum,
- 148, 9. & herbam servituti hominum. Laudate Domi-
num - - montes, & omnes colles.

In libro Proverbiorum ait Sapientia de se:
Prov. 8, 25. Necdum montes gravi mole constiterant: ante
- 27, 25. colles ego parturiebar. Item habetur: Aperta
sunt prata, & apparuerunt herbæ virentes, &
(b c) Fœna de montibus collecta. (b c) collecta sunt fœna de montibus; quo in-
telligetur à Deo parata esse omnia facilia ad ho-
minum servitium, pro ermentis &c.

In Canticis Sponsa habet: Vox dilecti mei.
Cant. 2, 8. Ecce, iste venit saliens in montibus, transiliens
- 4, 6. colles. Item eit: Vadam ad montem myrrhæ;
- - 8. & invitatur à Sponso, ut veniat de cubilibus
leonum, de montibus pardorum. Et eadem
- 8, 14. Sponsa ad Sponsum habet: Fuge dilecte mi, &
(b d) Ad montes aromatum mittitur Spons. myst. assimilare capreæ, hinnuloque cervorum super
montes aromatum.

In libro Sapientiæ est oratio sapientis,
Sap. 9, 8. in quâ habet: (Tu Dominus) dixisti (b e) me
(b e) Templum Dei in monte. ædificare Templum in monte sancto tuo &c. No-
tantur in eodem libro ea omnia, quæ summo
timore afficiebant Ægyptios, inter quæ erat
- 17, 18. resonans de altissimis montibus echo.

Eccli. 16, 19. In Ecclesiastico habetur: (b f) Montes
(b f) Montes tremuntur, Deo inspiciente. simul, & colles, & fundamenta terræ, cum con-
spexerit illa Deus, tremore concutientur. Tri-
- 43, 4. pliciter sol, exurens montes, radios igneos exuf-
flans, & refulgens radiis suis, obcæcat oculos.
- - 17. In conspectu ejus (Domini) commovebuntur mon-
- - 19. tes, & in voluntate ejus aspirabit Notus. Frigi-
(b g) Aquilo devorans montes; ubi expl. text. dus ventus aquilo - - - - (b g) devorabit mon-
tes, & exuret desertum, & extinguet viride,
sicut igne; ubi per montes intellige virentia
in iis.

Isai. 2, 2. In Isaiâ prædicitur: (b h) Erit in novissi-
(b h) Mons Domini in vertice montium &c. mis diebus præparatus mons domûs Domini in
vertice montium, & elevabitur super colles, &
- - 3. fluent ad eum omnes gentes; & ibunt populi mul-
ti, & dicent: Venite, & ascendamus ad mon-
- - 14. tem Domini &c. Dies Domini exercituum - -
- - super omnes montes excelsos, & super omnes
- 5, 25. colles elevatos. Iratus est furor Domini in po-
(b i) Turbatio montium ad iram Domini. pulum suum, & extendit manum suam super eum,
& percussit eum, & conturbati sunt montes &c.
- 7, 25. Omnes montes (non amplius vitiferi, & fœ-
(b k) Montes calcandi à pecoribus in signum vastationis; ubi expl. text. cundi), qui in sarculo sarrientur, non veniet
illuc terror spinarum, & veprium (h. e. non se-
pientur ampliùs spinis, & vepribus, sed) & erit
in pascua bovis, & in conculcationem pecoris;
quibus verbis futura Judææ afflictio, & vastatio
- 11, 9. notatur. Non nocebunt (b l) (hæc in signum
(b l) Aspis, & regulus non futuri in monte sancto in signum securitatis; ubi expl. text. felicitatis futuræ dicuntur à Domino; & qui-
dem mysticè), & non occident (aspis, & regu-
lus) in universo monte sancto meo. Contra Ba-
bylonem autem est: Vox multitudinis in monti-
- 13, 4. bus, quasi populorum frequentium. Sic eve-
- - 25. niet: ut conteram Assyrium in terrâ meâ, & in
montibus meis conculcem eum. Contra perse-
- 17, 13. cutores populi Domini est: (b m) Rapietur sicut
(b m) Persecutores populi Dei rapiendus, ut pulvis montis à vento. pulvis montium à facie venti, & sicut turbo
coram tempestate. Dum contra Ægyptios pro-
phetatur, habetur: Omnes habitatores orbis, qui
- 18, 3. moramini in terra, cum elevatum fuerit signum
in montibus, videbitis, & clangorem tubæ audie-
- - 6. tis. Et relinquentur (derelicta ab Assyriis)
(b n) Aves montium commoraturæ ab Assyriis relicta. simul (b n) avibus montium, & bestiis terræ.

Et contra Jerusalem dicitur: Dies interfectio-
nis, & conculcationis, & fletuum Domino Deo
Isai. 22, 5. exercituum in valle visionis, scrutans murum,
(b o) Deus magnificus super montem. & (b o) magnificus super montem. Et de be-
neficiis, præstandis à Domino super monte
- 25, 6. Sion populo suo ponitur: Faciet Dominus exer-
(b p) Convivium Domini pingue in monte Sion. cituum omnibus populis in monte hoc (b p) convi-
vium pinguium, convivium vindemiæ, pinguium
medullatorum, vindemiæ defæcatæ; & præcipi-
- - 7. tabit in monte isto faciem vinculi colligati super
omnes populos, & telam, quam orditus est su-
- - 10. per omnes nationes. Requiescet manus (b q)
(b q) Manus Domini in monte Sion requiescens. Domini in monte isto; & triturabitur Moab
sub eo, sicuti teruntur paleæ in plaustro. Et erit:
- 27, 13. in die illa clangetur in tuba magna, & venient,
qui perditi fuerant de terra Assyriorum, & qui
(b r) Dominus adorandus à gentibus in monte sancto. ejecti erant in terra Ægypti, (b r) & adora-
bunt Dominum in monte sancto in Jerusalem.
Contra irrisores Israël dicitur: (b s) Sicut in
- 28, 21. monte divisionum stabit Dominus; quando sci-
(b s) Deus contra irrisores Israël stans, sicut in monte divisionum. licet Philisthæos per David percussit. Et con-
tra Judæos prophetat Isaias: Mille homines à
facie terroris unius: & à facie terroris quinque
- 30, 17. fugietis, donec relinquamini, (b t) quasi malus
(b t) Judæi relinquendi in vertice montis, ut malus navis. navis in vertice montis, & quasi signum super col-
lem; Cùm verò Dominus, se benignum futu-
rum promittat iis, qui revertentur ad eum, ait:
(b u) Erunt super omnem montem excelsum, &
- - 25. super omnem collem elevatum rivi currentium
(b u) Rivi aquarum futuri super montes; ubi expl. text. aquarum (h. e. fertilitas magna in Judæa), in
die interfectionis multorum (hostium populi mei)
cùm ceciderint turres (Babyloniorum.) Canti-
- - 29. cum erit vobis sicut nox sanctificatæ solemnitatis,
& lætitia cordis, sicut qui pergit cum tibia, (b x)
(b x) Lætitia intrantis in montem Domini. ut intret in montem Domini ad fortem Israël. Con-
tra gentes ultio Domini pronuntiatur, dum, in-
ter cætera, de iis dicitur: (b y) Tabescent montes à
- 34, 3. sanguine eorum. Et Regi Assyriorum contra Je-
(b y) Montes tabescentes à sanguine gentium. rosolymam advenienti, & confidenti in suis viri
bus, exprobrata est jactantia ejus, dicentis: In
- 37, 24. multitudine quadrigarum mearum ego (b z) ascen
(b z) Præsumptio Regis Assyriorum ascendentis altitudinem montium. di altitudinem montium, juga Libani. Et pro ad-
ventu Messiæ prophetatur: Omnis vallis exalta-
bitur, (c a) & omnis mons, & collis humiliabi-
- 40, 4. tur &c. (ad parandam scilicet ei viam.) Super
(c a) Mons omnis humiliandus. (c b) montem excelsum ascende tu, qui evangelizas
- - 9. Sion; exalta in fortitudine vocem tuam, qui evan-
(c b) Evangelizans Sion montem ascendere jubetur. gelizas Jerusalem: exalta noli timere: dic civita-
tibus Juda: ecce, Deus vester. Quis appendit tri-
bus digitis molem terræ, & (c c) libravit in pon-
- - 12. dere montes, & colles in statera? Et animum ad-
(c c) Deus librans in pondere montes. dens Dominus populo suo, dicit: (c d) Triturabis
- 41, 15. montes (h. e. populos gloriosos), & comminues:
(c d) Montes à Judæis triturandi; ubi expl. text. & colles quasi pulverem pones. Et excitans Prophe-
ta omnes ad laudandum Dominum inquit: Re-
- 44, 23. sonate montes laudationem, saltus, & omne li-
gnum ejus. Et de felicitate, futura populo suo,
- 49, 11. dicit Dominus: Ponam omnes montes meos in
viam, & semitæ meæ exaltabuntur; ideòque sub-
ditur paulò post: Jubilate montes laudem; sic po-
- - 13. nitur: (c e) Quàm pulchri super montes pedes an-
- 52, 7. nuntiantis, & prædicantis pacem. Et, dum prote-
(c e) Pedes annuntiantis pacem super montes pulchri. ctionem suam promittit Dominus populo suo,
habet: Montes commovebuntur, & colles contre-
- 54, 10. miscent: misericordia autem mea non recedet à
te &c. Montes, & colles cantabunt coram
- 55, 12. vobis laudem, & omnia ligna regionis plau-
dent manu. Adducam eos (Judæos scilicet,
- 56, 7. & etiam advenas justos) (c f) in montem san-
(c f) Judæi, & justi adducendi in montem sanctum. ctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ.

Isa. 17. 7. Contra idololatras exprobratio est: *Super mon-
*tem excelsum, & sublimem posuisti cubile
tuum &c. Et pro justis ponit Dominus:
- - 13. *Qui fiduciam habet mei, hereditabit terram,*
(c g) Fiduciam habens in Domino possessurus montem sanctum Dei. (c g) *& possidebit montem sanctum meum.* Et
cum petat Propheta ipse Isaias à Domino, ut
notam faciat potentiam suam inimicis suis,
dicit: *Utinam dirumperes coelos, & descende-
res; à facie tuâ montes defluerent;* & paulò
- 64. 1. post habet: *Descendisti, & à facie tuâ montes
- - 3. defluxerunt.* Contra eos, qui idololatræ
- 65. 7. *sacrificaverunt super montes,* disceptat Dominus;
- - 9. & ait: *Educam de Jacob semen, & de Juda
possidentem montes meos;* & ultionem his mina-
- - 11. tur, (c h) *qui,* inquit, *obliti estis montem san-*
(c h) Ultio denuntiata oblitis montem sanctum Dei. *ctum meum &c.* & ad demonstrandam securi-
tatem dandam populo suo, ait: (Bestiæ variæ,
quas nominat) *non nocebunt, neque occident in*
- - 25. *monte sancto meo;* & adducendos fratres de
(c i) Bestiæ non occisuræ in monte sancto Dei. cunctis gentibus pronuntiat (c k) *ad montem
- 66. 20. sanctum meum Jerusalem.*
(c k) Gentes adducendæ in montem sanctum Dei.

Apud Jeremiam conqueritur Dominus de
Samaria, metropoli Israël, de quâ dicit:
Jerem. 3. 6. (c l) *Abiit sibimet super omnem montem excel-*
(c l) Samaria super omnem montem idololatra. *sum, & sub omni ligno frondoso, & fornicata
est ibi.* De pœnitentia autem Juda, secuti
quondam populum Samariæ in erroribus,
- - 23. prænuntiat eum rediturum, dicentem: *Verè
mendaces erant colles, & multitudo montium:
Verè in Domino Deo nostro salus Israël.* Pro
- 4. 24. terra vastanda dicit Propheta: *Vidi montes, &
ecce, movebantur, & omnes colles conturbati
- 9. 10. sunt.* Ita ait Dominus: (c m) *Super montes*
(c m) Fletus Domini super montes. *assumam fletum, ac lamentum, & super specio-
sa deserti planctum: quoniam incensa sunt &c.*
Et, dum ad pœnitentiam vocat populum Je-
- 13. 16. remias, inquit: (c n) *Date Domino Deo vestro*
(c n) Gloria Deo danda antequam montes caliginosos obvios habeamus, ubi expl. text. *gloriam, antequam contenebrescat, & ante-
quam offendant pedes vestri ad montes caligino-
sos &c.* hoc est, antequam morti appropin-
quemus. Et missionem venatorum (qui cer-
tè non nisi Apostoli Domini sunt) spondet
- 16. 16. Dominus dicens: *Mittam eis multos venato-*
(c o) Venatores de omni monte venantes Judæos, mittendi. *res* (Judæis scilicet), & (c o) *venabuntur eos
de omni monte, & de omni colle, & de caver-
nis petrarum.* Dolet præterea Dominus de aris,
- 17. 2. & lucis populi Judæ idololatrantis (c p) *in*
(c p) Juda idololatra in montibus excelsis. *montibus excelsis.* Affert Jeremias, prophetans
Jerosolymæ excidium, verba, quæ dixit Mi-
chæas, eadem pariter prophetans mala, inter
- 26. 18. quæ est: *Mons domûs* (erit) *in excelsa syl-
varum.* Pro natione Judæorum electa figu-
rata in monte Sion; melius, & mysticè pro
- 31. 23. Ecclesia habetur: (c q) *Benedicat tibi Dominus*
(c q) Ecclesia mons sanctus, ita Synagoga. (scilicet tibi, quæ es) *pulchritudo justitiæ,
mons sanctus.* Et de eodem populo ait Domi-
- 50. 6. nus: *Grex perditus factus est populus meus: pa-*
(c r) Populus Dei vagus in montibus. *stores eorum seduxerunt eos,* (c r) *feceruntque
vagari in montibus: de monte in collem transie-
runt, obliti sunt cubilis sui.* Et contra Baby-
- 51. 25. lonem est: *Ecce, ego ad te,* (c s) *mons pestifer,*
(c s) Babylon mons pestifer dandus in montem combustionis. *ait Dominus, qui corrumpis universam terram
- - - - - - Dabo te in montem combustionis.*
In Threnis autem Jeremiæ est: *Velociores
Thren. 4. 19. fuerunt persecutores nostri aquilis cœli:* (c t) *su-*
(c t) Hostes Judæorum, eos persequentes super montes. *per montes persecuti sunt nos, in deserto insidia-
ti sunt nobis.* Et apud Baruch, cùm jubea-
tur Jerusalem luctum exuere, dicitur: *Con-*
Bar. 5. 7. *stituit Deus humiliare omnem* (c u) *montem ex-*
(c u) Deus humi-

celsum, & rupes perennes, & convalles reple- liaturus omnem montem.
*re in æqualitatem terræ, ut ambulet Israël dili-
genter in honorem Dei.* Et de idololatris
ponitur: (c x) *Lapidibus de monte similes sunt* Bar. 6. 38.
dii illorum, lignei, & lapidei, & aurei, & ar- (c x) Idola similia lapidibus de monte.
gentei; diciturque eis validior *ignis,* (qui)
missus desuper, (c y) *ut consumat montes, & sil-* - - 61.
vas, facit, quod præceptum est ei. (c y) Ignis montes consumens.

In Ezechiele, ei dictum est: *Fili homi-* Ezech. 6. 2.
*nis pone faciem tuam ad montes Israël, & pro-
phetabis ad eos, & dices: Montes Israël audite
verbum Domini Dei: Hæc dicit Dominus Deus* - - 3.
(c z) *montibus, & collibus, rupibus, & valli-* (c z) Gladius super montes inducendus.
*bus: Ecce, ego inducam super vos gladium, &
disperdam excelsa vestra. Et scietis, quia ego* - - 13.
*Dominus, cum fuerint interfecti vestri in me-
dio idolorum vestrorum, - - - -* (d a) *in cun-* (d a) Interfectio futura in summitatibus montium.
*ctis summitatibus montium &c. Propè est
dies occisionis, & non gloriæ montium. Et
salvabuntur, qui fugerint ex iis* (pravis, & - 7. 7.
impiis videlicet): & (d b) *erunt in montibus* - - 16.
quasi columbæ convallium omnes trepidi, unus- (d b) Impii in montibus trepidi.
quisque in iniquitate sua. Prophetatur item
apud eundem Prophetam: *Ascendit gloria Do-* - 11. 23.
*mini de medio civitatis, stetitque super montem,
qui est ad orientem urbis. Sumam* (ait Do- - 17. 22.
minus) *ego de medullâ cedri sublimis* (de stirpe
scilicet Regiâ), *& ponam: de vertice ramo-
rum ejus tenerum distringam, & plantabo* (d c) (d c) Plantatum in monte sublimi cedri sublimis; ubi expl. text.
*super montem excelsum, & eminentem: In mon-
te sublimi Israël plantabo illud* (Zorobabelem
nempè, loco Jechoniæ.) Qui *in montibus* - - 23.
(loca scilicet idolis sacra sunt) *non comederit,* - 18. 6.
*& oculos suos non levaverit ad idola domûs
Israël - - - -, hic justus est, vitâ vivet,* ait - - 9.
Dominus Deus. De eo autem, qui erit co- - - 11.
medens in montibus interrogatur: *Numquid* - - 13.
vivet? & respondetur: *Non vivet &c.* quod si
hujusmodi viri filius *super montes non comede-* - - 15.
rit, dicitur, quòd *vitâ vivet.* Sub parabola
leunculi, capti, notatur captura Regum Juda,
&, inter cætera, dicitur: *Miserunt eum in* - 19. 9.
carcerem, (d d) *ne audiretur vox ejus ultra* (d d) Vox leunculi ne super montes Isr. audiatur, impeditur.
super montes Israël. De populo autem ele-
cto, revocando in Jerusalem, est illud: *In* - 20. 40.
(d e) *monte sancto meo, in monte excelso Israël,* (d e) Israël Domino serviturus in monte sancto ejus.
*ait Dominus Deus, ibi serviet mihi omnis do-
mus Israël.* Cùm verò exprobrat Dominus
Jerosolymæ scelera, in eâ patrata, habet:
(d f) *Viri detractores fuerunt in te ad effunden-* - 22. 9.
dum sanguinem, & super montes comederunt in (d f) Comedentes super montes in Jerusalem; ubi expl. text.
te, scelus operati sunt in medio tui. Ubi nota,
quòd *comedere super montes,* idem est, ac
idololatrari; in montibus enim fiebant sacri-
ficia, & ibi comedebantur. Regi Tyri de-
jiciendo dicitur: (d g) *Tu Cherub extentus, &* - 28. 14.
protegens, & posui te in monte sancto Dei, in (d g) Rex Tyri in monte Dei positus, & inde ejectus.
monte lapidum ignitorum ambulâsti (ait Domi-
nus, qui prosequens narrare scelera ipsius,
subdit:) *ejeci te de monte Dei, & perdidi te &c.* - - 16.
Et de Regibus Ægypti, & Assyriæ loquens
sub figura arborum, ponit de Pharaone: *Suc-* - 31. 12.
*cident eum alieni, & crudelissimi nationum,
& projicient eum super montes &c. Dabo car-* - 32. 5.
*nes tuas super montes, & implebo colles tuos sa-
nie tuâ. Et irrigabo terram fœtore* (d h) *san-* - - 6.
guinis tui super montes, & valles implebuntur (d h) Fœtor sanguinis Regis Ægypti, & Assyr. super montes.
ex te. Et contra Judæos est: *Desolabuntur
montes Israël, eò, quòd nullus sit, qui per eos* - 33. 28.
transeat.

Ezech. 34. 6.
(di) Greges Dei errantes in montibus.

transeat. Et conquerens Dominus de pastoribus Israël ait: *Erraverunt greges mei* (di) *in cunctis montibus, & in universo colle excelso*, & cùm dicat, se liberaturum esse oves

- - 13.

suas, inquit: *Pascam eas in montibus Israel,*

- - 14.
(dk) Pascua gregum Domini in montibus Isr.

in rivis, & in cunctis sedibus terræ. In pascuis uberrimis pascam eas, (dk) *& in montibus excelsis Israel erunt pascua earum: ibi requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super montes Israel.* Et contra popu-

- 35. 8.

lum Idumææ ponitur à Domino: *Implebo montes ejus occisorum suorum*; eidemque populo di-

- - 12.

cit: *Et scies, quia ego Dominus audivi universa opprobria tua, quæ locutus es de montibus*

- 36. 1.

Israel &c. Jubetur autem Ezechiel ad mon-

- - 4.
(dl) Montes Isr. excitantur ad lætitiam in reditu Judæorum.

tes Israël prophetare, & dicere: (dl) *Montes Israel, audite verbum Domini Dei: hæc dicit Dominus Deus de montibus, & collibus &c.*

- - 6.

quòd scilicet subsannatus à gentibus populus suus reducetur in terram suam; additurque:

- - 8.

Vos autem montes Israel ramos vestros germinetis, & fructum vestrum afferatis populo meo Israel: propè enim est, ut veniat. Et cùm dicat, de duobus populis Israël, & Juda, unum esse faciendum in reductione à captivitate, ha-

- 37. 22.
(dm) In montibus Isr. unus Rex futurus.

betur: (dm) *Faciam eos in gentem unam in terra in montibus Israel, & Rex unus erit omnibus imperans &c.* Et ad Gog, adducendum in novissimis diebus contra populum suum,

- 38. 8.
(dn) Reductio populi ad montes Isr.

inquit Dominus: *In novissimo annorum venies ad terram, quæ reversa est à gladio, & congregata est de populis* (dn) *multis ad montes Israel,*

- - 20.

qui fuerant deserti jugiter &c. Et subvertentur montes, & cadent sepes, & omnis murus corruet in terram. (do) *Et convocabo adver-*

- - 21.
(do) Gentes convocandæ in omnibus montibus.

sùs eum in cunctis montibus meis, ait Dominus Deus; gladius uniuscujusque in fratrem suum dirigetur. Et adducam te (Gog) *super mon-*

- 39. 4.
(dp) Gog, cum suis casurus super montes Isr.

tes Israel - - - - - super (dp) *montes Israel cades tu, & omnia agmina tua, & populi tui, qui sunt tecum &c.* Et præcipitur Prophetæ, ut advocet volucres ad comedendam carnem,

- - 17.

& bibendum sanguinem victimæ grandis *super montes Israel.* In visione, quâ futura ædificatio Templi demonstrata est, & civitatis Je-

- 40. 2.
(dq) Ezechiel in visione super montem positus.

rosolymæ, dicit idem Ezechiel: *In visionibus Dei adduxit me* (dq) (Deus) *in terram Israel, & dimisit me super montem excelsum nimis; super quem erat quasi ædificium civitatis vergentis ad austrum.* Et quando assignantur men-

- 43. 12.
(dr) Lex domûs Dei in summitate montis.

suræ Templi, præponitur: Ista (dr) *est lex domûs in summitate montis* (Sion scilicet.).

Dan. 2. 34.

Apud Danielem legimus in somnio Nabuchodonosor, quòd *abscissus - - - - lapis de monte sine manibus*, percutiens statuam magnam, eam contrivit; & proinde lapis ipse

- - 35. &c.
(ds) Lapis monte abscissus mons magnus factus.

(ds) *factus est mons magnus, & implevit universam terram.* Tres pueri, in fornace Babylonensi positi, invitabant ad benedicendum

- 3. 75.

Domino *montes, & omnes colles.* Oratio Danielis in captivitate, inter cætera, habebat:

- 9. 16.
(dt) Oratio Danielis pro avertendâ irâ Dei à monte sancto Dei.

Avertatur, obsecro, ira tua (Domine), *& furor tuus à civitate tua Jerusalem,* (dt) *& monte sancto tuo &c.* & cùm oraret *pro monte sancto Dei*, apparuit ei Gabriel, factaque est re-

- - 20.

velatio de septuaginta hebdomadibus. Item de Rege iniquo, (communiter Antichristo)

- 11. 45.
(du) Rex iniquus super montem Sion fixurus Tabernaculum.

habetur, quòd *figet Tabernaculum suum Apadno inter Maria,* (du) *super montem inclytum, & sanctum* (h. e. Sion).

Osee. 10. 8.
(dx) Montes invocati ad cadendum, & operiendum.

In Osee prænuntiatur, quòd propter idololatriam perdetur Samaria, *& disperdentur excelsa idoli, peccatum Israel; lappa, & tribulus ascendet super aras eorum, & dicent montibus: operite nos; & collibus: cadite super nos.*

Joël. 2. 1.

Joël, prædicens Judæis crudelitatem hostium suorum, jubet tubis ululari *in monte sancto*; diesque illius prænunciat terrorem; di-

- - 2.

cens: *Quasi manè expansum super montes populus multus, & fortis. Sicut sonitus quadri-*

- - 5.

garum super capita montium exilient. Et fu-

- 3. 18.

turam deinde felicitatem prophetans ait: *Stillabunt montes dulcedinem.*

Amos 4. 13.

Apud Amos Deus dicitur *formans montes, & creans ventum &c.* & felicitatem futuram prædicit iisdem verbis, quibus Joël, dicens:

- 9. 13.

Stillabunt montes dulcedinem. Contra Idu-

Abd. v. 16.
(dy) Idumæi lætantes de ruinâ montis sancti, ubi expl. tem.

mæos ait Abdias: (dy) *Quomodo bibistis super montem sanctum meum,* (hoc est, exultâstis super ruina Jerusalem, & Sion) *bibent omnes gentes jugiter.* Clausus in utero ceti Jonas

Jon. 2. 7.

orabat, & dicebat: *Ad extrema montium descendi; terræ vectes concluserunt me in æternum &c.* Comminans Michæas exitium

Mich. 1. 4.

Judæis habet: *Consumentur montes subtus eum*

- 3. 12.
(dz) Mons Templi vastandus.

(Deum scilicet). *Sion quasi ager arabitur, & Jerusalem quasi acervus lapidum erit, & (dz) mons Templi in excelsa silvarum.* Et pro fe-

- 4. 1.
(ea) Concursus futurus ad montem Domini.

licitate futura inquit: *In novissimo dierum erit* (ea) *mons domûs Domini præparatus in vertice montium, & sublimis super colles; & fluent ad*

- - 2.

eum populi. Et properabunt gentes multæ, & dicent: venite, ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob. Et apud eundem Prophetam disceptans, Dominus induci-

- 6. 1.

tur, cum Judæis, & legitur: *Audite, quæ Dominus loquitur: Surge, contende judicio adversùm montes, & audiant colles vocem tuam:*

- - 2.
(eb) Montes audiunt judicium Domini.

(eb) *Audiunt montes judicium Domini, & fortia fundamenta terræ &c.* Pro consolatione autem futura notatur, quòd Dominus misere-

- 7. 12.
(ec) Concursus futurus ad montem Domini Sion de monte in montem.

bitur Sion, & dicitur: (ec) *In die illa, & usque ad te veniet de Assur, & usque ad civitates munitas; & à civitatibus munitis usque ad flumen, & ad mare de mari, & ad montem de monte.*

Nah. 1. 5.

Apud Nahum, dum zelus Dei describitur adversùs hostes suos, dicitur, quòd *montes commoti sunt ab eo, & colles desolati sunt*; & dum describitur populi sui liberator, scribitur:

- - 15.

Ecce, super montes pedes evangelizantis, & annuntiantis pacem &c. Et contra Regem As-

- 3. 18.

sur dicit Dominus: *Latitavit populus tuus in montibus, & non est, qui congreget.*

Hab. 3. 6.
(ed) Expl. tem.

In oratione Habacuc Prophetæ ponitur: (ed) *Contriti sunt montes sæculi* (potentes scilicet). *Viderunt te, & doluerunt montes.*

- - 10.

Contra Jerosolymam in Sophonia dicit Domi-

Sophon. 3. 11.
(ee) Jerusalem humiliata in monte sancto Dei.

nus: *Auferam de medio tui magniloquos superbiæ tuæ,* (ee) *& non adjicies exaltari ampliùs in monte sancto meo.*

Agg. 1. 8.
(ef) Ædificatio Templi Dei in monte.

In Aggæo dicitur populo ex ore Dei: (ef) *Ascendite in montem, portate ligna, & ædificate domum &c.* ubi pro monte, seu mons Sion, quem ascendant; seu mons Moria, super quo ædificent, intelligitur; cùm autem Deo parere differant, comminatur ei Dominus

- - 11.
(eg) Siccitas super montes.

sterilitatem; unde ait: (eg) *Vocavi siccitatem super terram, & super montes, & super triticum &c.*

In Zacharia autem locus est valdè implicitus, qui sic à pluribus, & præcisè secundùm Tyrinum hoc ipso in loco, explicatur: *Quis* (eh) *tu mons magne* (Lucifer, qui per emissarios tuos tot ponis impedimenta) *coram Zorobabel?* (pro ædificatione scilicet Templi). Visionem habuit item Zacharias, in quâ erant (ei) *quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium: & montes, montes ærei*; hoc est, fortes; pro duobus autem montibus veniunt, juxta interpretes, divinæ potentia, & providentia; & pro quadrigis quatuor Monarchiæ. Et prophetans felicitatem futuram urbis Jerosolymæ habet: Hæc dicit Dominus exercituum: *Reversus sum ad Sion, & habitabo in medio Jerusalem, &* (ek) *vocabitur Jerusalem civitas veritatis, & mons Domini exercituum, mons sanctificatus*; quæ nomina ei dantur respectu montium Moriæ, & Sion. In Malachia de Esau, seu sub ejus nomine de Idumæis, ait Dominus: (el) *Posui montes ejus in solitudinem, & hæreditatem ejus in dracones deserti.*

Zach. 4. 7. (eh) Mons magnus coram Zorobabel; ubi expl. mans.

- 6. 1. (ei) Quadrigæ exeuntes de montibus æreis; ubi expl. mans.

- 8. 3. (ek) Jerusalem dicenda mons Domini exercituum, sanctificatus.

Malach. 1. 3. (el) Montes Esau in solitudinem positi.

In libris Machabæorum est, quòd Mathathias, Machabæorum pater, zelans legem, ne idolis sacrificaret, & se à violentiâ Antiochi Epiphanis subtraheos, *fugit ipse, & filii ejus in montes, & reliquerunt quæcunque habebant in civitate.* Gorgias autem gentium Dux *quærebat eos in montibus*; at Judas, Dux Judæorum, advertit, quòd propè se essent gentes in monte; & cùm appareret *pars quædam* (Judæorum) (em) *prospiciens de monte*, in fugam gentes conversæ sunt. Omnia autem mala contra loca sancta gentes operatæ fuerant in sancta civitate, & Templo; quapropter, quando Judas Jerosolymam venit, viderunt in atriis Templi *virgulta nata sicut in saltu, vel in montibus &c.* quapropter Judæi omnia restituere quærentes, (en) *reposuerunt lapides in monte domûs in loco apto, quoadusque veniret propheta, & responderet de eis*; erant autem hujusmodi lapides, altaris lapides, quòd contaminaverant gentes. Narratur insuper, quòd accedente Antiochi Eupatoris exercitu contra Judæos, *ut refulsit sol in clypeos aureos, & æreos, resplenduerunt montes ab eis, & resplenduerunt, sicut lampades ignis, & distincta est* (eo) *pars exercitûs Regis per montes excelsos, & alia per loca humilia.* Jonathas, & Simon, fratres Machabæi ulturi sanguinem Joannis, fratris sui, contra filios Jambri, (ep) *absconderunt se sub tegumento montis*; & dato tempore, ea insidiis apparentes illos inopinè perculserunt, sponsam ex Madaba ducentes; & sic multi vulnerati ex illis ceciderunt, *& residui fugerunt ad montes.* Apollonius, Dux Demetrii, mittens ad Jonathan Machabæum, & quasi eum spernens, dicebat ei: (eq) *Tu potestatem adversùm nos exerces in montibus*; & urgebat; ut descenderet in campum: Demetrius autem, initô fœdere cum Jonathâ, multa concessit Judæis privilegia, & eorum exemplar voluit (er) poni *in monte sancto, in loco celebri.* Dum Jonathas castra applicuisset ad aquas Genesar, gentes tetenderunt ei *insidias in montibus.* Simon Machabæus (es) *munivit montem Templi, qui erat secùs arcem, & habitavit ibi ipse, & qui cum eo erant.* Ptolemæus Gener Simonis, & perfidus occisor, suos *misit occupare* (et) *Jerusalem, & montem Templi.*

1. Mac. 2. 28.

- 4. 5.

- - 18.

- - 19. (em) Judæis de monte apparentibus gentes fugiunt.

- - 38.

- - 46. (en) Lapides in monte domûs Domini repositi à Judæis &c.

- 6. 39.

- - 40.

(eo) Pars exercitûs Ant. Eupatoris distincta super montes.

- 9. 38. (ep) Judæi sub tegumento montis latentes insidiantur filiis Jambri.

- - 40.

- 10. 70. (eq) Apollonius vocans Jonathan ad prælium de monte in campum.

- 11. 37. (er) Privilegia data Judæis à Demetrio posita in monte sancto.

- - 68.

- 13. 53. (es) Mons Templi munitus à Simone.

1. Mac. 16. 20. (et) Ptolemæus mittens occupare montem Templi.

In secundo Machabæorum libro notatur, quòd, Antiocho Epiphane per Ducem suum Apollonium crudelitatem in Judæos exercente, Judas Machabæus secessit in desertum locum, (eu) *ubique inter feras vitam in montibus cum suis agebat &c.* Pro describendâ verò Antiochi ejusdem superbiâ, notatur, quasi videretur *montium altitudines in statera appendere*; humiliatus proinde à Deo; qui pœnas luens, adhuc in hac vitâ, evidenti Dei ipsius ultione *peregrè in* (ex) *montibus miserabili obitu vita functus est.* Purgato Templo, ac civitate deinde per Judam Machabæum, solemnitas octidue celebrare est à Judæis, qui recordabantur, (ey) quòd *ante modicum tempus diem solemnem tabernaculorum in montibus, & in speluncis, more bestiarum, egerant,*

2. Mac. 5. 27. (eu) Judas Mach. cum suis vitam agens in montibus.

- 9. 8.

- - 28. (ex) Ant. Epiph. miserè in montibus mortuus.

- 10. 6. (ey) Solemnitas Tabernaculorum à Judæis facta in montibus.

In novo Testamento legimus, quòd Jesus assumptus est à diabolo (ez) *in montem excelsum valdè*, unde ostendit ei omnia Regna mundi; hic putatur esse non longe à Jericho, & duobus milliariis distare à monte Quarantana; & adhuc vocatur *mons diaboli.* Quòd Jesus docebat turbas (fa) in monte, & de octo beatitudinibus sermonem habuit; erat hic ad Bethsaidam in Galilæâ. Discipulis autem suis dicebat: *Vos estis lux mundi; non potest civitas abscondi supra montem posita.* Et cùm descenderet de monte, leprosum curavit. Aliâ vice habemus, quòd, dimissâ turbâ, Jesus *ascendit in montem solus orare*; Iterùmque *ascendens* aliàs *in montem*, secùs mare Galilææ, & prodigia multa faciens inibi, multiplicatis septem panibus, quatuor millia hominum satiavit, extra parvulos, & mulieres. Assumens item Petrum Jacobum, & Joannem duxit illos Jesus (fb) *in montem excelsum seorsùm*; ibique transfiguratus est ante eos; juxta variam interpretationem, respectu etiam varii modi describendi hanc actionem, vel subsequentes actiones connexas alii, & hoc communiter tenetur, pro hoc monte intelligunt montem *Thabor*; alii *Libanum*; & hi postremi quidem pauci. *Descendentibus* porrò *illis de monte*, præcepit eis Jesus, ne quod viderant, cuiquam dicerent, nisi post ejus resurrectionem. Excitans discipulos Jesus ad fidem dicebat illis: *Si habueritis fidem, sicut granum sinapis,* (fc) *dicetis monti huic, transi hinc illuc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis.* Curam autem illis inculcans animarum, exemplum ponit de pastore, qui pro una ex centum ovibus deperditâ, (fd) *relinquit nonaginta novem in montibus*, & vadit quærere, quæ erravit. Prædicens verò futuram Templi, & urbis Jerosolymæ eversionem, ait: *Tunc, qui in Judæa sunt, fugiant ad montes.* Post Christi resurrectionem, *undecim discipuli* (seu Apostoli) *abierunt in* (fe) *Galilæam, in montem, ubi constituerat illis Jesus*: hic autem erat *Thabor.*

Matth. 4. 8. Luc. 4. 5. (ez) Jesus in montem excelsum valdè à diabolo assumptus; idem mons diaboli dictus.

Matth. 5. 1. (fa) Multa à Jesu in montibus facta.

- - 14.

- 8. 1. &c.

- 14. 23. & alibi.

- 15. 29. &c. Marc. 9. 2. &c.

Matth. 17. 1. Marc. 9. 2. Luc. 9. 28. (fb) Opiniones variæ de monte, in quo Jesus transfiguratus est

Matth. 17. 9. Luc. 9. 37.

Matth. 17. 19. Marc. 11. 23. (fc) Montes de loco ad locum transferendi ab habente fidem.

Matth. 18. 12. (fd) Pastor oves 99. relinquit in monte, ut errantem unam quærat.

- 24. 16. Marc. 13. 14. Luc. 21. 21.

Matth. 28. 16. (fe) Undecim Apostoli in monte congregati.

De Jesu item scribitur, (ff) quòd *ascendens in montem*, ibi electos Apostolos misit ad prædicandum. Mentio est etiam de quodam dæmoniaco, qui *semper die, ac nocte in monumentis, & in montibus erat, clamans, & concidens se lapidibus*, quem Jesus sanavit, mittens

Marc. 3. 13. (ff) Jesus in monte mittens Apostolos ad prædicandum.

- 5. 5.

Luc. 8. 32.
mittens dæmones in gregem porcorum, qui
erat *ibi circa montem* pascens. Applicatur
- 3. 5.
à D. Lucâ textus desuper allatus Isaiæ 40. 4.
pro Joanne Christi præcursore. Cives Na-
zaræi, cum JEsus eis diceret, Prophetam acce-
- 4. 29.
ptum non esse in Patriâ suâ, ex hoc irati eum
(fg) Jesus ductus ad supercilium montis præcipitandus.
rapuerunt, (fg) *& duxerunt illum usque ad
supercilium montis, super quem civitas illorum
erat ædificata, ut præcipitarent eum; ipse au-
tem transiens* (facilè illis invisibilis factus, ut
interpretantur aliqui; seu potius præsentiâ suâ
illos terrens) *per medium illorum ibat* Præ-
nuntians pariter Jesus dies miserabiles futu-
- 23. 30.
ros, mulieribus flentibus dicebat: *Tunc in-*
(fh) Montium invocatio ad sui oppressionem.
cipient dicere (fh) *montibus: Cadite super
nos; & collibus: Operite nos.* Mulier Sa-
maritana, Christum alloquens, & eum Pro-
phetam esse cognoscens, ei dicebat: *Patres*
Jo. 4. 20.
(fi) Disputatio Samaritanæ cum Jesu de monte sacrificii.
nostri (fi) *in monte hoc* (Garizim scilicet) *ad-
oraverunt, & vos dicitis, quia Jerosolymis est
locus, ubi adorare oportet; dicit ei JEsus:
Mulier, crede mihi, quia venit hora, quando ne-
que in monte hoc, neque in Jerosolymis adora-*
- 6, 3.
bitis Patrem &c. Iterum notatur, quòd aliâ
(fk) Saturatio virorum 5000. in monte miraculosa per JEsum.
vice ascendens (fk) Jesus in montem, ibi
multiplicatis quinque panibus, & duobus pi-
scibus satiavit quinque millia ferè virorum;
quare cogitantibus ipsis illum rapere, & Re-
- - 15.
gem facere, *fugit iterum in montem ipse solus.*
1. Cor. 13, 2.
(fl) Fides ad transferendos montes &c. sine charitate non prodest.
Paulus ad Corinthios scribit: (fl) *Si habuero
omnem fidem, ita ut montes transferam, cha-
ritatem autem non habuero, nihil mihi prodest.*
Ad Hebræos memorat præceptum datum
Hebr. 8. 5.
(fm) Exemplar Tabernaculi ostensum in monte.
Moysi, ut sc. in confectione Tabernaculi
omnia faceret, secundùm exemplar (fm)
ostensum in monte. Et antiquorum Patrum
merita explicans, patientium multa pro fide,
- 11, 38.
notat, quod erant *in solitudinibus errantes,
in montibus, & speluncis, & in cavernis terræ.*
Et excellentiam novi testamenti super veteri
- 12, 18.
(fn) Excellentia novi Testamenti deducta ex monte Sinai igne &c.
dicit: *Non accessistis ad tractabilem* (fn)
montem, & accensibilem ignem &c. Demon-
te Sina autem loquitur, pro quo memorat
- - 20.
præceptum quod erat; nempe: *Si bestia teti-*
- - 22.
gerit montem, lapidabitur; & subdit: *Acce-
sistis ad Sion montem, & civitatem Dei vi-*
2. Petr. 1, 18.
(fo) Vox audita à D. Petro in monte sancto de filio Dei.
ventis. D. Petrus testatur se *in* (fo) *monte
sancto* audivisse vocem de cælo testificantem,
quòd JEsus Filius Dei dilectus erat.

In Apocalypsi habetur, quòd aperto si-
gillo sexto, post terræ-motum, & stellarum
Apoc. 6, 14.
casum (fp) *Omnis mons, & insulæ de locis*
- - 15.
(fp) Montes de loco suo moti.
*suis mota sunt, & Reges terræ, & Principes,
& Tribuni, & divites, & fortes, & omnis
servus, & liber absconderunt se in speluncis,*
- - 16.
(fq) Invocatio montium ad sui oppressionem.
& in petris montium; & dicunt (fq) *mon-
tibus, & petris: Cadite super nos, abscon-
dite nos à facie sedentis super thronum, &*
- 8. 8.
(fr) Mons magnus, igne ardens, in mare missus.
ab irâ agni. Et cum secundus Angelus tubâ
cecinisset, *tanquam mons* (fr) *magnus igne
ardens missus est in mare, & facta est tertia
pars maris sanguis.* Et ad effusionem septi-
- 16, 20.
mæ phialæ inter prodigia, quæ evenerunt,
(fs) Montes oblati.
omnis insula fugit, (fs) *& montes non sunt*
- 17, 9.
inventi. Dum explicantur significationes be-
stiæ visi in Apocalypsi, super quâ sedebat
(ft) Capita bestiæ Babylon montes 7 sunt.
mulier fornicaria Babylon, dicitur: (ft) *Se-
ptem capita, septem montes sunt, super quos mu-
lier sedet, & Reges septem sunt.* Sublatus autem
- 21, 10.
(fu) Jo. Ev. in montem altum sublatus in spiritu.
in Spiritu Joannes (fu) est *in montem magnum
& altum,* unde civitas sancta Jerusalem eidem
monstrata est de cælo descendens. Et hæc
de hac voce *mons* dicta sint universaliter, cùm
interea pro his, quæ reliquimus, locis, no-
tamus dictiones quasdam, quæ videri possunt, (fx) Aliqui non omissæ.
& sunt: (fx) *Abraham: Ardens: Benhur:
Exemplar: Elias: Ignes: Jesher: Locus fu-
mans: Moyses: Myrrha: Nubes: Oriens:
Opacus: Offensio: Oliva: Olivetum: Pardus:
Rages: Sanir: Semer: Sichem: Soccoth: Super-
cilium: Terribilis: Torrens: Thamnathsar:
Vallis: Victima: Vertex:* Sunt & quædam
nomina vel montium propria, seu quæ tales,
vel tales montes, cum addita iis sint, signifi- (fy) Varia montium nomina.
cant, nempe: (fy) *Amorrhæus: Armena:
Azotus: Ange: Abarim: Amalec: Bether:
Bethel: Baala: Baal: Carmelus: Ephraim:
Ecbatanis: Gaas: Gelboe: Galaad: Hor: Ho-
reb: Gadgad: Hebal: Hebron: Hermon:
Hares: Esau: Garizim: Juda: Libanus: Mo-
ria: Nebo: Modin: Phogor: Phasga: Pha-
ran: Nephthali: Sina: Sinai: Semeron: Seir:
Sepher: Sion: Sepher: Samaria: Selmon:
Thabor: Ziph. &c.* Valebit etiam ad cogni-
tionem majorem, respectu hujus dictionis, va-
rias montium denominationes notare, eas-
demque explicare hoc modo, videlicet.

Mons (fz) *Altissimus*, de quo Num. 34. (fz) Quis mons altissimus; & sic Expl. Text.
7. ipse est *Libanus*.

Mons, ad cujus (ga) *radices Abigail* (ga) Quis Mons, ad quem Abigail cum David locuta; ubi expl. Text.
obviam habuit Davidem, fuit *Carmelus*; & de
hoc sermo est 1. Reg. 25. 20.

Mons (gb) *Caliginosus*, de quo Isai. 13. (gb) Quis Mons caliginosus, [illegible] Expl. text.
2. ponitur pro *Babylone*.

Mons (gc) *Convallis*, de quo Josue 13. (gc) Quis Mons convallis, ubi Expl. text.
19. creditur *Bethphegor*.

Mons Dei (gd) dicitur *Horeb*, ut ha- (gd) Mystice Expl. textuum de monte Dei.
betur Exod. 4. 27. & alibi. Item *Sinai*, de
quo Exod. 24. 13. & alibi. Item *Terra Sancta*,
ut habetur Ezech. 28. 16.

Mons (ge) *Domini* sumitur pro *Sion*; (ge) Quis Mons Domini Expl. textuum seqq.
ubi tamen advertendum est, quòd etiam *Mo-
ria* venit pro monte Domini; imò principaliter
venire debet, quippe in Monte Moria Tem-
plum Domini; hoc autem notatur, si montem
Moriam distinctum à monte Sion faciamus; at
in sacris literis uno eodemque nomine venire
solet tum Sion, tum Moria; unus enim idem-
que mons sunt, sed bicornis, quæ inter duo
culmina vorago, Mello dicta, est; unde in Psal. 23. 3.
Psalmo 23. 3. habetur interrogatio: *Quis
ascendet in montem Domini?* Venit item *Si-* Num. 10, 33.
nai; de quo profecti sunt Judæi in deserto iter
suum prosequentes, ut in libro Numer. 10, Psal. 35. 7.
33. notatur.

Montes Dei (gf) dicitur pro *montibus* (gf) Quid Montes DEI; ubi Expl. text.
altissimis; sic ergo Psal. 35. 7. ponitur: *Justi-
tia tua* (Domine) *sicut montes Dei.* q. d.
altissima est, & ad cujus perfectam cognitio- Isai 28, 21.
nem, & judicium pervenire homo non potest.

Mons (gg) *divisionum* sumitur pro *Mon-* (gg) Quid Mons divisionum, ubi Expl. text.
te Pharasim, quod idem nomen sonat: *Di-
visiones.* Ibi percussit David Philisthæos, Deo
adjuvante; unde eodem modo dicit Dominus,
quòd irasceretur sicut in monte Pharasim. (gh) Quis Mons domûs, ubi expl.

Mons (gh) *domûs* intelligitur *Sion*; eo tamen
modo, quo diximus cum explicuimus, quid signi-
ficaret *Mons Domini.* Ita ponitur in Jer. 26, 18.
& 1. Mach. 4, 46. quos textus supra attulimus.

Mons Domûs Domini (gi) sumitur per *Mo-* (gi) Quis Mons Domûs Domini, & Expl. text.
ria eo pariter modo, quo diximus in explica-
tione dictionis Mons Domini. In libro secundo
dierum

4. Reg. 23, 12.

dierum notatur, quòd *abstulit aras, quas fecerat* (Manasses) *in monte domûs Domini, & in Jerusalem, & projecit omnia extra urbem*; quando sc. redierat ex captivitate suâ. Et nominetur hic mons epud Michæam cap. 4, 1. cujus loci textum dedimus desuper.

(gk) Quid Mons excelsus, eminens, sublimis Israel, ubi expl. text.

Mons (gk) *excelsus, eminens, sublimis Israël*, dicitur *Jerusalem*, quasi tumida esset propter megnitudinem suam, & divitias, & excellentiam. Locus Ezechielis 17. 22. &c. affertur desuper. Præterea *Mons excelsus* sæpè invenitur in secrialitteris; & pro eo intelligitur *Sion*, eo aliquando sensu, qui explicitus est in dictione *Mons Domini*; quin etiem inter allatos à nobis textus sæpe *Mons excelsus valdè*; sen absolutè *Mons excelsus* ponitur; & ibidem explicatur, quid pro Monte excelso intelligatur.

(gl) Quis Mons excelsus nimis, ubi expl. text.

Mons (gl) *excelsus nimis* venit epud Ezechielem 40, 2. ipse Mons *Sion*; celebris pro regio hebitaculo.

Mons Filia (gm) *Sion* est *Moria*, eò qnòd sub Sion vertice humilior positus ad inferiorem partem civitetis Jerosolymæ pertinet.

Isai. 10, 32.
(gm) Quid mons filiæ Sion; ubi expl. text.

In Isaiâ ponitur: *Agitabit* (gm) (Assur) *manum suam super montem filia Sion, collem Jerusalem*; & inde promittitur divine protectio.

Mons Israel, idem est, ac *Mons Samariæ*, textus ellatus est à nobis suoloco ex Jos. 11, 16.

(gn) Quis dicatur mons iste, ubi expl. text.

Mons (gn) *iste* reperitur dictus correlativè ad *Horeb*; quendo scilicet Deus Moysi dixit, quod egrediens de Ægypto cum populo super montem istum, Horeb nempe, immolesset.

Jos. 14. 12.

Item *mons iste*, est *Hebron*, quem requisivit Celeb à Josue tanquam sibi promissum à Domino.

(go) Quis mons inclytus sanctus &c. ubi expl. text.

Mons (go) *inclitus, & sanctus*, ipse est *Sion*, sive *Moria*, eò modô, quô explicuimus, cum denominationem *Mons Domini*, elucidavimus. De hoc in Daniela sermo est cap. 11, 45. ut sopra notevimus. Ex Div. Hieronymo *Mons olivetiest*. (Vid. *Oliva*)

D. Hier. 2. Dan. 11.

(gp) Mystica expl. de monte magno.

Mons (gp) *magnus* ponitur etiam pro *Lucifero*; videndus autem est textus Zech. 4, 7. loco suo appositus.

(gq) Quis mons modicus, ubi expl. text.

Mons (gq) *modicus*, de quo in Psal. 41, 7. & nos textum ettulimus, meminit Propheta, sumitur à commentatoribus divinarum litterarum pro *Hermoniim*. Explicat Tyrinus, qnòd sit *mons parvus in extremis terra sanctæ partibus inter plagam orientalem, & Borealem*, ubi mirabiliter, Deo edjuvante, Amorrhæorum Reges Og, & Seon Israëlitæ percusserunt.

Tyr. in Psal. 41.

(gr) Quis Mons offensionis, ubi expl. text.

Mons (gr) *offensionis* ipse est *Mons contra Jerusalem* positus, ubi idolorum fana à Salomone condita. Vid. textum ex 3. Reg. 11, 7. Desuper à nobis allatum.

(gs) Mystica expl. de monte pestifero.

Mons (gs) *pestifer* dicitur *Babylon* ob sui intumescentiam, & superbiam, & sic per figuram. Textum hoc innuentem attulimus ex Jerem. 51, 25.

(gt) Quis Mons pinguis &c. ubi expl. text.

Mons (gt) *pinguis*; *coagulatus, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo*, intelligitur ab aliquibus *Sinai*; ab aliquibus *Sion*, & de hoc in Psalmis memoria est, ut suo loco innuimus Psal. 67, 16. & sunt, qui *Selmon* esse etiem dicnnt, ut notavimus, cum locuti sumus in denominatione: *Mons Dei*.

Jos. 15. 9.
(gu) Quis mons contra Gecnnom. &c.

Mons, (gu) *qui est contra Geennom ad occidentem in summitate vallis Raphaim contra Aquilonem*; & est in finibus tribûs Juda, ipse est *Gion*.

Jos. 18, 16.
(gx) Quis mons, qui respicit vallem fil. Ennom.

Mons (gx) *qui respicit vallem filiorum Ennom*; ipse pariter est *Gion*, & est in finibus tribûs Benjamin, ita tribum Jude, & tribum Benjamin ad invicem dividens, in utriusque finibus positus.

(gy) Qui montes respicientes Beth-Horon &c.

Mons, (gy), *qui est ad meridiem Beth-Horon inferioris*, de quo supre Jos. 18, 13. & *Mons qui respicit Beth-Horon contra Africum*, de quo pariter supre Jos. 18. 14. innominati sunt, scilicet nomen proprium eorum non innuitur, nec notum est.

Judic. 16, 3.
(gz) Quis Mons respiciens Hebron.

Mons, (gz) *qui respicit Hebron*, ad verticem cujus portavit Samson portas Gezæ Urbis, nomen non babet; scimus tamen, quòd à Baala est.

(ha) Quis Mons ad orientem urbis; ubi expl. text.

Mons, (ha) *qui est ad Orientem Urbis*; de quo in Ezechiele 11. 23. mentio est, ut supra notavimus, ipse supponitur *Mons Oliveti*: (V. *Oliva*)

(hb) Quis Mons quem acquisivit dextera Domini; ubi expl. text.

Mons, (hb) *quem acquisivit dextera Domini*; de quo in textu allato Psal. 77, 54. ipsa est *Sion*; vel etiam *Moria*, ut sæpe observavimus.

2. Mac. 2, 4.
(hc) Quis Mons quem ascendit Moyses, unde vidit terram promissam; ubi expl. text.

Mons, (hc) *in quo Moyses ascendit, & vidit Dei hæreditatem*, ipse est *Nebo*, ubi Jeremias abscondit in speluncâ Tebernaculum, & arcam, & altare incensi &c. qoando in captivitatem adductus est populus.

(hd) Quis Mons sanctus; ubi expl. text.

Mons (hd) *sanctificationis* Domini; ipse est Sion eo modo, qui sæpè dictos est, & textus patet in Psal. 77, 54. qui allatus est à nobis.

Psal. 3. 5.
(he) Quis mons sanctus, ubi expl. text.

Mons (he) *Sanctus*, de quo ait David: *Voce meâ ad Dominum clamavi, & exaudivit me de monte sancto suo*; ipsa est *Sion*, seu *Moria*, ubi erat Templum; licèt aliqui Anagogicè pro monte sancto *Cœlum* intelligent. Cum autem Petrus 2. Petr. 1, 18. dicat in monte sancto se Petris vocem audisse, ut supra suo loco retulimus hunc montem sanctum, putant aliì fuisse *Thabor*; aliì *Libanum*.

(hf) Mystica interpretatio de monte Sancto DEI.

Mons (hf) *Sanctus Dei*, de quo Ezech. 28, 14. ut supra notavimus, ipsa *Terra Sancta* intelligitur.

Mons sublimis V. supra *Mons Eminens*.

(hg) Mystica interpretatio de montibus sæculi.

Montes (hg) *sæculi* nominantur in Habacuc 3, 6. & nos textum notavimus; sunt autem metaphoricè nimium tumentes *Potentes hujus mundi*.

(hh) Quis Mons Templi; ubi expl. text.

Mons (hh) *Templi* notatur in Michææ textu 3, 12. à nobis alleto; ipse est *Moria*.

Isai. 14. 13.
(hi) Quis Mons Testamenti; ubi expl. text.

Mons (hi) *Testamenti* nominatur apud Isaiam, dum exprobratur Regi Babylonis superbo: *Dicebas in corde tuo: In cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis*; pro eo sumitur *Moria*, ubi erat Templum; immo ipsum *Templum Jerosolymitanum*. Præterea opulnum erit videre in Indice universali dictionem *Mons*; sub quâ ponuntur omnes montes, qui in sacris litteris nomen habent.

Angeli Sancti, & *Anima* dicuntur montes Myst. à D. Gregorio M.

D. Greg. m. 19.

Apostoli, & *Apostolici viri*, etiam passim montes eppellantur à D. Ambrosio.

D. Ambr. l. Ps. 118.

Celsitudo Paterna Majestatis Mons est, quò Christus ascendit; ut habet D. Hilerius.

D. Hilar. l. Matth. c. 4.

Christus, propter ejus summam eminentiam, in monte significatur; ex D. Hieronymo;

D. Hieronym. l. Isai. 2.

mi; & quidem mons eſt, in quo Deus loquitur, & locutus eſt.

Idem ſ. Zach. h. 14. — *Collectio Eccleſiæ & Synagogæ*, Mons olivarum oominatur; à D. Hieronymo pariter.

Ric. de S. Vic. de om. Nab. 22, 29. — *Confidentia in Deum* in monte, qui debet creſcere, figuratur; ut notat Richardus de S. Victore.

Gl. ord. 2. Gen 19. — *Concilium rectum*, in quo eſt ſalus, repræſentatur in monte, in qoo ſalvus factus eſt Lot; ex Gloſsâ ordinariâ.

Ric. de S. Vict. de Arc. Myſt. 14. — *Contemplativi* exprimuntur per montes, qui exultant, ſicut arietes; ex Richardo à S. Victore.

Laur. Syl. all. h. v. — *Divinitas* ſignificari poteſt per montem excelſum; ex Laureto.

D. Aug. ſ. pſ. 146. — *Divites* montes etiam dici poſſunt, in quibus producitur fænum, quum fit, ut eleemoſynas Pauperibus diſtribuaot; ut notat D. Auguſtinus.

D. Hier. ſ. Iſ. 14. — *Eccleſia* mons eſt; cum erecta, & elevata fuerit ſuper omnem terram; ut habet D. Hieronymus. Quin etiam V. *Collectio Eccleſiæ, & Synagogæ*.

D. Ambr. de Virg. 3. — *Eminentia fidei*, in quâ Deo ſacrificium fit, repræſeotatur per montem; ex D. Ambroſio.

Orig. ſ. Luc. h. 22. — *Judæorum Regnum* ſignificari poteſt per montem, unde abſciſſus eſt lapis Chriſtus; ex Origene.

D. Hier. ſ. Iſai. 16. — *Judæorum Vaſtatio* in monte diviſionum exhibetur; ut ſcribit D. Hierooymus.

D. Aug. ſ. Pſ. 3. — *Juſtitia Dei* Mons ſanctus Dei eſt; ut habet D. Auguſtinus.

Gl. ord. ſ. Matth. 5. — *Locus Manifeſtus Mundi* exprimitur, in quo ædificata eſt Eccleſia per montem, ſupra quem ædificata eſt civitas; ex Gloſsâ ordinariâ.

Phil. de Pl. Noë. — *Mundus à Deo creatus* mons hæreditatis Dei eſt; ex Philone.

D. Gr. ſ. Cant. 2. — *Opera Mirabilia Chriſti* denotantur io mootibus, io quibus ſalit ſponſus; ex D. Gregorio Magno.

Orig. ſ. Joſ. h. 9. — *Operantes bene virtutis Amore* figurantur in moote Garizim, in quo dabantur beoedictiones; & eodem modo *Operantes malè formidine pænæ* ſymbolizantur in monte Hebal, io maledictiones dicebantur: Notat hoc Origenes.

Arn. ſ. Pſ. 103. — *Patriarchæ, & Prophetæ*, obſcurè loquentes, in montibos, ab ombrâ vineæ coopertis deſignatur; ex Arnobio.

Orig. ſ. Gen. h. 3. — *Perfectio* tam doctrinæ, quàm operum exemplificatur per montem; ex Origene.

D. Aug. 18. de civ. D. 32. — *Potentes hujus ſæculi*, oimium tumentes, montes ſæculi ſunt; ex D. Auguſtino.

Rup. ſ. Apoc. 10. — *Potentia, & ſuperbia mundana* io duobus mootibus æneis exprimuntur; ut ſcribit Rupertus.

Propheta V. Patriarcha.

Regnum Judæorum. V. Judæorum Regnum.

Orig. ſ. Cant. h. 3. — *Senſus excelſus legis*, in qoo Dominus manifeſtus fit, repræſeotatur per mootem Horeb; ex Origene.

D. Baſil. ſ. Pſ. 14. — *Sublimitas vitæ æternæ* mons hæreditatis Dei eſt, ut ſcribit S. Baſilius.

Superbia V. Potentia.

Orig. ſ. Matth. h. 4. — *Superbi* montes aperti aquis, & caliginoſi dieuntur ab origine.

Synagoga V. Collectio Eccleſiæ, & ſynagoga.

Vaſtatio Judæorum V. Judæorum Vaſtatio.

Georg. Ven. c. 6. l. 7. c. 19. Ric. de S. Vict. de emr. mal. 36. — *Virgo Maria* Mons appellatur à SS. PP. & DD. & qoidem mons, unde ſine hominum manibus, abſciſſus eſt lapis; & moos excelſus, in quo plantavit Deus cedrum: Mons Ephraim, quæ fructificavit, nobisque dedit Chriſtum; & mons domûs Domini; mone Dei; mooe; beneplacitum eſt Deo habitare in eo; mons; pinguis pinguedine gratiæ, & variorum charismatum doois; mons in vertice montium &c. mons Horeb; mons oliveti; mons Selmon; mons Armeniæ; mons Thabor; mons Bethel; Mons umbroſus, quem obumbravit virtus altiſſimi, &c.

Rup. 2. ſ. Apoc. D. Ambr. l. Rom. 9. Orig. ſ. Matt. 13. & hom. 14. Rich. à S. L. 8. de Laud. virg. l. 9. 10. D. Gr. l. 1. c. 3. 18. 1. Reg.

Vita Æterna. V. Sublimitas vitæ æternæ.

Orig. ſ. num. h. 17. — *Voluptas carnalis* in monte Phegor deſignatur; ut notat Origenes.

Monſtrum. Vid. poſt ſequentem dictionem.

Montanus, Montoſus, Montuoſus.

Hiſt. — Quæque (a) dictio hujusmodi adjectiva eſt, & Montanum dicitur, *quod ex monte eſt*; & Montoſum ac Montuoſum, *ubi ſunt multi montes*. Sæpè autem ſubſtantivè in numero multitudinis, & in oeutro geoere hæ accipiuntur pro locis inæqualibus & pro montibus. Pro dictione *Montanus* habemus, quòd reverſi ad Moyſen, terræ ſanctæ exploratores, retulerunt, quòd Hethæus, & Jebuſæus, & Amorrhæus habitabat io montanis. Campeſtria, (b) & montana loca cootra meridiem, & juxta littus maris in terrâ appromiſsâ deſtioavit Dominus Judæis. Urbes aliquas mootanas noo ſubegerunt Iſraelitæ, propter prohibitiooem eis à Domino factam. Reveitentes exploretores de Jericho ad Joſue per triduum manſerunt in montanis, ne à Jerichuntiois, qui eos ſecuti fuerant, caperentur. Contra Judæos, expugnatores urbis Hai, alii Reges, qui traos Jordanem erant io montanis campeſtribus, maritimis &c. congregati ſunt ut contra eos pugnarent; Ita & omnes Reges Amorrhæorum, habitantium in montaois cootra Gabaonitas conjuocti ſunt. Joſue verò oppugnans omnes *omnem terram* (c) *montanam, & meridianam, atque campeſtrem, & Aſedoth cum Regibus ſuis* percuſſit; Quocirca Jabin, Rex Aſor, contra illum excitare conatus eſt Reges aquilonis, habitantes *in montanis, & in planitie contra meridiem Ceneroth &c.* & alios pariter in montanis degentes populos; at Joſue omnem eorum terram montanam, meridianam, planitiem &c. ſubegit, & *interfecit Enacim de montanis &c.* prout frequenter notatur. Timuerunt Tribus Ephraim, & Manaſſe conſceodere montana Chananæorum; at Joſue eas animavit, unde earum ſors aucta eſt. *Contra Occidentem ad montana* erat termioue Tribûs Benjamin. Contra Chananæum pugnaverunt Filii Juda, habitantem *in montanis, & ad meridiem, & in campeſtribus* poſt mortuum Joſue, & vicerunt ejusque terram, & urbes occupârunt. (d) Holofernes io Judæos ruens, qui montium itinera concluſerant, quærebat à Principibus Moabitarum, & Ammonitarum, quis eſſet hic populus, mootana obſidens, ſuper quo eum inſtructum reddere conatus eſt Achior, Ammonitarum Dux; contra quem iratus eſt Holofernes (V. *Achior*,) & montana aſcendere decrevit, (e) ad quæ etiam adductus eſt ligatus Achior propè Bethuliam, irruentibus in milites ductores fundibulariis. In Jeremiâ novum

(a) Quid hæ voces, de quarum ſtatibus idem agimus, ac in aliis dictionibus.

Num. 13. 30. & alibi. Deut. 1. 7. — (b) Loca montana etiam data Judæis. — 2. 37. — Joſ. 2. 22. — 8. 11. — 10. 6. — 40. — (c) Joſue etiam terram montanam percutiens. — 11. 2. — 3. — 16. — 21. & alibi. — 13. 16. — 18. 12. — Judic. 1. 9. — 19. — (d) Judæi, montium itinera concludentes, contra Holof. — Judith. 5. 3. &c. — 18. — 6. 8. — (e) Achior ad montana Bethuliæ adductus ligatus.

fœdus promittititur, perautiendum cum Judæis, ex captivitate liberandis, & habitaturis in civitatibus montanis, campestribus, ad Austrum &c.

Jer. 30, 44.

Luc. 1. 39. (f) Maria V. in montana abiens.

- - 65. (g) Timor in montanis Judææ in nativitate Joan.

De Beatâ Virgine Mariâ scribitur, quòd visitatura cognatam suam Elisabeth (f) *abiit in montana cùm festinatione*, & assistens fuit in domo illius, cùm Joannem Baptistam illa pareret, in cujus nativitate dùm plura evenirent portenta, (g) *factus est timor super omnes vicinos eorum, & super omnia montana Judæa divulgabantur omnia verba*; quæ dicebantur ab omnibus de novo infante, & scribebantur. (V. *Joannes Baptista.*)

Judith. 7. 5. (h) Judæi montosa custodientes contra Holof.

Pro dictione *Montuosus*; notatur, quòd Judæi videntes conatus Holofernis contra Bethuliam, *assumentes arma sua bellica, sederunt per loca*, (h) *quæ ad angusti itineris tramitem dirigunt, inter montosa, & erant custodientes ea tota die, ac nocte.*

Deut. 11, 11. (i) Terra promissa etiam montuosa.

Pro dictione verò *Montuosus*. De terrâ appromissâ Judæis dictum est, à Moyse populo: *Terra, ad quam ingrederis possidendam - - -* (i) *montuosa est, & campestris, de cœlo expectans pluvias.*

Jer. 17, 26. (k) Ex omnibus partibus etiam montuosis holocausta ferenda ad templum.

- 33. 13. (l) In locis etiam montuosis futura felicitas in terrâ sanctâ.

Apud Jeremiam confortantur Judæi ad observationem sabbati, & promittitur eis à Domino, quòd ex omnibus partibus, campestribus, (k) montuosis &c. veniunt portantes holocaustum, victimam, thus, & oblationem; & alibi spondet Dominus felicitatem futuram (l) in terrâ sanctâ in omnibus locis montuosis, campestribus &c.

(m) Quæ sint montana Judææ.

Quæ essent autem montana Judææ restat adhuc enucleandum, de quibus supra ad text. Luc. 1, dictum est: (m) Hæc autem sunt *continua montium conjunctio*, in quibus erant plures civitates & loca, *in tribu Juda*; & incipiebant juxta Emaus, & unius diei itinere ab Hebron terminabantur.

Monstrum.

Hist.

(a) Quid est, de cujus textibus idem sentiunt, quod in aliis vocibus.

Peccatum (a) *est in natura, quod fit cum disconvenienti dispositione, rarò, & in minori parte contingens*: Ita Philosophi; at de monstro animato hæc tradunt, licèt plura hujus definitionis attribui etiam possint monstro inanimato: Nomine autem monstri quodcumque venit *prodigium*; aut *portentum*; aut *res insolita*; diciturque monstrum à monstrando; quòd ea, quæ insolita sunt alius alii monstrare solitus sit.

Num. 13. 34. (b) Gigantes dicti monstra.

Monstra (b) vocaverunt Gigantes, quos viderant in terrâ promissionis, revertentes exploratores ad Moysen. Sapientiam sequens dicitur, quòd *signa & monstra* (quæ scilicet mirabilia sunt, non ab omnibus intellecta) *scit, antequam fiant, & eventus temporum, & sæculorum*.

Sap. 8. 8.

- 17. 5. (c) Monstra non turbantia Ægyptios, ubi e. t.

- - 14.

- 19. 8.

Non credentes Ægyptios, scribitur, quòd (c) *nihil illos ex monstris* (mirabilibus scilicet operationibus per Moysen à Deo factis) *perturbabat*; at subditur, quòd tremebundi peribant; ita quòd *aliquando monstrorum agitabantur timore.* Et de Judæis notatur, tegebantur manu Domini, & erant *videntes - - - mirabilia, & monstra Dei.*

Eccli. 45. 2. (d) Moyses in verbis suis monstra placans, ubi expl. text.

Ita de Moyse habetur, quòd *in* (d) *verbis suis monstra* (nempè mirabiles castigationes modò contra Ægyptios, modò contra Judæos oratione) *placavit.* Quod, Core, & sociis ejus contra Aaron insurgentibus *Deus fecit illis monstra, & consumpsit illos in flamma ignis*:

Eccli. 45. 24.

- 48. 15. (e) Monstra ab Elisæo facta.

De Elisæo scribitur, quòd (e) *in vita sua fecit monstra*, (puta miracula,) *& in morte mirabilia operatus est.*

2 Mac. 5. 4. (f) Oratio, ut monstra in bonum vertantur.

Cùm Jerosolymæ viderentur in Aëre variæ apparentes exercituum congressiones, (f) *omnes rogabant in bonum monstra converti.*

Monumentum Vid. post Monimentum.

Moos.

Hist.

1 Par. 2. 27. (a) Quis est, & quid sonat.

Primogenitus (a) *Jerameel*, primogeniti Ram in tribu Juda. Sonat: *Lignum: ligneus: consiliarius.*

Mophim.

Hist.

Gen. 46. 21. (a) Quid est, & quid sonat.

Unus (a) *ex filiis Benjamin*; sonat: *Ex ore*; & Syriacè *Coopertmenta.*

Mora.

Hist.

(a) Quid hæc vox, cujus textus alii qui sine annotationibus, quia non est locus.

Expectatio (a) est, & *temporis dilatio*, à *Moror*, quod est *expecto, retardo, detineo*; & ita etiam Mora idem est, ac *detentio*.

Exod. 12. 39.

Panes azymos fecerunt Judæi exeuntes Ægypto, Ægyptiis eos *nullam facere sinentibus moram*.

- 32. 1. (b) Moyse moram redeundi faciente, populus factus est idololatra.

Moyse moram faciente descendendi de Sinai, (b) populus vitulum aureum sibi conflari fecit, & adoravit.

4 Reg. 4. 24.

Sunamitis, itura ad Elisæum pro vitâ filii sui, item defuncti, moram sibi fieri timuit.

1 Par. 29. 15.

Orans David ad Dominum dicebat: *Dies nostri, quasi umbra super terram, & nulla est mora.*

1 Esd. 7. 21.

Artaxerxes ministris suis scripsit, ut *sine mora* darent Esdræ quicquid petebat &c.

Tob. 10. 1. (c) Mora Tobiæ Jun. in reditu sollicitum facit patrem ejus.

(c) *Cùm moras faceret Tobias* (junior extra domum) *causa nuptiarum, sollicitus erat Pater ejus Tobias &c.*

Hab. 2. 3. (d) In morâ Domini, ipse expectandus.

Expectanti Habacuc responsum à Domino præceptum est, ut scriberet visum, dictumque est ei: (d) *Si moram fecerit, expecta illum.*

Matth. 24. 48. Luc. 12. 45. (e) Servus in morâ Domini impius.

Parabola est in Evangelio de servo malo, qui, (e) cogitans Dominum suum moram diu extra domum facturum, conservos suos percutere cœpit, & cum ebriosis vivere, ideò à revertente Domino castigatus est.

Matth. 25. 5. &c. (f) Virgines fatuæ in morâ Sponsi dormientes.

Item parabola est de virginibus, tum prudentibus, tum fatuis, (f) quæ *postrema moram faciente sponso, dormitaverunt omnes, & dormierunt*; at evigilantes primæ oleum habuerunt in vasis suis; secùs aliæ.

Act. 20. 16. (g) Paulus moram vitans in Asiâ.

Paulus, Jerosolymam iturus ad diem Pentecostes, *proposuerat transnavigare Ephesum*, (g) *ne qua mora illi fieret in Asia.*

Morans.

Hist.

(b) Quid est.

Participium (a) est præsentis temporis à *Moror*, de quo supra in dictione *Mora*.

Prov. 30. (b) Visio viri confortati; DEO cum eo morante.

Caput trigasimum libri Proverbiorum, quod inscribitur: *Verba congregantis filii vomentis*, habet in sui initio hæc: (b) *Visio, quam locutus est vir, cum quo est DEUS, & qui, Deo secum morante, confortatus, ait &c.*

Hebr. 13. 3. (c) Ut morantes in corpore laborantium pro fide vult Paulus alios fideles.

Apostolus ad Hebræos scribens, inquit: (c) *Mementote vinctorum, tanquam simul vincti; & laborantium, tanquam & ipsi in corpore morantes.*

Mor-

Morasthi, Morasthites.

Hist. *Vicus in tribu Juda* (a) est Morasthi, propè Eleutheropolim Orientem versus, ut testatur D. Hieronymus (b) Patria Michææ Prophetæ, ubi etiam ostendebatur sepulchrum ejus; & iccirco ipse dictus est Morasthites, quod nomen patrium est. Pro primâ dictione (c) ponunt Septuaginta *μωρασθὶ, Morasthes*; pro secundâ *μωραθίτης. Morasthites.* Utraque dictio sonat: *Heres: Paupertas: De paupertate: De hæreditate.*

(a) Quid est. Jer. 26, 18. Mich. 1, 1. (b) Michæas Morasthites. (c) Lect. LXX. & nov. interpr.

Mordens.

Hist. A (a) *Mordeo*, quod est *dentibus apprehendo: dentibus lædo*, est Mordens, participium præsentis temporis. Jacob moriturus, & futura prædicens filiis suis, de Dan dixit: (b) *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor ejus retrò.* In Proverbiis est: (c) *Qui attentis oculis cogitat prava, mordens labia sua perficit malum.*

(a) Quid est. Gen. 49, 17. (b) Dan mordens ungulas equi. Prov. 16, 30. (c) Mordens labia sua malum cogitat, & facit.

Moriens Vid. post Morsus.

Morsus.

Hist. *Actus* (a) *ipse mordendi* est. Comminatio Domini, & castigatio in malos exprimitur ab eodem per hæc verba inter cætera: (b) *Consumentur fame, & devorabunt eos aves morsu amarissimo.* Quocirca pariter notatur, quòd Judæi, peccantes in deserto, (c) *morsibus perversorum colubrorum exterminabantur*; & de Ægyptiis, quòd, *illos locustarum, & muscarum occiderunt morsus &c.* Et dum apud Osee promittit Dominus liberationem Israël, devictis morte, & inferno, habet: (d) *Ero mors tua, ò mors; morsus tuus ero, inferne.*

(a) Quid est. Deut. 32, 24. (b) Mali morsu omni avium amarissimo confodiendi. Sap. 16, 5. (c) Judæi serpentium, Ægyptii locustarum, & muscarum interfecti morsibus. Osee. 13, 14. (d) Dominus futurus morsus inferno.

Moriens. Mortuus.

Hist. Utraque (a) dictio participium est, à *Morior*, quod est *vitâ decedo*. Prima quidem præsentis; secunda præteriti temporis.

Pro *prima* habemus, quòd (b) Agar, ne sibi morientem videret filium Ismaëlem, abjecit eum subter unam arborem, & abiit (V. *Agar*) *Morientibus plurimis*, terra devoravit core. De Samsone notatur, quòd (c) *multò plures interfecit moriens, quàm ante vivus occiderat.* (V. *Samson*) De Benjamitis ad Gabaa occisis, ponitur, quòd utrâque ex parte cædebantur, *nec erat ulla requies morientium.* Ruth dixit socrui suæ Noëmi: *Quæ te terra morientem susceperit, in eâ moriar.* Holoferni ultrò se dederunt plures Urbes, & Provinciæ, dicentes: (d) *Meliùs est, ut viventes serviamus Nabuchodonosor Regi magno, & subditi simus tibi, quàm morientes cum interitu nostro ipsi servitutis nostræ damna patiamur.* In Psalmis est: Impius (e) *non videbit interitum, cùm viderit sapientes morientes*; h. e. non considerabit se quoque interiturum. Apud Ecclesiasten legitur: *Muscæ* (f) *morientes perdunt suavitatem unguenti*; pro muscâ vitium, pro unguento bonas operationes intellige. Orabat Isaias Dominum: (g) *Morientes* (scilicet exteri populi Judæis infesti) *non vivant.* Apud Ezechielem, revocans Deus ad pænitentiam malos dicit: *Nolo* (h) *mortem morientis* (h. e. peccatoris) - - - *Revertimini, & vivite.* Ad Corinthios, dum explicat suos labores Paulus, loquens in Numero multitudinis, ait: (Fuimus) (i) *Quasi morientes, & ecce vivimus; ut castigati, & non mortificati.* Et ad Hebræos, comparans antiquum cum præsenti Sacerdotio inquit: (k) *Hic quidem decimas morientes homines* (h. e. mortales; & sermo est de antiquo Sacerdotio) *accipiunt: ibi autem* (Melchisedech scilicet, in quo figura novi Sacerdotii erat) *contestatur, quia vivit* (dictum quippe est: Sacerdos in æternum, ut est Christus Dominus æternùm vivens in Ecclesiâ suâ). Et de Antiquorum Patrum fide agens, habet: *Fide* (l) *Jacob moriens, singulos filiorum Joseph benedixit, & adoravit fastigium virgæ ejus. Fide Joseph moriens, de profectione memoratus est, & de ossibus suis mandavit.*

(a) Quid hæc voces quarum sequentes adeo textus, ut non omnes mortis signentur. Gen. 21, 16. (b) Ismaël ferè fuit moriens. Num. 26, 10. Judic. 16, 30. (c) Samson moriens, amplius occidens. - - 20, 43. Ruth. 1, 17. Judith. 3, 2. (d) Populi ne morerentur obstinatus, se Holoferni dantes. Psal. 48, 11. (e) Videns sapientes, non moritur, ubi expl. tent. Eccle. 10, 1. (f) Mystica interpretatio de muscis morientibus. Isai. 26, 14. (g) Orans Isaias, ut morientes non viverent; ubi n. c. Ezec. 18, 32. (h) Deus nolens mortem morientis, ubi e. t. 2. Cor. 6, 9. (i) Paulus aliquando moriens quasi. Hebr. 7, 8. (k) Morientes in antiquo Testamento recipientes decimas; in novo ο Christus vivens, ubi e. t. - - 11, 21. - - 22. (l) Jacob. & Joseph morientes.

Pro *secundâ* habemus, quod Abraham, pro sepeliendo mortuo suo, cadavere scilicet uxoris suæ Saræ, emit agrum, cum speluncâ duplici ab Ephron, ibique illud sepelivit; licèt filii Heth eidem sua sepulchra offerrent. Mortuo Abraham, Philisthæi obstruxerunt puteos ab eodem fossos. Notantur successores duces in Edom, mortuis prædecessoribus. Mortuo Jacob, timuerunt filii ejus, ne Joseph frater suus ultionem de iis sumeret, ob irrogatam illi injuriam. Mortuo Joseph, & fratribus ejus, creverunt Judæi in Ægypto. Cùm omnia peste consumerentur apud Ægyptios per plagas à Domino immissas, *non erat quicquam* (m) *mortuum de his, quæ possidebat Israel.* Terrorque magnus factus est in Ægypto, quando, percutiente Angelo primogenitos, inventum est, quòd (n) *non erat domus, in qua non jaceret mortuus.* Cùmque submersi essent in mari rubro Ægyptii, persequentes Judæos, *viderunt* (Judæi) *Ægyptios mortuos super littus maris, & manum magnam, quam exercuerat Dominus contra eos.* Lex erat: (o) *Si bos alienus bovem alterius vulneraverit, & ille mortuus fuerit: vendent bovem vivum, & divident pretium, cadaver autem mortui inter se dispertient. Anima,* (p) *quæ tetigerit aliquid - - - per se mortuum - - - -, & oblita fuerit immunditiæ suæ, rea est, & deliquit. Si necesse fuerit, ut portet* (quis) *quidpiam horum* (animalium immundorum videlicet), *lavabit vestimenta sua, & immundus erit usque ad occasum solis. Super mortuo non incidetis carnem vestram, neque figuras aliquas, aut stigmata facietis vobis. Ad omnem mortuum non ingredietur omninò* (Pontifex). *Qui* (de semine Aaron) *tetigerit immundum super mortuo, & ex quo egreditur semen quasi coitus - - - - immundus erit usque ad vesperam, & non vescetur his, quæ sanctificata sunt &c.* Dictum item est Moysi à Domino: (q) *Præcipe filiis Israel, ut ejiciant de castris omnem leprosum, & qui semine fluit, pollutusq́; est super mortuo. Omni tempore consecrationis suæ* (Nazaræus) *super mortuum non ingredietur*; deprecabatur autem pro eo, qui hujusmodi legi contradixerat, Sacerdos, (r) *quia* scilicet, *peccavit super mortuo.* Cùm Maria, soror Moysi, de eo cum Aaron murmurâsset, & tacta esset leprâ, Aaron Moysen rogavit pro eâ, ne tali morbo afflicta fieret (s) *quasi mortua*; quapropter rogavit pro eâ Dominum Moyses, & sanitati restituta est. Cùm in seditione Core igne absumpti fuissent plurimi,

Gen. 23, 6, &c. - 26, 18. - 36, 33. - - 37. - - 50. - 50, 15. Exod. 1, 6. - 9, 7. (m) In plagis Ægypti nihil moriens ad Judæos spectans. - 12, 30. (n) Mortuus in qualibet Ægyptiorum domo, Angelo percutiente inventus. - 14, 31. - 21, 35. (o) Lex circa mortuum bovem ex alterius bovis ictu. Lev. 5, 2. (p) Immunditia ex tactu mortui per se. - 11, 25. - 19, 28. - 21, 11. - 22, 4. - - 6. Num. 5, 2. (q) Pollutus super mortuo ejiciendus de castris. - 6, 6. - - 11. (r) Sacerdos precans pro Nazaræo polluto super mortuo. - 12, 12. (s) Maria leprâ tacta quasi mortua.



Num. 16, 48. (t) Aaron inter viventes, & mortuos DEUM precans.

accurrit Aaron, *& stans* (t) *inter mortuos, ac viventes, pro populo deprecatus est, & plaga cessavit.* Lex item erat: *Si quis in agro tetigerit cadaver* (u) *occisi hominis, aut per se*

- 19, 16. (u) Immunditia ex tactu mortui per se.

mortui, sive os illius vel sepulchrum, immundus erit septem diebus. Mortuo (x) Aaron *in montis supercilio, descendit* Moyses *cum Eleazaro,*

- 20, 29. (x) mortuo Aaron succedit Eleazar.

quem induerat vestibus ejusdem Patris Aaron. Repetitur in Deuteronomio Judæis: *Non vos incidetis, nec facietis calvitium super mortuo.*

Deut. 14, 1.

Sic dicitur: *Nec inveniatur in te qui - - - - - quærat à mortuis veritatem.*

- 18, 11.

Judic. 3, 25.

Jacentem mortuum invenerunt Eglon, Regem Moab, servi ejus, quem occiderat Aod.

- 4. 22.

Sisaram jacentem mortuum vidit Barac, cui ostendit illum Jahel ipsa, quæ occiderat.

- 9, 55. (y) Abimelech mortuo Judæi ad sua se recipiunt.

Mortuo (y) Abimelech, Israëlitæ omnes, qui eum sequebantur, reversi sunt in sedes suas. Levita in Gabaa (V. *Benjamin*,) intelligens, eò quòd non moveretur jacens in terrâ, quod (z) mortua esset uxor sua portentosâ Gebaitarum libidine, eam asino suo imposuit, & rem cæteris tribubus à Benjamin patefaciens, totius Benjamiticæ Tribûs destructionis causa fuit.

- 19, 28. (z) Uxor Levitæ ex Gabaitarum libidine mortua.

Noëmi, cum mortuus esset vir suus, & filii sui, dixit nuribus suis: *Ite in domum matris vestræ. Faciat* (aa) *vobiscum Dominus misericordiam, sicut fecistis cum mortuis, & mecum &c.*; At Ruth noluit cum socru suâ manere:

Ruth. 1, 8. (aa) Misericordia nurium Noëmi cum mortuis.

Et cùm audisset Noëmi gratiam, quam invenerat Ruth apud Booz, dixit: *Benedictus sit à Domino,* (ab) *quoniam eandem gratiam, quam præbuerat vivis, servavit & mortuis.*

- 2, 20. (ab) DEUS servans gratiam mortuis.

David, humilians se coram Saul ad speluncam Engaddi, è longè ad ipsum clamabat: *Canem mortuum persequeris, & pulicem unum.*

1. Reg. 24. 15.

Cum (ac) *audisset David mortuum Nabal*, gratias egit Domino, qui eum ab ultione suscipiendâ liberaverat.

- 25. 39. (ac) David gratiam agens Deo de mortuo Nabal.

Miphiboseth, filius Jonathæ, beneficiis à David affectus, adorans eum, dicebat: *Quis ego* (ad) *sum servus tuus, quoniam respexisti super canem mortuum similem mei?*

2. Reg. 9. 8. (ad) Idem se canem mortuum dictus.

Ipse David, *mortuo puero*, (ae) quem susceperat ex adulterio cum Bethsabee, cessavit à jejunio, quó instabat apud Dominum, ut puer sanus fieret.

- 12, 21. (ae) Puer Davidis ex adulterio mortuus.

Mulier Thecuites, mœsta, & (af) *quasi mulier, jam plurimo tempore lugens mortuum*, missa est à Jacob ad David, ut per parabolam illum induceret ad misericordiam pro Absalom.

- 14, 2. (af) Thecuites, quasi deflens mortuum coram David.

Cùm Semei malediceret David fugienti à facie Absalom, *dixit Abisai filius Sarviæ Regi:* (ag) *Quare maledicit canis hic mortuus Domino meo Regi? vadam, & amputabo caput ejus*: At noluit David id fieri.

- 16. 9. (ag) Semei canis mortuus dictus.

Judicium mirabile est, quod fecit Salomon de filio mortuo cujusdam meretricis super hoc cum aliâ disceptantis. (V. *Meretrix: Salomon*)

3. Reg. 3. 20.
- - 22.

Jezabel, audito (ah) Nabothi mortuô, excitavit Achab virum suum, ut ad vineæ illius possessionem alacriter pergeret. (V. *Achab: Jezabel*)

- 21, 15. (ah) Nabothi mortui vinea occupatur ab Achab.

Elisæus Sunamitidis hospitæ suæ filium mortuum suscitavit. (V. *Elisæus*)

4. Reg. 4. 32. & alibi.

Benadad mortuo, Hazaël in Regem Syriæ elevatus est.

- 8, 15.

Athalia, videns Ochoziam filium suum, Regem Juda, (ai) mortuum, omne semen Regium interfecit, ut ipsa regnaret. (V. *Athalia*.)

- 11, 1. (ai) Ochozia mortuô Athalia regiam stirpem tollere conata.

Rex Assyriorum, obsidens Jerusalem, videns corpora mortuorum, eorum nempè militum suorum, qui ad 185. m. occisi fuerant ab Angelo nocte, reversus est in Urbem suam Niniven.

- 19, 35. Isai. 37, 36.

Ossibus mortuorum replevit Josias loca statuarum, & lucorum, idolis sacrorum.

4. Reg. 23, 14.

Idem Josias occisus in Megeddo, mortuus delatus est Jerosolymam.

4. Reg. 23, 30.

In enumeratione Regum Edom ponitur, quòd, mortuò Saul, regnavit pro eo Balanan; & quòd Adad Rege mortuô, Duces pro Regibus esse cœperunt in Edom.

1. Par. 1, 49.
- - 51.

Saul Rege Judæorum, (ak) & filiis ejus mortuis, totus Israël conturbatus est, & Philisthiim victores exultaverunt.

- 10, 9. (ak) Saul Rege cum filiis mortuô, exultant Philisthiim.

Josaphat, Rex Judæ, dum hostes ejus se se invicem occidissent ex divino consilio, venit cum populo (al) *ad detrahenda spolia mortuorum*, quæ nec per tres dies auferre potuerunt.

- 20, 25. (al) Spolia hostium mortuorum detrahi facit Josaphat.

In libro Tobiæ est, quòd, mortuô Salmanasar, Rege Assyriorum, Sennecherib filius ejus exosos habebat filios Israël: Tobias autem illis pro posse subveniebat, *& mortuis, atq; occisis sepulturam solicitus exhibebat*; super quo, nempè mortuorum Judæorum sepulturâ, arguebatur ab amicis; quippe ob diram Sennacherib tyrannidem se morti exponebat; (am) et pro hoc ab Angelo ei revelatum est, ipsum Deo gratum factum.

Tob. 1, 18.
- - 20.
- 2, 8.

- 12, 12. (am) Tobias fratres mortuos sepeliens factus Deo gratus.

Judith interrogata ab Holoferne circa Bethulienses, respondit inter cætera: *Fames invasit eos, & ab ariditate aquæ jam inter mortuos computantur.*

- 11, 10.

Mortuis patre, ac matre Ester, Mardochæus ejus patruus, eam sibi adoptavit in filiam.

Esth. 2, 7.

Apud Job legitur: *Putasne*, (an) *mortuus homo rursum vivet? Cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto, donec veniat immutatio mea.*

Job. 14, 14. (an) Interrogatio an mortuus rursum vivat.

Et de impio est: *Ipse ad sepulchra ducetur* (ao) (h. e. corpus ejus sepelietur) *& in congerie mortuorum* (videlicet in inferno) *vigilabit.* (h. e. ad pœnas vivet.)

- 21, 32. (ao) Impius mortuus in inferno vigilans; ubi expl. text.

In Psalmis recensens David miserias, & tribulationes suas, canit: *Oblivioni datus sum, tanquam mortuus à corde. Factus sum sicut homo sine adjutorio inter mortuos* (computatus) *liber* (ab omnibus hujus vitæ curis.)

Psal. 30, 13.
- 87, 6.

Et ad Dominum clamat: (ap) *Numquid mortuis facies mirabilia* (suscitando eos scilicet)?

- - 11. (ap) Interrogatio an DEUS mirabilia faciat mortuis.

Et memorans male, olim à Judæis patrata, pro quibus orat veniam, inquit: *Comederunt sacrificia mortuorum* (id est idolorum)

- 105, 28.

Et habet: *Non mortui* (aq) *laudabunt te, Domine*; q. d. Sinas nos vivere, ut te laudemus.

- 113, 17. (aq) Expl. text.

Et de Absalom filio suo dicit: *Collocavit me in obscuris, sicut mortuos sæculi* (h. e. à sæculo).

- 142, 3.

In Proverbis legitur: *Mortuo homine impio, nulla erit ultra spes.*

Prov. 11, 7.

Apud Ecclesiasten est: *Laudavi magis mortuos, quàm viventes.*

Eccle. 4, 2.

Melior est canis vivus (ar) *leone mortuo; viventes enim sciunt se morituros, mortui verò nihil noverunt amplius, nec habent ultra mercedem, quia oblivioni tradita est memoria eorum.*

- 9, 4.
- - 5. (ar) Canis vivus melior Leone mortuo.

In libro Sapientiæ notatur: *Condemnat justus mortuus vivos impios, & juventus, celeriùs consummata, longam vitam injusti; & erunt* (impii) *post hæc* (contemptum videlicet justorum) *decidentes sine honore, & in contumeliâ inter mortuos in perpetuum &c.*

Sap. 4, 16.
- - 19.

Infelices sunt, & inter mortuos spes illorum est, qui appellaverunt Deos opera manuum hominum &c.

- 13, 10.

Pro sanitate quidem (idololatra) *infirmum deprecatur, & pro vitâ* (as) *rogat mortuum, & in adjutorium inutilem invocat.*

- - 19. (as) Idololatra pro vitâ mortuum rogat.

De principiis idololatriæ scribitur, quòd (at) *acerbo luctu dolens pater, citò sibi rapti filii fecit imaginem.*

- 14, 15. (at) Principia idololatriæ imagine mortui filii adorata, &c.

mum: *Et illum, qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cœpit, & constituit inter servos suos sacra, & sacrificia.* Et de idolo dicitur, quòd ejus *aspectus insensato dat concupiscentiam, & diligit mortuæ imaginis effigiem sine animâ.* Et de Idolorum artifice, quòd, *cum sit mortalis*, (au) *mortuum fingit manibus iniquis: Melior enim est ipse his, quos colit &c.* Et ubi de plagis Ægyptiorum sermo est, & præcipuè de primogenitis eorum, per Angelum exterminatorem morti datis, habetur: *Similiter ergo omnes, unô nomine mortis, mortuos habebant innumerabiles.* Et de seditione Core notatur, quòd *cùm jam acervatim* (ax) *cecidissent super alterutrum mortui institit* (Aaron), *& amputavit impetum, & divisit illam, quæ ad vivos ducebat, viam.*

Sap. 13, 5. — - - 17. (au) Artifex idolorum mortalis mortuum fingit &c. — - 18, 12. — - - 23. (ax) Aaron se interponens cum DEO, mortuis Core, & aliis. Eccli. 7, 37. — - 8, 6.

Apud Ecclesiasticum est: *Mortuo non prohibeas gratiam. Noli de mortuo inimico tuo gaudere, sciens, quoniam omnes morimur, & in gaudium nolumus venire. A mortuo* (ay) *quasi nihil* (ampliùs esset); *perit* (h. e. cessat) *confessio* (h.e. omnis laudatio) q.d. Si vivus non dederit laudes DEO, mortuus postea non ultra laudabit Dominum, & faciet opera meritoria. *Supra mortuum plora, defecit* enim *lux ejus: & supra fatuum plora, defecit enim sensus. Modicum plora supra mortuum, quoniam requievit; nequissimi enim nequissima vita super mortem fatui. Luctus mortui septem dies; fatui autem, & impii, omnes dies vitæ illorum.* De filio bene educato dicitur: *Mortuus est Pater ejus, & quasi non est mortuus; similem enim reliquit sibi post se.* Scribitur pariter: *Qui baptizatur à mortuo,* (az) *& iterum tangit eum, quid proficit lavatio illius?* & deinde ponitur paritas pœnitentis pro peccato, & iterum ad peccatum redeuntis. Item dicitur: *Fili, in* (ba) *mortuum produc lacrymas, & quasi dira passus incipe plorare, & secundùm judicium contege corpus illius, & non despicias sepulturam illius;* unô die proinde illum flendum esse, & luctum pro meritis illius faciendum unô die ponitur, & paulò pòst subditur: *In* (bb) *requie mortui requiescere fac memoriam ejus, & consolare illum in exitu spiritûs sui.* De Elisæo notatur quòd, *mortuum* (bc) *prophetavit corpus ejus*; h. e. mirabilia fecit, ut quidem habetur 4. Reg. 13. 21.

- 17, 26. (ay) Omnis confessio à mortuo cessans, ubi explicatur. — - 22, 10. — - - 11. — - - 12. — - à 13. — - 30, 4. — - 34, 30. (az) Lavatio tangentis mortuum, iterum quibus tangentis inutilitas. — - 38, 16. (ba) In mortuum plorandum; ubi explicatur. — - - 24. (bb) Mortuus in exitu spiritûs consolandus. — - 48, 14. (bc) Mortuus Elisæus prophetat, ubi q. s.

Apud Isaiam dehortatio est à quærendo ex Pythonibus, & divinis responsiones, & dicitur Judæis: *Numquid non populus à Deo suo requiret, pro vivis à mortuis?* Contra Jerusalem dicitur: *Interfecti tui, non interfecti gladiô,* (bd) *nec mortui in bello*; sed miseriâ scilicet, captivitate &c. Pro consolatione autem exultatio prædicitur, & ponitur: *Vivent* (be) *mortui tui, interfecti mei resurgent*; quod pro resurrectione mortuorum interpretamur. Idem Propheta, suos ad pœnitentiam hortans, eis dicebat: *Impegimus meridie, quasi in tenebris,* (bf) *in caliginosis, quasi mortui.*

Isai. 8, 19. — - 22, 2. (bd) Interfecti Jerusalem non in bello mortui. — - 26, 19. (be) Mortui Jerusalem victuri. — - 59, 10. (bf) Peccatores, quasi mortui.

Jeremias de miseriis futuris Judæorum prophetans, habet: *Non frangent inter eos lugenti panem ad consolandum super mortuo &c.* & prædicens captivitatem, ponit: *Nolite flere super* (bg) *mortuum, neque lugeatis super eum fletu; plangite eum, qui egreditur, quia non revertetur ultra, nec videbit terram nativitatis suæ.* & dolens in subversione Jerusalem aiebat: *In tenebrosis collocavit me* (bh) (Dominus), *quasi mortuos sempiternos.*

Jer. 16, 7. — - 22, 10. (bg) Super mortuum non flendum dictum est Judæis. — Thr. 3, 6. (bh) Jeremias ut mortuus.

Apud Baruch oratur Dominus, ut respicias populum suum, & subditur, *quia non mortui, qui sunt in inferno, quorum spiritus acceptus est à visceribus suis, dabunt honorem, & justificationem Domino; sed anima, quæ tristis est super magnitudine mali &c. Domine omnipotens, DEUS Israël, audi nunc orationem mortuorum Israël, & filiorum ipsorum, qui peccaverunt ante te &c.* Mox alloquitur Propheta populum Israël, & exprobrat ei idololatriam dicens: *Coinquinatus es cum mortuis.* Et de Idololatris habet: *Sicut ad sepulchrum adductum mortuum, ita tutantur Sacerdotes* (idolorum scilicet) *ostia clausuris, & seris, ne à latronibus expolientur:* (idola). *Sicut mortuis munera eorum* (idololatrarum) *illis* (idolis) *apponuntur. Rugiunt* (bl) (Sacerdotes idolorum) *clamantes contra Deos suos, sicut in cœnâ mortui* (id est, ejulant ad Deos suos, sicuti ejulari solet in cœnâ funebri). *Mortuis projectis in tenebris, similes sunt dii illorum lignei, & inaurati, & inargentati.*

Bar. 2, 17. — - - 18. — - 3, 4. (bi) Mortui Israëlitæ oratores. — - - 10. — - 6, 17. (bk) Idola, ut mortui, custodita. — - - 26. — - - 31. (bl) Sacerdotes idolorum ejulantes ad ea, ut in cœnâ mortui, ubi explicatur. — - - 70. (bm) Idola similia mortuis.

Apud Ezechielem, ad præsignificandam vastationem domûs Israël, nullô sequente luctu, præ animi stupore jubetur idem Propheta, cui mortua est uxor: (bo) *Ingemisce tacens, mortuorum luctum non facies &c.* Et cùm de novo templo condendo agit, & de Sacerdotibus, & Levitis ejus, ait: (bo) *Ad mortuum hominem non ingredientur, ne polluantur, nisi ad patrem, & matrem, & filium, & filiam, & fratrem, & sororem, quæ alterum virum non habuerit, in quibus contaminabuntur.*

Ezech. 24, 17. (bo) Ezechiel jussus super mortuam uxorem luctum non facere. — - 44, 25. (bo) Sacerdotes & Levitæ prohibiti ab ingressu ad mortuos, aliquibus exceptis.

In historia fratrum martyrum septem Machabæorum notatur, quòd (bp) *mortuo primô* in suppliciis, alii quoque ad eadem trahebantur tormenta, cùm nollent vetitis cibis vesci. Judas Machabæus, oppugnatis Gentibus, *factâ collatione, duodecim millia drachmas argenti misit Jerosolymam offerri pro peccatis* (bq) *mortuorum sacrificium, benè, & religiosè de resurrectione cogitans: Nisi enim eos qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum videretur, & vanum orare pro mortuis.*

2. Mac. 7, 9. (bp) Mortuo primo ex 7. martyribus Mach. alii ad tormenta adducti. — - 12, 43. (bq) Judas Mach. pro animabus mortuorum sacrificium mittit. — - - 44.

In novo Testamento legimus, quòd petenti discipulo à Christo JEsu, ut dimitteretur ad sepeliendum Patrem suum, antequam ipsum sequeretur, respondit Christus: (br) *Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.* Vocatus Christus Dominus ad suscitandam filiam Principis, turbam tibicinum, & aliorum, jussit recedere, dicens: *Non est mortua puella, sed dormit.* Mittens autem Apostolos ad prædicandum, inter cætera eis commisit: (bs) *Infirmos curate, mortuos suscitate &c.* Missis Joannis discipulis dictum est, ut de ipso Jesu renuntiarent Joanni, quòd per ipsum surdi audiebant, mortui (bt) resurgebant &c. Herodes post occisum Joannem Baptistam, audiens famam Christi JEsu, timens ait: *Hic est Joannes Baptista; ipse surrexit à mortuis, & ideò virtutes operantur in eo.* Descendens à monte, ubi transfiguratus est Dominus Jesus, præcepit discipulis, quos secum conduxerat: *Nemini dixeritis visionem, donec* (bu) *filius hominis à mortuis resurgat.* Sadducæorum inscitiam de resurrectione arguit pariter Christus, dum ipsis dixit: *De resurrectione* (bx) *mortuorum non legistis, quod dictum est à Deo dicente vobis: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, &*

Matth. 8. 22. Luc. 9. 60. (br) Mortui, ut suos sepeliant mortuos, relinquendi. — Matth. 9. 24. Marc. 5. 39. Luc. 8. 52. (bs) Mortui suscitandi à Christi discipulis. — - 10. 8. Luc. 7. 22. (bt) Christus mortuos resuscitans. — - 14. 2. Marc. 6, 14. — - - 16. Luc 9. 8. — Matth. 17. 9. Marc. 9. 8 &c. (bu) Mandatum de non revelando Christi transfiguratione, donec à mortuis surgeret. — Matth. 22, 31. (bx) Christus arguens Sadducæos de inscitiâ pro resurrectione mortuorum.

DEUS Jacob? non est Deus mortuorum, sed viventium. Scribis & Pharisæis etiam væ dicebat eddens,

Matth. 23. 27. (by) Sepulchra, deforis speciosa, intus ossibus mortuorum plena.

quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus speciosa, (by) *intus verò plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitiâ.* Principes Sacerdotum, & Pharisæi institerunt Pilato, ut juberet, Christi sepulchrum custodiri usque in diem tertium, ne fortè corpus ejus furarentur discipuli, & dicerent

- 27. 64.
- 28. 4.
(bz) Custodes sepulchri Christi, velut mortui facti, ipso surgente.

plebi: *Surrexit à mortuis.* At (bz) resurgente Christo Domino, *præ timore ejus exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui.* Cùm Dominus JEsus surdum, & mutum spiritum ab homine energumeno ejiceret, Spiritus *exclamans, & multùm discerpens eum,* (ca) *exiit ab eo, & factus est sicut mortuus ita ut multi dicerent, quia mortuus est.*

Marc. 9. 26.
(ca) Energumenus liberatus à Christo, factus ut mortuus.

In quæstione de resurrectione, motâ à Sadducæis, de quâ suprà locuti sumus, ad textum Matth. 22. in quâ requirebant; (cb) cùm septem fratres, unus post alium, postquam uxorem unam eandemque apprehendissent successivè (cùm etiam successivè mortui essent) ut suscitarent semen fratris sui, juxta legem Moysi, datâ mortuorum resurrectione, *cujus de his erit uxor?* ponitur hæc Christi Domini responsio: *Nonne ideò erratis, nescientes scripturas, neque virtutem Dei? cum enim à mortuis resurrexerint, neque nubent, neque nubentur, sed sunt sicut Angeli in cælis. De mortuis autem quòd resurgant, non legistis in libro Moysi, super rubum, quomodo dixerit illi DEUS, inquiens: Ego sum DEUS Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob?* (cc) *non est Deus mortuorum, sed vivorum. Vos ergò multùm erratis.*

(cb) Quæstio de uxore mortui in resurrectione mota ad Christum, & ejus responsio.
- 12. 23.
- - 24.
- - 25.
- - 26.
- - 27.
Luc. 20. 28. &c.
(cc) DEUS non est mortuorum DEUS.

Tacto loculo, & vocato adolescentulo, qui ferebatur apud Naim ad sepulchrum, *resedit* ad vocem JESU, *qui erat mortuus, & cœpit loqui.* Pater filii prodigi lætatus est vehementer in reditu illius (cd) *quia ajebat, hic filius meus mortuus erat, & revixit, perierat, & inventus est;* hæc in Parabolâ de filio prodigo; in parabola autem, sive historiâ de divite epulone, dum is in inferno repræsentatur, rogat Abraham, ut aliquis ad fratres suos mittatur, qui narret pœnas inferni; at Abraham reluctente, & dicente, quòd Prophetas audire possunt, repetit dives: *Non, Pater Abraham; sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent;* reponit autem Abraham: *Si* (*cd) *Moysen, & Prophetas non audiunt; neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.*

- - 7. 15.
- 15. 24.
(cd) Filius prodigus reputatus mortuus.
- 16. 23. &c.
- - 30.
- - 31.
(*cd) Non credens Prophetis, neque mortuis credit.

Angeli ad sepulchrum Christi videntes mulieres interrogârunt eas: *Quid quæritis* (ce) *viventem cum mortuis? non est hîc, sed surrexit &c.* Et cum idem Christus discipulis apparuisset, aperiens eis sensum Scripturarum, dicebat: *Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertiâ die. Cùm surrexisset à mortuis* autem Christus tertiâ die, tunc recordati sunt discipuli verba illius: (cf) *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Et docens Christus JESUS, se omnia operari cum patre habebat: (cg) *Sicut pater suscitat mortuos, & vivificat; sic & filius quos vult, vivificat;* & denuntians Judicii diem, etiam se Judicem constitutum dicebat: *Amen, Amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filii Dei: Et qui audierint, vivent &c.* Et docens se esse panem vitæ, subdidit: *Patres vestri manducaverunt manna in*

- 24. 5.
- - 6.
(ce) Christus dictus vivens cum mortuis.
- - 46.
Jo. 2. 22.
- - 19.
(cf) Christo à mortuis surgente, verbo illius intellecta sunt.
- 5. 21.
(cg) Filius vivificans mortuos, ut pater divinus.
- - 25.
(ch) Horâ judicii, mortui audient vocem Filii Dei.
- 6. 49.

deserto, & mortui sunt; & prosequebatur dicens, quòd panem vitæ ipsum comedentes viverent in æternum. Historiam item habemus de Lazaro mortuo suscitato (V. *Lazarus*) à mortuis, quem ut viderent, multi Hebræorum convenerunt Bethaniæ, & turba de ejus suscitatione à mortuis perhibebat testimonium. Crura Christi in cruce fracta non sunt; milites enim, qui ad hoc venerant (ci) *viderunt eum jam mortuum.* De Simone Petro, & Joanne Evangelistâ, qui non invenerunt Christum in sepulchro, scribit idem Evangelista Joannes: *Nondum sciebant scripturam, quia oportebat eum à mortuis resurgere.* Tertiò se manifestavit JESUS discipulis, cùm surrexisset à mortuis.

Jo. 6. 50.
- 11. 14. &c.
- 12. 9.
- - 17.
- 19. 33.
(ci) Christus mortuus ante tempus crurifragii.
- 20. 9.
- 21. 14.

Suscitatum autem à mortuis Christum sæpè sæpiùs memorant sacræ chartæ, quarum loca omnia hùc afferre supervacaneum est; in ipso verò suscitato annuntiabant resurrectionem ex mortuis Apostoli, & super hoc dolebant Sadducæi cum Sacerdotibus. Mortua cecidit ad pedes Petri Sapphira. Idem Petrus docens Cornelium de resurrectione Christi eum instruebat, & quòd ipse Christus constitutus erat à DEO, (ck) *Judex vivorum, & mortuorum.* De resurrectione mortuorum loquentem Paulum sustulerunt audire Magistratus Athenienses. Eutychus, cadens è cœnaculo, (cl) sublatus est mortuus, quem vitæ reddidit Paulus (V. *Eutychus.*) Idem Paulus coram Concilio in quæstionem vocatus se Pharisæum fassus est, & ait: *De spe, & resurrectione mortuorum ego judicor;* quòd dixisse coram Felice Præside ultrò confessus est. Et coram Agrippâ, causam suam defendens, inquit: *Quid incredibile judicatur apud vos, si DEUS mortuos suscitat?* & testabatur, quòd passibilis Christus, primus fuit ex resurrectione mortuorum.

Act. 3. 15. & alibi passim.
- 4. 2.
- 5. 10.
- 10. 42.
- 17. 32.
(ck) Christus Judex vivorum, & mortuorum.
- 20. 9.
(cl) Eutychus sublatus mortuus, suscitatus à D. Paulo.
- 23. 6.
- 24. 21.
- 26. 8.
- - 23.

Ad Romanos scribens ait de Abraham, quòd credidit in DEUM, *qui vivificat mortuos.* Insuper hortatur: *Exhibete vos DEO, tanquàm ex mortuis viventes; & membra vestra arma Justitiæ DEO. Itaque fratres mei, & vos mortificati estis legi per corpus Christi,* (cm) *ut sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemus DEO.* Et inquit: *sine lege peccatum mortuum erat. Si Christus in vobis est; Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus verò vivit propter justificationem. Ne dixeris in corde tuo - - - quis descendet in abyssum? hoc est Christum à mortuis revocare? Si amissio eorum* (Judæorum scilicet) *reconciliatio est mundi* (nempè Gentium DEO): (cn) *Quæ assumptio* (h. e. acquisitio ipsorum erit) *nisi vita ex mortuis? In hoc* (co) (DEO Domino scilicet) *Christus mortuus est, & resurrexit; ut & mortuorum, & vivorum dominetur.* Et ad Corinthios habet: *Quid facient,* (cp) *qui baptizantur pro mortuis* (per pœnitentiam &c.) *si omninò non resurgunt? ut quid & baptizantur* (h. e. mundantur, expiantur) *pro illis?* & infra habet: *Sed dicat aliquis: quomodo resurgunt mortui? qualive corpore venient? &* mox respondet: *Insipiens, tu quod seminas, non vivificatur, nisi priùs moriatur.* Et de judicii die, in quo omnes resurgent, habet: *Canet tuba, & mortui resurgent primi.* Item notat, quod confidentiam nostram habere in DEO demus, *qui suscitat mortuos.* Ad Ephesios scribit: *Cum essetis mortui delictis, & peccatis vestris - - - DEUS qui dives est misericordiâ, propter nimiam charitatem suam, quâ dilexit*

Rom. 4. 17.
- 6. 13.
- 7. 4.
(cm) Christi sumus, qui resurrexit à mortuis.
- - 8.
- 8. 10.
- 10. 6.
- - 7.
- 11. 15.
(cn) Acquisitio Christianorum est vita ex mortuis, ubi expl.
- 14. 9.
(co) Christus Dominus vivorum, & mortuorum.
1. Cor. 15. 29.
(cp) Fructuosa pœnitentia, & expiatio esset pro mortuis, si non resurgerent.
- - 35.
- - 36.
- - 52.
2. Cor. 1. 9.
Ephes. 2. 1.
- - 4.

nos,

Ephe. 2. 5. (cq) DEUS mortuos nos convivificavit in Christo. *mus;* (cq) *& cùm essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo &c.* Hinc, bortando ad rectam viam alacriter ineundam, apponit:
- 5. 14. *Surge, qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.* Ad Colossenses vocatur
Coloss. 1, 18. Christus à Paulo *primogenitus ex mortuis.* Et ad Thessalonicenses, dum docet resurrectionis
1. Thess. 4. 15. modum, dicit: *Mortui, qui in Christo sunt, resurgent primi.* Et Timotheum per Christum
2. Tim. 4. 1. (cr) Christus judicaturus vivos, & mortuos. *qui judicaturus* (cr) *est vivos, & mortuos*, obtestatur, quatenus adversus falsos doctores strenuè insurgat. Ad Hebræos autem scribit: *In-*
Hebr. 6. 1. *termittentes inchoationis Christi sermonem, ad*
(cs) Fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis. *perfectiora feramur, non rursum jacientes* (cs) *fundamentum pænitentiæ ab operibus mortuis*, (h. e. peccatis) *& fidei ad Deum, Baptismatum do-*
- - 2. *ctrinæ, impositionis quoque manuum, ac resurre-*
- - 3. *ctionis mortuorum, & judicii æterni. Et hoc faciemus, siquidem permiserit DEUS.* Et à sanguine hircorum, quo aspergebantur in syna-
- 9. 14. gogâ ad sanctificationem, deducit: *Quantò magis sanguis Christi, qui per Spiritum Sanctum semet-*
(ct) Sanguis Christi nos emundans ab operibus mortuis. *ipsum obtulit immaculatum DEO,* (ct) *emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad serviendum DEO viventi?* Monstransque ad confirmationem Testamenti Christi necesse fuisse, quòd intercederet ejus mors, habet: *Te-*
- - 17. (cu) Testamentum Christi, ejus morte confirmatum. *stamentum in* (cu) *mortuis confirmatum est, aliò quin nondum valet, dum vivit, qui testatus est.* De Abraham ait, quòd fide fortis Isaacum fi-
- 11, 19. lium sacrificare non dubitabat, *arbitrans, quia & à mortuis suscitare potens est Deus*; & ad epi-
- 13, 20. stolæ quasi finem ait: *Deus pacis, qui eduxit de mortuis pastorem magnum ovium, in sanguine te-*
- - 21. *stamenti æterni Dominum N. I. C. aptet vos in omni bono, ut faciatis ejus voluntatem &c.*

1. Petr. 2. 24. (cx) Peccatis mortuos Christus ad vitam revocare potens. Petrus scribit: *Peccata nostra ipse* (cx) (Christus) *pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui, justitiæ vivamus: Cujus livore*
- 4. 5. *sanati estis* & de iniquis habet, quòd *reddent rationem ei, qui paratus est judicare vivos, &*
- - 6. *mortuos* (Christus scilicet); *propter hoc enim* (cy)
(cy) Mortuis evangelizatum. *& mortuis evangelizatum est, ut judicentur quidem secundùm homines in carne, vivant autem secundùm Deum in spiritu.* De impiis, & lascivis habet Judas in suâ Catholicâ, quòd sunt *ar-*
Jud. v. 12. (cz) Impii arbores bis mortuæ. *bores autumnales, infructuosæ,* (cz) *bis mortuæ &c.*

In Apocalypsi scribit Joannes, quòd JE-
Apoc. 1, 5. sus Christus est *primogenitus mortuorum*; quòd cùm ipse Joannes filium hominis vidisset, ce-
- - 17. cidit *ad pedes ejus tanquam mortuus*; dexterâ autem ipsius tactus, & adjutus timorem expu-
(da) Joannes cadens, ut mortuus ad pedes filii hominis. lit, audiens ab ipso: *Noli timere; ego sum primus, & novissimus; & vivus, & fui mortuus &c.* Et jussit idem filius hominis scribi Epis-
- - 18.
- 2, 8. copo Smyrnæ: *Hæc dicit primus, & novissimus, qui fuit mortuus, & vivit.* Epistolo Sardis præ-
- 3, 1. cepit scribi: *Scio opera tua, quia nomen habes, quòd vivas, & mortuus es.* Viginti quatuor Seniores gratias DEO reddebant, quòd adveneret
- 11, 18. *tempus mortuorum judicari.* Audita item est
- 14, 13. vox de cælo, jubens scribi: *Beati mortui, qui in Domino moriuntur.* Ad effusionem phialæ
- 16, 3. secundæ in mare (db) *factus est sanguis, tan-*
(db) Mare factus sanguis ut mortui. *quàm mortui & omnis anima vivens mortua est in mari.* Et alibi apprehensum draconem vidit Joannes, animasque martyrum regnaturas di-
- 20, 5. citur: *Cæteri mortuorum* (h. e. reprobi) *non vi-*
- - 12. *xerunt, donec consummentur mille anni.* Affe-
(dc) Jo. videns mortuos ante ritque Joannes: (dc) *Vidi mortuos, magnos,*

& pusillos, stantes in conspectu throni, & libri thronum Dei magnos, & pusillos &c.
aperti sunt: Et alius liber apertus est, qui est vitæ, & judicati sunt mortui ex his, quæ scripta erant in libris, secundùm opera ipsorum. Et - - 13.
dedit (dd) *mare mortuos, qui in se erant: Et* (dd) Mare, mors infernus dantes,
mors, & infernus dederant mortuos suos, qui in mortuos suos in
ipsis erant: Et judicatum est de singulis secundum opera ipsorum &c. Et hæc sunt, quæ circa hujusmodi dictionem Mortuus habemus. Cæ- Judicio.
terùm V. (de) *Resurgens: Resurrectio*; ubi ali- (de) aliqua remissivè.
quis textus non appositus in hoc loco sit.
V. *Mors, in notis Mysticis.* Myst.

Mors.

Vita (a) *privatio animæ, ac corporis dis-* Hist.
solutio, Mors est. Morte moriturum hominem (a) Quid sine vox, cujus tamen non
damnavit Deus, si de ligno scientiæ boni, & ma- omnes notis signati, ubi non
li comederet; at serpens ad mulierem dixit, est locus.
quòd morte non morerentur; crediditque mu- Gen. 2, 17.
lier potiùs Diabolo, quàm DEO. Abimelech - 3. 4.
Regi Geraræ, in visione dictum est, quòd mor- - 20, 7.
te moreretur, nisi Saram, Abrahæ uxorem, dimisisset. Isaac in tantum dilexit Rebeccam, uxo-
rem suam, (b) *ut dolorem, qui ex morte matris* - 24, 67. (b) Dolor Isaac
ejus acciderat, temperaret. Abimelech Rex Gera- ex morte matris temperatus.
ræ (alius à nuper relato) præcepit omni populo: *Qui tetigerit hominis hujus* (Isaac) *uxorem* - 26, 21.
(Rebeccam), *morte morietur.* Isaac expectans (c) - 27, 2. (c) Isaac diem
diem mortis suæ, quem ignorabat, quæsivit ab mortis suæ expectans.
Esau aliquid de venatione pro esu. Cùm par-
turiret Rachel in doloribus filium, *imminente jam* - 35, 18.
morte, vocavit illum *Benoni*, (hic est Benjamin)
h. e. *Filius doloris mei.* Jacob, *cum appropinqua-* - 47, 29.
re cerneret diem mortis suæ, adjuravit Joseph filium suum, ut sepeliret in terrâ Chanaan. Et ipse Joseph moriturus prædixit fratribus suis:
Post (d) *mortem meam DEUS visitabit vos, &* - 50, 23.
ascendere vos faciet de terrâ istâ ad terram, quam (d) Judæi reversuri in terram
juravit Abraham, Isaac & Jacob. Post plagam Chanaan post
grandinis rogavit Pharao Moysen, & Aaron: mortem Joseph.
(e) *Rogate Dominum Deum vestrum, ut auferat* Exod. 10, 17.
à me mortem istam (h. e. tribulationem & ma- (e) Plaga grandinis mors dicta;
lum). Populo dictum est Judæo: (f) *Omnis*, ubi expl. text.
qui tetigerit montem (Sina, in quo DEUS allo- - 19, 12. (f) Leges variæ
quebatur Moysen), *morte morietur.* Lex pro reis morte.
item fuit: *Qui percusserit hominem, volens occi-* - 21, 12.
dere, morte moriatur. Qui percusserit patrem - - 15.
suum, aut matrem morte moriatur. Qui furatus - - 16.
fuerit hominem, & vendiderit eum, convictus noxæ, morte moriatur. Qui maledixerit pa- - - 17.
tri suo vel matri, morte moriatur. Si mors & alibi.
ejus (mulieris prægnantis percussæ) *fuerit sub-* - - 23.
secuta, reddet (percussor) *animam pro animâ.*
Qui coierit cum jumento, morte moriatur. Qui - 22, 19.
polluerit illud (Sabbatum), *morte moriatur.* Post - 31, 14.
(g) mortem duorum filiorum Aaron, locutus Lev. 16, 1. &c. (g) Mors duorum
Dominus ad Moysen, ei revelavit, quomodò, filiorum Aaron.
& quando Sacerdos ingredi Sanctuarium debebat. Item Lex data est: (h) *Homo de filiis Israel,* - 20, 2.
& de advenis, qui habitant in Israel, si quis de- (h) Sacrificans filium Moloch,
derit de semine suo idolo Moloch, morte moriatur, reus mortis.
populus terræ lapidabit eum. (i) *Si mœchatus fue-* - - 10.
rit cum uxore alterius, & adulterium perpetra- (i) Mœchus, & adultera rei mortis; sicut & plu-
verit cum conjuge proximi sui, morte moriantur, & mœchus, & adultera: Ita est de male- res alii.
dicente Patri, & matri; de dormiente cum no- - - 9.
vercâ, cum nuru; coëunte coitu fœmineo cum - - 11.
masculo, quibus casibus tum noverca, tum nu- - - 12.
rus, tum masculus, etiam patiens, eâdem pœ- - - 13.
nâ damnantur. Item (k) morte damnatur di- - - 14.
- - 15.
(k) Varii peccantes, rei mortis.

cens

cens matrem uxoris; qui coierit cum jumen-
to, & pecore, quo casu, & pecus, & jumen-
tum etiam mori debent; ita & mulier jumento
succumbens; ita & varii peceantes variô mor-
tis genere damnantur, cùm tamen non expri-
matur io textibos vox *Mors*, quæ per alias
phrases eppooitur; unde in aliis dictionibus
omnia in apertum venient; quibus omnibus ad-
- - 27. ditur: (l) *Vir, sive mulier, in quibus pythonicus, vel*
divinationis fuerit spiritus, morte moriantur,
lapidibus obruent eos; sanguis eorum sit super
illos. Moysi item dictum est: *Ne contamine-*
(l) Pythonicum spiritum habentes rei mortis.
- 21, 1. *tur Sacerdos in mortibus civium suorum*; excepti
tamen suot pater, mater, filius, filia, frater,
- 24, 16. soror Virgo. Blasphemus moite damnatur;
- - 17. item occisor hominis; & decretum est:
- 27, 29. *Omnis consecratio, quæ offertur ab homine, non*
Num. 15, 31. *redimetur, sed morte moriatur.* Homo, ligna
colligens Sabbato, morte damnatus est lapida-
tionis. In seditione Dathan, & Abiron dixit
- 16, 29. Moyses: (m) *Si consuetâ hominum morte interi-*
erint, & visitaverit eos plaga; quâ & cæteri
visitari solent, non misit me Dominus. Thu-
(m) Dathan & Abiron non mortui soliti hominum morte.
ribula verò ipsorum Dathan, & Abiron, in la-
minas extensa, jussit Dominus altari affigi;
ignem autem huc illuc dispergi; & ratio fuit:
- - 38. (n) *Quoniam sanctificata sunt in mortibus pec-*
catorum. (V. *Abiron: Dathan.*) Ad immisso-
rum serpentium ignitorum plagas, *& mortes*
plurimorum in populo Israël in deserto, ad Moy-
(n) Thuribula Dathan & Abiron sanctificata mortibus peccatorum.
- 21, 6. sen populus recurrit, ut DEUM placaret. Ba-
laam, benedicens Israëli, dicebat: *Moriatur*
- 23, 10. *anima mea* (o) *morte justorum, & fiant novissi-*
ma mea horum similia. Qui fruebantur refugio
in urbibus, ad hoc deputatis, debebant profugi
(o) Balaam optans mori morte justorum.
- 35, 28. *usque ad mortem Pontificis in Urbe residere.* Ita
- - 32. exules, (p) *& profugi, ante mortem Pontificis,*
oullô modò in urbes suas reverti poterant. Ur-
bes refugii præcipuè positæ sunt, ne occisor al-
terius ex casu, tanquàm *reus mortis*, in vitâ lon-
(p) Ante mortem Pontificis, non redibant profugi in domos suas.
Deut. 19, 6. giori à propinquo occisi interficeretur. Lex
- 21, 22. erat, quòd (q) *quando peccaverit homo, quod*
morte plectendum est, & adjudicatus morti appensus
fuerit in patibulo; ejus cadaver eâdem die sepe-
(q) Post mortem eadem die appensus in patibulo sepeliebatur.
liretur. Puella, desponsata, & in agro appre-
- 22, 26. hensa ab aliquo viro, & compressa, non erat rea
mortis. DEUS dicit se populo suo proposuisse
- 30, 15. *vitam, & bonum; & è contrario mortem, & ma-*
lum; quatenus scilicet, si legem servaret, vive-
- - 19. ret; secùs, moreretur; ita *vitam, & mortem;*
- 31, 14. *benedictionem, & maledictionem.* Dominus Deus
eum propè esset dies mortis Moysi, hoc ei nun-
tians, suffecit ei Josue, in ducem populi sui.
- - 29. Moyses autem prædixit Judæis: *Novi, quòd post*
mortem meam iniquè agetis; *&c.* unde mala eis
- 33, 1. ventura prænuntiavit; & ante mortem suam
Jos. 1, 1. filiis Israël benedixit. Post (r) mortem ergò
Moysi locutus est Dominus ad Josue. Rahab
meretrix servans exploratores Jericho, obtinuit
(r) Dominus allocutus Josue post mortem Moysis.
ab eis, ut salvi fierent à morte ipsa, & propin-
- 2, 13. qui ejus; responderunt enim ipsi hæc petenti:
- - 14. *Anima nostra sit pro vobis in mortem, si tamen*
non prodideris nos. Post mortem Josue, con-
Judic. 1, 1. suluerunt filii Israël Dominum, pro eligendo sibi
- 4, 1. Duce. Post mortem Aod malum fecerunt co-
ram Domino filii Israël. Cùm defixisset Jahel
- - 21. (s) clavum in cerebrum Sisaræ, dormientis, ipse
(s) Mors Sisaræ.
soporem morti consocians defecit, & mortuus est;
pro quâ re in Cantico victoriæ Debboræ, & Ba-
- 5, 18. rac cantatum est: *Zabulon, & Nephthali obtu-*
lerunt animas suas morti in regione Merome. De

Samsone revelavit Angelus matri ejus: (t) Judic. 13, 7.
Erit Puer Nazaræus Dei ab infantiâ suâ, ex
utero matris suæ, usque ad diem mortis suæ.
(t) Samson Nazaræus usque ad mortem.
Cùmque idem Angelus Manue, Patri Samsonis
apparuisset, ipse, sibi timens, (u) dixit uxori suæ: - - 22.
Morte moriemur, quia vidimus DEUM; & ab
hujusmodi timore uxor eum distulit. Samson
(u) Timor mortis in Manue ex jussione Angeli.
Dalilæ instantiis, & precibus, ut patefaceret
causam suæ fortitudinis, continuò impetitus
adeò est, ut *ad mortem usque* lassatus fuerit. - 16, 16.
Ruth protestata est socrui suæ Noëmi: *Hæc mi-* Ruth 1, 17.
hi faciat Dominus, & hæc addat, si non sola mors
me, & te separaverit. Boox autem laudavit - 2, 11.
ipsam Ruth, quòd, post mortem viri sui, socrui
suæ bona fecisset. Io ipso (x) momento mortis 1. Reg. 4, 20.
uxoris Phinees, cum nuntiaretur ei, quòd filium
pepererat, eum vocavit Jehabod (V. Jcbabod)
(x) Jchabod natus in momento mortis matris.
eum arca Domini esset apud Azotios, *facta est* - 5, 6.
confusio mortis magna in civitate, & sic *fiebat*
(y) *pavor mortis in singulis urbibus* (ad quas in- - - 12.
ter Philisthæos circumducebatur), *& gravissi-*
ma valdè manus Dei. Jonathan (z) morte da-
(y) Pavor mortis in Philisthæis, ad quos arca ducebatur.
mnavit Saul, quia contra patris prohibitionem, - 14, 44.
vel etiam ignorans eam, mel gustaverat; ve-
rùm, populo reclamante, eam evesit. Agag,
(z) Jonathas morti damnatus à Saul patre.
moriturus, dixit: *Siccine separat amara mors?* - 15, 32.
Eo autem per Samuelem occisò, *non vidit Sa-*
muel ultra Saul, usque ad diem mortis suæ. (V. - - 35.
Samuel.) David, sibi timens à Saule, dicebat
amico Jonathæ: *Vivit Dominus, & vivit ani-*
ma tua, (aa) *quia uno tantùm (ut ita dicam) gra-* - 20, 3.
du ego, morsq; dividimur. Et quidem Saul
(aa) Mors instans Davidi.
contra Davidem locutus est: *Quia filius mor-* - - 31.
tis est. Idem morte damnavit Achimelech sa-
cerdotem, cùm omni ejus familiâ. (V. *Achime-* - 22, 16.
lech.) Et David exprobravit militibus Saul: *Filii*
(ab) *mortis estis vos, qui non custodistis Domi-* - 26, 16.
num vestrum, Christum Domini; (Saulem vide-
licet, à cujus capite hastam, & scyphum, dum
(ab) Milites Saul filii mortis dicti à David.
ille, cæterique dormiebant, abstulerat ipse
David. Cumque defleret Jonathan, & Sau-
lem occisos in prælio David, dicebat: *Saul, &* 2. Reg. 1, 23.
Jonathas amabiles, & decori in vitâ suâ, in mor-
te quoq; non sunt divisi &c. *Michol filia Saul* - 6, 23.
non est natus filius, usq; in diem mortis suæ. (V.
Michol.) Filium mortis dixit David (hoc autem - 12, 5.
erat idem, (ac) ac dicere dignum morte) qui,
referente Nathan, ovem rapuerat, quam uni-
cam habebat, alteri; quod postea conversum
(ac) Filius mortis dictus raptor unius ovis pauperis; ubi explicatur.
est contra ipsum David, qui Uriæ uxorem abstu-
lerat; dictumque est ei, quòd filius ex adul-
terio natus morte moreretur. Ethei Gethæus, - - 14.
fidelitatem suam obtestans David Regi, etiam
à facie Absalom aufugienti, dixit: (ad) *In quo-* - 15, 21.
cunq; loco fueris, Domine mi Rex, sive in morte,
sive in vitâ, ibi erit servus tuus. Miphiboseth,
(ad) Ethai etiam in morte secuturus Davidem.
humilians se coram David, ajebat: *Non fuit* - 19, 28.
domus patris mei, (ae) *nisi morti obnoxia Domino*
meo Regi. Rediens David Jerosolymam, post
(ae) Domus Saul morti obnoxia Davidi.
mortuum Absalom victum, non est ingressus
ad concubinas suas, quas idem Absalom com-
presserat, imò eas clausit, alimenta eis præbens
fueruntque (af) *usque in diem mortis suæ in vi-* - 20, 3.
duitate viventes. Io Cantico gratiarum actio-
nis pro liberatione ab inimicis habet David:
(af) Concubinæ David viduæ usque in diem mortis.
Circumdederunt me contritiones mortis: - - - - 22, 5.
Prævenerunt me laquei mortis. Salomon dixit, - - 6.
quòd Abjethar *vir mortis* erat; attamen eum 3. Reg. 2, 26.
interfici non mandavit. Jeroboam fugiens *fuit* - 11, 40.
in Ægypto usq; ad mortem Salomonis; cujus au-
ditâ morte reversus est de Ægypto. Quòd - 12, 2.
Achab

Achab Rex Iſrael dimiſiſſet liberum Benadad,
3. Reg. 20. 42. *virum dignum morte*, reprehenſus eſt à Prophe-
4. Reg. 1. 4. ta, qui ei comminatus eſt male. Mors prædicta
- 2. 21. eſt ab Elia Ochoziæ Regi Iſreel. Immiſit Eliſæus
Salem in aquas ameras, & neque ſterilitas, neque
- 4. 40. mors fuit in eis ampliùs. Mortem, h. e. cauſam
mortis abſtulit à pulmento idem Eliſæus, fari-
- 8. 10. nam infundens in ollam (V. *Olla.*) Oſtenſum eſt
Eliſæo, quòd morte moreretur Benaded Rex Sy-
- 15. 5. riæ. Azarias, Rex Jude, *fuit leproſus uſque in*
2. Par. 26. 21. *diem mortis ſuæ.* Ægrotavit Ezechias, Rex Juda,
{ 4. Reg. 20. 1. 2. Par. 32. 24. Iſai. 38. 1. *uſque ad mortem*; et precibus Iſaiæ ſanitatem cum
1. Par. 19. 2. prorogatione vitæ impatrevit. David miſit nun-
tios ad Hanon Regem Ammon, *ad conſolandum
eum, ſuper morte patris ſui*, at ii contumeliâ ef-
- 22. 5. fecti ſunt. Idem David, *ante mortem* ſuam, omnes
præparavit impenſas ed ædificationem Templi.
De Ochozie, Rege Jude, item ſcribitur, quòd
2. Par. 22. 4. *ipſi fuerunt ei* (ag) *conſiliarii, poſt mortem patris*
(ag) Ochoziæ Conſiliarii mali, poſt mortem patris ejus. *ſui, in interitum ejus.* Servi Sennacherib ſuade-
bant Judæis, ne crederent Ezechiæ, ipſorum Re-
- 32. 11. gi, (ah) qui decipiebat eos, ut traderet morti in
(ah) Judæi contra Ezechiam excitati, ut ſi eos tradere vellet morti. fame, & ſiti, affirmans ipſos liberandos eſſe à
Deo de manu Sennacherib Regis Aſſyriorum.

In Regis Artaxerxis edicto, Eſdræ dato, inter
cætera erat, quòd judicium fieret de lege Dei, &
1. Eſd. 7. 26. Regis, non ſervatâ contra inobſervantes, (ai) ſi-
(ai) Judicium ſive in mortem, ſive in exilium, &c. contra inobſervantes datum Eſdræ. ve in mortem, ſive in exilium, ſive in condemna-
tionem ſubſtantiæ, ſive in carcerem. Arguebatur
Tobias Senior à proximis ejus, quòd ad ſepelien-
Tob. 2. 8. dos fratres interfectos totus eſſet, pro quâ re vix
imperium mortis effugerat. Ipſe idem orans fa-
- 3. 4. tebatur, Judæos datos eſſe *in captivitatem &
mortem &c.* propter eorum ſcelera. Filium ſuum
- 4. 11. inſtruebat, quòd *Eleemoſyna ab omni peccato, &
à morte liberat &c.* quòd idem Raphael Angelus
- 12. 9. repetiit. (V. *Eleemoſyna*). *Et in hora mortis*
- 14. 3. *ſuæ* filium ſuum ad ſe vocavit Tobias, cum nepo-
tibus, eosque omnes ad pietatem hortatus eſt.

- 16. 30. De Judith ſcribitur, quòd *in omni ſpatio vitæ*
(ak) In vita, & poſt Judith mortem per multum tempus pax in Judæis. *ejus non fuit, qui perturbaret Iſrael.* (ak) *& poſt
mortem ejus annis multis.* Eſther juſſit, Mardo-
chæum orare, & jejunare, ſicuti & ipſa cum
Eſth. 4. 16. ancillis ſuis feciſſet, traditure ſe (al) *morti, & pe-
(al) Eſther ſe mortis periculo dans. riculo*, dum non vocata, & contra legem ingre-
di ad Regem volebat. In ſomnio Mardochæi,
narratô duorum draconum præliô, notatur, quòd
- 11. 9. *conturbata eſt Gens juſtorum, timentium mala ſua,
- 12. 2. & præparati ad mortē.* Duci (am) ad mortem juſſi
(am) Eunuchi juſſu ducti morti dati. ſunt Eunuchi, quorum conjurationem in Regem
detexerat Mardochæus. Orabant omnes Judæi
- 13. 18. ad Dominum, *eò quòd eis certa mors impenderet,
- 15. 2. propter inſidias Aman.* Quòd Aman ergo, ſecun-
dus à Rege, allocutus eum fuerat contra Judæos
in mortem, excitavit Mardochæus Eſther ut ipſum
- - 3. Regem adiret; ut ſcilicet populum libereret à
- 16. 13. morte; quam inauditis machinis Aman para-
verat.

Job. 3. 21. In Job legimus: *Qui expectant mortem, &
non venit, quaſi effodientes theſaurum.* Eliphaz ad
- 5. 20. Job dicebat: *In fame eruet te* (Dominus) *de mor-
te.* Et ipſe Job, dolens in anguſtiis ſuis, ajebat:
- 6. 6. *Numquid —— poteſt aliquis guſtare, quòd guſta-
- 7. 15. tum affert mortem? Elegit ſuſpendium anima mea,
& mortem oſſa mea.* Baldad contra impium ha-
- 18. 13. bebat: *Devoret pulchritudinem cutis ejus,* (an)
(an) Mors contra impium vocata. *& conſumat brachia illius primogenita mors.* Et
Job de Sapientia loquebatur: *Perditio,* (ao) *&
- 28. 22. mors dixerunt: Auribus noſtris audivimus fa-
(ao) Mors attenuatis famam Sapientiæ; ubi expl. text. mam ejus*; pro perditione, & morte intelligitur
hic quicunque perditus homo, & mortuus Deo.

Et ad Deum ponebat: *Scio, quia morti trades* Job 30. 23.
me, ubi conſtituta eſt domus omni viventi.

In Pſalmis eſt: *Non eſt in morte* (h. e. inter Pſal. 6. 6.
mortuos) *qui memor ſit* (excitet videlicet memori-
am in viventibus) *tui* (Domine.) *Niſi converſi fu-* - 7. 13.
eritis, gladium ſuum vibrabit (Dominus): *Ar-
cum ſuum tetendit, & paravit illum; & in eo para-* - - 14.
vit vaſa mortis, ſagittas ſuas ardentibus effecit. Il- - 12. 4.
lumina oculos meos (Domine), *ne unquam obdor-
miam in morte. Circumdederunt me dolores mor-* - 17. 5.
tis ——; præoccupaverunt me laquei mortis. Oculi - - 6.
Domini ſuper metuentes eum: Et in eis, qui ſpe- - 32. 18.
rant ſuper miſericordia ejus, ut eruat à morte ani- - - 19.
mas eorum, & alat eos in fame. Mors peccatorum - 33. 22.
peſſima. Mors depaſcet eos (impios ſcilicet). *Veni-* - 48. 15.
at mors ſuper illos (nempè inimicos, perſequen- - 54. 16.
tes injuſtè.) *In me ſunt, Deus, vota tua, quæ red-* - 55. 12.
dam laudationes tibi, quoniam eripuiſti animam - - 13.
meam de morte, & pedes meos de lapſu. Domini, - 67. 21.
Domini exitus mortis (ſubintellige, eſt, h. e. ſive
evaſio, ſive egreſſio à morte, provenit à Deo Do-
mino.) *Non eſt reſpectus morti eorum*: (impio- - 72. 4.
rum ſcilicet, qui mortem non curant.) (ap) *Viam* - 77. 50.
fecit (Dominus Ægyptios caſtigans) *ſemitæ iræ* (ap) Mors in Ægyptiis, & jumentis eorum.
*ſuæ, non pepercit à morte animabus eorum; &
jumenta eorum in morte concluſit. Quis eſt ho-* - 88. 49.
*mo, qui vivet, & non videbit mortem: Eruet ani-
mam ſuam de manu inferi? Circumdederunt me* - 114. 3.
dolores mortis. Eripuit (Dominus) *animam me-* - - 8.
am de morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos à (aq) Dominus à morte eripiens.
lapſu. Pretioſa in conſpectu Domini mors San- - 115. 15.
ctorum ejus. Caſtigans (ar) *caſtigavit me Domi-* - 117. 18.
nus, & morti non tradidit me. (ar) Idem caſtigans, & non tradens morti.

In Proverbiis legimus, quòd mulier aliena,
emolliens ſermones ſuos, ut extraneas *inclinata eſt* Prov. 2. 18.
ad mortem domus ejus; viri ſcilicet ſui, cauſa ri-
xarum, & cædium. Sic de meretrica dicitur, quòd
pedes ejus deſcendunt in mortem, & ad inferos - 5. 5.
greſſus illius penetrant; quòd *via inferi domus* - 7. 27.
ejus, penetrantes in interiora mortis. Et Sapientia
dicit: *Omnes, qui me oderunt, diligunt mortem.* - 8. 36.
Inſuper habetur: *Nil proderunt theſauri impieta-* - 10. 2.
tis; juſtitia verò liberabit à morte. Non proderunt - 11. 4.
*divitiæ in die ultionis; juſtitia liberabit à
morte. Clementia præparat vitam, & ſectatio ma-* - - 19.
lorum mortem. In ſemita juſtitiæ vita; iter autem - 12. 28.
devium ducit ad mortem. Lex ſapientis fons vitæ, - 13. 14.
ut declinet à ruina mortis. Eſt via, quæ videtur - 14. 12.
*homini juſta: Noviſſima autem ejus deducunt ad
mortem. Timor Domini, fons vitæ, ut declinent* - - 27.
à ruina mortis. In malitia ſua expelletur impius; - - 32.
ſperat autem juſtus in morte ſua. Indignatio Re- - 16. 14.
gis nuntii mortis; & vir ſapiens placabit eam. Eſt - - 25.
*via, quæ videtur homini recta, & noviſſima ejus
ducunt ad mortem. Mors, & vita in manu lin-* - 18. 21.
*guæ, qui diligunt eam, comedent fructus ejus.
Qui congregat theſauros linguâ mendacii, vanus,* - 21. 6.
*& excors eſt, & impingetur ad laqueos mortis.
Erue eos, qui ducuntur ad mortem, & qui trahun-* - 24. 11.
tur ad interitum, liberare ne ceſſes. Sicut no- - 26. 18.
*xius eſt, qui mittit ſagittas, & lanceas in mortem:
Ita vir, qui fraudulenter nocet amico ſuo; & cùm* - - 19.
fuerit deprehenſus, dicit: ludens feci. Apud Ec- (as) Fraudulenter nocens amico, ut ſagittas mittens in mortem.
cleſiaſten notatur: *Meliùs eſt nomen bonum,
quàm unguenta pretioſa, & dies mortis die nativi-
tatis. Inveni amariorem morte mulierem, quæ la-* Eccle. 7. 2.
queus venatorum eſt, & ſagena cor ejus, vincula - - 27.
ſunt manus illius &c. Non eſt in hominis poteſta- - 8. 8.
te prohibere ſpiritum, (at) *nec habet poteſtatem in* (at) Homo poteſtatem non habens in die mortis.
die mortis &c. In Canticis eſt dictum Sponſi
myſtici ad myſticam Sponſam: *Fortis eſt ut* Cant. 8. 6.

(aa) Dilectio fortis ut mors, ubi expl. text. (aa) *mors dilectio*; q. d. nihil est, quod amor non
patiatur, non toleret; nihil quod amori, & dile-
ctioni resistat; sicut nihil morti resistit.
Sap. 1, 12. Io libro Sapientiæ habetur: *Nolite zelare*
mortem in errore vitæ vestræ (h. e. cupidè affecta-
re); *neq; acquiratis perditionem in operibus manu-*
- - 13. *um vestrarum*: (ax) *Quoniam Deus mortem non*
(ax) Deus mortem non fecit. *fecit, nec lætatur in perditione vivorum*; sermo
autem od Judices est. De impiis conjurantibus
adversùs justum, notatur, quòd ita differebant
- 2. 20. contra ipsum: *Morte turpissimâ condemnemus*
- - 24. *eum &c.* Proinde scribitur: *Invidiâ diaboli mors*
- 4. 7. *introivit in orbem terrarum. Justus*, (ay) *si morte*
(ay) Justus, morte præoccupatus, in refrigerio est. *præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.* Ostenditur
item, quantam clementiam adhibuerit Dominus
- 12. 20. cum populo suo, qui inimicos ejusdem, (az) &
(az) Inimici Judæorum morti debiti. *debitos morti* tantâ cruciavit attentione, *dans*
tempus, & locum, per quæ possent mutari à malitia.
- 16, 13. Et Deo dicitur: *Tu es Domine, qui vitæ, & mortis*
habes potestatem, & deducis ad portas mortis, &
reducis. Et de Ægyptiis, à Domino percussis, est:
- 18, 12. *Similiter omnes uno nomine mortis, mortuos habe-*
- - 16. *bebant innumerabiles. Gladius acutus* (ba) (Do-
(ba) Gladius Domini, omnia replens morte. mine, quo primogenita Ægypti morti data sunt)
insimulatum imperium tuum portans, & stans, re-
plevit omnia morte, & usq; ad cælum attingebat,
- - 18 *stans in terra. Alius alibi projectus semivivus;*
(bb) Mortis causa monstrata. *propter quam moriebatur*, (bb) *causam demonstra-*
bat mortis. Et de seditione Core, castigatâ inde à
- - 20. Domino, ponitur: (bc) *Tetigit autem tunc & ju-*
(bc) Tentatio mortis etiam justos tetigit. *stos tentatio mortis, & commotio in eremo facta est*
multitudinis, sed non diu permansit ira tua. Et de
- 19. 5. transitu maris rubri habetur, quòd factum est, ut
populus quidem tuus (Domine) *mirabiliter transi-*
ret, illi autem Ægyptii scilicet) *novam mortem in-*
Eccli. 4. 33. *venirent.* Apud Ecclesiasticum scribitur: *Usq; ad*
mortem certa pro justitia, & Deus expugnabit pro
- 9. 18. *te inimicos tuos. Longè abesto ab homine potestatem*
habente occidendi, & non suspicaberis timorem
- - 20. *mortis. Communionem* (bd) *mortis scito; quoniam*
(bd) Communio mortis sciendia. (si accesseris ad talem hominem habentem po-
testatem occidendi) *in medio laqueorum ingredie-*
ris, & super dolentium arma ambulabis. Bona, &
- 11, 14. *mala*; (be) *vita, & mors*; *paupertas & honestas à*
(be) Mors, & vita à Deo. *Deo sunt.* (Est qui locupletatur, & putat requiem
- - 20. invenisse,) *& nescit, quod tempus præteriet, &*
mors appropinquet, & relinquet omnia aliis, & mo-
- - 30. *rietur. Ante mortem, ne laudes hominem quem-*
- 14. 12. *quam, quoniam in filiis suis agnoscitur vir. Memor*
(bf) Mors non tardat, & testamentum mundi morte morietur. *esto*, (bf) *quoniam mors non tardet, & testamentum*
inferorum, quia demonstratum est tibi; testamen-
tum enim hujus mundi morte morietur. Ante ho-
- 15, 18. *minem vita, & mors, bonum, & malum, quod pla-*
- 17. 26. *cuerit ei, dabitur illi. Non demoreris in errore im-*
- 18, 22. *piorum, ante mortem confitere. Ne verearis usque*
ad mortem justificari, quoniam merces Dei manet
- 22. 12. *in æternum. Nequissimi nequissima vita* (est) *super*
- 23. 15. *mortem fatui. Est* (bg) *& alia loquela contraria*
(bg) Loquela contraria morti; ubi expl. text. *morti* (legit Græcus *vestita morte*; & idololatra-
rum esse putatur à Sacris interpretibus); *non in-*
veniatur in hæreditate Jacob. Post numerata ab
- 26, 7. Ecclesiastico, quæ timebat, de iis concludit: *Su-*
per mortem omnia gravia (subintellige; sunt.)
- 28, 7. *Desine inimicari: Tabitudo enim, & mors immi-*
nent in mandatis ejus (Dei scilicet contra inob-
- - 23. servantes) *Lingua testificans adducit mortem.*
- - 25. *Mors illius* (linguæ nequam), *mors nequissima; &*
- - 30. *utilis potius infernus, quam illa. Attende, ne for-*
(bh) Cavendum ne casus noster sit insanabilis in mortem. *te labaris in lingua, & cadas in conspectu inimico-*
rum, insidiantium tibi, & (bh) *sit casus tuus insa-*
nabilis in mortem. Melior est mors, quam vita
- 30. 17. *amara. Qui defraudat vitam? Mors. Contra ma-*
- 31. 34. *lum bonum est, & contra mortem vita; sic & con-*
- 33. 15. *tra virum justum peccator. Aliquoties usque ad*

mortem periclitatus sum horum (rerum scilicet, - 34. 13.
quas expertus erat varios) *causâ, & liberatus sum*
gratiâ Dei. Nonne tristitia inest, usq; ad mortem? Eccli. 37, 2.
Verbum nequam immutabit cor: Ex quo partes - - 21.
quatuor oriuntur, bonum, & malum, vita, &
mors; & dominatrix illorum est assidua lingua. A - 38, 19.
tristitia festinat mors, & cooperit virtutem, & tri-
stitia cordis flectit cervicem. Ignis, grando, fames, - 39. 35.
& mors, omnia hæc ad vindictam creata sunt. Po-
nitur *timor mortis*, inter ea, quæ hominem affli- - 40, 4.
gunt. Insuper habetur, quòd *mors* est inter ea, - - 9.
quæ super iniquos creata sunt. Præterea dicitur:
O mors, quàm amara est memoria tua homini pa- - 41, 1.
cem habenti in substantiis suis, viro quieto, & cu- - - 2.
jus viæ directæ sunt in omnibus, & adhuc valenti
accipere cibum! O mors, bonum est judicium - - 3.
tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus,
defecto ætate, & cui de omnibus cura est, & incre- - - 4.
dibili, qui perdit patientiam! Noli metuere judi- - - 5.
cium mortis &c. De Elia notatur, quòd sustulit
mortuum ab inferis de sorte mortis in verbo Do- - 48. 5.
mini Dei. De Elisæo, quòd *in vita sua fecit mon-* - - 52.
stra, & in morte mirabilia operatus est. De Joseph
quòd *ossa ipsius visitata sunt, & post mortem prophe-* - 49. 18.
taverunt. Et in oratione ejusdem Ecclesiastici est:
Laudabit usque ad mortem anima mea Dominum - 51, 8.
&c. Exaltasti (Domine) *super terram habitatio-* - - 13.
nem meam, (bi) *& pro morte defluente deprecatus* (bi) Ecclesiasticus deprecatus pro morte defluente; ubi expl. text.
sum; nempe pro morte imminente. Prædicens
Isaias, felicitatem futuram in Juda, dicit, quòd
Deus *præcipitabit mortem in sempiternum*; Et alibi Isai. 25, 8.
superbis Israelitis, nimis confidentibus, & dicen-
tibus: *Percussimus fœdus cum morte*, dicit Domi- - 28. 15.
nus: *Delebitur fœdus vestrum cum morte.* Ezechi- - - 18.
as, Rex Juda, qui *usque ad mortem* ægrotaverat, - 38. 1.
& à Domino liberatus fuit, reddidit gratiam; si
canens: *Non infernus confitebitur tibi*, (bk) *neque* - - 18.
mors (h. e. mortuus homo, in inferno positus) (bk) Mors non laudabit Dominum; ubi expl. text.
laudabit te. Et ubi Propheta sermonem habet de
Christo venturo, & passuro dicit, quòd Dominus
dabit impios pro sepultura, (pravis meritis casti- - 53. 9.
gando) (bl) *& divitem* (faciet scilicet unumquem- (bl) Deus divitem facturus justum, pro morte sua, ubi expl. text.
que justum) *pro morte sua, eo quòd iniquitatem non*
fecerit, neque dolus fuerit in ore ejus; sic dicitur
quòd Messias *fortium dividet spolia.* (bm) *pro eo,* - - 12.
quòd tradidit in mortem animam suam. Apud Je- (bm) Messias in mortem se dedit.
remiam graviter expostulat Dominus cum filiis
Israel, quòd ab eo recesserint, non memorantes,
quòd ipse Dominus eos traduxit per viam deser-
tam, & *imaginem mortis* in terram optimam. Mox Jer. 2, 6.
iis atrocissimam ab hostibus ultionem commi-
natur, unde ait; (bn) *Eligent magis mortem, quàm* - 8, 3.
vitam omnes, qui residui fuerint de cognatione hac (bn) Mors quærenda potius quam vita à residuis Isr.
pessimâ &c. Et luget Propheta adventitia super
eos mala; & mulieres instruit, ut doceant filias
sumere lamentum, & dicere: (bo) *Ascendit mors* - 9, 21.
per fenestras nostras, ingressa est domus nostras, di- (bo) Mors per fenestras ascendens.
perdere parvulos deforis, juvenes de plateis. Mox,
sine spe revocationis pœnæ, jubetur Propheta
dicere populo: *Qui ad mortem, ad mortem &c.* - 15, 2.
scilicet destinati sunt, pereant; & quòd Judæi *mor-* - 16, 4.
tibus ægrotationum morientur, idem omni morbo-
rum genere Propheta lamentatur de persecutori-
bus suis ad Dominum, & inter cætera ait: *Viri* - 18, 21.
earum (uxorum scilicet Judæorum patien-
tium) *interficiantur morte. Tu, Domine scis omne* - - 23.
consilium eorum adversum me in mortem. Et pro-
phetans Judam vastandum, verbum Domini af-
fert: *Ecce, ego do coram* (bo) *vobis viam vitæ, &* - 21, 8.
viam mortis; moxque subjicit morituros esse qui (bo) Dominus dans coram hominibus viam mortis, & viam vitæ.
in urbe manserint; victuros verò, qui ad Chaldæ-
os profugerint. Sacerdotes, & Prophetæ Jeremiam
comprehenderunt, dicentes: *Morte moriatur*; & - 26, 8.
locuti

Jer. 26, 11.
(bp) Jeremias morti adjudicatus à Sacerdotibus.

locuti sunt ad Principes, & populum: (bp) *Judicium mortis est viro huic, quia prophetavit adversus civitatem istam, sicut audistis auribus vestris*; & audientes Principes, & Populus Jeremiam, responderunt: (bq) *Non est viro huic judicium mortis, quia in nomine Domini Dei vestri locutus est ad nos*; afferentes exemplum Michææ, quem, etiamsi adversa prophetaret, morte non damnavit Ezechias Rex, & populus.

- - 16.
(bq) Idem liberatur à Principibus, & populo.
- - 19.

Et contra terram Ægypti indubiam castigatione prænuntians, dicit, Dominum percussurum Ægyptios, *quos in mortem, in mortem &c.* De Sedeciâ, Rege Juda, narratur, quòd Rex Babylonis *posuit eum* (oculis privatum) *in domo carceris*, (br) *usque ad diem mortis ejus.* Et de Joakim Rege Juda ponitur, quòd liberatus est à carcere per Evilmodach Regem Babylonis, & statuta sunt ei cibaria perpetua per singulos dies, *usque ad diem mortis suæ.*

- 43, 11.
- 52, 11.
(br) Sedecias in carcere jacens cæcus usque in diem mortis.
- - 34.

Et in Threnis conqueritur Jerusalem: *Foris interficit gladius, & domi mors similis est.* In Baruch legitur, quòd reliquerunt legem Dei, pervenient ad mortem. Et de idolis loquens, ait; quòd *hominem à morte non liberant, neque infirmum à potentiori eripiunt.* In Ezechiele habetur præceptum ei factum, ut impio dicat: *Morte morieris*; secùs ac comminatio est. Contra dantem ad usuram est: *Morte morietur; sanguis ejus in ipso erit*; habetque Dominus: *Numquid voluntatis meæ est mors impii - - - -, & non ut convertatur à viis suis, & vivat? Nolo mortem morientis, dicit Dominus DEUS, revertimini, & vivite.*

Thr. 1, 20.
Bar. 4, 1.
- 6, 35.
Ezech. 3, 18.
- 18, 13.
- - 23.
- - 32.

Contra Regem Tyri est: (bs) *Morte incircumcisorum* (quòd scilicet Chaldæi incircumcisi dabunt) *morieris in manu alienorum, quia ego locutus sum, ait Dominus DEUS.* Et de Assyriis ad Pharaonem dicit: *Omnes traditi sunt* (bt) *in mortem ad terram ultimam, in medio filiorum hominum, ad eos, qui descendunt in lacum.* Iterùm Ezechieli dicitur, ut annuntiet impio. (bu) *Morte morieris*; secùs ac comminatur Dominus, quòd animam impii requiret de manu ejus; aitque idem Dominus DEUS: *Nolo mortem impii, sed ut convertatur impius à viâ suâ, & vivat.* Et quòd si impius, audito: *Morte morieris*, emendabit se, vivet.

- 28, 10.
(bs) Mors Regis Tyri qualis futura.
- 31, 14.
(bt) Assyrii in mortem traditi.
- 33, 8.
(bu) Impius mortis reus.
- - 11.
- - 14.

Pueri Babylonenses in fornace excitabant se ad laudandum Dominum qui (bx) eos *salvos fecit de manu mortis.* Susanna, tentata à senibus, qui comminati ei sunt, nisi impiis ipsorum libidinibus obsecundaret, eam adulterii accusare, ingemuit dicens: (by) *Si hoc egero, mors mihi est: Si autem non egero, non effugiam manûs vestras &c.* Cùm ergò resolvisset non fœdari, & exclamâsset; & falsò eam adulterii senes accusâssent, damnata fuit ad mortem; at cùm ad eam duceretur, judicium sibi advocavit Daniel. (V. *Susanna*). Sacerdotes (bz) Bel se morti offerebant, nisi omnia comesta, quæ offerebantur Bel, non reperisset Rex. (V. *Bel*); at dolos aperuit Daniel.

Dan. 3, 88.
(bx) Pueri Babil. salvi de manu mortis.
- 13, 22.
(by) Susanna in mortis periculo.
- - 41.
- - 45.
- 14, 11.
(bz) Sacerdotes Bel, se offerentes morti &c.

Apud Osee promittit Dominus circa Judæos (& est Prophetia circa Messiam): *De* (ca) *manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: Ero mors, tua ò mors, morsus tuus ero inferne.* Comminatur Dominus filiis Israël, ob iniquitates eorum, flagella, quæ passi antea aliàs fuerant, inter quæ ait, & memorat illis: *Misi* (cb) *in vos mortem in viâ Ægypti &c.* Jonas, dolens de non adimpleto vaticinio suo adversùs Niniven, petebat mori à Domino dicens: (cc) *Melior est mihi mors, quàm vita*; & conabatur coram Domino substinere: *Bene irascor ego usque ad mortem*; at convicit eum Dominus.

Osee. 13, 14.
(ca) Judæi de morte per Messiam liberandi, qui erit mors mortuis.
Amos. 4, 10.
(cb) Mors immissa Judæis.
Jon. 4, 3.
- - 9.
(cc) Jonas petens mortem.

Lugens Michæas iniquitates hominum, & eas numerans, ajebat inter cætera: *Omnes in sanguine insidiantur, vir fratrem suum ad mortem venatur.* De viro superbo ait Habacuc: *Ipse quasi mors* (omnia scilicet diripiens, & super omnia gradiens) *Et non adimpletur.* Et de DEO vindice inquit: (cd) *ante faciem ejus ibit mors.* In Zachariâ dicitur quòd effuso gratiæ spiritu super eum, quem confixerunt (h. e. Messiam) Judæi (qui scilicet postea fidem ejus sequentur) *dolebunt* (ce) *super eum, ut doleri solet in morte primogeniti.*

Mich. 7, 2.
Habac. 2, 5.
- 3, 5.
(cd) Mors ante faciem Dei præcedens.
Zach. 12, 10.
(ce) Judæi dolentes, ut in morte primogeniti super morte Messiæ.

Post mortem Alexandri Macedonis, pueri ejus imposuerunt sibi diademata. Morti damnati sunt, qui contra Menelaum, improbissimum hominum, erant. Eleazarus *gloriosissimam mortem magis, quàm odibilem vitam* complexus est, nolens cibis vetitis vesci, quòd si fecisset, à morte liberatus fuisset; voluit quippe adolescentibus exemplo esse, *honestâ morte* perfungens. Sic ergo cùm à morte potuisset liberari, plagis, duros Corporis sustinens dolores, peremptus est, (cf) *non solum juvenibus, sed & universæ genti memoriam mortis suæ ad exemplum virtutis, & fortitudinis derelinquens.*

1. Mac. 1, 10.
2. Mac. 4, 47.
- 6, 19.
- - 21.
- - 28.
- - 30.
- - 31.
(cf) Mors Eleazari exemplum virtutis.

Quartus ex fratribus Machabæis martyribus, *cùm jam esset ad mortem*, ait Tyranno: (cg) *Potiùs est ab hominibus morti datos spem expectare à Deo, iterùm ab ipso resuscitandos: tibi enim resurrectio ad vitam non erit.* Et mater eorum, confortans filium, cæterorum minimum, ei dicebat: *Dignus* (ch) *fratribus tuis effectus particeps, suscipe mortem, ut in illâ miseratione cùm fratribus tuis te recipiam.* Judas Machabæus, cùm suis, Dominum invocabat contra Gentes, inter cætera memorans (ci) ei *iniquissimas mortes parvulorum innocentum* ab *illis patratas.* Timotheus, Gentium Dux, captus à Judæis, vivus dimissus est, ne, qui capti erant à Gentibus Judæi, morti darentur. *In cineris* (ck) *morte damnatus est* Menelaus (V. *Menelaus*) & Judas Machabæus, pugnaturus contra Gentes, suos hortatus est, ut *usque ad mortem pro legibus, Templo, civitate, Patria, & civibus starent.*

- 7, 14.
(cg) Morti dati ab hominibus spem expectant à DEO.
- - 29.
(ch) Mater hominum hortans ad mortem pro lege.
- 8, 4.
(ci) Vortes parvulorum innocentium à gentibus patratæ.
- 12, 24.
- 13, 2.
(ck) Menelaus in cinere morte damnatus.
- - 14.

In novo testamento prædicens JESUS imminentes persecutiones suis, eis dicebat: *Tradet frater fratrem in mortem, & pater filium: & insurgent filii in parentes, & morte eos afficient.* Repetit item JESUS illud Exodi: (cl) *Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur*; exprobrans Pharisæis, qui minima curabant, maxima contemnentes. Cùm adventum Judicis prædiceret Christus in ultimo die, addidit: *Sunt quidam de hic stantibus*, (cm) *qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo*; quòd plures interpretes applicant visioni futuræ tunc apparitionis, & transfigurationis Christi in gloriâ. Prophetavit item Jesus. (cn) se damnandum esse morte, & quidem crucis; & hoc dum ascenderet Jerosolymam prophetavit. In hortum Gethsemani, ante passionem suam, progrediens Jesus dixit: *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Narratur item, quòd Principes Sacerdotum quærebant falsum testimonium adversus Jesum, *ut eum morti traderent*; & falsis quidem inductis testibus, eum reum mortis dixerunt; ita ergo, ut scilicet eum morti traderent facto consilio vinctum adduxerunt Pilato. Præter hæc de Simone, qui erat expectans consolationem Israël, habetur, quod *responsu acceperat à Spiritu Sancto; non visurum se mortem, nisi priùs videret Christum Domini.*

Matth. 10, 21.
Marc. 13, 12.
Luc. 21, 16.
- 15, 4.
Marc. 7, 10.
(cl) Maledicens parentibus morte damnatus.
Matth. 16, 28.
Marc. 9, 19.
Luc. 9, 27.
(cm) Mors non gustanda ab aliquibus ante Christi adventum, ubi expl. text.
Matth. 20, 18.
Marc. 10, 33.
Luc. 18, 31 &c.
(cn) Jesus morte damnandus.
Matth. 26, 38.
Marc. 14, 34.
Matth. 26, 59.
Marc. 14, 55.
Matth. 26, 66.
Marc. 14, 64.
Matth. 27, 2.
Luc. 2, 26.

Simon Petrus Christo dixit : *Domine tecum pa-*
Luc. 22. 33. (co) Petrus paratus ire in mortem cum Christo. *ratus sum & in carcerem*, (co) *& in mortem*
ire. Pilatus de Christo, ad se adducto, &
ad Herodem transmisso, & reperto ab omni-
bus innocente, dixit, & asserit : *Ecce nihil*
- 23. 15. *dignum morte actum est ei.* Et tertio testatus
- - 22. (cp) Causa nulla mortis in Christo. est : (cp) *Nullam causam mortis invenio in eo.*
Discipuli, euntes io Emaus, ipsum JESUM,
qui post resurrectiooem suam ignotus eis ap-
paruerat, informabant, quomodo summi Sa-
- 24. 20. (cq) JESUS datus in damnationem mortis. cerdotes, & Principes tradiderunt (cq) eum
in damnationem mortis, & crucifixerunt eum.
Accedunt ad hæc, quòd JESUS ait, quòd
audientes eum, & credentes in Deum Pa-
Isai. 5. 24. trem, transibunt *à morte in vitam.* Quòd
- 8. 51. qui sermonem ejus servaverit, *mortem non vi-*
- - 52. *debit in æternum*; & eam non gustabit. Mo-
nitus JESUS de Lazaro ægrotante, statim in-
- 11. 4. (cr) Infirmitas Lazari non ad mortem. quit : *Infirmitas* (cr) *hæc non est ad mortem,*
sed pro gloriâ Dei, ut glorificetur filius Dei per
eam; & cùm diceret discipulis : *Lazarus ami-*
- - 11. *cus noster dormit*, illi putaverunt, quòd de
- - 13. dormitione, ooo de morte diceret. Et de sa
- 12. 32. ipso loquens, Christus Dominus dicebat : *Si*
exaltatus fuero à terrâ, omnia traham ad me
- - 33. (cs) Christus quâ morte moriturus esset significans de se. ipsum ; additque Evangelista : (cs) *Hoc au-*
tem dicebat, significans, quâ morte esset mori-
turus. Et cum diceret Petro, quòd alius ex-
tendisset maous ejus, cinxisset eum, & duxis-
set, quò non vellet, subdit idem Evangelista :
- 21. 19. (ct) idem de Petro. (ct) *Hoc autem dixit, significans, qua morte*
clarificaturus esset Deum.

Paulus Antiochiæ Pisidiæ, de Christo dis-
serens, nullam mortis causam in eo inveutam
Act. 13. 28. fuisse prædicabat ; & sui rationem reddens, se
- 22. 4. (cu) Paulus persecutus asseclas Christi usque ad mortem. Christi asseclas persecutum esse aliquando (cu)
usque ad mortem testatus est. Tribunus Ly-
sias, mittens Paulum ad Felicem Præsidem in
suis litteris ootavit, quòd invenerat Paulum
- 23. 29. (cx) Idem non habens crimen dignum morte. ipsum (cx) *nihil dignum morte, aut vinculis ha-*
bentem criminis. Coram Festo Paulus Cæsa-
rem appellans ajebat, inter cætera : *Si dignum*
- 25. 11. *morte aliquid feci, non recuso mori.* Et Festus
- - 25. idem Agrippæ Regi testificatus est : *Ego com-*
peri nihil dignum morte eum (Paulum scilicet)
admisisse ; & audito eodem Paulo Rex, Præ-
- 26. 31. ses, & Berenice *loquebantur adinvicem dicen-*
tes : Quia nihil morte, aut vinculis dignum quid
fecit homo iste. Et idem Paulus Romam cùm
pervenisset, fratres alloquens, eis dixit, quòd
- 28. 18. dimissus esset à Judicibus, *cùm nulla esset cau-*
sa mortis in eo ; at contradiceotibus Judæis,
coactus fuit Cæsarem appellare.

Scribens pariter ad Romanos Paulus no-
tat scelera, in quæ Gentes corrueraot, & ait,
quòd cùm justitiam Dei cognovissent, non intelle-
Rom. 1. 32. (cy) Gentes dignos morte non cognoscentes. *xerunt*, (cy) *quoniam qui talia agunt, digni*
sunt morte, & non solùm qui ea faciunt, sed
etiam qui consentiunt facientibus. item inquit,
- 5. 10. quòd antea inimici, *reconciliati sumus DEO*
per mortem filii ejus ; &c. & quòd *sicut per unum*
- - 12. (cz) Mors in mundum per peccatum ingressa. *hominem peccatum in hunc* (cz) *mundum in-*
travit, & per peccatum mors, & ita in omnes
homines mors pertransiit, in quo omnes pecca-
- - 14. (da) Mors regnans ab Adam usque ad Moysen. *verunt* : Mox addit quòd *regnavit* (da) *mors ab*
Adam usque ad Moysen etiam in eos, qui non
peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ,
qui est forma futuri. Subdit proinde paulò
- - 17. (db) Unius delicto Mors regnans per unum. post : *Si unius delicto* (db) *mors regnavit per*
unum, multò magis abundantiam gratiæ, & do-
nationis, & justitiæ accipientes, in vitâ regna-
bunt per unum JEsum Christum. Et ponit quòd
Lex subintravit, *ut sicut* (dc) *regnavit peccatum in* Rom. 5. 21. (dc) Peccatum regnans in mortem.
mortem, ita & gratia regnet per justitiam in vi-
tam æternam per JESUM C. D.N. Ita inquit : - 6. 3.
(dd) *An ignoratis, quia quicunque baptizati* - - 4.
sumus in Christo JESU, in morte ipsius baptizati (dd) Mors Christi vita nostra.
sumus : Consepulti enim sumus cum illo per bapti-
smum in mortem, ut quomodo Christus surrexit
à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in no-
vitate vitæ ambulemus ; si enim complantati fa- - - 5.
cti sumus similitudini mortis ejus : Simul & re-
surrectionis erimus. - - - - - *Scientes, quòd* - - 9.
Christus resurgens ex mortuis jam non moritur,
mors illi ultra non dominabitur. Mox interrogat :
Nescitis quoniam cui exhibetis vos servos ad obe-
diendum, servi estis ejus, cui obeditis, sive (de) - - 16.
peccati ad mortem, sive obeditionis ad justitiam ? (de) Obediens peccato obedit ad mortem.
& subsequenter habet : *Finis illorum* (scelerum
scilicet) *mors est.* *Stipendia peccati Mors.* - - 21.
Præterea scribit : *Cùm essemus in carne, passio-* - - 23.
nes peccatorum, quæ per legem erant, operabantur - 7. 1.
in membris nostris, ut fructificarent morti. (df) - - 6.
Nunc autem soluti sumus à lege mortis, in quâ de- (df) Servientes Evangelio soluti a lege mortis.
tinebamur, ita ut serviamus in novitate spiritûs &
non in vetustate litteræ; moxque se extendit, pro-
bans, quod Legis mandatum ipsi fuit ad mortem; - - 10.
peccans enim contra legem mortem animæ acce-
pit; oon tamen per hoc, inquit, legem esse malam,
sed (ait) (dg) *peccatum, ut appareat peccatum per* - - 13. (dg) Peccatum operans mortem.
bonum, (nempe legem) *operatum est mihi mor-*
tem &c. Et secum loquens, dicit : *Infelix*
ego homo, quis me liberabit de corpore mortis - - 24.
hujus ? (h. e. de hac mortali vitâ.) Insuper ha-
bet : *Lex Spiritûs vitæ in Christo JESU libera-* - 8. 2.
vit me a lege peccati, & mortis. Prudentia - - 6.
carnis mors est ; prudentia autem Spiritûs vita,
& pax. Certus sum, quia (dh) *neque mors,* - - 38. (dh) Mors non separans Paulum a charitate Dei.
neque vita - - - - -, *neque creatura alia po-*
terit nos separare à charitate Dei, quæ est in
Christo J. D. N.

Ad Coriothios scribit, quòd nemo gloria-
ri debet in hominibus, & addit : (di) *Omnia* 1. Cor. 3. 21. (di) Vita, & Mors Corinthiorum, ipsi verò Christi.
vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo, sive Ce-
phas, sive mundus, sive vita, sive mors, sive
præsentia, sive futura ; omnia enim vestra sunt ; - - 23.
vos autem Christi ; Christus autem Dei. Mox
dicit : *Puto, quòd DEUS* (dk) *nos Appostolos no-* - 4. 9. (dk) Paulus Apostolus, tanquam morti destinatus.
vissimos ostendit, tanquam morti destinatos, quia
spectaculum facti sumus mundo, & angelis, &
hominibus. Et institutionem Sacramenti Eu-
charistiæ memorans, & suadens, quomodò ad
sacram Dominicam cœnam homo debet paca-
tus accedere, illud proponit : *Quotiescumque*
manducabitis panem hunc, vel calicem bibetis ; - 11. 26.
(dl) *mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.* (dl) Mors domini nuntianda in receptione eucharistiæ.
Et alibi ootat : *Per hominem mors* (fuit). *& per*
hominem resurrectio mortuorum. Novissima in-
imica destruitur mors. *Cùm mortale hoc indue-* - 15. 21.
rit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus - - 26.
est : Absorpta est mors in victoria. Ubi est, - - 54.
mors, victoria tua ? ubi est, mors ; stimulus tuus ? - - 55.
stimulus autem mortis peccatum est : virtus verò - - 56.
peccati Lex. Ipsi in nobismetipsis responsum mor- 2. Cor. 1. 9.
tis habemus, ut non simus fidentes in nobis, sed
in DEO, qui suscitat mortuos. Christi bonus - 2. 15.
odor sumus DEO in iis, qui salvi fiunt, & in iis,
qui pereunt, aliis quidem odor mortis in mortem, - - 16.
aliis autem odor vitæ in vitam. Et ad hæc quis
tam idoneus ? (dm) *Si ministratio mortis* (ita - 3. 7.
Mosaicam vocat legem, quæ, ex inobservao- (dm) Ministratio mortis quæ dicitur, ubi explicatur.
tiâ hominum, causa pluribus erat damnationis)
litteris

literis deformata in lapidibus, fuit in gloriâ, ita ut non possent intendere filii Iseael in faciem Moysi propter gloriam vultûs ejus, quæ evacuatur: Quomodo non magis ministratio Spiritûs erit in gloriâ? (2. Cor. 3.) *Nos, qui vivimus, in mortem tradimur propter JEsum, ut & vita JESU manifestetur in carne nostrâ mortali: Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis.* (- 4, 11. - - 12.) *Quæ secundùm Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur: sæculi autem tristitia mortem operatur.* (- 7, 10.) *Ministri Christi sunt* (alii qui vobis prædicant)? *ut minùs sapiens dico: plus ego: in laboribus plurimis, in carceribus abundantiùs, in plagis supra modum,* (dn) *in mortibus frequenter* (h.e. in evidentibus mortis periculis). (- 11, 23.)

(dn) Paulus frequenter in mortibus, ubi explicatur.

Ad Philippenses dicit, spem suam esse, quòd, inquit, *nunc magnificatur Christus in corpore meo sivè per vitam, sivè per mortem.* (Phil. 1, 20.) Et de Christo ait, quòd *humiliavit semetipsum, factus obediens,* (do) *usque ad mortem, mortem autem crucis.* (- 2, 8.) Narrat quòd Epaphroditus (dp) *infirmatus est usq; ad mortem, sed DEUS misertus est ejus; non solùm autem ejus* (subdit) *verum etiam & mei, ne tristitiam super tristitiam haberem;* (- - 27.) illumque eis commendat, *quoniam*, inquit, (dq) *propter opus Christi usque ad mortem accessit, tradens animam suam, ut impleret id, quòd ex vobis deerat erga meum obsequium.* (- - 30.) Et paulò post spem suam notificat, quam habet videndi, & cognoscendi Christi in gloriâ, cùm in præsens esset per varias persecutiones, pericula, & labores (dr) *configuratus morti ejus.* (- 3, 10.)

(do) Christus obediens usque ad mortem crucis.

(dp) Epaphroditus usque ad mortem infirmatus.

(dq) & quidem propter opus Christi.

(dr) Paulus configuratus morti Christi.

Et ad Colossenses scribit, quòd eos Christus reconciliavit in corpore carnis suæ *per mortem* exhibere eos sanctos, & immaculatos, & irreprehensibiles coram Patre. (Coloss. 1, 22.) Ad Timotheum autem ait, quòd Christus (ds) *destruxit quidem mortem, illuminavit autem vitam, & incorruptionem per Evangelium.* (2. Tim. 1, 10.)

(ds) Christus mortis destructor.

Ad Hebræos proinde dicit de Christo: *Eum autem, qui modico, quàm Angeli, minoratus est, videmus Jesum propter* (dt) *passionem mortis, gloriâ, & honore coronatum: ut gratiâ Dei pro omnibus gustaret mortem;* (Hebr. 2, 9.) sic dicit, quòd ipse egit Christus, *ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est, diabolum; & liberaret eos,* (du) *qui timore mortis per totam vitam erant obnoxii servituti,* (- - 14. - - 15.) & quòd est Sacerdos secundùm ordinem Melchisedech, *qui in diebus carnis suæ preces, supplicationesq; ad eum, qui* (dx) *possit illum salvum facere à morte* (oravit enim in horto Gethsemani Christus Patrem, qui posset transire facere calicem passionis &c.) *cum clamore valido, & lacrymis offerens, exauditus est* (in favorem scilicet humani generis) *pro suâ reverentiâ.* (- 5, 7.) Et sic de Sacerdotio Christi æterno agens, ait de Sacerdotibus legis Mosaicæ: (dy) *Alii quidem plures facti sunt Sacerdotes, idcirco, quod morte prohiberentur permanere;* (- 7, 23.) insuperque dicit, quòd ipse Christus *ideò novi testamenti mediator est,* (dz) *ut morte intercedente, in redemptionem earum prævaricationum, quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt æternæ hæreditatis.* (- 9, 15.) *Ubi enim testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris.* (- - 16.) Et dum de antiquorum Patrum fide tractat, notat, *quòd fide Henoch* (ea) *translatus est, ne videret mortem, & non inveniebatur, quia trastulit eum DEUS &c.* (- 11, 5.) Jacobus in suâ Catholicâ scribit, quòd *peccatum, cum consummatum fuerit, generat mortem.* (Jacob. 1, 15.) Et concludit epistolam suam his verbis: *Scire debet, quoniam qui converti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ,* (eb) *salvabit animam ejus à morte, & operiet multitudinem peccatorum.* (- 5, 20.)

(dt) JESUS propter passionem mortis gloriâ coronatus.

(du) Christus liberans timore mortis.

(dx) DEUS Pater potens salvum facere à morte Christum.

(dy) Mors prohibens Sacerdotes antiquæ legis permanere.

(dz) Christus mediator, ut morte intercedente, detur repromissio vocatis.

(ea) Henoch translatus, ne videret mortem.

(eb) Convertens peccatorem, salvat animam ejus à morte.

Petrus Apostolorum Princeps ait, quòd Christus *est in dexterâ Dei, deglutiens mortem, ut vitæ æternæ hæredes efficeremur &c.* (1. Petr. 3, 22.) Joannes autem habet: *Nos scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte.* (1. Joh. 3, 14.) *Qui scit fratrem suum peccare* (ec) *peccatum non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem.* (- 5, 16.) *Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis. Omnis iniquitas peccatum est:* (ed) *Et est peccatum ad mortem;* (- - 17.) pro peccato ad mortem communiter interpretes hìc intelligunt *obstinatam apostasiam à fide, & infidelitatem*, quæ certitudine morali irrevocabilis sit ab homine penitus incorrigibili.

(ec) Peccanti non ad mortem rogetur vita non ad mortem.

(ed) Mystica Interpretatio de peccato ad mortem.

Filius hominis, visus à Joanne in Apocalypsi, habebat *claves mortis, & inferni.* (Apoc. 1, 18.) Angelo Smyrnæ jussus est scribere Joannes: *Esto Fidelis usque ad mortem &c.* (- 2, 10.) *Qui* (ee) *vicerit non lædetur à morte secundâ;* (- - 11.) pro quâ re non incongruum est hic ponere, quid pro morte secundâ veniat; & quid pro morte secundâ audiatur; pro morte ergo primâ communiter intelligunt interpretes *mundum, carnem, Diabolum;* pro morte secundâ *infernum;* sic ergo alii clariùs pro primâ *peccatum;* pro secundâ *pœnam peccati* declarant; alii autem pro prima *mortem corporis* ponunt; pro secundâ *mortem animæ.* Et Angelo, seu episcopo Thyatiræ jussit scribi filius hominis contra Jezabelem, pravam mulierem: *Filios ejus interficiam in morte &c.* (- - 23.) Aperto per agnum sigillo quarto vocatus est ad videndum Joannes per quartum animal: *Et ecce, equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi* (ef) *MORS, & infernus sequebatur eum; & data est illi potestas super quatuor partes terræ interficere gladio, fame, & morte, & bestiis terræ.* (- 6, 8.) Quintò Angelò tubâ canente, cùm ex puteo abyssi locustæ exiissent crudelissimè cruciantes, notatur, quòd (eg) *in diebus illis quærent homines mortem, & non invenient eam: & desiderabunt mori, & fugiet mors ab eis.* (- 9, 6.) Devicto dracone audita est vox laudans sanctos, qui Diabolum vicerunt (eh) *Propter sanguinem agni, & propter verbum testimonii sui, & non dilexerunt animas suas usque ad mortem.* (- 12, 11.) Bestiæ, quæ de mari ascendit septiceps, ait Joannes, *vidi unum de capitibus suis, quasi occisum in mortem,* (ei) *& plaga mortis ejus curata est;* (- 13, 3.) & paulò post ait, se vidisse aliam bestiam, ascendentem de terrâ, *quæ fecit terram, & habitantes in eâ, adorare bestiam primam, cujus curata est plaga mortis.* (- - 12.) Vox item de cælo audita est à Joanne, circa Babylonem dicens, inter cætera: *In unâ die venient* (ek) *plagæ ejus mors, & luctus, & fames, & igne comburetur, quia fortis est Deus, qui judicabit illam.* (- 18, 8.) Notat præterea Joannes: *Beatus, & sanctus, qui habet partem in resurrectione primâ:* (el) *in his secunda mors non habet potestatem, sed erunt Sacerdotes Dei, & Christi, & regnabunt cum illo mille annis.* Et cùm judicarentur omnes mortui à sedente in throno, dicitur, quòd *mors, & infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant: & judi-* (- - 13.)

(ee) Mystica interpretatio mortis secundæ, à quâ non læditur victor, & mortis primæ.

(ef) Sessor equi pallidi dictus Mors.

(eg) Homines mortem quærentes, quæ ab eis fugiet.

(eh) Sancti non amantes animas suas usque ad mortem.

(ei) Plaga mortis curata in capite unius bestiæ Apoc.

(ek) Mors inter plagas Babylonis.

(el) Mors secunda non habens potestatem in omnes.

catum est de singulis secundùm opera ipsorum. (em) *Et mors, & infernus missi sunt in stagnum ignis. Hac est mors secunda.* Renovatis exelo, ac terrâ audita est vox à Joanne in sanctâ novâ Civitate Jerusalem, dicens, quòd DEUS omnem lacrymam absterget ab oculis hominum: *Et mors* (en) *ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quia prima abierunt.* Et cùm sedens in throno dixisset Joanni, se daturum sitienti de fonte equæ vitæ gratis, & vincenti bonorum possessionem, addidit: *Timidis* (eo) *autem, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure; quod est mors secunda.*

Apoc. 14. (em) Eadem in stagnum ignis missa.
— 21. 4. (en) Mors ultra non futura in Sancta civitate.
— — 8. (eo) Pars impiorum mors secunda.

Et hi sunt textus ex Sacrâ litterâ, quos apposuimus, &, ubi locus oportunus visus est, elucidavimus; verùm ad majorem eorum elucidationem satis valebit advertere præter pluribi dicta, quòd nomine mortis in Sacris Bibliis venire solet: (ep) *Afflictio: Infernus: Malum: Peccatum: Plaga: Tribulatio*, & hujusmodi; quæ innuentur omnia in *Notis mysticis.* Præterea non nullos, quos reliquimus, paucos textus vid. in dictionibus: (eq) *Caligo: Formido: Porta: Pulvis: Regio: Tormentum: Umbra.*

(ep) Variæ hujus vocis significationes.
(eq) Aliqua remissivè.

Myst.

Ablatio Boni Judicis, quo ablato, subditi mala patrant, figuratur per mortem Othonielis; ex Origene.

Orig. f. Judic. h. 3.

Anima Mors V. *in notis Historicis* ad text. Apocalyps. 2, ex Tyrino.

Apostasia à fide V. *in notis Historicis* ad text. 1. Jo. 5, ex eodem, & aliis.

Carnis Corruptio V. Corruptio Carnis.

Cessatio Synagogæ in Pauli conversione, significatur per mortem Rachaelis in nativitate Benjamin, ut innuit D. Ambrosius; ita eadem cessatio designatur per mortem Saræ, cui succedit Rebecca, hoc est: Ecclesia ex Gentibus; ut habet Origenes. Ita & in morte nurûs Heli; ut scribit D. Greg. Magnus.

D. Ambr. ep. 18.
Orig. f. Num. h. 22.
D. Gr. f. 1. Reg. 4.

Christus, morti datus à Judæis per mortuum granum frumenti exprimitur; ut notat D. Augustinus.

D. Aug. f. Jo. tr. 51.

Christi passio V. Passio Christi.

Compuncti mortui dici aliquandò possunt, culpæ videlicet; ex D. Gregor. Magno.

D. Gr. f. 1. Reg. 4.

Conversio Judæorum adumbratur in morte pueri Ismaëlis; ex Glossâ interlineali.

Gl. int. f. Gen. 21.

Corruptio Carnis, quæ provenit ex corruptione peccati, demonstratur in mortuo Lazaro quatriduano; ut habet D. Ambrosius.

D. Ambr. de pœnit. 2.

Culpæ Mors V. Mors Culpa.

Dæmonum projectio. V. Projectio Dæmonum.

Dæmones, miscentes immunditiam in nostris bonis operibus, apparent in muscis in unguento morientibus; ex D. Hieronymo.

D. Hier. f. Eccli. 10.

Delatio figmentorum Poetarum in morte ranarum in Ægypto symbolizatur; ex Glossâ interlineali.

Gl. int. f. Exod. 8.

Descendentes per peccatum, aut hæresim, *in infernum* sunt, qui ducuntur ad mortem; ut scribit Beda.

Bed. f. Prov. 14.

Destructio Principatûs Diaboli ostenditur per mortem Pharaonis; ut habet idem Beda.

idem. f. Exod. 2.

Damnum pudicitiæ V. Pudicitia Damnum.

Destructio Jerusalem per mortem uxoris Ezechielis demonstratur; ut habet ex ipsâ litterâ Ezech. 24.

Dejectio Dæmonum, ut peccatorum in Baptismo, exprimitur per mortem Ægyptiorum in mari; ut notat D. Gregorius Nyssenus.

D. Gr. Nyss. de vit. Mos.

Diabolus aliquando ponitur pro morte; ita pro morte primâ notavimus in *notis historicis*; & pro morte simpliciter accipit D. Hieronymus.

D. Hier. f. Isai 28.

Existentes in peccato mortui sunt; & ita, sepeliendo alios, dicuntur sepelire mortui mortuos suos; ex D. Greg. Magno.

D. Gr. 4. m. 19.

Figmentorum Poetarum delatio, V. Delatio Figmentorum Poëtarum.

Jerusalem destructio, V. Destructio Jerusalem.

Infidelitas mors peculiariter dicitur, quod habetur *in notis historicis*; & tradit etiam D. Hilarius.

D. Hil. f. Matth. c. 9.

Judas sine sacrificiis perhibentur per mortuos, inter quos stetit Aaron; ut notat Origenes.

Orig. f. Num. h. 9.

Judæorum conversio, V. Conversio Judæorum.

Judicis boni ablatio, V. Ablatio boni Judicis.

Mors (er) *Culpa, Gehenna, Pœna, Peccati*; ita *Mors Corporis* variæ mortes sunt in mortibus exemplificatæ, quæ habentur in Sacris litteris; unde ex D. Fulgentio habemus, quòd mors ponitur triplex, nempè culpæ, quàm sequitur mors corporis, & mors Gehennæ, & licèt mors corporis sit post mortem culpæ, attamen illa dicitur prima, quia secunda, nempè mors Gehennæ, unitur cum morte culpæ, quando hominem pœnæ subjicit, & eum propter culpam cruciat; unde & mors culpæ, & mors pœnæ, & mors Gehennæ, unâ venientes sub consideratione, mors secunda dicuntur. Videndum tamen est, quod in *notis historicis* ad text. Apoc. 2. diximus. Eadem autem est mors culpæ & mors peccati, quæ exprimitur per mortem Eliæ; ut scribit Origenes.

(er) Varia de diversis mortibus.
Fulgent. 1. de dupl. prædestinatione.
Orig. f. Isai. h. 13.
D. Hier. f. Isai 26.

Mortui Dei sunt, qui moriuntur in Domino, hoc est, DEO gratiosi; ut notet D. Hieronymus.

D. Aug. f. Ps. 87.

Obstinati, quibus Christi miracula non profuerunt designantur in illis mortuis, quibus Christus non fecit mirabilia; ut tradit D. Augustinus.

Pœna Mors } V. *Mors Pœna, Peccati.*
Peccati Mors }

D. Hier. f. Isai. 9.

Pœna, æterna præcipuè aliquando per mortem exhibetur; ut advertit D. Hieronymus.

Peccans corde perhibetur in filio Archi Synagogi mortuo domi. *Peccans opere* in filio viduæ mortuo, & elato extra portam. *Peccans consuetudine* in Lazaro mortuo quatriduano; ut habent Origenes, & Basilius.

Orig. f. Rom. 4.
D. Basil. f. Ps. 114.

Peccantes inferiores ineptè reprehendentes, qui superiores sunt repræsentantur in mortuo Ozâ, quùm tetigit Arcam Dei; ex D. Gregorio Magno.

D. Gr. 9. m. 19.

Peccatum mortuo assimilatur, cui non debet accedere Sacerdos; ut notat Origenes. Vide etiam *notas historicas.*

Orig. f. Matth. h. 9.

Passio Christi denotatur in morte Abrahæ; item in morte Saulis ab adversariis suis occisi; item in morte Joseph in Ægypto; cùm, ipso mortuô, crevissent fideles; ut habetur ex divis Gregorio Magno, & Epiphanio. Item in morte Josue;

D. Gr. 1. Past. 5.
D. Epiphan. 2. de hær.

Orig. f. Josue h. 1. D. Hier. f. Jon. 4.

Josue; ut notat Origenes. Itemque in morte, quam judicavit Jonas meliorem vitâ; ut refert D. Hieronymus.

Arnob. f. Ps. 9.

Privatio gratiæ mors animæ est; ut optimè scribit Arnobius.

D. Aug. f. Ps. 77.

Pudicitiæ damnum in morte pecorum Ægypti perhibetur; ut notat D. Augustinus.

D. Aug. f. Apoc. h. 7.

Requies à malis mors illa est, quam quærunt impii, & non inveniunt; ex eodem D. Augustino.

Synagogæ cessatio. V. *Cessatio Synagogæ.*

D. Th. in sequent. corp. Christi.

Sacramentum Eucharistiæ mors est malis; ut habetur ex D. Thoma Aquinate.

D. Hilar. f. Ps. 141.

Viventes sæculariter mortui sæculi benè appellantur; ex D. Hilario.

Morsus. V. post Mordens.

Mortalis, Mortale.

Hist.

(a) Quid hæc vox, cujus textus notis signantur, ubi locus. Esth. 13. 2. - 16, 25. Job. 36. 31. - 38. 26.

Omne id, (a) *quod mortis imperio subest*, Mortale dicitur. Pacem cunctis mortalibus optatam ait Assuerus in suis epistolis; vocatque Aman mortalium pessimum. Eliu apud Job ait, quòd Deus *dat escas multis mortalibus.* Et Deus potentiam suam ostendens, interrogat quis dedit cursum imbri, viam tonitrui, *ut plueret super terram absque homine in deserto, ubi nullus mortalium commoratur &c.* Libri Sapientiæ auctor se mortalem hominem fatetur:

Sap. 7. 1. - 9. 14. - 15. 17. (b) Idolorum artifex mortalis homo.

Et in sua oratione inquit: *Cogitationes mortalium timidæ, & incertæ providentiæ nostræ.* Et de idolorum artifice scribit; (b) *Cùm sit mortalis, mortuum finget manibus iniquis. Melior enim est ipse his, quos colit, quia ipse quidem vixit, cùm esset mortalis, illi autem nunquam.* Et apud Isaiam cùm dicat Dominus Sion, ut in se confidat, nullùmque alium timeat, dicitur eb eodem: (c) *Ego, ego ipse consolabor vos; quis tu, ut timeres ab homine mortali, & à filio hominis, qui quasi fœnum ita arescet?* Antiochus Eupator, cùm fœtorem suum pati non posset, ejebat: *Justum est subditum esse Deo,* (d) *& mortalem non paria Deo sentire.* Barnabas, & Paulus Sacerdotes, qui ipsis sacrificare volebant, compescendo, dixerunt: *Viri: Quid hæc facitis?* (e) *Et nos mortales sumus, similes vobis, homines &c.* Ad Romanos scribens, Apostolus per consequentiam ex dictis, habet: *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis ejus.* Et alibi habet ad ipsos: *Si spiritus ejus, qui suscitavit Jesum à mortuis, habitat in vobis; qui suscitavit Jesum à mortuis,* (f) *vivificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum ejus in vobis.*

Isai. 51. 12. (c) Timor ab homine mortali non sit, sed à Deo. 2. Mac. 9. 12. (d) Justum est mortalem non sentire paria Deo. Act. 14. 14. (e) Barnabas, & Paulus se mortales profitentes. Rom. 6. 12. - 8. 11. (f) Mortalia corpora à Spiritu Dei inhabitante vivificanda.

1. Cor. 15. 53. - - 54. 2. Cor. 4. 11. - 5. 4. (g) Mortale hoc à vita absorbendum.

Ad Corinthios verò scribit: *Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem: Cùm autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria &c. Semper nos, qui vivimus, in mortem tradimur propter Jesum: ut & vita Jesu manifestetur in carne nostra mortali. Qui sumus in hoc tabernaculo* (corporis scilicet,) *ingemiscimus gravati; eò quòd nolumus expoliari, sed supervestiri* (hoc est: Non media morte gloriem acquirere,) *ut* (g) *absorbeatur, quod mortale est, à vita.*

Mortarium. Mortariolum. V. post Mortificatus.

Morticinum.

Hist. (a) Quid hæc vox, cujus textus notis non signantur, ubi non est locus. Levit. 7. 24. - 11, 12. - - 24. (b) Tangens morticina volatilium immundus sit & aliorum. - - 27. - - 30. - - 32. (c) Alia etiam immunda ex contactu morticini. - - 35. - 19, 15. - 22, 8.

Quod (a) *suâ sponte mortuum est,* sine sanguinis effusione, & absque alia violentia Morticinum propriè dicitur; verùm tamen etiam absolutè ad *cadavera hominum* extenditur hæc dictio. In Levitico dicitur: *Adipem cadaveris morticini, & ejus animalis, quod à bestia captum est, habebitis in varios usus. Morticina vitabitis* (aquaticorum scilicet, non habentium squamas, & pinnas.) *Quicunque* (b) *morticina eorum* (immundorum volatilium) *tetigerit, polluetur, & erit immundus usq. ad vesperum;* ite & quadrupedium habentium quasi manus. Et aliorum mihi nominatorum; quin etiam dicitur (c) *super quod ceciderit quicquam de morticinis eorum, polluetur, tam vas ligneum, & vestimentum, quam pelles, & cilicia; & in quocunque fit opus, tingentur aquâ, & polluta erunt usque ad vesperum, & sic postea mundabuntur;* & sic nominantur proinde vasa, quæ polluentur ex casu morticini super ipsa. Præterea indicitur lotio, facienda à comedente morticinum (h. e. ex se mortuum), ut mundus fiat; inhibitio erat quandoquidem universalis: *Morticinum, & captum à bestia non comedent, nec polluentur in eis* (Sacerdotes, & ministri altaris): *Ego sum Dominus.* Et in Deuteronomio dictum est: (d) *Quicquid morticinum est, ne vescamini ex eo. Peregrino, qui intra portas tuas est, da ut comedat, aut vende ei; quia tu populus sanctus Domini Dei tui es.* Et in libro Numerorum lex erat: (e) *Omnis, qui tetigerit humanæ animæ morticinum, & aspersus hac commixtione* (aquæ scilicet lustrationis, seu expiationis) *non fuerit, polluet Tabernaculum Domini, & peribit ex Israel &c.* In Psalmis est: (Domine) *posuerunt* (Gentes) *morticina servorum tuorum volatilibus cæli; carnes Sanctorum tuorum bestiis terræ.* In Isaie dicitur, quòd ad extensionem manûs Dei (f) *conturbati sunt montes, & facta sunt morticina eorum, quasi stercus in medio platearum.* In Jeremia contra populum Judæ est: *Erit morticinum populi hujus in cibos volucribus cæli, & bestiis terræ, & non erit, qui abigat. Cadet* (g) *morticinum hominis, quasi stercus, super faciem regionis, & quasi fœnum post tergum metentis, & non est, qui colligat. Reddam* (ait Dominus) *primo duplices iniquitates, & peccata eorum, quia contaminaverunt terram meam in morticinis idolorum suorum & abominationibus suis impleverunt hæreditatem meam. Dabo eos* (Principes, & populum) *in manus inimicorum suorum,* (i) *& in manus quærentium animam eorum; & erit morticinum eorum in escam volatilibus cæli, & bestiis terræ.* Ezechiel, jussus comedere fœdissimum panem, repræsentabat Domino, (k) se nunquam comedisse morticinum, ut scilicet repræsentaret se à rebus fœdis, & immundis semper abstinuisse, & quærebat adhuc se abstinere. Et apud ipsum inter leges ponitur: (l) *Omne morticinum, & captum à bestia de avibus, & de pecoribus non comedent Sacerdotes.*

Deut. 14. 21. (d) Lex de morticino quoad comestionem. Num. 19. 13. (e) Item quoad purificationem illud tangentium. Psal. 78. 2. Isai. 5. 25. (f) Morticina ex montibus, ut stercus facta &c. Jerem. 7. 33. - 9. 22. (g) Morticinum hominis ut stercus futurum. - 16. 18. (h) Terra morticinis idolorum contaminata. - 34. 20. (i) Morticinum hominum futurum esca animalibus. Ezech. 4. 14. (k) Ezechiel e morticinis semper se abstinens. - 44. 31. (l) Sacerdotes ab esu morticini semper se abstinentes.

Myst. Orig. f. Lev. hom. 9.

Peccator in morticino designatur, cujus vel etiam tactu, hoc est: Consuetudine, alius polluitur; ex Origene.

Mortifer, a, um.

Hist. (a) Quid est. Num. 18, 22.

Quod (a) *mortem affert,* Mortiferum est. Peccatum mortiferum erat accedere (præter Levitas) ad Tabernaculum. Eliu ad Job

dicebat,

Job. 33, 22. (b) Vita hominis mortifera appropinquans.

dicebat, quòd *appropinquavit corruptioni anima* (hominis), & (b) *vita illius mortiferis*, quoties à Domino percutitur. Contra Judæos ait Dominus apud Ezechialam sa missurum (c) *sagittas famis pessimas in eos, quæ erunt mortiferæ &c.* Inter signa credantium posuit Jesus: (d) *Si mortiferum quid biberint, non eis nocebit.* Da mala lingua ait Jacobus Apostolus, quòd est *inquietum malum, plena* (a) *veneno mortifero.*

Ezech. 5, 17. (c) Sagittæ Domini mortiferæ.
Matt. 16, 18. (d) Potus mortifer non nocens credenti.
Jacob. 3, 8. (e) Venenum mortiferum in lingua.

Mortificatio.

Hist. (a) Quid est.

A verbo (a) *mortifico*, quod est *mortuum facio*, provenit hæc vox, quæ translatè sumitur *attenuatione, & debilitatione rei alicujus*; soletque præcipuè accipi *pro subjectione partis superioris inferiori*, quò scilicet animi passiones; motusque alii incompositi, componantur, & quasi non vivant, mortui fiant; hoc est: Mortificentur. Paulus Apostolus ad Corinthios narrans, quot patiantur Apostoli, ait: *Persecutionem patimur, sed non derelinquimur: dejicimur, sed non perimus*, (b) *semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut & vita Jesu manifestetur in corporibus nostris.* Et hìc Mortificatio idem est ac *humilitas, & subjectio.*

2. Cor. 4, 9. - - 10. (b) Apostoli Christi mortificationem in corpore suo portantes, ubi explicatur.

Mortificatus, a, um.

Hist. (a) Quid est.

Idam est, (a) ac *mortuus factus*; translatè: *Attenuatus, demissus, compositus, humiliatus, subjectus* &c. à varbo *mortifico.* In Psalmis ad Dominum haber David: (b) *Secundùm magnitudinem brachii tui, posside* (hoc est: Libera, protege, tuere) *filios mortificatorum* (scilicet Judæorum raliquias, quorum patras mortificati & humiliati fuère.) Laboras suos itam ostandens Corinthiis Apostolus saribit: Fuisse, *quasi morientes*; additque: *Et ecce vivimus:* (c) *Ut castigati, & non mortificati.* Et Patrus Apostolorum Princeps dicit: *Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, justus pro injustis, ut nos offerret Deo,* (d) *mortificatus quidem carne, vivificatus autem Spiritu.*

Psal. 78, 11. (b) Invocatio Domini super filios mortificatorum, ubi explicatur.
2. Cor. 6, 9. (c) Paulus castigatus, non mortificatus.
1. Petr. 3, 18. (d) Christus mortificatus tantum carne.

Mortarium.

Hist. (a) Quid est. Num. 11, 8. (b) Man tusum in mortario.

Vas (a) est, *in quo comminuenda pistillo teruntur.* Man (b) collectum populus in daserto *frangebat molâ, sive terebat in mortario.* Captâ Jerusalam à Nabuchodonosor, vasa omnia siva aurea, sive argentea, inter quæ (c) mortaria erant, abstulit Magister militiæ ejus.

Jer. 52, 19. (c) Mortaria oblata de Jerusalem a Nabuchod.

Mortariolum.

Hist. (a) Quid est. Num. 4, 7. (b) Mortariola in servitium Tabernaculi.

(a) Diminutivum præteritæ dictionis *Mortarium* est. Mortariola, (b) quæ erant in servitium Tabernaculi, portabant filii Caath. In oblationibus, quas fecerunt Principes Tribuum in dadicatione Tabernaculi, & altaris, fuit oblatum ab unoquoque *mortariolum* (sive acerra) (c) *ex decem siclis aureis plenum incenso.* Et sic oblata sunt *mortariola aurea duodecim plena incenso, denos siclos appendentia pondere Sanctuarii: Id est, simul auri sicli centum viginti.* Mortariola (d) item fecit Salomon in domo Domini de auro purissimo. Nabuzardan (e) autam Princeps militiæ Nabuchodonosor Regis auferens omnia Sacra vasa, abstulit etiam mortariola. Et iterùm abstulit cum cæteris vasis Sacris *mortariola aurea*, omnia comminuens Antiochus Epiphanes.

- - 7, 14. &c. - - 8. &c. (c) Mortariola aurea oblata in servitium Tabernaculi.
3. Reg. 7, 50. & alibi. (d) Mortariola aurea Salomonis.
4. Reg. 25, 14. & alibi. (e) Eadem ablata a Nabuch.
1. Mac. 1, 23. (f) Item alia ab Ant. Epiphane.

Myst. Phil. de congress. &c. Rup. 2. l. Num. 18.

Actio gratiarum, pro accapta à Deo doctrina dasignatur per mortariola aurea, seu acerræ, incenso plena, oblata à Principibus Tribuum in dedicatione Tabernaculi; ideòque ponderabant siclos decem; ex Philone, & Ruperto.

Moreuus. V. Moriens.

Morus: Morum.

Hist. (a) Quid est, variæ ejus proprietates, & species.

Arbor (a) *nota* est, ut aliquibus placet, eò quòd fructus nigros prodocat, hoc nomen habans, cum Græcè *μαυρὸν*, *Mauron*, quod aliqui legunt *Moron*, idem sit, ae *nigrum*; varùm cùm Morus arbor sit, divarsas habet sparies, quarum altera albos, altera nigros, altera albinigrantes producat fructus, potiùs cum iis sentio, qui à *mora*, seu tarditate eam Morum dictam putant, solet enim arbos hæc cætetarum postrema florere; (b) quocirca ab aliquibus prudantissima dicitur; non enim sinit se à frigora lædi, germen, non nisi frigore omni pacto, emittens. Fructus ajusmodi arboris, quæ *morum* appallatur, parvus est, ovalis, oblongus, granosus: (c) Valetque immaturus ad maculas, & nævos extargendos. Maturus jam æstivis temporibus prodest ad refrigerandum, lavandam sitim, calidamque hapatis intamperiem mitigandam, ac toprimendam. Prodast atiam compositum ex hujusmodi moris (tum etiam ax iis, quæ ex rubo accipiuntur) medicamentum, quod *Diamoron* appellant pro reprimendis vulvæ, ac tonsillarum, fauciumque tumoribus. Si mora hujusmodi comedas, remissiùs tamen, non abundantiùs, à prandio, proderunt, ut vini vaporas mentam non obnubilent, & eâdem methodô notandum est illud Horatii:

(b) Dicta arbor prudentissima.
(c) Usus fructûs in medicina.

» *Ille salubres*
Æstates peragit, qui nigris prandia moris »
Finiet. »

Super quo notandum est, quòd afficacior vis nigris traditur, quàm albis; nigrorum autem succus colore suo manus, & vestes inficit rubicundo, quasi sanguineo. Folia hujus arboris, patientis fructus, (d) optima sunt pro enutriendis vermibus, sericum bombicem conficiantibus. Sunt, qui Sycomorum cum Moro confundant. (V. *Sycomorus.*) Cùm hujusmodi arbor communis sit, aa pro omnibus arboribus accipi videtur, dum in Psalmo pro dacribenda plaga Ægypti, quâ consumptæ sunt omnes arbores, ponitur: *Occidit in grandine vineas eorum, &* (e) *moros eorum in pruina.* Antiocho Eupatore, pugnaturo contra Judæos, Syri Elaphantis *ostenderunt sanguinem uvæ,* (f) *& mori ad acuendos eos in prælium.* Christus Dominus dicebat Apostolis petentibus, ut iis fidem adaugeret: *Si habueritis fidem sicut granum sinapis,* (g) *diceretis huic arbori*

(d) Folia ejus in escam vermium sericorum.
Psal. 77, 47.
(e) Mori Ægyptiorum vastatæ.
1. Mac. 6, 34. (f) Sanguine mori Elephantis monstratus.
Luc. 17, 6. (g) Arbor mori credenti paritura.

arbori Mori: Eradicare, & transplantare in mare, & obediet vobis.

Myst.
Ambr. (Luc. 18.

Diabolus in fructu nigro Mori, qui priùs elbus est, deinde fit niger, repræsentatur; quippe ex albo, Angelico nempe statu, ad nigrum, hoc est; Diabolicum culpâ suâ fecit transitum; ex Divo Ambrosio.

Mos.

Hist.
(a) Quid hæc vox, cujus textus nusquam non figuratur, nisi sit locus.
Gen. 19, 30.

Vita (a) *institutum est, consuetadine firmatum*; & sumitur etiam pro *consuetudine approbata*, quæ vim legis hebet. Quòd nullus esset, ut putabat, major filiis Lot, qui *juxta morem universæ terræ* ingrederetur ad fæminam, minori suasit, ut ... ato patre, cum eo dormirent. ... erat, *in morem pellis*, Hispidus Esau nascens.

– 25, 25.
– 29, 3.
(b) Mos adaquandi gregem.
– – 14.

Moris (b) erat apud Orientales pastores, ut cunctis ovibus congregetis aperirentur putei ad gregem adaquandum. Ex more Jacob ingressus est ed Liam, qeam putabat esse Rachelem.

– 50, 3.
Exod. 13, 5.
(c) Mos Sacrorum servandus datus à Deo.
– 21, 9.

Mos erat cadeverum conditorum per quadraginta dies eromatibus condire. (c) Morem sacrorum servandum quotannis dedit Deus Judæis. Si emptor alicujos poellæ filio suo desponderet eam, *juxta morem filiarum faciet illi*, dicebat lex, cùm iratus esset Dominus populo, pro reatu adorati vituli,

– 33, 4.
Lev. 2, 14.

nullus ex more indutus est cultu suo. In morem farris fruges de spicis primæ obletæ, & igne tostæ confringebantur.

– 18, 3.
Num. 6, 15.

Moniti sunt Judæi, ne juxta morem regionis Chanaao agerent. Libamenta ex more debita, jussit Dominus offerri in consecratione, & oblatione Nazaræorum.

Deut. 2, 25.
– 11, 10.

Pevorem in Gentes se missurum promisit Dominus, ut endito nomine Judaici populi, & Moysis, *in morem parturientium*, contremiscerent, & dolore tenerentur. Terre Ægypti describitur talis, *ubi jactô semine in hortorum morem aquæ ducuntur irrigua.*

Judic. 11, 39.
(d) Mos innovandi fletum filiæ Jephte.
– 20, 33.

Mos increbuit in Israel, (d) ut planctos filiæ Jephte fiat quotannis à filiabus Israel, eò quòd ipse ad duos menses soam flevit virginitatem. Putantes ad Gabaa Beniamitæ, cæteros ex Israel solitò more cedere, ipsi percussi sunt.

– 21, 21.
(e) Mos ducendi choros in Silo.

Filias Silo ad ducendos (e) choros, de more procedentes, qui remanserent ex Tribu Benjamin, post eorum cædem ad Gabaa, rapuerunt quas in uxores ducerent. (V. *Benjamin*).

Ruth. 2, 15.
– 4, 7.
(f) Mos cedendi fæminam per propinquum ad alium.
1. Reg. 2, 16.
– 20, 5.

Ex more spicas colligens, Ruth gratiam invenit apud Booz. Describitur *mos antiquus in Israel*; (f) quo propinquus propinquo jus uxorem aliquam fæminam ducendi cedebat. Filii Heli molesti erant immolantibus, carnem volentes sacrificiorum, antequam, *juxta morem*, incenderetur edeps. Ex more ad Calendas sedere solebat juxta Regem ad vescendum Jonathas.

4. Reg. 11, 14.
– 17, 15.
(g) Israelitæ, morem Gentium secuti, puniuntur.

Ut Athalia vidit Joas *Regem stantem super tribunal juxta morem &c.* cœpit exclemare: *Conjuratio: Conjuratio. In morem Gentium* (g) sacrificantes Israëlitæ à Domino projecti sunt, & miserè pressi, dante eorum terram in mano Assyriorum, quorum ii, qui missi sunt ed eam inhebitandam miscuerunt legem Dei, & Gentium monstruosâ quâdem mixtione;

– – 34.

& notat Sacer Historicus; *usque in præsentem diem morem sequuntur antiquum.*

2. Par. 15, 12.
(h) Mos intrandi fœdum cum Domino Regis, & populi.
– 21, 19.
– 35, 24.

In libris Dierum est, qoòd Ase, Rex Juda, *intravit* (h) *ex more*, cum populo Judeico *ad corroborandum fœdus cum Domino*, ablatis idolorum sordibus. Mortuô impiô Joram, Juda Regi *non fecit* —— *populus secundùm morem combustionis, exequias, sicut fecerat majoribus ejus.* Josias, Rex Jude, vulneratus in prælio, transletus est à curru; in quo eret in *alterum currum, qui sequebatur eum, more Regio.*

Esth. 1, 13.
(i) Mos assistendi sapientes Regi Persarum.
– 8, 4.
(k) Mos Regum Persarum sceptrum aureum protendendi ad clementiam.

Assuerus, cùm ei non paruisset Vasthi Regina, interrogavit super hoc (i) *sapientes, qui ex more Regio semper ei aderant &c.* Cùm ad pedes Assueri oraret Esther, ut, scilicet, fereales literas Aman revocaret, *ille*, (k) *ex more Regio, sceptrum aureum protendit manu, quo signum clementiæ monstrabatur; illaq; consurgens stetit ante eum.*

Psal. 67, 7.
(l) Deus inhabitare faciens unius moris in domo, ubi explicent.

De Deo dicit Psalmiste, quòd ipse est, *qui inhabitare facit* (l) (popuols scilicet) *unius moris in domo* (unà, subintellige;) & quidem ita est, cùm sub unica lege tot netiones inter se diversæ reguntur; ut videtur in Ecclesia.

Sap. 12, 24.
(m) Peccatores more insensatorum viventes.

In Sapientia dicitur peccatoribus, à Deo toleratus diu, quòd erant (m) *infantium insensatorum more* viventes.

Prol. Eccli.
Eccli. 20, &c.
1. Mac. 5, 11.

In prologo Ecclesiastici, ait, qui eum extradidit, se bonum putâsse, librum Ecclesiestici publicè esse illis præcipuè, qui volunt *dicere quemadmodum oporteat instituere mores &c.* In Ecclesiastico est: *Mores hominum mendacium* (sunt) *sine honore.* Philippus, genere Phryx Jerosolymis relictis ab Antiocho Epiphane, moribus crudelior ipsô Antiochô erat.

– 10, 6.
(n) Judæi extra urbes more bestiarum solemnitates agentes.

Quòd *diem solemnem Tabernaculorum in montibus, & in speluncis,* (n) *more egerant*, ex Tyrannide Gentium, recordantes Judæi, cum lætitie illum posteà celebrârunt sub Juda Machebæo, de Gentibus victore.

– 11, 11.
(o) Iidem leonum more pugnantes contra Gentes.

Iidem, sub eodem Duce, contra Lysiam, Gootium Ducem, (o) *leonum more, impetu irruentes*, undecim millia peditum, & equitum mille sexcentos illius exercitus prostraverunt.

– 15, 12.

Onias, Summus Sacerdos, fuisse *modestus moribus* describitur etiam in visione Judæ Machabæi.

Act. 13, 18.
(p) Deus mores Judæorum per 40. annos sustinens.

Paolus, Antiochiæ Pisidiæ verbe faciens populo, narrabat, quòd (p) *per quadraginta annorum tempus mores eorum* (Judæorum scilicet) *sustinuit* (Deus) *in deserto.*

– 15, 1.

Narratur item in Actibus Apostolorum dissensio quædam, orta ex Judæis, volentibus, quòd Gentes ad Christum, & ejus fidem eccedentes, circumciderentur, *secundùm mores Moysi.*

– 16, 21.
(q) Paulus, & socii, ut annunti antes morem insolitum, accusati.

Philippis Paulus, & socii ejus od Magistratus adducti sunt, accusati, quòd annuntiarent (q) *morem, quem non licet* (ajebant accusatores) *nobis suscipere, neque facere, cùm simus Romani.*

– 28, 17.
(r) Paulus, nihil contra morem paternum faciens, vinctus &c.
1. Cor. 15, 33.
Hebr. 13, 5.

Cùm pervenisset Romam Paulus, coram collectis Judæorum primis causam suam exponens, dicebat: (r) *Ego, viri fratres, nihil adversus plebem faciens, aut morem paternum, vinctus ab Jerosolymis traditus sum in manus Romanorum.* Admonebat item Coriothios Apostolus: *Nolite seduci: Corrumpunt mores bonos colloquia mala.* Et Hebræos: *Sint mores sine avaritia, contenti præsentibus &c.*

Mosa.

Hist.
1. Par. 2, 46.
(a) Quis primus.
– 8, 9.
(b) Quis secundus.

I. (a) *Filius Caleb*, & Epha concubinæ ejus fuit Mosa, & sic in Tribu Juda.

II. Alius (b) est in Tribu Benjamin, *filius Saharaim*, & *Hodes* uxoris ejus.

1. Par. 8. 36. - - 37. & alibi. (c) Quis tertius. & vocis signif.

III. Itemque alius in eadem Tribu Benjamin est *filius Zamri*, & pater Banaa. Sonat hoc (c) nomen in duobus primis: *Aximum: Juventus: Exitus: Exprimens: Emungens.* In tertio: *Onus: Assumptio*; & translatè aliquando: *Prophetia: Aquarum elevatio.*

Mosel.

Hist. Ezech. 27. 19. (a) Mosel ferrum fabrefactum Tyri proponens. (b) Quid est, & nom. etym.

Dum Tyro opulentissimæ prædicitur excidium, dicitur in Ezechiele: *Dan, & Græcia*, (a) *& Mosel in nundinis tuis proposuerunt ferrum fabrefactum.* Creditur (b) *oppidum* fuisse mercaturâ celebre *in Græcia finibus.* Alii putant *regionem* esse, placetque rescribere *Mozel.* Interpretatio autem nominis est: *Ambulans: Vadens.*

Mosera, Moseroth.

Hist. Deut. 10. 6. Num. 33. 30. - - 31. (a) Quidest. (b) Aaron in Mosera sepultus, & in Hor; ubi expl. text. (c) Nom. interpretatio.

In pluribus exemplaribus est *Mosara* pro Mosera; idemque est ac *Moseroth*; (a) *statio* scilicet vigesima septima *Judæorum in deserto*; & quidem montosa: *Mons* enim & *montium juga* est Mosera, seu Moseroth; ibi autem notatur (b) quòd, *Aaron mortuus, ac sepultus est*, cùm tamen alibi sepultus dicatur in Hor; at nihil contrarietatis, in hoc est, cùm Hor jugum esset in Mosera, sive Moseroth; (c) Sonant hæc nomina: *Eruditio: Disciplina: Vinculum.* Syriacè: *Datio: Traditio.* Huc venêre Judæi de Hesmona, & ivêre in Benejaacan.

Mosobab.

Hist. 1. Par. 4. 34. (a) Quis est, & quid sonat.

Vir (a) est in Tribu Simeon, cujus nominis etymon est: *Reversus: Aversus: Conversus.*

Mosoch, Vir. Regio. Natio.

Hist. Gen. 10. 2. 1. Par. 1. 5. (a) Vir est primus, Regio, Natio. Ezech. 27. 13. - 32. 26. - 38. 2. - - 3. - 39. 1.

I. *Filius* (a) *Japheth*, & sic nepos Noë, fuit Mosoch, à quo Cappadoces communiter traduntur orti, ita ut per Mosoch *Cappadocia* intelligatur: Et de facto apud Ezechielem ut *regio*, & *natio* nominatur Mosoch, quando dicitur Tyro: *Græcia, Thubal, & Mosoch ipsi institores tui &c.* quando plures nationes in Abyssum detrahendæ dicuntur, & legitur: *Ibi Mosoch, & Thubal, & omnis multitudo ejus*; quando idem Propheta jubetur ponere faciem suam *contra Gog, terram Magog, Principem capitis Mosoch, & Thubal*, & vaticinari de eo; & vocatur Gog Princeps capitis Mosoch, puta civitatis primariæ, & Thubal.

1. Par. 1. 17. (b) Quis secundus. Gen. 10, 23. (c) Vocis significatio.

II. Est (b) & alius Mosoch alio nomine *Mes, filius Sem*; & ita pariter nepos Noë; at ubi dicitur Mes, in libro Genesis dicitur *filius Aram*, filii Sem; & ita juxta morem Sacræ Scripturæ filius nominari potest, hoc est: Descendens à Sem. Significat (c) *Attrahens: Prolongans, vallans, sepiens.*

Mosollam.

Hist. 1. Par. 3. 19. (a) Quis primus. - - 5. 13. (b) Quis secundus.

I. In Tribu Juda est Mosollam, (a) cui fuit pater Zorobabel, in descendentia à David Rege.

II Alius est (b) in Tribu Gad, & hic fuit *filius Abihail.*

1. Par. 8. 17. - 9. 8. (c) Qui alii subsequentes usque ad 15.

III. IV. V. Alius reperitur in Tribu Benjamin, unus ex Principibus cognationum, qui habitaverunt in Jerusalem. An verò hic idem sit cum Mosollam, qui est pater Salo, dubium esse potest; sive cùm Mosollam *filio Saphatia* nescimus.

- - 12. - - 12.

VI. VII. Inter Sacerdotes autem reperitur Mosollam, pater Helciæ, & *filius Sadoc*; nec non Mosollam pater Jezra, *filius Mosollamith.*

2. Par. 34. 12.

VIII. Est & alius Mosollam, de filiis Caath in Tribu Levi, unus ex Præpositis operantium, qui urgebant opus instaurationis Templi, sub Josia Rege Juda.

1. Esd. 8. 16.

IX. Mosollam item Princeps cognationis suæ fuit unus ex missis ab Esdra ad Eddo, ut adducerent ministros domûs Domini. De hoc, & sequentibus dubium est, an hic, vel alter confundantur, atque unus & idem sint.

- 10. 29.

X. Reperitur item Mosollam, unus ex iis, qui reversi de Babylonensi captivitate, duxerant alienigenas uxores.

2. Esdr. 3. 4.

XI. Mosollam *filius Barachia* ædificavit in reædificata Jerusalem, juxta Marimoth,

- - 6.

XII. Est etiam ædificator in nova Jerusalem portæ veteris Mosollam *filius Besodia.*

- - 30.

XIII. Habetur etiam Mesollam, *filius Barachia* ædificator in renovata Jerusalem contra Gazophylacium suum, post Hanun; de hoc, pro similitudine paterni nominis, urget dubium, an idem sit cum posito Num XI. at diversitas sitûs, & loci in nova Jerusalem diversum ab illo videtur facere.

- 6, 18.

XIV. Dubium tamen validum esse potest, de quo Mosollam *filio Barachia* sit sermo, an de ullo ex supralaudatis, an de novo, cùm dicitur quòd *Johanan filius Tobia acceperat filiam Mosollam, filii Barachia.* Nos in re dubia novum esse non credimus, sed unum ex prælaudatis; attamen distinctè numeramus, si quis in contrarium sentiret,

- 8. 4. (d) Signif. nom.

XV. Est & Mosollam, unus ex iis, qui stetit, juxta Esdram Scribam, legentem distinctè populo verba legis, & de hoc quoque, an idem sit cum aliquo ex prælaudatis dubitari potest. Significat: (d) *Pacificus: Perfectus: Retribuens: Parabola eorum: Potestas eorum.*

Mosollamia.

Hist. 1. Par. 9. 21. (a) Quis est, & quid signif.

Pater (a) Zachariæ Levitæ Janitoris portæ Tabernaculi testimonii est Mosollamia, & ejus etymologia est: *Pax Domini: Perfectio Domini: Dominium Domini: Parabola Domini.*

Mosollamith.

Hist. - - 12. (a) Quis est, & quid sonat.

Pater (a) Mosollam, & *filius Emmer* inter Sacerdotes est Mosollamith. Sonat: *Pacifica: Perfecta: Retribuens: Parabola mortis: Dominium mortis.*

Mosollamoth.

Hist. 2. Par. 28, 12. (a) Quis primus. 2. Esd. 11, 13. (b) Quis secundus, & nom. interpr.

I. Pater (a) Barachiæ, viri de Principibus filiorum Ephraim est Mosollamoth.

II. Alius est pater (b) Ahazi, & *filius Emmer.* Sonat hoc nomen: *Pacificatio: Perfectio: Retributio: Parabola mortis: Dominium mortis.*

Motabilis. Motio. Motus. part. Movens.

Hist.

Unà simul plures has voces proponimus, ut una ex alia elucidationem sumat. A *moveo*, quod est: *E loco ad locum transfero*; *excito*; *urgeo &c.* omnes proveniunt.

(a) Quid est Movens.

Movens (a) participium est activæ vocis præsentis temporis. Pro hac voce habemus, quòd (b) ex Jeabarim in deserto moventes filii Israel venerunt ad torrentem Zared. Narratur in Evangeliis, quòd dum Jesus Christus pendebat in cruce, (c) *prætereuntes* (Judæi, & crucifixores) *blasphemabant eum, moventes capita sua*: quod erat in signum contemptus.

Num. 21, 12. (b) Judæi moventes de Jeabarim.

Matth. 27, 39. Marc. 15, 28. (c) Iidem capita sua moventes contra Jesum; ubi expl. cent.

Motus est (d) participium passivæ vocis præteriti temporis. Pro hac dictione habemus, quòd Sanaballat, audiens ædificari iterùm murum Jerusalem, (e) *motus nimis subsannavit Judæos*; ubi ly motus sonat: Accensus irâ, excitatus interna animi passione &c. Interrogans Jesus, quis ex duobus filiis, quibus pater eorum præceperat, ut irent in vineam, & prout respondit: *Nolo*; *postea autem pœnitentiâ motus abiit*; & alter respondit: *Eo Domine, & non ivit*; quis, inquam, ex his (f) voluntatem patris fecisset, & audito quòd primos, reposuit: *Amen dico vobis, quia publicani, & meretrices præcedent vos in regnum Dei.* (f) *Misericordiâ motus* Jesus super viduam Nain, ei filium jam defunctum, vivum restituit.

(d) Quid est Motus.

2. Esdr. 4. 1. (e) Sanaballat motus in Judæos, ubi expl. cent.

Matth. 21, 29. &c.

(f) Filius, motus pœnitentiâ, obediens, voluntatem Patris implet.

Luc. 7, 13. (g) Jesus, misericordiâ motus, filium viduæ suscitat.

Motabilis, e. (h) Illud Motabile est, quod *ab alio, seu etiam à se moveri potest*. Et habemus, quòd die quintâ creationis mundi, *creavit Deus cete grandia, & omnem animam viventem*, (i) *atque motabilem, quam produxerant aquæ in species suas &c.*

(h) Quid Motabile.

Gen. 1, 21. (i) Deus creavit omnem animam motabilem.

Motio. (k) *Actio est, quâ quis ab alio movetur.* De probatica piscina habetur, quòd aquæ ejus movebantur ab Angelo; & (l) *qui prior descendisset in piscinam, post motionem aquæ, sanus fiebat à quacunque detinebatur infirmitate.*

(k) Quid Motio.

Jo. 5, 4. (l) Motio aquæ in probatica piscina.

Motus, subst.

Hist.

Est & Motus nomen substantivum, quô significatur (a) *actio, qua quis movetur, sive ab intrinseco, sive ab extrinseco*; & sumitur aliquando translatè pro *turbatione*, *tumultu &c.* Jacob accinctus erat gladiô in vagina, (b) *qui fabricatus levi motu egredi poterat, & percutere*, quando percussit Amasam. Judith, dum Holofernes stertebat in lecto, stetit ante lectum, *orans cum lacrymis, & labiorum motu in silentio*. Vegao, excitaturus Holofernem, *cùm* (c) *nullum motum jacentis sensu aurium caperet*, accedens ad lectum, ipsum capite obtruncatum invenit.

(a) Quid Motus subst. cujus rei sunt non significantur, nisi in lectus.

2. Reg. 20, 8. (b) Gladius Joab levi motu egrediens.

Judith. 13. &c.

14. 14. (c) Holofernes sine motu repertus.

In Psalmis ait David ad Deum: *Tu dominaris potestati maris*: (d) *motum autem fluctuum ejus tu mitigas.* Irridet idololatras Baruch, recurrentes ad idola, ut sanos faciant infirmos, *quasi possint sentire*. (e) *qui non habent motum &c.* Cùm irrupissent per machinam Judæi in Gazam sub Simone Machabæo, *factus est* (f) *motus magnus in civitate*. In variis congressionibus, quæ per aëra mirabiliter videbantur Jerosolymis, erant (g) *scutorum motus*, telorum jactus &c. Describit Matthæus tempestatem, quam postea sedavit Dominus in mari Galilææ, super navicule dormiens, excitatus, his verbis: (h) *Et ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus.* Quando Christus liberavit ægrotum, triginta & octo annorum, ad probaticam piscinam, describit Joannes, quòd ibi erat multitudo magna variorum infirmorum (i) *expectantium aquæ motum.*

Psal. 88, 10. (d) Dominus motum fluctuum maris mitigans.

Bar. 6, 40. (e) Idola sine motu sunt.

1. Mac. 13, 44. (f) Motus magnus in Gaza.

2. Mac. 5, 3. (g) Scutorum motus in aëre visi Jerosolymis.

Matth. 8, 24. (h) Motus magnus in mare Galilææ.

Jo. 5, 3. (i) Motus aquæ probaticæ piscinæ expectatus.

Movens. V. Motabilis.

Mox

(a) *Adverbium* est, denotans: *Post parum temporis*; respicit item futurum tempus, non præteritum; & è contrario *nuper* denotat præteritum, non futurum; at sine hac observatione multi iis utuntur. Adverbium hoc non elucidamus, quia apud alias dictiones erit.

Hist.
(a) Quid est.

Moyses.

Post duo (a) sæcula, & ultra à morte Joseph in Ægypto, Judæi, qui septuaginta numero, in terram illam ingressi fuerant, ipso vivente Joseph, adeò creverat, ut Politici Ægyptiorum, de eorum multitudine timores conciperent. Has ergò inter politicas agitationes ad regni solium assumptus Pharao (nomen hoc Regibus Ægypti commune fuit usque ad Alexandrum magnum) Ramesses dictus, cui beneficia regioni illi quondam illata à Joseph vel ignota erant, vel qui ea nescire affectabat, consilium habuit, ut Judæos destrueret. Cùm igitur eos sub Præfectis constituisset, eorum operâ, & labore assiduô duas fabrefieri urbes fecit, Tabernaculorum urbes à tabernaculis, sub quibus fabricatores habitabant, appellatas, Phithom, & Ramessem; at pro diminutione Judæorum, quam per injunctos illis labores intendebat Pharao, majorem eorum numerum vidit; quocirca eò magis illos affligebant Ægyptii, & pro conficiendis lateribus diuturno occupabant labore. Hinc novos modos ad Judæorum destructionem excogitans Rex, ut, quam exosam habebat, omninò de medio nationem tolleret, obstetricibus eorum dixit (vocabantur altera Sephore, altera Phua,) ut quando obstetricarent Judæas, masculos occiderent, & fœminas reservarent. At illæ, Deum timentes, masculos quoque conservabant, & coram Rege super hoc interrogatæ, sese ipsas excusârunt, quòd mulieres Judææ, obstetricandi scientiam habentes, ex se ipsis solæ pariebant, neque obstetrices Ægyptias vocabant; & quidem obstetricibus, Deum timentibus, Deus ipse propitius factus, illis benefecit. Quocirca iterùm Rex novam in Judæos meditatus est impietatem, ipsismet præcipiendo, (b) ut quemcunque masculum haberent, recenter natum, in flumen projicerent, reservatis fœminis. Quod publicum edictum ad 11. menses durâsse scribit Cedrenus in compendio.

Hist.
(a) Historia de Judæis in Ægypto post mortem Joseph usque ad natum Moysen; & eorum liberationem &c.
Exod. 1, 2, &c.

(b) Edictum de mergendis Judæorum infantibus in Nilo, & ejus duratio.

Hujus autem edicti tempore, (c) ex Hebræis, seu Judæis, Amram patre, & Jochabed matre de Tribu Levi natus est infans, quem elegantem videns mater, noluit omninò dare flumini, sed per trimestre spatium occultans; tandem, cùm ulteriùs cælare non posset in fiscella scirpea, bitumine litâ ac pice, eum imposuit, & in carecto ripæ fluminis exposuit; stante procul sorore ejus, &

2, &c. &c. (c) Nativitas Moysi, ejus genitores; & expositio in Nilo.

confiderante eventum rei: Cùm autem filia
Exod. 2, 5. &c. Pharaonis, (d) *Nerus* eb aliquibus appellata,
(d) Videtur, & recipitur, extractus de Nilo, à filia Pharaonis.
ab aliquibus *Thermutis*, defcenderet, ut lave-
retur in flumina, & puellæ ejus per crepidi-
dinem alvei ambularent, videna illa fifcellam
in papyrione, per miffam famulam tetrahi
juffit, & ad fe farri: Miferta interea eft
- - 6. Pharaonis filia infantulo, & dixit: *De
infantibus Hebræorum eft hic*; & cùm etiam
iam accurtiffet, quæ rem obfervabat, fo-
- - 7. ror, Regis filiam interrogavit: *Vis, ut
vadam, & vocem tibi mulierem Hebræam,
quæ nutrire poffit infantulum?* Et illâ annu-
(e) Mater fua traditur nutriendus Moyfes, & adultus in filium à filia Pharaonis adoptatus, qui et nomen imponit, cum fignificatione.
ente. (e) vocavit puella matrem fuam, cui
datus eft infans, & quæ mercedem accipiens
puerum nutrivit, adultumque tradidit filiæ
Pharaonis, quæ appellavit eum fibi adoptatum
in filium Moyfen (Moyfes eutem fonat:
Abftractus: *Affumptus*, fcilicet, ex equis).
Crevit ergò Moyfes, qui ad fratres fuos (Ju-
dæos nempe, da quorum femine natus fuerat,
Cl. Al. Strom. 1. (f) & creditur, ut habet Clemens Alexandrinus
(f) Aliud nomen eidem circumcifo creditur datum per parentes.
circumcifus fuiffe à parentibus fuis, & Joachim
vocatus) egreffus inter afflictiones politos, &
virum Ægyptium, (g) qui percutiebat quendam
(g) Ægyptium, male Judæos tractantem, Moyfes occidit.
de Hebræia percuffit, & inobfervatus fabulo
abfcondit; cùmque altero die Hebræo, qui al-
teri injuriam faciebat, diceret: *Quare percutis
- - 13 proximum tuum?* audit ab eo fibi exprobrari
Ægyptii viri occifionem, quam credebat omni-
no cæteris ignotam, (h) quare timuit Moyfes,
(h) Pro occifore manifeftatus fugit in Madian, ubi filias Jethro à paftoribus defendit.
& crefcente facti hujufmodi famâ, unde Pharao
quærebat Moyfen occidere, in terram Ma-
dian fugiens fe recepit; & fedens juxta pu-
teum, puellas feptem, quæ, impletis canalibus,
greges patris fui adaquare cupiebant, à Pa-
ftoribus fupervenientibus defendit, qui eas re-
pellebant, earumque oves adaquavit. Erant hæ
feptem puellæ, filiæ Raguel, feu Jethro, Sa-
cerdotis in terra Madian, quæ, quia primæ
greges adaquaverant, folito velociùs rever-
fæ funt domum; fuper quo cùm interro-
garentur à patre, eudito, quòd vir Ægy-
ptius eas à Paftoribus defendiffet, & aquam
hauriens, earum oves adaquâffet, illum vocari
(i) Habitat apud Jethro; & ejus greges curat, Sephoram filiam ejus in uxorem ducens, ex qua filios habet.
juffit, &c. apud fe ftara; (i) habitavitque
Moyfes cum eo, juramento pacta firmans,
inter quæ ex fubfequentibus facile fuit il-
lud greges ipfius Jethro curandi; & inde Se-
phoram filiam ejus uxorem accipiens, filios
ex ea duos fufcepir Gerfam, & Eliezer. In-
terea autem mortuus eft Pharao Rameffes
Ægypti Rex, (poft Rameffem ponitur A-
mefmianus, & fub hoc dicitur Moyfea fugiffe
in terram Madian), & in regnum fuffectus eft
Pharao Amenophis dictus, qui edhuc in la-
(k) Afflictio Judæorum in Ægypto adhuc perfeverans.
boribus premebat Hebræos, quorum clamo-
res, & praces ad Deum afcenderunt, qui fuper
eos refpiciens, de eorum liberatione à fervitu-
te Ægyptiaca decrevit.

3. 1. &c. Et ecce pafcenti Moyfi ovea foceri fui Je-
thro in interioribus deferti (vixerat ad qoadra-
ginta annos apud Jethro Moyfes, qui ad eum
venerat etiam quadragenarius) ad montem
(l) Apparet Deus in rubo ardente, & non combufto, Moyfi in deferto, ut eum mittat ad Pharaonem, & liberet Judæos, fruftra Moyfe fe m-
Horeb, feu Sinai, qui idem funt, (V. *Horeb.*)
(l) apparuit ipfe Dominus Deus in rubo arden-
te. & non combufto. Obftupuit ad hujuf-
modi miraculum Moyfes, &c, ut videret, ac-
cedens, vocem de rubo vocantem audivit; &
& refpondenti: *Adfum*, præceptum eft: *Ne ap-
- - 5. propies huc; Solve calceamenta de pedibus tuis:
Locus enim, in quo ftas, terra fancta eft*; dictum- fuffecturum dicentem.
queeft ei à Deo: *Ego fum Deus patris tui,* Exod. 3, 6.
Deus Abraham, Deus Ifaac, & Deus Jacob.
Abfconderat ad hæc faciem fuam Moyfes,
non audens contrà Deum afpicere, qui eidem
teftatus eft fe afflictionem populi fui audiviffe,
ideoque ut illum liberaret de manu Pharao-
nis defcendiffe, ut in terram introduceret bo-
nam, lacte, & melle fluentem; addidque:
Mittam te ad Pharaonem, ut educas populum - - 10.
meum, filios Ifrael de Ægypto: Attonito fi-
milis ad hæc, Moyfes proteftatus eft infuffi-
cientiam fuam Deo, qui ei affiftentiam fuam
fpopondit, fignumque ei dedit certum, quòd
regredieos cum populo, in monte ipfo facrificaret.
Inftitit tunc Moyfes, ut fciret mittentis no-
men habuitque refponfum: (m) *Ego fum, qui* - - 14.
fum —— fic dices filiis Ifrael: Qui eft, mifit me
ad vos; voluitque, quòd eos certos faceret de
voluntate divina; moneretque de triduano iti-
nere, antequam in deferto facrificarent: mox
difficultatem veniæ, & facultatis accipien-
dæ à Rege Pharaone aperuit, quâ poffent abire; & figna, quæ ipfe Deus per
manus ipfiusmet Moyfi facturus effet, mani-
(m) Nomen Domini fui manifeftatur, per figna manus leprofæ, & virgæ in colubrum verfæ certus fit de affiftentia Dei; & hæc duo figna dare jubetur ad fidem fibi faciendam.
- 4. 1. &c.
feftavit unà cum aliis documentis executioni
mandandis. At iterum repofuit Moyfes, fibi
fuper his fidem non adhibendam fuiffe, cui
Dominus præcepit, ut virgam projiceret, quæ fta-
tim in colubrum verfa eft; juffitque caudam
illius apprehendere, iterùm in virgam conver-
fum colubrum vidit. Item mandavit ei
Deus, ut manum fibi in finum apponeret;
ret; retraxitque leprâ contectam; retracta-
que denuo liberam à lepra confpexit. Juf-
fit ergò Deus ire Moyfen, & in dictorum fu-
orum fidem hæc duo figna oftendere; quòd fi
iis adhuc fides non adhiberetur, dixit Dominus;
(n) *Sume aquam fluminis, & effunde eam fuper ari-* - - 9.
*dam, & quicquid haunferis de flumine, vertetur in
fanguinem.* Impeditioris linguæ fe factum
(n) Datur Moyfi & tertium fignum aquæ furis in fanguinem vertendæ, & in focium legationis eidem additur Aaron, unde e Jethro cum uxore, & filiis in Ægyptum defcendit.
effe refpondit Moyfes Domino, ut alium mit-
tere vellet; iterumque pro alius miffione inftitit;
fuper quibus inftantiis Dominus primo illi fe afti-
turum promittens; mox iratus, focium legatio-
nis ei addidit Aaron Leviten, eloquentem virum,
ejus fratrem, qui lætus ei obvius fieret, & cui
idem Moyfes omnia manifeftanda manifeftaret;
dixitque: *Ipfe loquetur pro te ad populum,* - - 16.
& erit os tuum: Tu autem eris ei in his,
quæ ad Deum pertinent: Virgam quoque - - 17.
*hanc fume in manu tua, in qua facturus
es figna.* Ivit ergò Moyfes talibus fe-
curus factus promiffis, & ad Jethro rever-
fus eft, à quo difceffit, quafi reverfurus
ad fratres fuos in Ægyptum, ut videret fci-
licet, fi edhuc viverent, habuit enim à Do-
mino certitudinem, eos omnes obiiffe, qui
quærebant animam ejus; & fe Judæum antea
faffum effe non dubitandum eft in Ægypto,
cùm dicat Paulus, quòd grandis factus *nega-* Hebr. 11, 24.
vit fe effe filium filiæ Pharaonis, magis eligens - - 25.
*affligi cum populo Dei, quàm temporalis pecca-
ti habere jucunditatem &c.* quocirca perfecuti-
onem maximam tunc in fe traxit, unde co-
actus eft in Madian fugere.

Sic igitor *tulit Moyfes uxorem fuam,* Exod. 4, 20. &c.
*& filios fuos, & impofuit eos fuper afinum,
reverfufq; eft in Ægyptum, portans virgam
Dei in manu fua.* Mox juffus eft à Deo.

ut por-

ut portenta, quæ illum docuerat, io Ægypto faceret, cujus cor ipse Dominus induràsset, & ideò populum non dimisisset, ipsumqoa Pharaonem primogenito privàsset. In itinera (o) autem circumcidit Sephora uxor ejus filium (Eliezer, ait D. Joan. Chrysostomus primogenitum) suum, ne occideretur à Domino, juxta visionem, quam habuerat, & quidem acutissimâ petrâ eum circumcidit; *tetigitq; pedes ejus, & ait: Sponsus sanguinum tu mihi es; & dimisit eum, postquam dixerat; sponsus sanguinum ob circumcisionem.* Apparuit (p) interea temporis Dominus Aaron, & in occursum misit Moysi, cui obvius factus ad montem Dei est, & osculatus est eum; narravitqua Moyses Aaron omnia, quæ dixerat Deus, & quæ evenerant portenta; locutusque est Aaron cum Moyse, veniens ad populum, coram quo facta sont signa; & credidit populus, & adoravit pronus Dominum.

(o) Sephora ejus unus primogenitum circumcidit, & vocat Moysen sponsum sanguinis.

Exod. 4. 25. - - 26.

(p) Aaron à Deo mittitur in occursum Moysi, quocum ad populum loquitur, coram quo signa facit Moyses, & ei creditur.

Post hæc (q) ambo fratres ad Pharaonem ingressi sunt, & Dei legationem exposuerunt; comminatique sunt pestem, & gladium. Tum Pharao, quasi rebelles, & populum commoventes ad turbas, eos redarguit; novisque laboribus Hebræos opprimere aggressus est, additâ iis curâ colligendi stipulas, & paleas, qoam antea non habebant, super mensuram laterum, quam priùs faciebant. Quod Regium præceptum ita Pharaonis executores mandari executioni curârunt, ut flagellis Hebræos, impotentes rem perficere, urgerent, nec auditus est clamor populi à Pharaone; quapropter populus totus contra Moysen, & Aaron lamentatus est, ac si ipsi tanti mali causa essent; & ideò reversus est ad Dominum Moyses, agens de afflictione populi sui. Animavit tunc Moysen Dominus, (r) qui liberationem Israël iterùm spopondit, unà cum terrà Chanaan; jussitque, ut hæc eadem populo referret; qui tamen, urgente eos validè Pharaone, non acquievit. Tum Dominus jussit eum, nullâ acceptâ excusatione, ad Pharaonem ingredi, eadem, quæ antea petens, & repetens; datusque est ei, linguæ impedimentum objicienti, socius Aaron; dixit enim ei Dominus: *Ecce constitui* (s) *te Deum Pharaonis* (hoc est, ejus castigatorem); *et Aaron frater tuus erit Propheta tuus*; addidit autem cor Pharaonis induratum iri; portenta in Ægypto facienda, & filios Israël de Ægypto educendos esse; deditque signa, quæ coram Pharaona fierent. Octoginta annos numerabat ætatis suæ tunc Moyses, & octoginta tres Aaron, qui ad Pharaonem ingressi præcepta sibi à Domino executi sunt; *tulitq; Aaron virgam coram Pharaone, & servis ejus, quæ versa est in colubrum*; vocati autem malefici à Pharaone, fecerunt & ipsi quædam similiter; at conversas in dracones eorum virgas devoravit virga Aaron; non tamen Pharao divinæ adhæsit voluntati. Remissus ergo est à Deo iterum Moyses manè ad eum, cùm deambularet ad aquas fluminis; & Aaron, post petitionem iterum factam, non auditam, & rejectam à Rege; quin etiam, post comminationem plagæ, juxta divinum mandatum, (t) extendens virgam super aquas omnes Ægypti, versæ sunt eæ in sanguinem tum in flumine, tum in lacu, tum in palude, tum in vasis omnibus ligneis, & saxeis; pisces omnes mortui sunt; computruit fluvius, & aqua ad bibendum amplius non fuit: *Feceruntq; similiter malefici Ægyptiorum incantationibus suis*; unde induratum est cor Pharaonis; & fodientes Ægypti per circuitum fluminis aquam, de eâ bibebant. Evenisse autem refert Cedrenus hanc plagam mense Junio Adrichomius Februario tenetque, omnes plagas per unius mensis spatium evenisse, quæ cedrenus ad plures menses punit; *impletiq; sunt septem dies, postquam percussit Dominus fluvium.* Iterùm missus est eodem modo ad Pharaonem Moyses, & Aaron; & cùm assentire petitioni nollet, extensâ virgâ super rivos, & paludes, (u) ranis operta est terra; quod & per maleficos factum est: At rogavit Pharao Moysen, & Aaron, (x) ut Deum rogarent, quatenùs ranas vellet auferre à populo, & à domibus suis, eppromittens à se dimissum iri populum Judaicum ad sacrificandum; quod in crastinum, ut petebatur, factum est, remanentibus tantùm in flumine ranis; quarum tot mortuæ repertæ sunt in villis, agris, & domibus, ut iis in aggeres collectis, computruerit terra: Hanc verò evenisse plagam mense Julio idem Cedrenus scribit; quâ quidem cessante, Pharao non stetit promissis. Tum mandante Domino percussit virga terram Aaron, (y) *& omnis pulvis terræ versus est in sciniphes per totam terram Ægypti*, quibus & homines, & jumenta molestissimè vexabantur; quod & similiter malefici Pharaonis facere conati sunt, & non potuerunt, per incantationes suas, confitentes de plagis à Domino inductis: *Digitus Dei est hic*; at nullatenus motus est Pharao: Juxte verò Cedrenum Augusto mense hæc evenêre. Mox manè, mandante Domino, obviam fit Moyses Pharaoni ad aquas deambulanti, petens, quod alias petierat: Non audit eum Pharao; nec imminentis plagæ minus curat: Inducitur ergo plaga; scilicet genus omne (z) muscarum, tum hominibus, tum jumentis noxiarum in tota terra Ægypti, exceptâ terrâ Gessen, in qua habitabant Hebræi: Tum Pharao, (aa) vocatis Moyse, & Aaron, proposuit eis, ut in ipsa Ægypto Deo sacrificent; reponit Moyses, id fieri non posse, qoandoquidem ea sacrificassent, quæ ab Ægyptiis, ut dii, recoluntur, unde facilè à populo terræ lapidibus obruti fuissent; appromittit igitur Pharao, se dimissurum Judæos ad sacrificandum, ut quærebatur; rogatque Moysen, ut oret Dominum, quatenùs musca omnis recedat; pro futura die Moyses spondet id factum iri, & fit; at remota plaga, qoam mense Septembri datam narrat Cedrenus, Pharao à prima negatione non removetur.

- 5. 1. &c.
(q) Moyses & Aaron legationem Domini exponunt ad Pharaonem, qui eos arguit, & Judæos opprimit, qui ideò contra Moysen, & Aaron lamentantur; rediique ad Deum Moyses.

- 6. 1. &c.
(r) Remittitur Moyses ad populum, & Pharaonem, coràm quo fit virga portentum, quæ devorat virgas maleficorum; renuit autem Pharao populum Judaicum dimittere.

- 7. 1. &c.
(s) Moyses Deus Pharaonis constitutus, ubi expl. &c.

- - 10.

(t) Plaga Ægypto data I. est sanguis ex aqua.
- - 22.

Exod. 7. 25.
- 8. 5. &c.

(u) Plaga Ægypto data II. sunt Ranæ.
(x) Rogat Pharao liberari à ranis, & promittit Judæorum dimissionem, sed fidei non stat.

- - 17.
(y) Plaga Ægypto data III. sunt sciniphes, super quâ malefici Pharaonis nihil operari possunt.
- - 19.

(z) Plaga Ægypto data IV. sunt Muscæ.

(aa) Rogat Pharao, ut plaga removeatur; promittit Dei mandatum exequi, sed non stat dictis.

Iterum mittit Dominus Moysen ad Pharaonem, eadem, quæ priùs, deposcendo, secus ac novam plagam pestis in jumentis, & pecoribus minatur: non audit Pharao; & altera die (ab) *mortua sunt animantia Ægyptiorum: de animalibus verò filiorum Israël nihil omnino periit*; quod evenit per Cedrenum mense Octobri; induratumque est cor Pharaonis. Mox, juxta Domini mandatum stant

- 9. 1.

- - 6.
(ab) Plaga Ægypto data V. est Pestis jumentorum.

 coram

Exod. 9, 10. (ae) Plaga, Ægypti data VI, sunt Ulcera.

coram Pharaone Moyses, & Aaron, manus habentes plenas cineris de camino, (ae) *& sparsit illum Moyses in cœlum, factáque sunt ulcera vesicarum turgentium in hominibus, & jumentis: Nec poterant malefici stare coram Moyse propter ulcera, quæ in illis erant, & in omni terrâ Ægypti*; & quidem induratus est Pharao etiam ad hujusmodi plagam, quæ facta est mense Novembri, ut ex Cedreno habetur. Tum nova mala, & quidem terribilia minatur Moyses, cum ita mandaret Dominus, Pharaoni, quo in pertinaciâ suâ permanente; monitis antea servis, ut quæque erant in agris, in domos, & sub tecta adducerent, extensâ virgâ in cælum, (ad) mugientibus per aëra tonitribus, & discurrentibus super terram fulguribus, *pluit Dominus grandinem super terram Ægypti*, tantæ sanè magnitudinis, quanta ante nunquam apparuit in Ægypto: *& grando, & ignis pariter mista ferebantur*; unde quæcumque in agris reperta sunt, sive de hominibus, sive de bestiis, sive de herbis, & lignis, percussa sunt, & contrita; *tantùm in terra Gessen, ubi erant filii Israel, grando non cecidit*: Triticumque, & far non sunt læsa per grandinem, quia serotina erant; evenit namque plaga hujusmodi, testante Cedreno mense Decembri. Ad hanc (ae) autem plagam territus Pharao Moysi institit, pro cessatione ejus, populi dimissionem promittens: Exivit Moyses ab urbe Dominum oravit, cessavit grando; at promissis non stetit Pharao. Redit hinc ad Pharaonem Moyses; &, sicut Dominus jusserat, comminatus est ei locustas, nisi dimitteret populum Judæum ad sacrificandum Domino; quocirca servorum suorum timore, & precibus motus Rex, ut viri tantùm ad sacrificandum exirent, relictis parvulis in Ægypto, contentus; statimque Moyses, & Aaron à Regio conspectu ejecti sunt; at, virgâ Moysi super Ægyptum extensâ, (af) urens ventus adduxit innumeras pene locustas, quibus universam Ægyptum operientibus, *devorata est herba terræ, & quidquid pomorum in arboribus fuit, quæ grando dimiserat; nihilque omninò virens relictum est in lignis, & in herbis terræ, in cunctâ Ægypto*. Quapropter advocatum statim Moysen Pharao, peccatum suum confessus, (ag) rogavit, ut à Domino impetraret plagæ illius ablationem; ut factum est; verùm, locustis per ventum vehementissimum in mare rubrum coactis, (quæ plaga, ait Cedrenus, quòd mense Januario supervenit Ægypto) Pharao non dimisit filios Israël. Extendit ergo iterùm, mandante Domino, Moyses manum, (ah) *& facta sunt tenebræ horribiles in universâ terrâ Ægypti tribus diebus. Nemo vidit fratrem suum, nec movit se de loco, in quo erat; ubicumque autem habitabant filii Israel, lux erat*; unde Pharao, vocatis ad se Moyse, & Aaron dixit, ut Judæi pergerent ad sacrificandum Domino, dummodò armenta secum non adducerent: non placuit ipsis conditio hujusmodi, cùm opus esset armenta secum habere, ut hostias Domino offerrent; (ai) & icciréò Pharao Israël noluit omninò dimittere, mortisque pœnam Moysi indixit, si coram facie suâ ampliùs comparuisset: tum respondit Moyses, quòd faciem illius ultra non vidisset, & reversus ad Dominum, post plagam prædictam, quæ scribitur à Cedreno evenisse mense Februario, aliam plagam contra Ægy-

- - 21.

(ad) Plaga, Ægypto data VII, est Grando.

- - 23.

- - 24.

- - 27.

(ae) Instat Pharao pro cessatione plagæ, multa promittens, sed promissis non stat.

- 10, 2. &c.

(af) Plaga, Ægypto data VIII, sunt Locustæ.

- - 15.

(ag) Pharao iterum promittens, iterum non stat promissis.

- - 22.

(ah) Plaga, Ægypto data IX, sunt Tenebræ.

- - 23.

(ai) Pharao mortem minatur Moysi.

- 11, 1. &c.

ptum paratam esse audivit ab ipso, postquam dimittendus omninò erat populus, præcepitque ei Dominus, ut populum Israël ipsum instrueret, ut ab Ægyptiis sibi commodari faceret omnia vasa aurea, & argentea, super quá re idem Dominus operatus esset, ut Judæi gratiam invenissent in Ægyptiorum oculis. (al) Ita præcepit per Moyseo populo Israël decimâ die mensis assumptionem, & decimâ quartâ Paschalis agni esum, dixitque: *Mensis iste vobis principium mensium, primus erit in mensibus anni*, nempe Martius, quo hæc postrema evenerunt. Tùm etiam iis dici voluit, quòd agni sanguine domorum superliminaria ungerent, quandoquidem Phase erat (hoc est, Transitus) Domini, præteriisset enim domus, quæ hoc sanguine tinctæ essent, & non occidisset Angelus primogenitum omne in iis ab homine usque ad pecus, sicut facturus erat in omnibus Ægyptiorum domibus, pro cujus facti memoriâ diem illum voluit inter solemnes, imò & solemnissimum in futurum haberi; ita & azyma fieri jussit (V. *Azyma*), eorum solemnitatem annuam præcipiens, quæ omnia cum Judæi observarent, & observanda reciperent, (am) *factum est in noctis medio, percussit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti à primogenito Pharaonis, qui in solio ejus sedebat, usque ad primogenitum captivæ, quæ erat in carcere, & in omne primogenitum jumentorum, surrexitque Pharao nocte, & omnes servi ejus, cunctaque Ægyptus, & ortus est clamor magnus in Ægypto: neque enim erat domus, in quâ non jaceret mortuus*. (an) Hinc, vocatis Pharao Moyse, & Aaron amplissimam facultatem egrediendi, ad sacrificandum Domino, dedit Judæis liberè, & adducendo secum armenta quæcumque, petens insuper, ut ebeuntes ipsimet benedicerent: *Urgebantque Ægyptii populum de terrâ exire velociter, dicentes omnes moriemur*. Exivit ergo populus Judæus conspersam farinam, antequam fermentaretur secum afferens ligatam in palliis, auréaque, & argentea vasa, & plurimam vestem, omnia sibi ab Ægyptiis commodata secum portans, coxitque non fermentatam farinam, fecitque azymos panes. Sic igitur *eâdem die egressus est* (nempe decimâ quintâ Martii) *omnis exercitus Domini de terra Ægypti*, postquam habitatio filiorum Israël, (ao) qua manserunt in Ægypto, fuit quadringentorum triginta annorum, ab anno scilicet 75. Abraham, quando propter famam peregrinatus est in Ægyptum; annorum autem ducentorum, & quindecim à migratione Jacob de terra Chanaan: Tulerunt insuper secum ossa Patriarchæ Joseph, ut idem ipse moriens prophetando exquisierat, & qui septuaginta in Ægyptum venerant, (ap) exeuntes sexcenta millia virorum erant, armati omnes, & sani, quos comitata est innumera puerorum, & mulierum turba, vulgusque aliarum nationum innumerabile promiscuum. Ad exitum hujusmodi omnes Judæi se conjunxerant in urbe, (aq) quæ dicitur *Ramesses*, & hæc numeratur quasi prima Judæorum statio, perque viam deserti iter sumpserunt, Ægyptiis ipsis videntibus, & primogenitos suos sepelientibus, liberéque eos abire sinentibus cum pecore, & armento pene innumerabili, mox lege de primogenitis à Deo promulgata, dum in

Socoth

(ak) Instructio Domini ad Moysen pro Judæis, ex Ægypto abeuntis, pro recipiendis vasis aureis &c. ab Ægyptiis.

Exod. 12, 2. &c.

- - 2.

(al) Agni Paschalis comestio indicta Judæis, cujus sanguine superliminaria domorum ungerentur.

- - 29.

(am) Plaga Ægypto data X. fuit Primogenitorum mors.

- - 30.

(an) Egressio Judæorum ab Ægypto Judæis permissa asportantibus secum vasa aurea Ægyptiorum &c. cum pane azymo.

- - 33.

- - 41.

(ao) Horatio Judæorum in Ægypto fuit annorum 430.

(ap) Judæi sibi de Ægypto exeuntes quot.

(aq) 1. Judæorum statio in exitu de Ægypto.

- 13, 1. &c.

(r) 2. Judæorum statio; ubi data lex de primogenitis, Paschâ, azymis.
(as) Columnæ nubis, & ignis ducis Judæorum.
(at) 3. Judæorum statio.
- 24. 1. &c.
(au) 4. Judæorum statio, ubi Ægyptii Judæis inhiantes per columnam lucidam interpositam, eos impetere non possunt.

Socoth (ar) steterunt, necnon festo Paschæ, & azymorum celebrando. De Socoth, (as) præcedente jam à Ramesse Judæus, itineris duce, noctu columnâ nubis, quæ etiam protegebat eos ab æstu, castrametatus est populus (at) in *Etham*. Inde reversus castra posuit (au) è regione *Phihahiroth*, ad mare rubrum, aidemqua per Moysen prædixit Dominus omnia, quæ per Pharaonem taotanda erant; ipso Israël populo timente Pharaonis exercitum sequentem, & ad ipsum Dominum clamante: Hinc tollens sa Angelus Dei, qui præcedebat castra Israël, stetit inter castra Ægyptiorum, & castra ipsa Israël, & oubes illa die tenebrosa, illuminans noctem, ita respleodebat, ut ad se invicem, præ luminis magnitudine, toto noctis tempore accedare non valerent; sive ut aliis interpretari placet, & nubes illa, seu nubis columna, illuminans ex parte Judæorum, tenebrosa adeò erat ex parte Ægyptiorum, ut eâ nocte iosimul, & ad invicem Judæi, & Ægyptii accedere non valerent.

(ax) Apertum mare rubrum, & stante utrinque aquâ siccum præbet medium iter Judæis; persequentes verò Ægyptios, ad eundem ingressos viam demergit, aquâ revertente.

Extendit hinc (ax) manum, Domino præcipienta, Moyses super mare, & vento vehemente per totam noctem flante, aqua divisa est, versumque in siccum est mare, stante aquâ muri ad instar à dextrâ, & lævâ populi Israël, ingressusque est idam populus per medium sicci maris; quem insecuti sunt ipsi quoque, mare medium ingressi, Ægyptii, cum omni equitatu, & curribus Pharaonis; at cum jam ad alterum littus in tutum egressi essent Judæi, extendit virgam suam Moyses, revarsæque sunt aqoæ; & fugientibus tunc Ægyptiis occurrerunt, subvertentes equos, & currus, & in profundum rapientes Ægyptios omnes, quorum cadaveribus repletum est littus, eorumque armis, & vestibus Israëlitæ sese munierunt, ornârunt. Evenêre hæc primo diai diluculo; præcentumque (ay) ast gratiarum actionis Domino canticum à Moysa, & populo, Mariâ, Moysis, & Aaron sorore, præcinente cum omnibus mulieribus post eam; progradientes autem Israëlitæ itar suum, duce Domino in nubis, & ignis columna, (az) ad fontem *Mara* venerunt, eò quòd aquæ essent amaræ, ita dictum; ibi murmurantibus Hebræis de aqua ob amaritudinem impotabili, immissu io aquas, monstrato sibi à Domino, ligno, eas dulces raddidit, & potabiles, juxta dasiderium populi, qui triduo per dasertum Sur ambulans aquam non inveoerat, ex qua biberet. Ibi autem dicitur, quòd *constituit ei* Dominus per Moysen) *præcepta, atque judicia, & ibi tentavit eum*; & ad obediendum Deo persuasus est. De Mara in (ba) *Elim* venerunt proinde Judæi, ibique castrametati sunt, ubi duodecim aquarum fontes erant, & palmæ septuaginta. (bb) De Elim reducti iterum *ad littus maris*, postea ingressi sunt *desertum Sin*, die XV. secundi mensis, ibique castrametantes cùm deesset, quam tularant de Ægypto, farina, de ciborum inopia lamentari incipiunt contra Moysen, & Aaron, Ægypti captivitatem sibi inaugurantes: Tum Dominus Moysen primò allocutus, pluit (bc) subinde vespere coturnices; & sequenti die ros jacuit per circuitum castrorum in cibum Judæis omnibus, quo in deserto postea sub nomine *Man* per quadraginta annos pluante usi sunt; dataque ast eis regula ad colligendum, & tempus assignatum est, & quantitas. (V. *Man*). E deserto Sin (bd) in *Daphca*, & *Alus*; & deinde in *Raphidim* gressus suos protraxerunt Judæi, ubi oon erat aqua ad bibendum populo, qui icircò insurrexit contra Moysen, quem Dominus jussit cum senioribus populi cætaros præcedere, ipsoqua Domino super Horeb assistente, Petram virga portentosa sua percutere, unde (be) aquam elicuit da saxo durissimo; dictumque est loci illius oomeo: *Tentatio*. In Raphidim, quod est io deserto Sinai, Amalec collacto exercitu Judæis sese armatus opposuit; missusque est cum (bf) pugoatoribus Dux Josue contra Amalec, quem victor percutiebat Josue, quoties orabat Moyses manus elavatas tenens ad Dominum in moote; quoties verò demittebat Moyses manus percutiebatur Josue cum suis; cùm argo manus Moysis graves essent Aaron, & Hur, qui cum eo ascenderant in montem, lapidem subterposuerunt, ut sederet, & sedentis manus ex utraque parte sustentavarunt, ita ut non lassarentur, usque ad solis occasum; & sic percussus est Amalec, & fugatus: quam rem scribi jussit Dominus, appromittens Amalec deperdendum esse; *ædificavitq; Moyses altare, & vocavit nomen ejus, Dominus exaltatio mea &c.*

- - 25.
(ay) Canticum gratiarum actionis Deo pro maris transitu, præcinente Mariâ sorore Moysi.
(az) 5. Judæorum statio, ubi aqua amara fit dulcis; & præcepta, & judicia dantur ipsis.
- - 25.
(ba) 6. Judæorum statio.
- 16. 1. &c.
(bb) 7 & 8. statio Judæorum. Num. 33.
(bc) Coturnices data in cibum Judæis murmurantibus; eisdemque Man, quod per annos 40. pluit.
Exod. 17. 1. &c.
(bd) 9. 10. 11. Judæorum statio. Num. 33.
(be) Aqua de petrâ elicita ad potandum populum per Moysen in deserto; & locus dictus Tentatio.
(bf) Amalec percutitur à Judæis sub Josue, elevante manus ad cælum Moyse, quas sustentant Aaron, & Hur; & locus dictus exaltatio mea.
- - 21.

Post hæc (bg) hortatus est Jethro socer Moysen generum suum (venerat enim socer ad eum invisendum cum suis, filia nempe Sephora uxore ejus, & filiis ejus Gersam, & Eliezer) ut, ne vasto populi hujusmodi succumberet gubernandi oneri, magistratus constitueret in populo, qui minora dijudicarent, & quicquid gravius esset, ad ipsum referrent; sacrisque pluribus hostiis Deo Israël immolatis, reversus est in terram suam. Ingressus inde populus in desertum Sinai, ibi fixit tentoria (bh) è regione hujus montis; (bi) cùmque in montem, jussu Dei, ascendisset, eidem, ut populo referret, quæ audiebat, dixit, & memoravit, quæ beneficia Israëli fecerat; & alia samper majora spopondit, quatenus obediens lagi Domini esset: Mox jussit Dominus populum sanctificari, post triduum auditurum verba Domini da nube loquentis; sic ergo tertia die audiri tonitrua, micare fulgura, montem nubes cooperire, clangorque buccinæ perstrepere cœperunt; timuitque populus, qui adductus è castris est à Moyse in occursum Domino; stetitque ad radices montis, ultra ascendere prohibitus, na interficaretur; cùm propiùs samper audiretur buccinæ sonitus, & fumarat totus mons Sinai, eò quòd super eum descendisset Dominus; ascendit vocatus à Domino Moyses montis cacumen, & loquebatur cum illo, Deus autem respondebat ei; paulò post descendans Moyses accepit secum Aaroo, reliquis tum Sacerdotibus, tum Laicis ad radices mootis intra assignatos terminos remanentibus, Hinc quæque Moysi dicta sunt à Deo, seu ab Angalo, vices Dei agenta, ut pluribus placet, relata sunt populo; promulgatus ast enim de Sina monte decalogus, (populo quidem, sed hic, cum valido concuteretur timore, maluit à

- 18. 1.
(bg) Minores magistratus ad judicia statuuntur à Moyse, ex consilio Jethro.
- 19. 1.
(bh) 12. Judæorum statio.
(bi) Moyses in montem Sinai ascendit; hinc populus sanctificatur, qui ad radices montis manet, loquente Domino cum Moyse; per quem populus petit sibi Dei mandata referri, valdè timens.
- 20. 1. &c.

Moyse

(bk) Mandata plura, & præcepta judicialia data à Deo Moysi, & inde relata populo.

Exod. 21, 1. &c.

Moyse internuntio divina sibi mandata exponi); (bk) altare terreum, aut lapideum de insectis lapidibus formari jussum est, ad quod non ascenderetur per gradus; Præcepta hinc judicialia data sunt, quoad servos emptitios, & ancillas, furta, homicidia, parricidia, plagium, parentum maledicta, rixas, pœnam

- 22, 1. &c.

talionis, bovemque cornupetam. Indicta est furti pœna, ac damni illati; lex depositi promulgata est, commodati, conducti, stupri; assignatum est supplicium maleficorum, criminis bestialitatis, idololatriæ: notatæ sunt pœnæ nocumentum afferentium advenæ, viduæ, pupillo; facta est lex mutui, pignoris, usuræ, obedientiæ, decimarum, primitiarum, primogenitorum; detractio Sacerdotibus, & Principibus populi populo vetita est; sicuti & caro à bestiis prægustata prohibita est in

- 23, 1. &c.

cibum. Leges præfixæ sunt Judicibus; itemque circa bovem, & asinum inimici servandum; de anno, & die septima, nec non festis diebus tribus præcipuis decretum est. Angelus in itinere prævius Dux appromissus est; factaque est prohibitio de idololatriâ, & Cha-

- 24, 1. &c.

nanæorum societate. Relata ergo hæc sunt populo, qui Deo, se obediturum spopondit, scriptaque omnia in libro: Moyses subinde erecto sequenti mane altare ad montis radices, appositis duodecim Tribuum titulis, victimasque adduci faciens, & sacrificans, legit coram populo, qui noviter obedientiam pollicitus est. Tum Moyses, (bl) qui victimarum sanguinem pro medietate super altare sparserat, medietatem alteram, quam in crateris posuerat, super populum sparsit dicens: *Hic est sanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiscum super cunctis sermonibus his. Ascenderuntq;* (bm) *Moyses, & Aaron, Nadab, & Abiu, & septuaginta de senioribus Israël; & viderunt Deum Israël, & sub pedibus ejus quasi opus lapidis Sapphirini, & quasi cœlum, cùm serenum est.* Hic autem intelligendum est, quod ultra terminos plebi constitutos ascenderint, ad determinatum scilicet locum tamen, non simpliciter ad montis altitudinem, & cacumen, ad quod ascendebat Moyses. Tum Deus jussit Moysen montem, hoc est, ad supremum montis jugum, ascendere legem in lapideis scriptam tabulis ei dare appromittendo, qui reliquit Seniores, relinquens iis Aaron, & Hur loco sui ad judicia ferenda, & ascendit, secum ducens itineris comitem Josue, quem alicubi sistere debuit; & de quo ait Adrichomius: » Hoc in loco Josue per » 40. dies dulciter quievisse creditur. » *Cumque ascendisset Moyses, operuit nubes montem, & habitavit gloria Domini super Sinai, tegens illum nube sex diebus; septimo autem die vocavit eum de medio caliginis. Erat autem species gloria Domini, quasi ignis ardens super verticem montis, in conspectu filiorum Israël. Ingressusq; Moyses medium nebulæ ascendit in montem, & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus;* quò totô tempore jejunavit. Locutus igitur Dominus ad Moysen præcepit (bo) oblationem primitiarum, ac donorum ad Dei Tabernaculum formandum, itemque arcam fœderis, mensam panum propositionis, candelabrum septiceps, & cuncta ad illud pertinentia, quorum omnium exemplar monstratum est, cum suis mensuris, for-

(bl) Fœdus cum Domino, oblatis victimis pactum; & populus victimarum sanguine aspersus per Moysen.

- - 8.
- - 9.
- - 10.

(bm) Redit ad montem Sinai Moyses cum senibus, quibus ad locum determinatum remanentibus, ultrò pergit cum Josue; qui per 40. dies in loco certo quiescit.

Adrich. in Moys.

- - 15.
- - 16.

(bn) Moyses in monte Sinai in medio nebulæ per 40. dies, & noctes jejunus.

- - 17.
- - 18.
- 25, 1. &c.

(bo) Varia Dei præcepta manifestata Moysi; item Tabernaculi, & rerum omnium ad illud spectantium fabrica; tum etiam Sacerdotum, & Levitorum vestes, & consecratio.

- 26, 1. &c.

mâ, & constructione ipsius Tabernaculi, veli arcæ, propitiatorii, mensæ, candelabri, tentorii, Altaris holocaustorum, atrii Taberna- Exod. 27, 1, &c. culi, tentorii, columnarum, olei lucernarum, earum accensionis, Pontificalium indumen- - 28, 1. &c. torum Aaronis, & filiorum ejus. Doctus est - 29, 1. &c. circa Sacerdotum consecrationem, ritum oblationis pro illis, sumendas in cibum oblationes, & à quibus; nec non de duobus agnis anniculis quotidie offerendis. Commissa est - 30, 1. &c. illi institutio altaris thymiamatis, pecuniæ exigendæ in usus Tabernaculi, labri ænei pro Sacerdotum lotione, unguenti pro sacris eorundem unctionibus, & vasorum Templi, thymiamatis, & aliorum ad Tabernaculum spectantium. Deputavit (bp) idem Dominus ad - 31, 1. &c. hujusmodi opera construenda Beseleel, & Ooliab; qui sanè Tabernaculum, & cætera omnia extruxerunt, quæ dicta sunt, pro quibus omnibus conficiendis factæ sunt oblationes; erectumque est suo tempore idem Tabernaculum (V. *Oblatio: Tabernaculum.*) Post hæc autem à Deo Moysi dicta, & præcepta, Sabbati observantiam ei commendavit, deditque illi *duas tabulas testimonii lapideas, scriptas digito Dei.* - - 18.

(bp) Deputatio à Deo facta Beseleel, & Ooliab pro constructione Tabernaculi &c. Sabbati observantia commendata Moysi, cui dantur tabulæ testimonii.

At, Moyse (bq) per quadraginta dies ab- - 32, 1. &c. sente, populus, impatiens factus, institit, ursitque Aaron, dicens: *Fac nobis Deos, qui nos præcedant;* quandoquidem quid evenisset Moysi ignorabant. Petiit ergo (facilè, ut pro dandis iis renitentes, res exitum non haberet) Aaron inaures aureas fœminarum; quas cùm accepisset, conflatilem vitulum opere fusorio ex illis confecit (quod Dominus videns ipsi Moysi narravit); & adoravit populus vitulum, &, erecto altare, præconis voce conclamatum est: *Cras solemnitas Domini est;* & oblata sunt holocausta, & hostiæ; - - 5. manducatum est, potatum est, lusum est. Misit ergo Moysen Dominus ad populum iratus, sed Moysis precibus placatus est. Et interea descendens Moyses, cum tabulis digito Dei scriptis ad Josue, qui (br) *audiens* - - 17. *— tumultum populi vociferantis,* dixit: *Ululatus pugnæ auditur in castris,* respondit: *Non est clamor adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad fugam, sed vocem cantantium ego audio.* Hinc appropinquans ad castra; vidensque vitulum, & choros, irâ - - 19. vehementi percitus lapideas projecit tabulas ad montis radicem, & fregit; vitulum mox arripuit, combussit, & usque ad pulverem contrivit, quem in aquam sparsit, dans in potum filiis Israël; in torrentem enim sparsit de monte labentem, unde bibebat populus. Contra Aaron insurrexit, qui se excusavit, quasi ad hæc ex populi violentiâ adactum. Mox Tribum Levi secum advocans per ea verba: *Si quis est Domini, jungatur mihi,* irruit cum Levitis armatus in turbam, quæ inermis erat, - - 28. & nudata; *cecideruntq; in die illa, quasi viginti tria millia hominum;* deditque sociis laudem, & benedictiones Moyses propter (bs) opus occisionis fratrum idololatrantium. Altero verò die ad Dominum rediens, ab eo, ne populum castigaret, impetravit, potiùs offerens semetipsum pro populo; quapropter Deus pœnam peccati distulit, assignavitque Angelum præcedentem ei, suoque tempore - 33, 1. &c.

(bq) Moyse absente vitulum fusilem adorat populus.

(br) Moyses de idolo, & idololatrantibus ultionem sumit, qua ad 23. m. occiduntur; & tabulæ testimonii franguntur.

(bs) Differt Dominus castigationem populi ad preces Moysi, & non vult ipse populum ducere, sed Angelum ad hoc statuit.

pro

Exod. 33, 1. &c. *pro reatu vituli* pœnas dederunt Israëlitæ, quos tanquam populum duræ cervicis adducere noluit ipse Deus, ne fortè eos in viâ disperderet. Luxit ergo populus, hæc à Moyse audiens, & ornatum omnem deposuit in doloris sui testimonium; & Moyses (bt) *tollens tabernaculum, tetendit extra castra procul; vocavitq; nomen ejus, Tabernaculum fœderis. Et omnis populus, qui habebat aliquam quæstionem, egrediebatur ad Tabernaculum fœderis, extra castra.* Cùm verò Moyses illud ingrediebatur, observabat eum à tergo universa plebs ab ostio Papilionis sui; & columna nubis descendens, coram omnibus stabat ad ostium, & *loquebatur Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum*; sic ergo, ubi cum Domino loqueretur Moyses aliquando, petiit ab eo, ut parceret populo, ductorque illius esset, quod obtinuit; habuitque à Domino destinatum sibi locum, ex quo in foramine petræ posteriora illius, non quidem faciem, videret immunis ab omni periculo,

- - 7. (bt) Tenditur Tabernaculum fœderis, in quo Moyses, populo vidente, Deum alloquitur; qui ductor populi iterum fit, assignato loco Moysi in petrâ, ut eum videret sine noxâ.

- - 11.

- 34, 1. &c. Proinde remissus est Moyses (bu) ad conficiendas sibi duas lapideas tabulas, quales antea fuerant, & ipse descendens de monte fregerat; ut scilicet manè ascendens, cum iis, in montem, esset ibi cum Domino; cùmque descendisset Dominus per nubem; prohibuit Gentium societatem, & idololatriem, datis circa primogenita præceptis; itemque circa Sabbatum, azyma, ac reliqua festa; & post quadraginta dierum jejunium, quibus apud Dominum fuit, *& scripsit in tabulis verba fœderis decem*, h. e. decalogum, descendit ad populum, tenens duas tabulas testimonii; factaque est facies ipsius, ipso tamen ignorante, cornuta; hoc est, splendores quasi cornua, radios scilicet, undique emittens, ex consortio sermonis Domini; quocirca accedere ad eum timuerunt Aaron, & filii Israël, qui ad eum reversi audierunt, quæ dixerat præcipiens Dominus; & deinceps operto capite, & vultu ad colloquia Domini ibat; quoties verò populum alloquebatur, velabat
- 35, 1. &c. faciem suam. Interea verò temporis ex colle-
- 36, 1. &c. ctis donariis, & primitiis cum paratum esset à Beseleel, & Ooliab Tabernaculum juxta omnes
- 37, 1. &c. partes suas; & cætera ad idem tabernaculũ per-
- 38, 1. &c.
- 39, 1. &c. tinentia, ut monstratum fuerat Moysi in monte; quibus omnibus completis, benedixit Moyses
- 40, 1. &c. populo; de mandato Domini (bx) erectum est, & consecratum Tabernaculum, quo facto, Majestate Domini repletum est, continuò nube illud operiente, nisi dum proficiscendum esset.
- - 36. Et *nubes Domini incubabat per diem tabernaculo, & ignis in nocte videntibus cunctis populis Israël per cunctas mansiones suas.*

(bu) Tabulas duas conficit Moyses, in quibus super montem cum Domino, multa præcipiente, scribitur decalogus; jejunat Moyses per 40. dies; & ad populum rediens splendidus adeo apparet, ut in posterum velatâ facie populum alloqueretur.

- - 28.

(bx) Tabernaculum consecratur, & nube Domini repletur super id incubante.

Et hæc per seriem ex libro Exodi notata sunt; nunc ex aliis libris alia notanda præparantur. Prosequentes igitur iter Judæi pluries numerati sunt; unde Numerorum liber nomen
Num. 1, 2. &c. habuit, (by) in Tribus suas scilicet distributi,
- 2, 1. &c. & per alia capita cum Ducibus suis, assignato unicuique Tribui
Lev. 1, 1. &c. & per alia capita in castris stationis loco, filiisque Levi ad defendendum Tabernaculum institutis; plures proinde factæ, datæque sunt leges circa Tabernaculi ministerium, populi regimen, casusque futuros; circa cultum, oblationes, munditiem, consecrationes, sacrificia, festa, populi con-

(by) Leges variæ datæ populo circa varia; cum locorum, & ministeriorum distributionibus.

vocationem, zelotypiam, pluraque alia, quorum, singulæ dictiones si videantur, ad rem facientem elucidationem unusquisque locis suis legere potest. Interea ergo vitam Moysi prosequentes, & unà simul Judæorum iter,
Num. 9, 15. &c. notamus, quòd nubes (bz) per diem Tabernaculo incubans diurni ducis officium populo præbebat; nocte verò incubans ignis: quòd si nubes stabat supra Tabernaculum, ibi ea strametabatur Israël; si elevabetur nubes, ut auferebatur, ille proficiscebatur: (ca) Ut
- 10, 1. &c. autem facilius pergendi, convocandi, pugnandi, festa celebrandi &c. regula aliqua daretur per signum, jussu Domini tubæ argenteæ duæ ductiles factæ sunt, quæ nunc ululantes, nunc simpliciter clangentes, nunc semel, nunc pluries sonitum edentes, nunc concisè strepentes in manibus, & oribus filiorum Aaron, quæ facienda erant, populum universum docebant. Cùmque in deserto essent Judæi per (cb) illud diu profecturi, affinem suum, deserti vias callentem Moyses persuasit, ut secum veniret, qui aliàs ad suos reverti volebat, optimâ parte eorum, quæ Judæis dedisset Dominus illi appromissâ per Moysen. (cc) Post diuturnam ergo ad undecim menses circa Sinai stationem, elevatâ de Tabernaculo fœderis nube, per turmas suas, & Tribus moti sunt, & profecti filii Israël; & cum elevare-
- - 35. tur arca, dicebat Moyses: *Surge Domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant, qui oderunt te à facie* tuâ; qui, cum eadem deponere-
- - 36. tur, dicebat: *Revertere Domine ad multitudinem exercitûs Israël.* Ingressi deinde sunt Israëlitæ in solitudinem Pharan, ubi recubuit nubes, & castrametatus est populus, qui itinere fessus in murmurationes contra Dominum prorupit; ex quo iratus est Dominus,
- 11, 1. &c. (cd) & accensus in eos ignis Domini devoravit extremam castrorum partem; absorptus tamen, Moyse rogante, qui locum illum dixit, & nominavit: *Accensio.* Quòd tamen populus adhuc murmurans (ce) in statione esset cibo Man non contentus, carnes petens, cæpas optans Ægypti, & inhians, aliaque hujusmodi requirens, invaluit tunc furor Domini, & Moyses ad ipsum in universali populi commotione recurrit, onus sibi intolerabile populi ipsius demonstrans, populi duræ cervicis, populi non acquiescentis, & obmurmurantis contra Dominum. Quapropter Dominus septuaginta viros de Israël jussit à Moyse eligi, in quos divideretur onus, quique distributo eis de Moysis Spiritu prophetaverunt; sicuti & fecerunt duo, qui remanserant in castris Eldad, & Medad, quos à prophetando noluit prohibere Moyses, instante etiam, ut prohiberentur, Josue. Mox appromisit Dominus carnes in diem sequentem, & quidem tantas usque ad mensem dierum, ut exiret per nares Israëlitarum, & verteretur in nauseam; unde factum est, quòd *ven-*
- - 31. *tus egrediens à Domino arreptans trans mare coturnices detulit, & demisit in castra itinere quantum uno die confici potest, ex omni parte castrorum per circuitum, volabantq; in aere duobus cubitis altitudine super terram*; & ita collegit de coturnicibus populus eô die, sequenti nocte, & alterô die; quique parũ congregavit earũ,

(bz) Nubes, & ignis super Tabernaculum duces viæ, & stationum populi.

(ca) Tubæ confectæ, ad quarum varium sonitum variabantur populi actiones.

(cb) Moyses affinem suum deserti vias callentem secum ducit.

(cc) A Sinai ad Pharan pergit populus; ceremoniæ in elevandâ arcâ, & deponenda.

(cd) Ignis devorat partem castrorum populi contra Deum murmurantis, & Moyse orante sistitur.

(ce) 23. Judæorum statio; ubi ex populi murmuratione petit Moyses liberari à regimine populi; at ejus onus cum 70. ex viris Israël dividitur, & usque ad nauseam dantur à Domino coturnices populo; qui plagâ mortis percussus interiit, unde nomen stationi: Sepulchra concupiscentiæ.

decem choros congregavit; ficcaveruntque eas propter gyrum castrorum; percussit autem Dominus eo tempore plagâ magnâ nimis populum adhuc easdam coturnices comedentem: *Vocatusq; est ille locus; sepulchra concupiscentiæ; ibi enim sepelierunt populum, qui desideraverat. Egressi autem de sepulchris concupiscentiæ,* (cf) *venerunt in Haseroth.*

Num. 11. 34.

(cf) 24. Judæorum statio.

Ibi Aaron, (cg) & Maria frater, & soror Moysi contra ipsum Moysen, virum mitissimum, propter uxorem ejus Æthiopissam, obmurmuràrunt; quod audians Dominus ipsum Moysen unà cum Aaron, & Mariâ misit ad tabernaculum fœderis; & ibi eos, qui obmurmuraverant reprehendit Moysen laudans ex familiaritate, quam secum habebat; *iratusq; contra eos, abiit,* & recedenta oube de Tabernaculo, leprosa apparuit Maria, quæ, orante pro eâ Moyse, liberata postea ast, post septimum diem, cùm debuisset à populo per ipsum saptiduum saparari. De Haseroth venerunt inde Israelitæ (ch) in desertum Pharan, & stationem habuerunt in *Rethma* ad Cadasbarna; inde missi sunt à Moyse finguli ex unaquâque Tribu, exceptâ Tribu Levi, dnodecim axploratores ad terram promissionis considarandam, qui post quadraginta dies reversi in testimonium fertilitatis terræ illius, & abundantis regionis, fructus illius retulerunt, inter quos *palmitem cum uva sua, quem portaverunt in vecte duo viri;* varùm dum per fructuum abundantiam in populo lætitiam excitaverunt, murmur non parvum moverunt dicentes, quod proceræ staturæ erat populus illa, filii Enac de genere giganteo, quibus comparati ipsi exploratores videbantur locustæ; ex hoc etenim discursu adversa sibi metuentes Judæi, & terræ illius adepoonem desperantes, ægrè contra Moysen murmuraverunt, frustra Caleb, & Josue (ci) (cui nomen immutaverat Moyses, eum mittens intar alios axploratores, cum antea vocaretur Osee.) Commotionem illam sedare conantibus: unde iratus Dominus jamjam morti per pestilentiam omnes dare volebat, Principem facturus Moysen super aliam Gentem magnam, & Judæis fortiorem; at rogans, & supplex placavit Dominum Moyses; qui tamen omnes morti in deserto addixit, per quadraginta annos vagautes, axceptis Josue, & Caleb, quos in terram Chanaan vivos adduxisset. Mox populus hæc audiens, & territus, quasi se emendatum protestaretur, sequanti die paratum se dicens ad ascendendum obvium montem, per quem in Chanaan pergeret, & hoc quidem repugnante Moysâ, qui cum arcâ Testamenti noluit recedere è castris, (ck) percussus est, & cæsus ab Amalecitis, & Chananæis, cæteros, qui remanserant usque Horma persequentibus.

- 12. 1. &c. (cg) Murmurant de Moyse Aaron, & Maria, quæ ideo leprâ percussa, Moyse orante liberatur.

- - 9.

- 14. 1. &c. (ch) 25. Judæorum statio; unde exploratores in Chanaan missi, reduces cum signis abundantiæ, sed terrentes populum eahabitatorum fortitudine; unde murmur populi, & ira Dei vagari illum volentis per an. 40. & non intrare terram Chanaan ex profectis ab Ægypto.

- - 24.

- 13. 17. &c. (ci) Nomen mutatur Josue per Moysen.

(ck) Populus Judæus a Gentibus percussus.

Vagans igitur Israël per desertum, cui Manna quotidie pluit, nec vestimenta detrita sunt, (cl) de Rethma venit in *Remmonphares,* inde in *Lebna,* deinde in *Ressa,* & sic consequenter in *Ceelatha,* in *montem Sepher,* in *Arada,* in *Macaloth,* in *Thahath,* in *Thare,* in *Methca,* in *Hesmona,* in *Moseroth,* in *Benejaacan,* in *montem Gadgad,* in *Jetebatha,* in *Hebrona,* in *Asiongaber.* Et cum ita errarent per solitudinem Judæi, docti sunt

(cl) 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. Judæorum stationes.

(cm) interea temporis, & locorũ libamenta, quæ offerte dabebant, tarram promissionis ingressi; quomodo primitias separareot, quæ pœna essat peccati per ignorantiam, aut superbiam commissi; fimbrias ad quatuor palliorum angulos ponendas in legis divinæ memoriam. Et quidam Sabbato ligna colligens repertus Judæus captus est, & voca Domini extra castra, ut lapidaretur, damnatus. (cn) Core, Dathan, & Abiron (vultque Adrichomius hoc factum in statione 24. *Thare*) seditionem contra Moysen movantes, cum aliis 250. primioribus in Israal, principatum, ac Sacerdotium ambientes, insurrexerunt. Increpat hos Moyses, & in sequans mane rem à Domino decidendam remittit. Hinc ergo Aaron manè sequenti, illinc aliis cum thuribulis suis separatim incensum adolentibus Domino, *apparuit cunctis gloria Domini,* qui ad Moysen, & Aaron dixit, ut separarentur à cæteris; dispersurus enim erat turbam illam repentè; at Moyse, & Aaron precantibus, jussit populum separari à tabernaculis Core, Dathan, & Abiron; quocirca ad Dathao, & Abiron perraxit Moyses (non enim, vocati, voluerant accedere, & obedire Moysi) sequeotibus eum Senioribus Israel, &, separatâ in circuitu à tabernaculis eorum turbâ, dum Dathan, & Abiron, cum suis, statent io introitu papilionum suorum, Moyse loquente, & denuntiante eis genus mortis, quam daturus erat Dominus, ut notam facaret eorum blasphemiam, *confestim ut cessavit loqui, dirupta est terra sub pedibus eorum,* & devorati sunt cum tabernaculis suis, omniqúe substantiâ suâ, circumstanta antea populo timente, & fugiante: Mox ignis egressus à Domino interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incansum; quorum thuribula deinde in laminas extensa altari affixa sunt in rei monimentum, & mooumantum. Posterâ (co) autem die, quasi contra homicidas populi insurgente populo contra Moysao, & Aaron; & tumultu incrascente, unde ad Tabernaculum fœderis confugarunt, iratus Dominus plagâ magnâ percussit Judæos, omninò illos deleturus; quo tempore cucurrit Aaron, mandante Moysa, *ad mediam multitudinem, quam jam vastabat incendium, & obtulit thymiama, & stans inter mortuos, ac viventes, pro populo deprecatus est, & plaga cessavit. Fuerunt autem, qui percussi sunt quatuordecim millia hominum, & septingenti, absque his, qui perierant in seditione Core.* Hinc Moyses, (cp) monente Deo; acceptas à Principibus Tribuum virgas, duodecim earum nominibus siogulatim singulis inscriptas, posuit in tabernaculo coram Domino, ut per germinationem, scilicet, ostenderet Daus, quem in Sacerdotem aligerat; inventaque est Aaron virga germinâsse, flores, fructusqua amygdalorum protulisse; & virga illa in rei hujusce memoriam in Tabernaculo sarvata est in arca.

Num. 15. 1. &c. (cm) Varia docentur Judæi à Domino in deserto. Colligens ligna Sabbato lapidatur.

- 16. 1. &c. Adrich. in Pharan, num. 200. (cn) Seditio Core, & aliorum, & eorum castigatio relicto monumento laminarum ex eorum thuribulis.

- - 19.

- - 31.

(co) Populus tumultuans in Aaron, & Moysen castigatus à Domino, pœna cessante ex Aaron orationibus.

- 47.

- 48.

- 49.

- 17. 1. &c. (cp) Virga Aaron inter cæteras florens in summi Sacerdotii signum inde in arcâ servata.

Tradita (cq) sunt deinde à Domino Levitarum, & Sacerdotum officia; locoque hæreditariæ sortis data sunt Sacerdotibus primitiæ, oblationes, & sacrificia; Levitis autem decimæ, qui decimam dacimarum summo Sacerdoti darent.

- 18. 1. &c. (cq) Variæ datæ leges Judæis.

Aqua

Num. 19. 1. &c.

Aquæ lustrationis, & expiationis conficiendæ modus datus est, & adhibendæ pro variis immunditiis abluendis. Itamque lex assignata est circa morientem in Tabernaculo; vas non habens operculum; & tangentem hominis cadaver. At jam prosequamur eum populo iter, est opus. Movent Israëlitæ de Asiongaber, & in desertum Sin, seu Zin pergunt per vastissimam solitudinem, longumque iter emensi (cr) castrametantur in *Cades*. Ibi Maria soror Moysis, & Aaron fatis cedit, & sepelitur; cùmque in medio deserto indigeret aqua populus, statim ad seditionem (quòd Judæis solemne erat, & frequentissimum) contra Moysen commotus est. Ad Tabernaculum fœderis recurrunt Moyses, & Aaron, pronique Dominum orant; à quo remittuntur ad populum, & jubetur Moyses, assumptâ virgâ, ad petram accedere, quæ daret aquas: alloquitur Moyses populum, & frater ejus Aaron, & coram ipso ante petram congregato his scilicet virgâ percutit; & largissimæ egressæ sunt aquæ, *ita ut populus biberet, & jumenta*; dictæque sunt aquæ illæ *aqua contradictionis*, eò quòd ibi jurgium fecissent filii Israël: quia verò Moyses, & Aaron Dominum offenderant ex inconfidentiâ in ipso privati sunt ingressu terræ promissæ. Mittit post hæc Moyses ad Edom Regem, transitum per terram ejus petens, quem negat Rex. (nec tamen arma contra illum sumpserunt Judæi, utpote qui ex eadem stirpe Abraham erant). De (cs) Cades motus inde Israël ad *montem Hor*, ibi castrametatur, montemque ipsum, mandante Deo, ascendunt Aaron, & Moyses: exuitur vestibus Aaron à Moyse, & vestitur iis Eleazarus filius ejusdem Aaron, adductus etiam in montem ab eodem Moyse; mortuusque Aaron est in supercilio montis Hor; de quo descendit cum Eleazaro Moyses: *Omnis autem multitudo videns occubuisse Aaron, flevit super eo triginta diebus per cunctas familias suas.* (ct) Post hæc Chananæus Rex Arad, qui habitabat ad meridiem, obvium se fecit Israeli, oppugnavit, vicit, duxitque ex eo prædam; at Israel, voto se obstringens Domino, urbes illius delendi, victor deinde factus est, & hostiles subvertit urbes; vocatumque est nomen loci illius *Horma*, hoc est, Anathema. (cu) Hinc de monte Hor progressus populus venit in *Salmona* circuiens terram Edom; & de Salmona in *Phunon*; ibique cum tæderet Judæos itineris, & aquæ penuriâ laborarent, mannæque nauseam haberent, locuti sunt contra Dominum, & Moysen, *quamobrem misit Dominus in populum ignitos serpentes*; quorum morsibus plurimi ciciderunt; unde ad Moysen recurrerunt fassi peccatum suum Judæi remedium petentes, quod datum est à Domino Moysi, qui fecit *serpentem Æneum*, *& posuit eum pro signo, quem cùm percussi aspicerent, sanabantur.* (cx) De Phunon in *Oboth* progrediuntur Judæi; de Oboth in *Jeabarim* progressi, ibi figunt tentoria *in solitudine, quæ respicit Moab contra Orientalem plagam; & inde moventes venerunt ad torrentem Zared*, quo superato (cy) castrametati sunt in *Dibongad*, & de Dibongad in *Helmondeblathaim*; transgressique torrentem Arnon, & quidem, ut videtur

- 20. 1. &c.

(cr) 33. Judæorum statio, ubi Maria soror Moysi mortua sepelitur. seditio populi pro aquâ, quæ datur ex petrâ bis virgâ per Moysen percussâ, qui cum Aaron privatur ingressu in terram Chanaam; & ab Edom negatur Judæis transitus.

- - 11.

(cs) 34. Judæorum statio, ubi Aaron super Hor montem moritur, pro quo populi fletus, & Eleazari substitutio.

- - 30.

- 21. 1. &c.
(ct) In itinere à Chananæo vincitur Judæus, qui ex voto subinde victor factus est.

(cu) 35. 38. Stationes Judæorum, qui obmurmurantes contra Deum ignitis mordentur serpentibus, contra quos æreum serpentem erigunt.

- - 6.

- - 9.

(cx) 37. 38. Stationes Judæorum.
- - 11.
- - 12.

(cy) 39. 40. Stationes Judæorum.

præ se ferre Scriptura, miraculosè, ad modum rubri maris, sumptâ aquâ ad puteum Mathana (V. Mathana) (cz) in solitudine venerunt *ad montes Abarim* contra Nabo, seu Nebo. Inter hæc misit nuntios Israel ad Sehon Amorrhæorum Regem ut transitum liberum daret; at negavit Seon, & armatus se opposuit; ex quo victus est cum suis à Judæis, qui urbes ejus ceperunt, terramque possederunt *ab Arnon usque Jaboc, & filios Ammon.* Ita quem obvium pariter habuerunt armatum Og Regem Basam percusserunt, urbesque ejus sexaginta munitas expugnârunt, occisis habitatoribus, raptaque prædâ, ut fecerunt Sehon; & terram illius possederunt. (da) Mox *in campestribus Moab* castrametati sunt; timensque Balac Rex Moab armis congredi cum populo Israel, Balaam ariolum (db) accersivit per suos, ut veniret ad maledicendum Israëlitis; quem Angelus asinâ loquente corripuit in itinere; cùmque ad Balac profectus jamjam se pararet ad maledicendum Hebræis, loco maledicendi semel, ac iterùm, quin etiam tertiò, benedixit Israeli, multa de illo, & quidem prospera vaticinatus; itemque de Christo venturo; necnon de Amalacitis, Cinæis, & Romanis vastandis, ac perdendis. (V. *Balaam: Balac.*) Reversus tamen Balaam perversum dedit (dc) consilium, (ut communiter ferunt sacrorum Bibliorum interpretes) quatenùs scilicet formosæ de Moab puellæ mitterentur ad pelliciendum Israel, trahendumque in fornicationem, & idololatriam; quo facto, deceptus populus fornicatus est cum filiabus Moab, & adoravit Beelphegor idolum. Tum iratus Dominus jussit (dd) suspendi Principes Israeli: *Dixitq. Moyses ad judices Israel; occidat unusquisque proximos suos, qui initiati sunt Beelphegor*; perieruntque ex plebe viginti quatuor millia: Et Phinees datum est pro mercede à Domino (erat filius Eleazari summi Sacerdotis) ipsi, & semini ejus perpetuum Sacerdotium, eò quòd zelo commotus Zambri cum Moabitide fornicantem, confodisset pugione cum ipsâ.

Hinc noxiorum sanguine effuso, Deo mandante per Moysen, & Eleazarum numeratus est populus, repertique sunt terram Chanaan ingressuri à viginti annis, & supra, bello apti (de) *sexcenta millia, & mille fexcengenti triginta*: Levitarum vero, qui numerati sunt à mense, & supra *viginti tria millia generis masculini. Inter quos nullus fuit eorum, qui ante numerati sunt à Moyse, & Aaron in deserto Sinai*; quorum nullus remansit, sicut prædixerat Dominus, nisi Josue. & Caleb terram repromissam ingressuri. Et juxta hanc commemorationem terræ distributio facienda erat; pro (df) quâ re filiæ Salphaad deficiente prole masculinâ Patri in hæreditatem successerunt, rem judicante Domino, ad quam retulerat causam illarum Moyses; dataque lex est de successione Hinc jussus est Moyses montem Abarim ascendere, & inde, eam non ingressurus, terram promissionis inspicere; cùmque oraret Dominum pro fideli successore, Josue, jubente Deo, sibi

(cz) 41. Judæorum statio, unde nuntii missi ad Seon Regem Amorrhæorum pro transitu; ad negans vincitur armis, quod idem fit cum Og R. Basan, quorum urbes destruuntur cum habitatoribus. Num. 22, 24.

(da) 41. Judæorum statio.
- 22. 1. &c.

- 23. 1. &c.
(db) Balaam vocatus ad maledicendum Judæis, sed benedicit, & prophetat.
- 24. 1. &c.

- 25. 1. &c.
(dc) Consilium Balaam perversum ad perdendum Judæos, qui idololatriam patent.

- - 5.
(dd) Pena in idololatras Judæos, & præmium datum Phinees pro ejus zelo.

- 26. 1. &c.

- - 51.
- - 62.
- - 64.
(de) Numeratur populus, ex quo nullus erat in Ægypto natus, præter Josue, & Caleb, terram Chanaan ingressurus.

- 27. 1. &c.
(df) Filiabus Salphaad instantibus, lex emanat de successione; Moyses ex Abarim terram Chanaan videt, & varia ei traduntur præcepta.

Num. 28. 1. &c. - 29. 1. &c. - 30. 1. &c.

sibi successorem instituit, qui sepientiæ Spiritu repletus est. Mox edoctus est Moyses à Domino de sacrificiis, & oblationionibus, quæ singulis festis fieri deberent; de votis, ec juramentis veris, ratis, & de iisdem irritis. Iode (dg) Phinees ductore misso è Moyse mille viri, de singulis Tribubus accepti ad pugnam, contra Madianitas ascenderunt, pugnârunt, vicerunt, omnes mares occiderunt viros, reservatis parvulis, ec mulieribus, cum immensâ rerum prædâ; datis urbibus, & viculis omnibus flammæ; cùmque ad castra rediissent, obviam habuère Eleazarum, & Moysen, qui Principibus exercitûs, Tribunis, & centurionibus, ob reservatas fæmioas, quæ Judæos prævaricare feceraot, iratus est, jussitque omnes tum mares, tum fæminas interfici, puellis tantùm, & iis, quæ virum passæ non fuerint, in vitâ præservatis. Item voluit illos extra castra per septiduum manere, & omnem prædam expiari; & ex æquo eam dividi pugnantibus, & plebi; primitiasque Sacerdoti, ec Levitis dari; gretiæque Domino datæ sunt cum donariis, qui nullum Judæorum in prælio perire permiserat. Filiis (dh) item Ruben, Gad, & dimidiæ Tribui Manasse, pecoribus cùm ebundarent, portio terræ, in quâ erent, & sic trans Jordanem petentibus, à Moyse concessa est, modò fratres suos in terram promissionis armati præcederent. Præcipit (di) interea Moysi Dominus, ut populum moneat, quòd terram Chanaan ingressi cunctos habitetores occidant, excelsa, & idola destruendo. Expressit (dk) item Dominus Moysi, ut populo notificaret, termioos appromissæ terræ, quam sorte dividendam præcepit; & nomina dedit eorum, qui filiis Israël ipsam terram dividerent. Recepit periter à Domino Moyses præceptum de (dl) essignandis urbes quadraginta octo, & suburbana eorum Levitis, & ex iis urbes sex refugii pro homicidio non voluntario: Lex item data est ei, & promulgata ab eodem, homicidii voluntarii, & non voluntarii; stetutumque est, ne unius testimonio quis puniendus esset; statuitque Moyses, Domino præcipiente legem, (dm) ut in suâ quique Tribu uxores ducant; fæminæque nubant, ne per connubia Tribuum possessiones commisceantur.

- 31. 1. &c. (dg) Madianitæ percutiuntur à Judæis, & fæminæ omnes eorum reservatis virum non passis, distributâ mulitibus, & plebi prædâ, datis decimis pro Levitis &c. & donariis Tabernaculo.

- 32. 1. &c. (dh) Datur terra in quâ erant Tribubus Gad, & Ruben, & dimidiæ Tribui Manasse ea conditione, ut cæteros armati præcedant.

- 33. 50 &c. (di) Habitatores Chanaan delendi præcipiuntur.

- 34. 1. &c. (dk) Termini Terræ dividendæ præsignantur.

- 35. 1. &c. (dl) Lex de urbibus 48. Levitis assignandis, in quibus urbes refugii. Itemque lex de homicidiis & de testibus.

- 36. 1. &c. (dm) Lex de nubendo in propriâ Tribu.

Anno hinc eodem quadragesimo scilicet eb exitu de Ægypto, undecimo mense, primâ die mensis trans Jordanem (ubi notandum; quòd ly *trans Jordanem*, intelligitur respectu urbis Jerusalem) in campestribus Moab commemoravit populo varia beneficia, & supplicia, nec non signa terribilis, quæ Dominus Israeli exhibueret, ita (dn) & decalogi præcepta, & ejus explenationem; Dei dilectionem babendem, ac in servandis mandatis ejus solicitudinem; eandemque posteris inculcandam: nollam cùm Gentibus societatem contrahendam, sed idololatriam ubicumque delendem; bene operantibus beneficie à Deo eppromissa: Item præcepte de sistendo coram Deo ipso, (eique offerendo bostias) in loco assignato, ter in enno, in festis scilicet Peschatis, Pentecostes, & tabernaculorum; legem de primogenitis, & primitiis, ac decimis, de remissione debitorum, ac servorum quolibet enno septimo faciendâ; de Pseudopropheta interficiendo; vastandaque urbe, quæ talem secuta fuerit; de Gentium pariter ritibus fugiendis; mundorum, & immundorum animalium discretione; de judicibus coustituendis; hostia deligende; recursu pro grevi difficultate ad summum Sacerdotem, ejusque concilium babendo; superstitione cavende; urbibus refugii seperaodis; de confugientibus ad eas; de veris, falsisque testibus; de terminis non transferendis; de domum remittendis tempore pugnæ; de belli juribus; de arboribus cædendis, vel non, ad machinas. Docuit quoque cautionem, super homicidio occulto faciendam, filii ioobedientis pænam, pietatem in rem proximi exercendam; ite & plura elia tredidit, quæ omnia per extensum in libro Deuteronomii habentur; (do) proletis benedictionibus in observantes, maledictionibus eutem contra inobserventes, præter fœdus, quod pepigit populus cum Domino in Horeb, vocavit Moyses omnem Israel in terre Moab; novumque fœdus, & juramentum cum Domino instituit, juxta collata beneficie: & comminatio indicta est contre fœdifregos: Inde hortetus est populum ad obediendũ Deo, ei adhærendo, eum amando: Josue sibi in ducem suffecit populi: Deuteronomium scripsit, illudque populo septimo quolibet remissionis anno prælegendum in latere ercæ esservari jussit; moxque Canticum edens, quo Dei beneficia referuntur, populique ingratitudo notatur, sæpiùs à Deo castigate, montem Atarim jubetur ascendere, terram visurus, non eutem ingressurus promissem: post quæ moriturus duodecim Tribus Isreel benedicit, & eis futura prædicit; contemplatusque terram Chenaan de vertice Phasga, ibi moritur in terra Moab, vir centum vigiuti annorum; & (dp) *non caligavit oculus ejus, nec dentes illius moti sunt:* sepultusque est in velle terræ Moab contra Phogor, *& non cognovit homo sepulchrum ejus usque in præsentem diem.* Flevit eutem eum populus in campestribus Moab triginte diebus; *& non surrexit ultra Propheta in Israël, sicut Moyses, quem nosset Dominus facie ad faciem in omnibus signis, atque portentis, qua misit per eum, ut faceret in terra Ægypti Pharaoni, & omnibus servis ejus, universæq; terra illius, & cunctam manum robustam, magnaq; mirabilia, qua fecit Moyses coram universo Israel.* Et hæc de Moyse hebentur consecutivè, & per seriem libri Exodi, Numerorum, & Deuteronomii; præter quæ in Levitico multe habentur, quæ innuimus remissivè; videriqoe possunt sequentes dictiones pro iis, quæ desunt videlicet: (dq) *Aaron: Abiu: Nadab: Consecratio: Unctio;* & ut uno verbo omnie restringam, videatur dictio: *Leviticus*, ubi omnia per sue capita distinctè babentur, quæ facta inibi à Moyse, quæve dicte eb ipso, & promulgata populo, Domino dictante, & jubeote.

Deuter. 1. & sic per totum. (dn) Leges omnes à Deo habitas Moyses in Deuteronomio populo memorat, cum Beneficiis receptis, & patratis portentis.

(do) Benedicit Moyses observantibus legem, & secus inobservantibus; novum fœdus cum Deo instituit populi; plura docet; ex Abarim autem contemplatus terram Chanaan, relicto Deuteronomio scripto, & benedictis Tribubus, moritur in osculo Domini vir 120. annorum, in valle sepultus, cujus hucusque ignotum sepulchrum, cui similis non fuit Propheta.

Deut. 34. 1. &c. - 7. (dp) Elogium Moysi. - 6. - 10. - 11. - 12.

(dq) Aliqua remissivè.

In libris cæteris sacræ Scripturæ nominatur sæpè Moyses ratione præteritarum, & à nobis indicatarom ectionum, seu dictorum ejus; quæ tamen loca non ampliùs referemus, (dr) contenti notare, quòd Josue dicit se *ministrum Moysi*; quòd à Domino vocatur *Moyses servus meus*; quòd dicitur *famulus Domini*. Ite *homo Dei: Vir Dei.* Psalmus 89. inscribitur: *Oratio Moysi hominis Dei.* Notatur item in Psalmis, quod *Moyses, & Aaron in Sacerdotibus ejus*, boc est, Domini, erant. Item quòd Dominus *notas fecit vias suas Moysi, filiis Israel voluntates suas:* Quòd Dominus *misit Moysen servum suum, Aaron quem elegit ipsum:*

(dr) Varii textus de Moyse in sacr. litt. Jos. 1. 2. - 1. &c. - 13 &c. - & alibi. 1. Par. 23. 14. 2. Esd. 5. 2. Psal. 89. 1. - 98. 6. - 102. 7. - 104. 26.

Quòd

Psal. 105. 16. Quòd Israelitæ *irritaverunt Moysen in castris, Aaron Sanctum Domini*; quos dispersisset idem
- - 23. Dominus, *si non Moyses electus ejus stetisset*
- - 32. *in confractione in conspectu ejus*; & quòd *vexatus est Moyses propter eos* (ad aquas scilicet contradictionis).

Ecclesiast. 45. 1. In libro Ecclesiastici legitur: (ds) *Legem mandavit Moyses in praeceptis justitiarum, & hæreditatem domui Jacob, & Israel promissiones.*
- 45. 1. *Dilectus Deo, & hominibus Moyses,*
- - 2. *cujus memoria in benedictione est. Similem*
(ds) Elogia Moysi apud Ecclesiasticum. *illum fecit in gloria Sanctorum, & magnificavit eum in timore inimicorum, & in verbis suis monstra placavit.*
- - 3. *Glorificavit illum in conspectu Regum, & jussit illi coram populo suo, & ostendit illi gloriam suam.*
- - 4. *In fide, & lenitate ipsius Sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne.*
- - 5. *Audivit enim eum, & vocem ipsius,*
- - 6. *& induxit illum in nubem. Et dedit illi coràm præcepta, & legem vitæ, & disciplinæ, docere Jacob testamentum suum, & judicia sua Israel*; & deinde narratur consecratio Aaron fratris Moysi, laudatur Phinees, & notatur interemptio Core. Apud Isaiam, ubi Domini exponuntur præstita Judæis beneficia,
Isai. 63. 12. dicitur, quòd ipse *eduxit* (dt) *ad dexteram*
(dt) Deus adducens ad dexteram sibi Moysen. *Moysen brachio majestatis suæ &c.* Et ubi apud Jeremiam dicit Dominus, se nullius precibus flectendum, quin populum Jerusalem castiget, ad energiam ait: *Si steterit Moyses,*
Jerem. 15. 1.
& Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum. Apud Baruch dicitur Moy-
Bar. 1, 20. ses *puer Dei.*

In novo Testamento sæpè de lege datâ per Moysen, procul in antiquo constat,
(du) Varia de Moysi in novo Testamento, qui cum Christo transfigurato apparet. (du) & memoratur, mentio aperte est. Dum transfiguratus est Jesus ante Apostolos suos, *apparuerunt illis Moyses, & Elias cum eo loquentes*, unde Petrus dixit ad Jesum: *Domine, bonum est hic esse: Si vis, faciamus hic*
Matth. 17. 3.
- - 4. *tria tabernacula, tibi unum, Moysi unum,*
Marc. 9. 3. &c. Luc. 9. 30. &c. *& Eliæ unum.* Item dicebat Jesus, quòd
Matth. 19. 8. Marc. 10. 4. Moyses ad duritiam cordis Judæorum, eos
Matth. 24. 1. permisit dimittere uxores. Eodem modo do-
- - 3. cebat: (dx) *Super cathedram Moysi sederunt Scri-*
(dx) Scribæ, & Pharisæi sedentes super cathedram Moysi. *bæ, & Pharisæi, omnia ergo quæcunque dixerint vobis, servate, & facite: secundùm opera verò eorum nolite facere: Dicunt enim & non faciunt.* Dives, in inferno sepultus, rogabat patrem Abraham, ut Lazarum in mundum mitteret, cujus prædicatione salvi fierent fratres sui, & in talem locum non venirent;
Luc. 16. 29. at respondit Abraham: *Habent Moysen, &*
- - 30. *Prophetas, audiant illos*; at ille dixit: *Non pater Abraham; sed si quis ex mortuis iverit ad*
- - 31. *eos, pœnitentiam agent.* (dy) *Ait autem illi:*
(dy) Moysi non credentes, nec aliis credent. *Si Moysen, & Prophetas non audiunt; neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.* Quòd
- 20, 37. dixerit Moysi Deus: Ego sum Deus Abra-
Matth. 22. 32. ham, Isaac, Jacob; argumentatur Christus,
(dz) Argumentum ad probandam resurrectionem. quòd datur resurrectio; Deus enim vivorum Dominus est. Idem Christus, de se ipso loquens ad Judæos incredulos, adducebat te-
Jo. 5. 45. stem de se ipsum Moysen, dicens: *Nolite putare, quia ego accusaturus sim vos ad patrem; est, qui accusat vos Moyses, in quo vos spe-*
- - 46. *ratis. Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan & mihi: de me enim ille scripsit.* Et
- 6, 32. alibi ajebat: *Non Moyses dedit vobis panem*

de cælo, sed (ea) *Pater meus dat vobis panem de* (ea) Deus Pater dat panem de cælo verum.
cælo verum; carnem scilicet ipsiusmet Christi, qui *testatus est: Ego sum panis vitæ &c.* Ali-
bi pariter habebat, (eb) circumcisionem non Jo. 7. 22.
ex Moyse, sed ex patribus esse. (eb) Circumcisio non ex Moyse, sed ex patribus est.
Cùm autem cæcus à nativitate, videns factus à Jesu, variè interrogatus circa eum à Pharisæis, ipse quoque eos interrogaret: *Numquid* - 9. 27.
& vos vultis discipuli ejus fieri? Maledixerunt - - 28.
ei, & dixerunt: Tu discipulus illius sis; - - 29.
nos autem Moysi discipuli sumus: Nos scimus, quia Moysi locutus est Deus: hunc autem nescimus unde sit. Contra Stephanum increduli Judæorum *summiserunt viros, qui dicerent,* Act. 6. 11.
(ec) *se audivisse eum dicentem verba blasphe-* (ec) Stephanus falsò accusatus de blasphemia in Moysen.
mia in Moysen, & in Deum; & inter cætera testabantur, quòd dixerat, Jesum Nazarenum mutaturum *traditiones, quas tradidit no-* - - 14.
bis Moyses. Et idem Stephanus, objectis sibi factis respondens, & differens de pactis Dei cum Abraham, & Successoribus ejus,
& de iis, (ed) quæ operatus erat idem Do- - 7. 20. &c.
minus per Moysen, breviter, & mirabiliter (ed) Vita Moysis breviter refertur à D. Stephano.
totam Moysis historiam refert, dignam quidem, ut legatur, in qua notat Moysen dixisse, quòd
suscitandus (ee) erat Propheta in Israel, au- - - 37.
diendus sicut ipse. (ee) Prophetia Moysis de alio futuro Propheta, audiendo, ut ipse.
Petrus, votum suum proferens, de non inquietandis, qui ex Gentibus convertebantur, subjiciendo eos legi
Moysi, addidit, (ef) *Moyses enim à tempori-* - 15. 21.
bus antiquis habet in singulis civitatibus, qui (ef) Lex Moysi; Libri Moysi sub nomine ipsius Moysi.
eum prædicent in Synagogis, ubi per omne Sabbatum legitur; ubi videre est, quòd per Moysen intelliguntur libri legis ab eodem scripti; qui alio modo dicuntur, & sæpè quidem repetuntur, *Lex Moysi.* Reversus Jerosolymam Paulus monebatur, quòd opi-
nio invaluisset contrà eum, quod *discessionem* - 21. 21.
doceret à *Moyse* eorum, qui per Gentes
erant Judæorum. (eg) Moysis testimoni- Rom. 10. 19.
um ex Psal. 18. ℣ 5. sumit Paulus, ut probet, (eg) Gentes ad Christum vocandæ ex testimonio Moysi.
ad Romanos scribens, quòd Gentes ad Christi fidem vocantur. Ad Corinthios scri-
bit: *Omnes*) patres nostri) *in Moyse bapti-* 1. Cor. 10. 2.
zati sunt (typicè scilicet, & mysticè *in nube, & in mari.* Insuper habet, quòd si ministratio litteræ, hoc est: Veteris Testamenti fuit
in gloria, ita ut non possent intendere filii 2. Cor. 3. 7. &c.
Israel in faciem Moysi (eh) propter gloriam (eh) Gloria vultûs Moysi evacuata.
vultûs ejus, quæ evacuatur, multò magis ministratio spiritûs, Novi scilicet Testamenti, debet esse in gloria; & eâdem cum paritate memorat velamen, quod ponebat ante faciem suam Moyses, de quo supra ad text.
Exod. 34. asseritque *usque in hodiernum diem,* - - 15.
cùm legitur Moyses (ei) (hoc est: Liber legis (ei) Velamen positum super cor Judæorum, cùm legitur Moyses.
Moysi,) *velamen positum est super cor eorum,* nempe Judæorum; (V. *Velamen*) quod mysticè intelligendum. Ad Hebræos de Jesu
ait, quòd fidelis est Patri Deo, *sicut & Moyses* Hebr. 3. 2.
in omni domo ejus; & quòd *amplioris glo-* - - 3.
ria — præ Moyse dignus est habitus, quantò ampliorem honorem habet domus, qui fabricavit illam; ipse enim fabricator Ecclesiæ
est. Quòd *Moyses quidem fidelis erat in tota* - - 5.
domo ejus (Dei scilicet), *tanquam* (ek) *fa-* (ek) Moyses, ut famulus in domo; Jesus Christus, ut filius.
mulus in testimonium eorum, quæ dicenda erant: Christus verò tànquam filius in domo sua &c. Et ubi Apostolus commendat antiquorum pa-
trum fidem, ait: *Fide* (el) *Moyses, natus oc-* - 11. 23.
cultatus est mensibus tribus à parentibus suis, (el) Fides Moysis commendata.

Hebr. 11, 24. eò quòd vidissent elegantem infantem, *& non timuerunt Regis edictum. Fide Moy-*
– – 25. *ses grandis factus negavit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere jucun-*
– – 26. *ditatem, majores divitias æstimans thesauro Ægyptiorum improperium Christi: aspiciebat*
– – 27. *enim in remunerationem. Fide reliquit Ægyptum, non veritus animositatem Regis: in-*
– – 28. *visibilem enim tanquam videns sustinuit. Fide celebravit Pascha, & sanguinis effusionem, ne qui vastabat primitiva, tangeret eos &c.* Et insuper affert Moysen dicentem
– 12, 21. ad montem Sinai, recipiendo legem: *Exterritus sum, & tremebundus.*

Judæ v. 9. (em) Altercatio de Moysi corpore inter Michaëlem, & dæmonem; ubi explicatur. In Epistola Judæ scribitur: (em) *Cùm Michael Archangelus cum diabolo disputans altercaretur de Moysi corpore, non est ausus judicium inferre blasphemiæ, sed dixit: Imperet tibi Dominus. &c.* Quæ altercatio hæc esset, notant SS. PP. & DD. quòd satanas urgeret, ut corpus Moysi publicè in terra appromissa sepeliretur; ut scilicet ab Hebræis coleretur postea tanquam Numen, & ita ad idololatriam ducerentur; sicuti Ægyptii fecêre cum Joseph, quem sub forma bovis, qui fertilitatem indicat, & abundantiam, & sub nomine Apis, seu Serapis colebant; quapropter Michaël Archangelus Synagogæ Princeps, & Protector sese opponebat, & altercando ne maledictum quicquam diceret, quod est judicium inferre blasphemiæ contra satanam, modestè tantùm dixit: Imperet tibi Dominus; quâ notatione Judas blasphemos, & maledicos arguit.

Apoc. 15, 3. (en) Canticum Moysi cantatum à victoribus bestiæ in Apoc. In Apocalypsi, (en) qui de bestia victoriam reportaverant, canticum Moysi, servi Dei, postea canebant.

(eo) Aliqua remissivè. Hæc ergo sunt, quæ de Moyse habemus, relictis quibusdam textibus, quos afferre esset sæpius eadem repetere; videri tamen adhuc possunt voces: (eo) *Lex: Hobab: Cineus: Salomon: Gersam: Eliezer: Jannes: Mambre: Ovis: Nubes: Protestatio;* & ex dictis notetur quòd lex vetus licet data à Deo, tribuitur Moysi, & dicitur sæpè lex Moysi; quippe per eum promulgavit illam Deus; cùmque eam promulgaverit Moyses, eamque scriptam reliquerit, non semel Moyses figuratè *pro ipsa lege* ponitur.

(ep) Observatio Grammaticalis in nomine Moyses. (ep) Neque Grammatica quædam observatio incongrua est, cùm dicatur lex Moysi pro lege Moysis: hoc enim Grammatici faciunt in nominibus aliquibus Græcis, ut sunt Achilles, Ulysses &c. & ita Moyses; quæ habent secundum casum in *is*, & *i*, desinentem.

Hist.

D. Bas. de Sp. S. 14. *Christus* figuratur in Moyse, ut filius fuit Moyses matris Judææ, & adoptatus inde à filia Pharaonis; ipse etenim Christus filius Synagogæ, assumptus est ab Ecclesia; ut notat D. Basilius.

D. Aug. 32. contr. Faust. 90. & ser. 86. Insuper cùm Christus conjungere voluerit duos populos in unam fidem, & charitatem, delineatur in Moyse, volente rixantes pacificare; ut scribit D. Augustinus.

Christianus populus. V. *Populus Christianus.*

Contemplativi, V. *Perfecti.*

Lyr. s. Exod. 14. *Homo interior,* qui debet exteriorem ad bona opera inducere, adumbratur in Moyse reprimente Israelitarum de Ægypto exeuntium pusillanimitatem; ut habet Lyranus.

Idem ibidem 3. *Joannes Baptista,* missus ante Christum designator in Moyse misso ante legem novam; ex eodem Lyrano.

Judaicus populus. V. *Populus Judaicus.*

Lex vetus, & peritia legis exprimitur optimè in diversis Moysis actionibus, ut videre est apud Origenem, Arnobium, Tertullianum, Divum Ambrosium, Augustinum, Cyrillum, Gregorium Magnum, Bedam, & alios; quin etiam apud Lauretum in Sylva allegorica; sic enim comparatio est.

Lex.	*Moyses.*
Redarguit, & reprehendit peccantes,	Reprehendit facientem injuriam proximo.
Punit malos.	Irascitur in transgressores.
Animadvertit in vitia.	Castigat Pharaonem plagis.
Quiescit in Ecclesia.	Orando sedet in lapide.
Dat testimonium Jesu Christi.	Apparet in transfiguratione cum Christo.
Opponit se hominum erroribus, veritatem docens.	Se opponit Core, & sociis ejus.
Se extendit ad Gentes.	Ducit Æthiopissam.
Lege quoque mundantur Sacerdotes, ut ritè ante Deum ministrent.	Lavit Aaron, antequam illum in Sacerdotium, juxta Dei ordinationem, institueret.
Succedit legi veteri Christus.	Succedit ipsi Moysi Dux Josue.
Lex vetus muta fuit Gentibus; quoquomodo autem habuit interpretes semper Sacerdotes.	Impeditus fuit linguâ Moyses, & per Aaron notificati sunt ejus sensus.
Lex vetus dabat non nisi terrenas promissiones.	Non dedit terram, quæ ultra Jordanem erat.

Orig. s. Ex. h. 4. 11. & s. Num. h. 6. generat. &c. Arn. s. Ps. 102. Tert. adv. Judæos. D. Ambr. 1. de Abr. 10. D. Aug. q. in Num. 33. D. Cyr. 3. s. Jo. 3. Bed. s. Prod. s. Laur. Syl. all. h. v.

Phil. de Migr. Abr. *Mens,* quæ sine externo sermone est, figuratur in Moyse, linguâ impedito; ex Philone.

D. Hier. de mansion. *Opera, conjuncta divino cultui,* repræsentantur in Moyse, qui cum Aaron eduxit populum de Ægypto; ex Divo Hieronymo.

D. Gr. Nyss. de vit. Moysis. Gl. ord. s. Exod. 19. *Perfecti, & Contemplativi* ostenduntur per Moysen, qui montem ascendit; & ad colloquium Domini elevatus est; ex D. Gregorio Nysseno; & ex Glossa ordinaria.

Peritia legis. V. *Lex vetus.*

Bed. s. Exod. *Populus Christianus,* qui à Christo regeneratus est, notatur per Moysen, genitum à viro de domo Levi; ex Beda.

D. Aug. ep. 27. & 1. de Trinit. 17. *Populus Judaicus* repræsentatur in Moyse, utpotè qui difficulter imperium Dei exequitur; vel qui revelatâ facie Deum non videt, sed tantùm posteriora ejus; ex D. Augostino.

Lyr. s. Exod. 3. *Religio* repræsentatur pariter aliquando in Moyse, cùm scilicet populum educere ad sacrificandum voluit; ex Lyrano.

Sensus

D. Hier. l. Mich. 7.

Sensus Spiritualis, conjunctus litterali, significatur per Moysen cum Aaron; ex Divo Hieronymo.

D. Dion. de myst. Theol.

Studiosus Theologia, qui mundatur à terrena Philosophia; & ad superiora, divina scilicet tractandô, ascendit, perhibetur in Moyse, qui mundatus prius, deinde ascendit in montem; ex D. Hieronymo.

Mucro.

Hist. (a) Quid est.

Cuspis (a) *est*, *& acumen ensis*, *ac telorum*. Solet accipi pro ipso *Ense*. Abner Dux militiæ Isboseth, cùm pugnâsset cum Joab, Duce militiæ David, & victus haberet ipsum Joab persequentem; stetit cum suis in summitate tumuli unius, & ad illum exclamavit: (b) *Num usque ad internecionem tuus mucro desaviet? &c.*

2. Reg. 2, 26. (b) Joab persequens Abnerum.

Apud Jeremiam dum vastatio Domini super Palæstinam explicatur, ponitur: (c) *O mucro Domini usquequo non quiesces? Ingredere in vaginam tuam, refrigerare, & sile. Quomodo quiescet, cùm Dominus præcepit ei adversùs Ascalonem, & adversùs maritimas ejus regiones, ibique condixerit illi?* Ezechieli dictum est à Domino, ut diceret contra filios Ammon invocando: (d) *Mucro, mucro, evagina te ad occidendum, lima te, ut interficias, & fulgeas*; destinatus enim dicitur, ut daretur *super colla vulneratorum impiorum, quorum venit dies in tempore iniquitatis præfinita.* Hic (e) pro Mucrone intelligitur *armata potentia Nabuchodonosor*, adventura super Ammonitas: mox eidem dicitur: (f) *Revertere ad vaginam tuam, in loco, in quo creatus es, in terra nativitatis tua judicabo te, & effundam super te indignationem meam: In igne furoris mei sufflabo in te, daboq; te in manus hominum insipientium, & fabricantium interitum*; quibus verbis innuitur futura Chaldæorum ruina per Persas & Medos, quos ut stultos irridebant Chaldæi.

Jerem. 47, 6. — 7. (c) Mucro Domini non quiescens contra hostes ejus. Ezech. 21, 28. (d) Mucro Domini contra Ammonitas. — 29. (e) Mystica textus interpretatio. — 30. — 31. (f) Mucro Domini se retrahens ob Ammonitas; ubi etiam explicatur.

Mugiens.

Hist. (a) Quid est.

A *mugio* (a) verbo, quòd sonat: *Sonum edo ad modum bovis*; estque dictio per Onomatopœiam ficta, venit hoc præsentis temporis participium. Mugientes (b) ibunt vaccæ trahentes arcam remissam à Philisthæis. (V. *Arca: Vacca.*) Job, notans, se justè conqueri, dicebat: (c) *Numquid —— mugiet bos, cùm ante præsepe plenum steterit?* Inter Ægyptiorum terrores à Deo immissos, inter tenebras positorum, numeratur in libro Sapientiæ: (d) *Mugientium valida bestiarum vox.*

1. Reg. 6, 12. (b) Vaccæ mugientes trahentes Arcam. Job. 6, 5. (c) Bos mugiens, præsepe pleno. Sap. 17, 18. (d) Vox bestiarum in tenebris mugientium, terrorum inducens.

Mugitus.

Hist. (a) Quid est.

Vox (a) *bovis*, *seu sonus ex ore bovis proveniens*; ut supra notavimus, à similitudine soni per Onomatopœjam, ita dictus. Apud Malachiam protestatur Dominus, (b) se fletum, & mugitum lacrymantium; vocem nempe horrisonam timentium mala, respicere nolle, præcipuè mulierum alienigenarum, repudiandarum à Judæis, quorum sacrificia non ampliùs, propter eorum peccata, respiciet.

Malac. 2, 13. (b) Deus mugitum lacrymantium nolens aspicere.

Mula. V. Mulus.

Mulcta.

Punitio, (a) *& condemnatio est*, *ad pœnam præcipuè pecuniariam.* Scribunt aliqui *Mulsa*; lisque non parva est, utrum vox Latina sit, nec ne. Differt mulcta à pœna, ut species à genere quia mulcta est tantùm in re pecuniaria; pœna est universale nomen pro quacunque re, in qua condemnatur. Præterea discrimen aliud est, quia pœna est à lege taxata, mulcta ad arbitrium Judicis ponitur; illa habet crimina designata, super quæ cadat, hæc verò nullum habet designatum. (b) Qui hodie scribunt eum *c.* hoc est: Mulcta, quo quidem modô non scribebant antiqui, à *mulgeo* translatè volunt hanc vocem derivare, hoc est: *Emungo.* Pharao Nechao, victô, & in suam potestatem redactô Regnô Juda, vinctoque ejus Rege, (c) *imposuit mulctam terra*, *centum talentis argenti*, *& talentô auri*,

Hist. (a) Quid est. (b) Orthographia vocis diversa apud antiquos. 4. Reg. 23, 33. (c) Mulcta terræ Juda, imposita à Pharaone Nechao.

Mulctatus.

Participium est (a) passivum præteriti temporis à *Mulcto*, hoc est: *Pecuniâ spolio* In Proverbiis legimus: *Mulctatô* (b) *pestilente*, *sapientior erit parvulus.*

Hist. (a) Quid est. Prov. 21, 11. (b) Parvulus sapientior sit, pestilente mulctato.

Muliebria.

Menstrua (a) *mulierum* Muliebria numerô scilicet multitudinis, dicuntur, quæ in muliere, parùm ultra quadragesimum annum, cessare solent. Sara risit, uxor Abraham, cùm audiret ab Angelo promitti viro suo, quòd filium ex ipsa haberet; *desierant*, enim ipsi *Saræ fieri muliebria*; quod signum est, non ulteriùs filios pariendi.

Hist. (a) Quid hæc vox. Gen. 18, 11. (b) Muliebria in Sara cessantia.

Muliebris, Muliebre.

Quod (a) *ad mulierem pertinet*, Muliebre vocatur. Hinc *mundus muliebris* habetur, hoc est: Ornamenta mulierum: Hinc *cultus muliebris*, hoc est: Mulierum ipse ornatus, & concinnitas ex arte petita. Cùm quærerentur pro Assuero virgines, commissio erat, ut ad egæum eunuchum traderentur, & acciperent (b) *mundum muliebrem* (mundus hic facilè pro ipsa munditia; quam præferre debebant, in ornamentis), *& cætera ad usus necessaria.* Cùmque Assuerus gratè vidisset Esther ipsam, *præcepit eunucho*, *ut accelera-ret mundum muliebrem &c.* Intrabant enim puellæ ad Regem, *expletis omnibus*, *quæ ad cultum muliebrem pertinebant*; Esther (c) autem *non quæsivit muliebrem cultum.* Sub specie, & figura mulieris, alloquitur Jerosolymam Dominus per Ezechielem, & volens exaltationem ejus, & argumentum ostendere, ei dicit: (d) *Multiplicata es*, *& grandis effecta*, *& ingressa es*, *& pervenisti ad mundum muliebrem*, hoc est: ad statum, quo ornaris, ut mulier viro destinata. Et ubi tum Jerosolymæ, tum Samariæ exprobratur à Domino vanitas, & idololatria, dicitur unicuique earum: (e) *Circumlinisti stibio oculos tuos*, *& ornata es mundo*

Hist. (a) Quid est hæc vox, cujus textus non omnes notus signantur, cùm non sit locus. Esth. 2, 3. (b) Mundus muliebris quid. — 9. — 12. — 15. (c) Esther non quærens muliebrem cultum. Ezech. 16, 7. (d) Jerusalem ingressa ad mundum muliebrem; ubi explicatur. — 23, 40. (e) Jerusalem, &

Samaria mundo muliebri ornatæ arguuntur.

et mundo muliebri. Et Petrus, Apostolorum Princeps, hortans conjuges ad mutuum amorem, & reverentiam, inter cætera inquit; *Viri (f) similiter cohabitantes secundùm scientiam, quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorem, tanquam & cohæredibus gratiæ vitæ, ut non impediantur orationes vestræ &c.* mulier autem accipitur pro vasculo muliebri.

1. Petr. 3. 7.
(f) Uxoribus mulieres honorem, ubi expl. text.

Mulier.

Hist.

(a) Quid hæc vox, cujus textus sine notatione sunt, ubi non est locus.

Si (a) Varroni credimus à *Mollitie* Nulier dicta est, & sic pro *Mollier*, mutatâ unâ, & abactâ altera litterâ mulier ponitur; qua voce communior sensus est, quòd significetur inter homines *fæmina non virgo*; licèt quandoqua apud Auctores mulier pro *fæmina*, siva corruptâ, sive non, ponatur. Sic dicitur in Sacra Genesi, quòd Deus ædificavit *costam, quam tulerat de Adam, in mulierem; & adduxit eam ad Adam:* quòd (b) ipsa mulier serpentem allocuta est in Paradiso, decepta est, vetitum manducavit pomum; dedit inde viro, quocirca homines & culpam, & pænam contraxerunt, posita est inter serpentem, & mulierem inimicitia, subjecta est viro, paritura cum dolore mulier &c. ut videre est in dictione *Eva.* Abraham reduxit à manibus hostium Lot, cum substantia illius, (c) mulieres, & populum. Mittens Abraham servum in Mesopotamiam, ad quærendam uxorem Isaac filio suo, respondens eidem servo interroganti, (d) quatenus si mulier noller venire in terram Chanaan, utrùm deberet illuc adduci Isaac, omninò negavit hoc faciendum. Cùm autem idem servus pervenisset ad urbem Nacbor, juxta puteum aquæ, vespere, tempore, quo solent mulieres egredi ad hauriendam aquam, tunc ibidem monstrata est ei mulier, quam destinaverat Dominus Isaac. (V. *Rebecca.*) Cùm Esau obvios habuisset filios Jacob, & mulieres, aorum matres, de iis interrogavit, cujus essent. Dina egressa in Sichem, ut videret mulieres regionis illius stuprum passa est. (V. *Dina.*) Mulier (e) uxor Putipharis, cui inserviebat Joseph, adolescenti ipsi Joseph molesta erat, provocans eum ad turpia. (V. *Joseph.*) Voti autem sui non compos facta per modestissimum adolescentem, eum falsò accusavit intentatæ libidinis, (f) vestemque ejus, à fugiente puritatis insidias relictam, sibi testem fecit.

Gen. 2, 22.
- 3, 2, &c.
(b) Eva mulier cum serpente locuta, decepta, & decipiens &c inimica facta serpenti, subjecta viro, paritura cum dolore.
- 14, 16.
(c) Abraham reducens ex hostium manibus mulieres captas.
- 24, 1. &c.
(d) Mulier quærenda pro Isaac ituro in terram Chanaan.
- - 11.
- - 44.
- 33, 1.
- 34, 1.
- 39, 10.
(e) Mulier uxor Putipharis molesta Joseph, quam rejecit.
- - 15.
(f) Vestis Joseph castissimi pro teste libidinis ejus falsò adhibita.

Hebrææ mulieres, Ægyptiis Sapientiores pro obstetricando dictæ sunt ab ipsis obstetricibus Pharaoni, parientes absqua obstetricum interventu. Mulier (g) Hebræa, & quidem mater pueri, vocata est pro nutriendo Moyse (V. *Moyses*) à filia Pharaonis. Deus exituros ab Ægypto Judæos docuit per Moysen, ut postularet *mulier* (h) (Hebræa quæque scilicet) *à vicina sua, & ab hospita sua* (Ægyptiâ nempe) *vasa argentea, & aurea, ac vestes*, quibus omnibus spoliarent Ægyptum; & ita factum est. Egressæ omnes (i) mulieres (in deserto ubi erant) post Mariam sororem Moysis, cum tympanis, & choris, laudabant Dominum, & lætabantur pro submerso Pharaone, & exercitu ejus. Mulier, (k) & liberi servorum emptitiorum Judæorum etiamsi servus septimò annô dimitteretur, erant Domini. Percutiens mulierem prægnantem, unde fecarit abortivum subjacebat damno ad mariti & arbitrorum judicium; si mors mulieris subsequebatur, morti addicebatur percussor. Pro constructione Tabernaculi habetur, quòd *viri (l) cum mulieribus præbuerunt armillas, & inaures, annulos, & dextralia.* Ita *mulieres doctæ, quæ neverant, dederunt hyacinthum, purpuram, & vermiculum, ac byssum; & pilos caprarum, sponte primâ cuncta tribuentes.* Cùm autem nuntiaretur Moysi, quòd plus offerebat populus, quà necessarium est, jussit idem Moyses, præconis voce cantari: *Nec vir, nec mulier quicquam offerat ultrà in opere Sanctuarii.* De speculis (m) mulierum (ænea etenim erant) quæ axcubabant in ostio Tabernaculi (erant hæ devotæ mulieres ad ostium Tabernaculi per vices devotè orantes, à mundo abdicatæ, & rebus sæcularibus; & sic Deo deditæ) factum est labrum æneum cum basi sua.

Exod. 1, 19.
- 1, 7.
- - 9.
(g) Mulier Hebræa vocata ad nutriendum Moysen.
- 3, 22.
(h) Mulieres Hebrææ vasa, & vestes ab Ægyptiis petentes.
- 11, 2.
- 15, 20.
(i) Eadem transitum maris rubri Domino canentes.
Exod. 21, 4.
(k) Lex pro mulieribus servorum emptitiorum.
- - 22.
- - 23.
- 35, 22.
(l) Mulieres præbentes dona ad constructionem Tabernaculi.
- - 25.
- - 29.
- 36, 6.
- 38, 8.
(m) Labrum æneum ex æneis speculis mulierum fusum.

Lex data est de (n) muliere pariente masculum, quòd scilicet septiduo esset immunda, triginta tribus diebus maneret in sanguine purificationis suæ; (sexaginta verò sex, si fæminam pepererit) omne Sanctum non tangens, nec Sanctuarium ingrediens; post illos autem offerre debebat in holocaustum agnum anniculum, & pullum columbæ, seu turturem pro peccato; seu saltem duos pullos columbarum, vel duos turtures, unum in holocaustum, alterum pro peccato. *Mulier, cùm quà coivit*, (seminifluus vir) lavabatur aquâ, & immunda erat usque ad vesperum. Mulier (o) menstrua patiens septem diebus separabatur: tangens eam erat immundus usque ad vesperum; polluebatur lectus in quo dormiebat, & qui tangeret illud seu alia vasa, super quibus illa sadisset, lavabat vestimenta sua, & locus erat immundus usque ad vesperum. Coiens cum ea tempore menstruorum, septiduo erat immundus; & polluebatur omne stratum, in quo dormiebat. (p) Mulier: patiens fluxum sanguinis, extra tempus menstruorum, iisdem regulis subjiciebatur; & cessante sanguinis fluxu, septiduum numerabat purificationis suæ, octavo die offerens duos turtures, aut duos pullos columbarum. Lex item arat: *Ad mulierem, quæ patitur menstrua, non accedes, nec revelabis fœditatem ejus.* *Mulier non* (q) *succumbet jumento, nec miscebitur ei quia scelus est*; & ipsa cum ipso jumento morte damnabatur. Sicuti & mulier tempore menstruorum cojens cum viro, morti addicebatur cum ipso. Inter mala iis, qui legem Dei non servabunt, denuntiata, est fames, pro qua describenda dicitur, quòd decem mulieres in uno clibano coquent panes, & reddent eos, hoc est: distribuens, ad pondus; comedet homo, & non saturabitur. (r) Mulier, quæ se Deo voverat, dabat pretium animæ suæ triginta siclos argenti ad mensuram Sanctuarii. Virum Judæum, & mulierem alienigenam coëuntes percussit Phinees pugione, & perfodit in locis genitalibus; erat autem mulier Madianitis. Captas mulieres Madianitas, quæ virum cognoverant, jussit Moyses interfici.

Lev. 12, 2. &c.
(n) Lex de muliere pariente masculum, quoad purificationem, oblationem &c. item pro pariente fœminam.
- 15, 18.
- - 19. &c.
(o) Lex pro muliere patiente menstrua.
- - 25. &c.
(p) Lex pro muliere patiente fluxum sanguinis.
- 18, 19.
- - 23.
- 20, 16.
(q) Lex contra mulierem, se cum jumento miscentem.
- - 18.
- 26, 26.
- 27, 4.
(r) Lex pro muliere se voventæ Deo.
Num. 25, 8.
- 31, 9.
- - 17.

Filii

Num. 32, 26.
filii Gad, & Ruben impetrârunt à Moyse, ut parvulos, mulieres, pecora, & jumenta relinquerent in urbibus Galaad.
Deut. 2. 34. & alibi.
Viri, mulieres, ac parvuli, terræ Sebon Regis habitatores, interfecti sunt à Judæis; ita & in regno Basan.
— 20, 14.
Mulieres, & infantes civitatum, bellum moventium contra Judæos, ut capiabantur, interfici debebant.
— 21, 11. &c.
(s) Lex pro muliere in bello captâ à Judæo, qui eam vellet uxorem habere.
De (s) muliere in bello captâ à Judæo, & in uxorem optatâ, lex erat, quòd domum introduceretur rasa cæsariem, & circumcisa unguibus, & post mensem, quo ipsa parentes suos flevisset, poterat ad eam ingredi Dominus ejus, qui si posteà eam non amaverit, dimittet liberam.
— 22, 5.
Lex fuit: *Non induetur mulier veste virili —— abominabilis enim apud Deum est, qui facit hæc.*
— 25, 7.
(t) Lex, & ritus pro muliere, quam frater mariti, ad suscitandum fratris semen, nolebat in uxorem accipere.
(t) Mulier, cui obiisset maritus, noluissetque mariti frater eam postea in uxorem accipere, ad portam urbis pergebat, & coram majoribus natu rem manifestabat, & accersito illo, & interrogato, & respuente eam accipere, mulier coram Senioribus tollebat calceamentum de pedibus ejus, & spuens in faciem ejus dicebat:
— — 9.
Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris sui. Inter mala eventura legem inobservantibus, fames denuntiatur; & quidem dicitur, quòd
— 28, 56.
(u) Mulier delicata piura passura in communi castigatione.
(u) *tenera mulier, & delicata, quæ super terram ingredi non valebat, nec pedis vestigium figere propter mollitiem, & teneritudinem nimiam invidebit viro suo, qui cubat in sinu ejus super filii, & filiæ carnibus, & illuvie secundarum,*
— — 57.
quæ egrediuntur de medio feminum ejus, & super liberis, qui eâdem horâ nati sunt. Comedent enim eos clam propter rerum omnium penuriam in obsidione, & vastitate, qua opprimet te inimicus tuus intra portas tuas. Capientes urbem Jericho,
Jos. 6, 21.
Judæi interfecerunt in ea *à viro usque ad mulierem, ab infante usque ad senem &c.*
— 8, 25.
(x) Judæi in Jericho, & Hai occidentes à viro ad mulierem.
Et in urbe Hai concisa sunt *à viro usque* (x) *ad mulierem duodecim millia hominum.* Cùm audissent Philisthiim causam, quare Samson incenderat segetes eorum, scilicet ob ablatam illi uxorem, ab ejusdem uxoris patre,
— 15, 6.
combusserunt tam mulierem, quàm patrem ejus.
— 16, 27.
(y) Samson, viros, & mulieres secum occidens.
Plenam virorum, (y) ac mulierum domum Samson in ruinam traxit, cum iis moriens.
— 21, 11. 9
(z) Mulieres Jabes Galaad, viris cognitæ occisæ.
(z) Mulieres, etiam quæ cognoverant viros, interfectæ sunt in Jabes Galaad, eò quòd illi cum cæteris Tribubus non convenissent contra Gabaa (V. *Benjamin*); virgines autem reservatæ sunt in uxores, datæ iis, qui de Benjamin Tribu superfuerant à cæde viri.

1. Reg. 2. 22.
(aa) Filiorum Heli libido cum mulieribus observantibus ad ostium Tabernaculi, increpata.
Filii Heli (aa) *dormiebant cum mulieribus, quæ observabant ad ostium Tabernaculi*; hæ erant devotæ fæminæ, ut notavimus supra ad text. Ex. 38. orantes per vicem ad ostium Tabernaculi, at per diabolicas suggestiones, & tentationes devotione in libidinem versâ, ob nimiam Heli indulgentiam, quæ benè cœperant, malè desierunt.
— 15, 3.
Saul jussus est delere funditus Amalecitas, interficiendo *à viro usque ad mulierem &c.*
— 18, 6.
(ab) Mulieres Davidi canentes triumphum.
Notatur in Sacris Bibliis, quòd, (ab) *cùm reverteretur, percusso Philisthæo, David, egressæ sunt mulieres de universis urbibus Israel, cantantes, chorosq; ducentes in occursum Saul Regis in tympanis lætitiæ, & in sistris.*
— — 7.
Et præcinebant mulieres ludentes atque dicentes: Percussit Saul mille, & David decem millia. Achimelech Sacerdos, panem sanctum daturus pueris David quæsivit, an essent mundi *maximè à mulieribus*; utque
— 21, 4.
audivit esse, dedit.
1. Reg. 27, 8.
David, apud Achis manens, percutiebat omnem terram in circuitu,
— 27, 9.
(ac) David mulieres etiam occidens Philisthæas.
nec relinquebat viventem virum, & (ac) *mulierem*; & omnem prædam adducebat ad Achis in Geth, fingens eam retulisse de terra Juda; at non ita erat, sed referebat è terra Philisthinorum; ideòque
— — 11.
virum, & mulierem non vivificabat David, nec adducebat in Geth, dicens: Ne fortè loquantur adversùm nos. Dolens David super morte
2. Reg. 1. 26.
Jonathæ dicebat de eo, quòd erat *amabilis super amorem mulierum.*
— 3. 8.
Abner, quòd arguebatur pro muliere concubina Saul, ad quam ingressus fuerat, ab Isboseth, iratus est contra eum.
— 17, 18 &c.
Jonathas, & Achimaas, qui apud Absalom stabant, ut Rege David nuntiarent omnia, cùm ad ea, quæ ajebantur referenda pergerent, ut eos ab Absalom absconderet,
(ad) Mulier abscondens in puteo Jonathan, & Achimaas.
(ad) mulier quædam dedit eis locum in puteo, super os cujus expandit velamen, quasi siccans ptisanas; & servis Absalom supervenientibus dixit, eos, gustatâ paululum aquâ, præteriisse festinanter.
3. Reg. 11, 1.
(ae) Mulieres depravantes cor Salomonis.
De Salomone scribitur, quòd (ae) *adamavit mulieres alienigenas multas*; & quòd *averterunt mulieres cor ejus; cùmq; jam esset senex, depravatum est cor ejus per mulieres, ut sequeretur Deos*
— — 3.
— — 4.
& alibi.
alienos &c. De Josia, Rege Juda, restituente cultum Domini, scribitur quòd
4. Reg. 23, 7.
destruxit quoque ædiculas effæminatorum, quæ erant in domo Domini,
(af) Josias destruens domunculas mulierum in domo Domini.
(af) *pro quibus mulieres texebant quasi domunculas Luci.* (ad sua scilicet scelera tegenda.) Asa item Rex Juda, corroborans fœdus coram Domino, inquit:
2. Par. 15. 13.
(ag) Morti addicuntur viri, & mulieres fœdus Domini non servantes.
(ag) *Si quis —— non quæsierit Dominum Deum Israel, moriatur à minimo usque ad maximum, à viro, usque ad mulierem.* Sub Achaz, Rege Juda, pugnante cum Rege Israel
28, 8.
(ah) Mulieres de Juda captæ à filiis Israel.
cœperunt filii Israel de fratribus suis (hoc est: de Juda) *ducenta millia* (ah) *mulierum, puerorum, & puellarum, & infinitam prædam; pertuleruntq; eam in Samariam.* De pisce, capto à Tobia Juniore, mandante Angelô, dicebat idem Angelus ipsimet Tobiæ:
Tob. 6, 8.
(ai) Cor piscis Tobiæ extricans etiam à fœmina dæmonium.
(ai) *Cordis ejus particulam si super carbones ponas, fumus ejus extricat omne genus dæmoniorum, sive à viro, sive à muliere, ita, ut ultra non accedat ad eos.*
Judith. 4. 8.
(ak) Judæi, & mulieres eorum, se coram Domino humilianeres.
Judæi, (ak) & *mulieres eorum* humiliaverunt se coram Domino jejuniis, & orationibus, timentes ab Holoferne. Judith, orans, & quæ mulier sancta dicta est ab Ozia, memorabat Domino, quæ
— 9, 3.
fecerat contra hostes Israel, dans *mulieres eorum in prædam &c.* Hæc eadem ab Assyriis visa, eò æstimata est, ut dicerent:
— 11. 19.
(al) Judith eò æstimata, ut omnem mulierem vinceret pulchritudine.
(al) *Non est talis mulier super terram in aspectu, in pulchritudine, & in sensu verborum.* Ei autem, redeunti victrici à cæde Holofernis, inter cætera dixit Princeps populi Ozias:
— 13, 23.
(am) Eadem præ omnibus mulieribus benedicta.
Benedicta es tu, filia, à Domino, Deo excelso, (am) *præ omnibus mulieribus super terram.* Et Vagao, advertens occisum Holofernem, & Judith jam absentem, exiliens ad populum dixit:
— 14, 16.
(an) Eadem Hebræa mulier dicta confusionem fecisse in domo Nebuchod.
Una (an) *mulier Hebræa fecit confusionem in domo Regis Nabuchodonosor; ecce enim Holofernes jacet in terra, & caput ejus non est in illo.* Pro victoria antem, per Judith de Holoferne, & Assyriis habitâ,
— 15, 13.
(ao) Mulieres in victoria Judith lætantes.
omnes (ao) *populi gaudebant cum mulieribus, & virginibus, & juvenibus in organis, & citharis.* Reginam Vasthi repudiandam censuerunt, ob inobedientiam, Consiliarii Regis Assueri,

Esth. 1, 17. (ap) ne inde discerent aliæ mulieres viros suos
(ap) Vasthi repudiata, ut inde mulieres discerent non contemnere viros. contemnere (V. *Vasthi.*) Per litteras Aman
delendi erant omnes Judæi uno die, à puero
usque ad senem, parvuli, & mulieres. Lex
- 3, 13. (aq) erat apud Persas, si quis sive vir, sive mu-
- 4, 11. lier non vocatus ad Regem accederet, & Rex
(aq) Lex apud Persas etiam pro mulieribus ne ad Regem accederent non vocatæ. auream virgam ad eum non extenderet, inter-
ficeretur.

Job uxori suæ, maledicenti respondebat:
Job. 2, 10. *Quasi una de stultis mulieribus locuta es &c.*
Idem, considerans humanam miseriam, dice-
- 14, 1. bat: *Homo natus de muliere, brevi vivens*
tempore, repletur multis miseriis. Et Eliphaz
- 15, 14. dicebat: *Quid est homo, ut immaculatus sit, &*
ut justus appareat natus de muliere? Ita Baldad
- 25, 4. ajebat: *Numquid justificari potest homo compara-*
tus Deo, aut apparere mundus natus de mulie-
- 31, 9. *re?* (ar) Job protestabatur, quòd non dece-
(ar) Cor Job non deceptum super muliere. ptum fuerat unquam cor suum *super muliere.*
Eidemque, dicuntur, ad pristinam, & maximam
felicitatem reddito, fuisse tres filiæ, de quibus
- 42, 15. notatur: *Non sunt autem inventæ* (as) *mulieres*
(as) Filiæ Job speciosissimæ. *speciosæ, sicut filiæ Job in universa terra.*

Prov. 2, 16. In libro Proverbiorum legimus: *Pruden-*
- - 17. *tia servabit te —, ut eruaris à muliere ali-*
- 5, 2. *ena, & ab extranea, quæ mollit sermones su-*
- - 18. *os; & relinquit ducem pubertatis suæ &c. Ne*
- 6, 24. *attendas fallaciæ mulieris &c. Lætare cum*
muliere adolescentiæ tuæ. Mandatum lucerna
est, & lex lux, & via vitæ increpatio discipli-
- - 24. *næ, ut custodiant te à muliere malâ, & à*
- - 26. *blanda lingua extraneæ. Mulier viri pre-*
- - 29. *tiosam animam capit. Qui ingreditur ad*
(at) Ingrediens ad mulierem alienam damnum percipiet. *mulierem proximi sui,* (at) *non erit mun-*
dus cùm tetigerit eam (comparatur enim cum
eo, qui ambulat super prunas, cujus plantæ com-
- 7, 4. buruntur). *Prudentiam voca amicam tuam, ut*
- - 5. *custodiat te à muliere extranea, & ab aliena, quæ*
- - 10. &c. *verba sua dulcia facit.* Et in capite eodem se-
ptimo Proverbiorum ad longum describuntur in-
sidiæ mulieris, occurrentis juveni ad capiendum
- 9, 13. &c. eum. Item capite nono invitatio ejusdem po-
- 11, 16. nitur. Præterea habetur: *Mulier gratiosa*
inveniet gloriam, & robusti habebunt divitias.
- - 22. *Circulus aureus in naribus suis* (au) *mulier pul-*
(au) Mulier fatua, frustra pulchra. *chra, & fatua* (hoc est. Frustra est pulchra, si
fatua, immo ridicula.) *Mulier diligens coro-*
na est viro suo, & putredo in ossibus ejus, quæ
- 12, 4. *confusione res dignas gerit. Sapiens mulier ædi-*
- 14, 1. *ficat domum suam: Insipiens extructam quoque*
- 18, 22. *manibus destruet. Qui invenit* (ax) *mulie-*
(ax) Mulier bona, bonum est viro. *rem bonam, invenit bonum, & hauriet ju-*
cunditatem à Domino. Qui expellit mulie-
rem bonam, expellit bonum: Qui autem tenet
- 19, 13. *adulteram, stultus est, & impius. Dolor*
patris filius stultus, & tecta jugiter perstillantia,
- 21, 9. *litigiosa mulier. Melius est sedere in angu-*
- 25, 24. *lo domatis, quàm cum muliere litigiosa, & in*
- 21, 19. *domo communi. Melius est habitare in terra*
deserta, quàm cum muliere rixosa, & iracunda.
- 27, 15. *Tecta perstillantia in die frigoris, & litigiosa mu-*
- 30, 20. *lier comparantur. Talis est* nempe imper-
(ay) Via mulieris adulteræ imperceptibilis. ceptibilis) *& via* (ay) *mulieris adulteræ, quæ*
comedit, & tergens os suum dicit: Non sum
operata malum. Et dum per tria dicitur moveri
- - 23. terram, in tertio loco ponitur: (az) *Per odiosam*
(az) Per mulierem odiosam nuptam turbatur terra. *mulierem, cùm in matrimonio fuerit assum-*
pta (quid enim tumultus, & turbas majores,
& commotiones causare potest, quàm
mulier odiosa?) Item scribitur dictum Lamue-

lis: *Ne dederis mulieribus substantiam tuam,* Prov. 31, 3.
& divitias tuas ad delendos Reges. Mulie- - - 10.
rem fortem quis inveniet? Et subsequenter laus
mulieris fortis describitur. Ita etiam habe-
tur: *Fallax gratia, & vana est pulchritudo; mu-* - - 30.
lier timens Dominum, ipsa laudabitur

Apud Ecclesiasten est: *Inveni amariorem* Eccle. 7, 27.
(ba) *morte mulierem, quæ laqueus venatorum* (ba) Mulier morte amarior.
est, & sagena cor ejus, vincula sunt manus illi-
us. Qui placet Deo, effugiet illam: Qui
autem peccator est, capietur ab illa. Virum - - 29.
de mille unum reperi, mulierem ex omnibus
non inveni. Pulcherrima inter mulieres; Cant. 1, 7.
nec non *Pulcherrima mulierum* vocatur my- - 5, 9. &c.
stica Sponsa in Canticis. In libro Sapien-
tiæ notatur: (bb) *Mulieres eorum* (impiorum) Sap. 3, 12.
insensatæ sunt, & nequissimi filii eorum. (bb) Mulieres impiorum insensatæ.

In Ecclesiastico est: (bc) *Noli discedere à* Eccli. 7, 21.
muliere sensata, & bona, quam sortitus es in (bc) Cautiones variæ circa mulieres.
timore Domini; gratia enim verecundiæ illius su-
per aurum. Mulier si est tibi secundùm ani- - - 28.
mam tuam, non projicias illam, & odibili non
credas te. Non zeles mulierem sinus tui, ne - 9, 1.
ostendas super te malitiam doctrinæ nequam. Non - - 2.
des mulieri potestatem animæ tuæ, ne ingredia-
tur in virtutem tuam, & confundaris: Ne respi- - - 3.
cias mulierem multivolam: ne fortè incidas in
laqueos illius. Averte faciem tuam à muliere - - 8.
compta, & ne circumspicias speciem alienam.
Propter speciem mulieris multi perierunt: & ex - - 9.
hoc concupiscentia quasi ignis exardescit.
Omnis mulier, quæ est fornicaria, quasi stercus - - 10.
in via conculcabitur. Speciem mulieris alienæ - - 11.
multi admirati, reprobi facti sunt. Colloqui- - - 12.
um enim illius, quasi ignis, exardescit. Cum
aliena muliere ne sedeas omnino, nec accumbas
cum ea super cubitum: Et non alterceris cum - - 13.
ea in vino, ne fortè declinet cor tuum in il-
lam, & sanguine tuo labaris in perditionem.
Non est creata hominibus superbia; neque ira- - 10, 22.
cundia nationi mulierum. Quasi mulier à vir- - 15, 2.
ginitate (justitia) *suscipiet illum,* (continentem
scilicet justitiæ.) *Vinum, & mulieres apostatare* - 19, 2.
faciunt sapientes, & arguent insensatos. Sic - 23, 32.
(ut scilicet est homo fornicarius) *&* (bd) *muli-* (bd) Mulier fornicantis similis fornicario.
er omnis relinquens virum suum, & statuens
hæreditatem ex alieno matrimonio. In tribus, - 25, 2.
Ecclesiastico placitis, notantur (be) *Vir & muli-* (be) Varia mulieris bonæ, & malæ subsequentur.
er bene sibi consentientes. Item dicitur: *Beatus,*
qui habitat cum muliere sensata, & qui linguâ - - 11.
suâ non est lapsus &c. Omnis malitia nequi- - - 17.
tia mulieris (feret homo) *omnem nequitiam,*
& non nequitiam mulieris. Non est ira super - - 19.
iram mulieris. Commorari leoni, & draconi - - 23.
placebit, quàm habitare cum muliere nequam.
Nequitia (bf) *mulieris immutat faciem ejus,* - - 24.
& obcæcat vultum suum tanquam ursus, & quasi (bf) Nequitia mulieris immutans ejus vultum &c.
saccum ostendit. In medio proximorum ejus in-
gemuit vir ejus, & audiens suspiravit modicum. - - 25.
Brevis omnis malitia super malitiam mulieris; - - 26.
sors peccatorum cadat super illam, sicut ascensus - - 27.
arenosus in pedibus veterani, sic mulier linguata
homini quieto. Ne respicias in mulieris spe- - - 28.
ciem, & non concupiscas mulierem in specie.
Mulieris ira, & irreverentia, & confusio ma- - - 29.
gna. Mulier si primatum habeat, contraria est - - 30.
viro suo. Cor humile, & facies tristis, & pla- - - 31.
ga cordis, mulier nequam: Manus debiles, & - - 32.
genua dissoluta mulier, quæ non beatificat virum
suum. A muliere initium factum est peccati, & - - 33.
per

Eccli. 25. 19. *per illam omnes morimur. Non des aquæ tuæ*
exitum, nec modicum, nec mulieri nequam
25. *veniam prodeundi. Si non ambulaverit ad ma-*
num tuam, confundet te in conspectu inimico-
26. *rum. A carnibus tuis abscinde illam, ne sem-*
26. 1. *per te abutatur. Mulieris bonæ beatus vir: Nu-*
4. *merus enim annorum illius duplex. Mulier for-*
tis oblectat virum suum, & annos vitæ illius in
3. *pace implevit. Pars bona, mulier bona, in par-*
te timentium Deum dabitur viro pro factis bonis.
8. *Dolor cordis, & luctus mulier zelotypa. In*
9. *muliere zelotypa flagellum linguæ omnibus com-*
10. *municans. Sicut boum jugum, quod move-*
tur, ita & mulier nequam: qui tenet illam, qua-
11. *si qui apprehendit scorpionem: Mulier ebriosa*
ira magna; & contumelia, & turpitudo illi-
12. *us non tegetur. (bg) Fornicatio mulie-*
(bg) Fornicatio mulieris in quo cognoscatur. *ris in extollentia oculorum, & in palpebris*
illius cognoscetur. Gratia mulieris sedula
16. *delectabit virum suum, & ossa illius impin-*
17. *guabit. Disciplina illius datum Dei est:*
18. *Mulier sensata, & tacita non est immutatio*
19. *eruditæ animæ. Gratia super gratiam,*
21. *mulier sancta, & pudorata. Sicut sol ori-*
ens mundo in altissimis Dei, sic mulieris bonæ
24. *species in ornamentum domus ejus. Fundamenta*
æterna supra petram solidam, & mandata Dei in
28. 19. *corde mulieris sanctæ. Lingua tertia mulieres vi-*
33. 20. *ratas ejecit, & privavit illas laboribus suis. Filio,*
& mulieri, fratri, & amico non des potestatem su-
36. 23. *per te in vita tua. Omnem masculum excipiet mu-*
24. *lier, & est filia melior filia. Species mulieris exhila-*
rat faciem viri sui, & super omnem concupiscenti-
26. *am hominis superducit desiderium. Qui possidet*
mulierem bonam, inchoat possessionem; adjutorium
27. *secundùm illum est, & columna, ut requies. Ubi*
non est sepes, diripietur possessio: Et ubi non est mu-
37. 11. *lier, ingemiscit egens. (Tracta) cùm muliere de*
40. 19. *ea, quæ æmulatur. Filii, & ædificatio civitatis*
confirmabit nomen, & super hæc mulier im-
23. *maculata computabitur. Amicus, & so-*
dalis (æstimantur) in tempore convenien-
tes, & super utrosque mulier cum viro.
41. 21. *(Erubescite) à respectu mulieris fornicariæ.*
27. *Ne respicias mulierem alieni viri, & ne scru-*
teris ancillam ejus, neque steteris ad lectum
42. 6. *ejus. Super mulierem nequam bonum est si-*
12. *gnum (hoc est: clausura). In medio mulie-*
13. *rum noli commorari. De vestimentis enim pro-*
14. *cedit tinea, & à muliere iniquitas viri. (bh)*
(bh) Iniquitas viri melior, quam mulier benefaciens. *Melior est enim iniquitas viri, quam mulier*
benefaciens, & mulier confundens in opprobrium.
Ad Salomonem autem quasi eum alloquens ait
47. 21. (bi) Salomon subditus feminis inæqualiter. Ecclesiasticus: (bi) *Inclinasti femora tua muli-*
eribus; quod ei monstrat gloriæ ejus maximè
subtraxisse. Et dum Sennacherib adventum me-
48. 21. (bk) Judæi dolentes, ut mulieres parturientes. morat contra Jerusalem, notat: (bk) *Tunc* —
doluerunt, quasi parturientes mulieres (Judæi.)

Isai. 3. 12. Apud Prophetas habetur in Isaia à Do-
mino: *Populum meum exactores sui spoliave-*
4. 1. *runt, & mulieres dominatæ sunt eis. Appre-*
(bl) Mulieres septem virum unum apprehendent. *hendent septem mulieres* (bl) *virum unum in die illa*,
quando scilicet cessabit ruina, & desolatio Ju-
dæorum, ex raritate virorum. Contra Ægy-
19. 16. (bm) Ægyptus, ut mulieres formans. ptum est: *In die illa erit Ægyptus, quasi* (bm)
mulieres, & stupebunt, et timebunt à facie com-
motionis manûs Domini exercituum, quam ipse
movebit super eam. Et dum prophetatur Syna-
32. 11. gogæ desolatio, notatur, quòd *erunt mulieres*
(bn) Mulieres docentes Synagogam, ubi est sunt. (bo) *venientes, & docentes eam*; quo in textu

notatur, quòd vel etiam ipsæ mulieres, quales
postea fuêre, & sunt Sanctæ plures virgines,
& aliæ docebunt salutem non esse, nisi in Ec-
clesia Christi. Opulentis item mulieri- 32. 9.
bus prædicitur calamitas. Dicitur quoque: *Væ* 45. 10.
qui dicit patri: Quid generas? & mulieri: Quid
parturis? Dominus, confirmare volens Sion in
fiducia, ei dicit: *Numquid oblivisci potest* (bo) 49. 15.
mulier infantem suum, ut non misereatur filio (bo) Mulier non potest oblivisci infantem suum.
uteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non
obliviscar tui. Et consolans Jerusalem (in
qua figuratur Ecclesia, aliquando agitata) ha-
bet: *Ut mulierem derelictam, & mœrentem spiri-* 54. 6.
tu vocavit te Dominus, & uxorem ab adole- (bp) Jerusalem, ut mulier derelicta aliquando, sed in modico.
scentia abjectam, dixit Deus tuus. Ad punctum
in modico dereliqui te, & in miserationibus ma-
gnis congregabo te &c. 7.

Apud Jeremiam afferens Dominus exem-
plum viri, non ampliùs se cum uxore fornicaria
jungentis, & interrogans: *Numquid non polluta,* Jer. 3. 1.
& contaminata erit mulier illa? Vocat tamen ad (bq) Mulier fornicaria polluta, licet non amplius jungatur viro.
se Judæorum nationem, licet fornicatam cum
amatoribus multis, hoc est: Deos alienos vene-
ratam. Eique exprobrat inter calamitates, quas
passa est: *Frons mulieris meretricis facta est ti-* 3.
bi, noluisti erubescere; additque: *Ergo saltem* 4.
modò voca me: Pater meus, Dux virginitatis
meæ tu es &c. Et paulò post ait: *Quomodo si* 20.
contemnat (br) *mulier amatorem suum, sic* (br) Domus Israel Deum contemnens, ut mulier amatorem suum.
contempsit me domus Israel. Et dum prædicitur
Jerosolymæ calamitas, & vastitas ab Assyriis,
ponitur: (bs) *Vir cum muliere capietur, senex*
cum pleno dierum. Monstratque Jeremiæ, quæ 6. 11.
faciant ad idololatrandum Judæi, Dominos, (bs) Vir cum muliere capietur dum Jerusalem.
dum dicit: *Filii colligunt ligna, & patres succen-* 7. 18.
dunt ignem, (bt) *& mulieres conspergunt adipem,* (bt) Mulieres in idololatria viros adjuvantes.
ut faciant placentas Reginæ cœli, & libent Diis
alienis, & me ad iracundiam provocent. Commi-
natio ideò Domini est: *Propterea dabo mulieres* 8. 10.
eorum exteris, agros eorum hæredibus &c. Et invi-
tantur (bu) mulieres ad audiendum verbum Do- 9. 20.
mini super mala Jerosolymæ ventura, ut faciant, (bu) Mulieres vocatæ ad audiendum Dei verbum.
& doceant lamentum filias suas. Et Judææ
dicitur: (bx) *Numquid non dolores apprehendent* 13. 21.
te, quasi mulierem parturientem? Missus Jeremi- (bx) Dolores apprehendunt Judæam, ut mulierem parturientem.
as ad Rechabitas, ut eorum observantiam ex-
periretur, à Domino, eos repugnantes usui vini
reperiit, & (by) mulieres, & filios, filias eorum. 35. 8.
Intimavit Regi Juda Jeremias, ut exiret (by) Mulieres Rechabitarum vinum temnentes.
ad Chaldæos, secùs edixit: (bz) *Ecce, omnes*
mulieres, quæ remanserunt in domo Regis 38. 22.
Juda, educentur ad Principes Regis Baby- (bz) Mulieres Regis Juda adducendæ ad Principes Regis Babyl.
lonis, & ipsæ dicent: Seduxerunt te, & præva-
luerunt adversùm te viri pacifici tui, demerse-
runt in cœno, & in lubrico pedes tuos, & recesse-
runt à te &c. Nabuzardan, capto re-
gno, & Rege Juda, commendavit Godo- 40. 7.
liæ terram illam, viros, mulieres, parvulos,
& pauperes terræ. Johanan autem reductos 41. 16.
de Gabaon viros, mulieres, pueros, & eu-
nuchos duxit in Ægyptum; itemque cum illis 43. 6.
omnes alios relictos ab Assyriis, & Jeremiam,
& Baruch. Ibi viri, & mulieres, utpotè ido- 44. 15.
lolatræ facti, reprehensi sunt à Jeremia; cui
responderunt obstinatè, se velle in idolola- 20.
tria permanere; quocirca varia, & ex- 20.
trema prophetavit eis mala. Ubi præ- 24.
dicitur vastatio Moab, est: *Erit cor for-* 48. 41.
tium Moab in die illa, sicut cor mulieris parturien-
tis; quod etiam dicitur de fortibus Idumææ, dum 49. 22.

contra ipsam prophetatur. Ita dicuntur Chal-
Jer. 50. 37. dæi futuri, *quasi mulieres* (hoc est: Inermes, &
sine vi, & timentes). Et Babyloni prænuntiat
- 51. 22. Dominus per Jeremiam: *Collidam in te vi-*
rum & mulierem &c. & de Babylonis dici-
- 30. tur: *Facti sunt quasi mulieres.* In Thre-
Thren. 2. 20. nis est ad Dominum: *Vide Domine, & con-*
(ca) Mulieres comesturæ fructum suum, ubi expl. text. *sidera, quem vindemiaveris ita*: (ca) *Ergò ne*
comedent mulieres fructum suum (quod factum
est, quando in obsidione Jerusalem matres fi-
lios comederunt,) *parvulos ad mensuram pal-*
mæ, si occiditur in Sanctuario Domini Sacer-
- 4. 10. *dos, & Propheta? Manus* (cb) *mulierum mi-*
(cb) Mulieres, filios sibi coquentes in cibum. *sericordium coxerunt filios suos: facti sunt*
cibus earum, in contritione filiæ populi
mei. Et de Gentibus, in Judæos, & Jeru-
- 5. 11. salem irruentibus, flens Jeremias dicit: (cc)
(cc) Mulieres à Gentibus humiliatæ in Sion. *Mulieres in Sion humiliavêrunt, & virgines in*
civitatibus Juda.

Apud Baruch contra idololatras, & ido-
Bar. 6. 27. la dicitur: *Mulieres* (cd) *eorum decerpentes, ne-*
(cd) Mulieres Sacerdotum idololatrarum circa idola. *que infirmo, neque mendicanti aliquid imperti-*
unt. (Decerpunt autem de Sacrificiis; & mu-
lieres uxores Sacerdotum sunt.) additurque: *De*
- - 28. *Sacrificiis eorum fœta, & menstruatæ contingunt.*
- - 29. Et subsequenter subditur: *Unde enim vocan-*
tur Dii? Quia mulieres apponunt Diis argen-
teis, & aureis, & ligneis &c. (munera videli-
- - 42. cet.) Insuper & habetur: (ee) *Mulieres, cir-*
(ee) Mulieres prostitutæ idola colentes, ubi expl. text. *cumdatæ funibus, in viis sedent* (prostituentes nem-
pe pudicitiam suam zonâ circumdatæ venereâ,
quâ signum prostitutæ pudicitiæ præbebant)
succendentes ossa olivarum; erat autem hoc ge-
nus philtri, seu veneficii, quo auditis impre-
cationibus urgebant transeuntium corda exu-
ri concupiscentiæ igne, sicuti ossa illa crema-
bantur.

Ezech. 9. 6. In Ezechiele habetur Prophetia destru-
ctionis Jerusalem, cùm jussi sunt sex viri inter-
ficere omnes viros, & mulieres &c. non si-
gnatos signô Thau. Contra Jerusalem, ei
- 16. 30. exprobrando, dicit Dominus: *In* (cf) *quo munda-*
(cf) Jerusalem, ut mulier meretrix, describitur. *bo cor tuum —, cùm facias omnia hæc opera mu-*
lieris & procacis meretricis? (Non) *facta es quasi*
- - 31. *meretrix fastidio augens pretium, sed quasi mulier*
- - 32. *adultera, quæ super virum suum inducit alie-*
- - 34. *nos.* *Factumq; est in te* (quæ scilicet mer-
cedem nullam fornicando recepisti, sed forni-
catoribus dedisti) *contra consuetudinem mulie-*
rum in fornicationibus tuis, & post te non erit
fornicatio &c. Bona promittuntur viro
- 18. 6. justo, qui *ad mulierem menstruatam non*
accesserit. Samaria, & Jerusalem figuran-
- 23. 2. tur per (cg) duas mulieres Oollam, & Ooli-
- - 20. bam, factas deinde famosas libidine, cùm ad eas
- - 44. ingressæ sunt Gentes, tanquam ad mulieres
nefarias; at eas auferendas, hoc est: Diruendas
prædicit Dominus cum scelere suo, additque
- - 48. *& discent omnes mulieres, ne faciant secundum*
(cg) Ita & Samaria, & Jerusalem. *scelus earum.* Osee jussus est diligere *mulierem,*
dilectam amico, & adulteram; in qua figura-
Osee. 3. 1. tus est Israel idololatra. In Michæa expro-
Mich. 2. 9. bratur Judæis: (ch) *Mulieres populi mei* (vi-
(ch) Judæi ejicientes mulieres viduas &c. duas scilicet, & orphanas) *ejecistis de domo*
deliciarum suarum. Apud Nahum de Ni-
Nahum. 3. 13. nivitis dicitur: *Ecce populus tuus mulieres* (hoc
est: Effœminatus, & sicut mulieres) *in medio*
Zach. 5. 7. &c. *tui.* Vidit Zacharias in visione (ci) mulierem
(ci) Visio Zachariæ, in qua mulier elevata à duabus mulieribus. sedentem in medio amphoræ, quæ erat impie-
tas, quæ projecta est ab Angelo, & massam

plumbi misit in os ejus. Egressæ autem duæ Zach. 5. 9.
mulieres, in quorum alis erat Spiritus; alæ au-
tem erant, quasi alæ milvi, levavarunt ampho-
ram inter cælum & terram. Itemque apud
eundem habetur prænuntiatio, quòd (ck) fa- - 12. 12. &c.
miliæ, & mulieres David, Nathan, Levi, Se- (ck) Mulieres aspectura ad eum, qui confixus est, ubi expl. text.
mei singulæ seorsum, restitutâ in pristinum Je-
rosolymâ, flentes aspicient ad eum, quem
confixerunt, & super eum dolebunt (nempe
Christum Dominum.) Pro captivitate autem
Jerusalem, & ejus direptione, & vastatio-
ne, inter cætera, prædicit: *Vastabuntur do-* - 14. 2.
mus, (cl) *& mulieres violabuntur &c.* Ubi (cl) Violatio mulierum futura in Jerusalem.
in libris Machabæorum describitur feritas
Antiochi Epiphanis in Judæos, & universalis
dolor, ponitur, quòd *speciositas mulierum im-* 1. Mac. 1. 27.
mutata est, quòd Gentes *captivas duxerunt mu-*
lieres; & quòd (cm) *mulieres, quæ circumci-* - - 34.
debant filios suos, trucidabantur. secundùm jussum - - 63.
Regis Antiochi. Fugientibus autem Judæis per- (cm) Mulieres circumcidentes filios trucidantur.
secutionem, ad deserta plures convolarunt, &
(cn) *sederunt ibi ipsi, & filii eorum, & mulieres* - 2. 30.
eorum, & pecora eorum, quoniam inundaverunt (cn) Judæi ad deserta cum mulieribus suis confugientes.
super eos mala. Cùm Heliodorus tentari
vellet thesaurorum Sacrorum direptionem *accin-*
ctæ mulieres Ciliciis pectus per plateas confluebant 2. Mac. 3. 19.
&c. Sub Antiocho impio Jerosolymæ invaso-
re, notatur, quòd *fiebant* — (co) *& mulierum,* - 5. 13.
& natorum exterminia; missusque est Apollo- (co) Mulierum exterminia.
nius ejus Dux, cum exercitu, jussus *omnes per-* - - 24.
fectæ ætatis interficere, (cp) *mulieres, ac virgines* (cp) Mulieres venditioni destinatæ.
vendere. Hinc ponitur quòd sub tali regno, An-
tiochi Epiphanis videlicet, omnibus susque de-
que positis, & incompositis, *sacratis ædibus mu-* - 6. 4.
lieres ultrò se ingerebant, intrò ferentes ea, quæ
non licebat; & cùm duæ (cq) mulieres delatæ - - 10.
essent infantes suos circumcidisse, publicè per (cq) Mulieres, quæ filios suos circumcidêrant, è muris præcipitatæ.
civitatem circumductæ, infantibus ad ubera
suspensis, per muros præcipitatæ sunt. Judâ
Machabæo, appropinquante, cum exercitu suo,
ad Gentes, Timotheus earum Dux *præmisit* (cr) - 12. 21.
mulieres & filios, & reliquum apparatum in præ- (cr) Mulieres Gentium in Carnion servatæ.
sidium, quod Carnion dicitur.

Dicebat Christus: Audistis, quemadmodum Matth. 5. 27.
dictum est antiquis: *Non mœchaberis: Ego autem*
dico vobis: Quia omnes, (cs) *qui viderit mulierem* - - 28.
ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in (cs) Mulierem concupiscens, jam mœchus in corde est.
corde suo. Christus aliquando quinque panibus,
& duobus piscibus, cùm tamen adhuc superâssent
duodecim cophini fragmentorum, satiavit, *quin-* - 14. 21.
que millia virorum, (ct) *exceptis mulieribus, &* (ct) Mulieres excipiuntur à numero 5. millium saturatorum miraculosè à Christo.
parvulis. Et aliquando septem panibus, & pisci-
bus, cùm adhuc superâssent septem sportæ ple-
næ, satiatos reddidit *quatuor millia virorum,* (cu)
extra parvulos, & mulieres. De Muliere mortua - 15. 38.
post septem fratres, quos habuit successivè vi- (cu) Ita à numero aliorum 4. mil.
ros interrogabant Judæi, quid futurum esset, - 22. 27. Marc. 12. 22. Luc. 20. 32.
cùm resurgeret (V. *Uxor*; *Resurrectio*) Mulier,
habens alabastrum unguenti, quo perfudit Je- Matth. 26. 7.
sum, fuit Maria Magdalena, quæ, cum aliis Marc. 14. 3. Luc. 7. 37.
multis mulieribus, ministrabat eidem Jesu, & Matth. 27. 55.
erat cum iisdem in Calvariæ monte; & cùm Marc. 15. 40. Luc. 8. 2.
quærerent Jesum post ejus resurrectionem, ne - 49. 16.
timerent, ab Angelo confortatæ sunt. An- Matth. 28. 5.
gelus, Mariam de incarnatione divini verbi
in ejus utero annuntians, vocavit eam be-
nedictam *in mulieribus* & Elisabeth eam Luc. 1. 28.
appellavit benedictam *inter mulieres.* Dum - - 42.
Christus concionem haberet, & confutaret
sibi objicientes, excollens vocem quædam
mulier de turba dixit illi: *Beatus venter,* - 11. 27.

qui

qui te portavit, & ubera, qua suxisti. Hæc,
juxta multorum sententias, vocabatur Marcilla.
Mulier, habens Spiritum infirmitatis annis de-
Luc. 13. 11. &c. cem, & octo, & inclinata, vocata à Jesu,
- 22. 56. sanata est ab ipso. (cx) Mulier ancilla Petro
- - 57. (cx) Mulier, instans Petro an esset ex sociis Jesu. instabat ad ignem, an esset ex sociis Jesu, Tur-
ba (cy) mulierum plangentes, & lamentantes
sequebantur Jesum ad Calvariæ locum, qui-
- 23. 27. (cy) Mulieres flentes, Jesum sequentes. bus Jesus dixit, ne flerent super ipsum, sed
super filios suos, & super se. Cum Maria
mater Jesu, ei diceret, quòd in nuptiis Cana
Galilææ non esset vinum, respondit Jesus ipsi:
Joan. 2. 4. *Quid mihi, & tibi est mulier? nondum venit*
hora mea. Mulierem, deprehensam in adul-
- 8. 3. &c. terio, coram Jesu (cz) statuerunt scribæ, &
(cz) Mulier in adulterio deprehensa coram Jesu statuta, & quomodo ab eo liberata, creditur Susanna vocata. Pharisæi, petentes, an lapidanda esset, juxta
legem Moysi; ita eum tentantes, quo possent
in aliquo accusare; at ipse, scribens in terrâ,
ab accusatoribus illam absolvit; scripsit nam-
que: *Qui sine peccato est vestrûm, primus in il-*
lam lapidem mittat; & ita, eo scribere perse-
verante, unus post alium abierunt; unde eri-
gens se Jesus dixit mulieri, in medio stanti:
Vade, & amplius noli peccare. Hanc Susan-
nam vocat Vida in Christeide l. 1. Discipulos
suos consolans item Jesus, qui mœsti erant
- 16. 21. propter ejus discessum, eis dicebat: (da) *Mu-*
(da) Exemplo mulieris parturientis cum dolore, inde post partum lætantis solatus Jesus discipulos. *lier cùm parit, tristitiam habet, quia venit ho-*
ra ejus: Cum autem pepererit puerum, jam non
meminit pressuræ propter gaudium, quia natus
est homo in mundum. Et vos igitur nunc qui-
- - 22. *dem tristitiam habetis; iterùm autem videbo*
vos, & gaudebit cor vestrum; & gaudium ve-
strum nemo tollet à vobis. Idem Jesus, in
crûce pendens, videns matrem suam, & Joan-
- 19. 26. nem Apostolum, dixit matri suæ: (db) *Mu-*
- - 27. (db) Mater Christi mulier vocata, & data Joanni à Christo. *lier, ecce filius tuus.* Deinde dixit discipulo:
Ecce mater tua; & ex illa hora accepit eam
discipulus in sua. Dum Maria Magdalena
- 20. 13. fleret ad sepulchrum, cum jam surrexisset Do-
- - 15. minus, interrogata est tùm ab Angelis,
Act. 1. 14. tùm à Jesu sub specie hortulani: *Mulier quid*
(dc) Mulieres in cœnaculo, cum venit Spiritus sanctus. *ploras? quem quæris?* Mulieres etiam erant
(dc) congregatæ cum discipulis, quando de-
scendit Spiritus sanctus in cænaculum; & cum
iis in oratione perseverabant. Et ex prædica-
- 5. 14. tione Apostolorum *magis augebatur credentium*
in Domino multitudo virorum, ac mulierum.
- 8. 3. & alibi. De Saulo scribitur, quòd *devastabat Ecclesiam,*
per domos intrans, & trahens viros, ac mulie-
res tradebat in custodiam. Samariæ autem cùm
- - 12. (dd) Mulieres Samariæ baptizatæ in nomine Christi. *credidissent Philippo evangelizanti de regno Dei,*
(dd) *in nomine Jesu Christi baptizabantur vi-*
ri, ac mulieres. Cùm verò contentus non
esset Saulus Ecclesiam Dei Jerosolymis perse-
- 9. 2. (de) Saulus mulieres Christianas vinctas etiam adducturus in Jerusalem. qui, petiit à Principe Sacerdotum *epistolas in*
Damascum ad Synagogas, ut si quos invenisset,
hujus viæ viros (Christum sequentes), (de)
ac mulieres, vinctos perduceret in Jerusalem.
Cum Antiochiæ Pisidiæ disseminaretur verbum
- 13. 50. (df) Mulieres religiosæ concitatæ contra Paulum, & Barnabam. Dei à Paulo, & Barnabâ, *Judæi concitaverunt*
(df) *mulieres religiosas, & honestas, & pri-*
mos civitatis, & excitaverunt persecutionem in
Paulum, & Barnabam, & ejecerunt eos de fi-
- 16. 13. (dg) Paulus alloquens mulieres de regno Dei. *nibus suis.* Philippis alloquens (dg) Paulus
de regno Dei mulieres, extra portam, juxta
flumen, hospitium recepit oblatum sibi à Ly-
diâ. Thessalonicæ item, ad ejus prædicatio-
- 17. 4. - 12. (dh) Mulieres Christianæ ex Gentibus. nem, (dh) *mulieres nobiles non pauca* ex Gen-
tibus secutæ sunt Christum.

Ubi Paulus, ad Romanos scribens, nos
solutos esse à lege Moysi notat per Christum,
affert paritatem uxoris, dicens: (di) *Quæ* Rom. 7. 2.
sub viro est mulier, vivente viro, alligata est (di) Lex mulieri uxori assumitur à Paulo.
legi; si autem mortuus fuerit vir ejus, soluta
est à lege viri. Igitur vivente viro, vocabitur - - 3.
adultera, si fuerit cum alio viro; si autem mor-
tuus fuerit vir ejus, liberata est à lege; ut non
sit adultera, si fuerit cum alio viro. Et Corin-
thios circa matrimonium instruens habet: *Bo-* 1. Cor. 7. 1.
num est homini mulierem non tangere. Propter - - 2. - - 3.
(dk) *fornicationem autem unusquisque suam* - - 4.
uxorem habeat. Uxori vir debitum reddat: - 13. (dk) Instructio pro uxoratis tum viris, tum mulieribus.
similiter autem & uxor viro. Mulier sui cor-
poris potestatem non habet, sed vir. Similiter
autem & vir sui corporis potestatem non habet, - - 14.
sed mulier &c. Si qua mulier fidelis habet vi- - - 15.
rum infidelem, & hic consentit habitare cum - - 16.
eâ, non dimittat virum: Sanctificatus est enim
vir infidelis per mulierem fidelem, & sanctifica-
ta est mulier infidelis per virum fidelem &c. Et
addens, quòd *in pace vocavit nos Deus*, sub-
dit: *Unde enim scis mulier, si virum salvum*
facies? Aut unde scis vir, si mulierem salvam
facies? (nisi scilicet ex mutuâ concordiâ, &
pace?) *Mulier innupta, & virgo cogitat, quæ* - - 34.
Domini sunt, ut sit sancta corpore, & Spiritu.
(dl) *Mulier alligata est legi quanto tempore* - - 39. (dl) Item pro muliere viduâ.
vir ejus vivit. Quòd si dormierit vir ejus, li-
berata est: Cui vult, nubat, tantùm in Domino. - 40.
Beatior autem erit, si sic permanserit, secun-
dùm meum consilium; puto autem, quòd & ego
Spiritum Dei habeam. Item ipsis Corinthiis
demonstrans, quantâ cautelâ processerit, vi-
ctum non accipiens ab eis, omnem offendi-
culi occasionem tollens, eos interrogat. (dm) - 9. 5. (dm) Apostoli
Numquid non habemus potestatem mulierem so- mulierem sororem circumducentes, ubi et c.
rorem circumducendi, sicut & cæteri Apostoli,
& fratres Domini, & Cephas? Pro muliere
sorore intellige matronam aliquam Christia-
nam, necessaria subministrantem Apostolis ex
facultatibus suis. Et de orationibus, facien-
dis tùm à viro, tùm à muliere, habet: *Volo* - 11. 3.
autem vos scire, quod omnis viri caput Christus
est: Caput (dn) *autem mulieris, vir: Caput*
verò Christi, Deus. Omnis vir orans, aut (dn) Instructio de modo orandi in Templo pro mulieribus.
prophetans velato capite, deturpat caput suum.
Omnis autem mulier, non velato capite, detur- - - 4.
pat caput suum; unum est enim, ac si decalve- - - 5.
tur. Nam si non velatur mulier, tondeatur. - - 6.
Si verò turpe est mulieri tonderi, aut decalvari,
velet caput suum. Vir quidem non debet ve- - - 7.
lare caput suum; quoniam imago, & gloria Dei
est, mulier autem gloria viri est. Non enim vir - 8.
ex muliere est, sed mulier ex viro. Etenim - 9.
non est creatus vir propter mulierem, sed mulier
propter virum. Ideo debet mulier potestatem - 10.
habere supra caput propter Angelos, (hoc est,
debet habere supra caput velamen in signum
suæ subjectionis propter Angelos testes ubique
earum pudoris, aut impudentiæ.) *Verumta-* - 11.
men neque vir sine muliere, neque mulier sine
viro, in Domino. Nam sicut mulier de viro, - 12.
ita & vir per mulierem; omnia autem ex Deo.
Vos ipsi judicate; decet mulierem non velatam - 13.
orare Deum? Nec ipsa natura docet vos, quòd - 14.
vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi:
Mulier verò si comam nutriat, gloria est illi; - 15.
quoniam capilli pro velamine ei dati sunt. (do) - 14. 34. (do) Silentium in Ecclesiâ indictum mulieribus.
Mulieres in Ecclesiis taceant, non enim permit-

titur eis loqui, *sed subditas esse, sicut & lex di-*
1. Cor. 14. 35. *cit. Si quid autem volunt discere, domi viros*
suos interrogent. Turpe est enim mulieri loqui
Galat. 4. 4. (dp) Filius Dei factus ex muliere. *in Ecclesia.* Ad Galatas ait: *Ubi venit pleni-*
tudo temporis, misit Deus filium suum, (dp)
5. *factum ex muliere, factum sub lege, ut eos,*
qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem
filiorum reciperemus. Et ad Ephesios habet:
Ephes. 5. 22. (dq) *Mulieres viris suis subditæ sint, sicut*
23. (dq) Mulier viro subdatur. *Domino: Quoniam vir caput est mulieris; si-*
cut Christus caput est Ecclesiæ. Ipse, Salvator
24. *corporis ejus. Sed sicut Ecclesia subjecta est*
Coloss. 3. 18. *Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus.*
Et ad Colossenses ponit: *Mulieres subditæ*
estote viris, sicut oportet, in Domino. Et ad
1. Tim. 2. 8. (dr) Documenta pro mulieribus. Timotheum scribit: (dr) *Volo viros orare in*
omni loco, levantes puras manus sine ira, &
9. *disceptatione. Similiter, & mulieres in habi-*
tu ornato cum verecundia, & sobrietate or-
nantes se, & non in tortis crinibus, aut auro,
10. *aut margaritis, vel veste pretiosa: Sed quod*
decet mulieres, promittentes pietatem per opera
11. *bona. Mulier in silentio discat cum omni sub-*
12. *jectione. Docere autem mulieri non permitto, ne-*
que dominari in virum, sed esse in silentio.
13. *Adam enim primus formatus est, deinde He-*
14. *va: Et Adam non est seductus, mulier autem*
15. *seducta in prævaricatione fuit. Salvabitur au-*
tem per filiorum generationem, si permanserit
in fide, & dilectione, & sanctificatione cum so-
5. 11. (ds) Mulieres quales esse debeant. *brietate.* (Oportet) (ds) *Mulieres similiter* (esse)
pudicas, non detrahentes, sobrias, fideles in
omnibus.

Petrus Apostolorum Princeps de mutuâ
inter conjuges conversatione, & mulierum
1. Petri 3. 1. ornetu disserens inquit: *Mulieres* (dt) *sub-*
2. (dt) Documenta de mulierum conversatione cum viris suis, & eorum ornatu. *ditæ sint viris suis: Ut & si qui non credunt*
verbo, per mulierum conversationem sine verbo
lucrifiant, considerantes in timore castam con-
versationem vestram. Quarum non sit extrin-
3. *secus capillatura, aut circumdatio auri, aut*
4. *indumenti vestimentorum cultus: Sed qui ab-*
sconditus est cordis homo, in incorruptibilitate
quieti, & modesti Spiritus, qui est in conspectu
5. *Dei locuples. Sic enim aliquando & sanctæ mu-*
lieres sperantes in Deo, ornabant se subjectæ pro-
priis viris, sicut Sara &c.

In libro Apocalypseos describitur signum
Apoc. 12. 1. &c. (dy) Partus mulieris in Apoc. & insidiæ draconis contra eam &c. megnum, quòd apparuit in cælo, (dy) mu-
lier nempe amicta sole, lunam habens sub pe-
dibus, stellis coronata, quæ clamabat, cru-
ciata ut pareret; cui paritoræ obstitit contra-
positus draco magnus septiceps habens cor-
nua decem; in cujus capitibus singulis septem
erant diademata, volebat autem filium, quem
erat mulier paritura devorare; peperit autem
5. mulier *filium masculum, qui recturus erat omnes*
Gentes in virgâ ferreâ, & raptus est filius ad
6. Deum, & ad thronum ejus; & ipsa *fugit in*
solitudinem, ubi habebat locum paratum à Deo,
ut ibi pascant eam diebus mille ducentis sexagin-
ta. Mox draco projectus est, & victus à Mi-
13. chaele, quod cùm sensisset draco, *persecutus est*
14. *mulierem*, cui datæ sunt *alæ duæ aquilæ magnæ*,
ut volaret in desertum in locum suum, ubi
alitur per tempus, *& tempora, & dimidium*
temporis, à facie serpentis; serpens autem mi-
15. sit ore suo *post mulierem aquam, tanquam flu-*
men, ut eam faceret trahi à flumine; & adju-
16. *vit terra mulierem*, quæ apertô ore flumen

illud ebsorbuit; quare *iratus draco in mulierem* Apoc. 12, 17.
abiit facere prælium cum reliquis de semine
ejus, qui custodiunt mandata Dei, & habent
testimonium Jesu Christi; & stetit supra are- 14. 3.
nam maris. Vidit item Joannes in cælo (dz) (dz) Non inquinati cum mulieribus omnes Deo.
centum qoadraginta quatuor millia virorum,
qui soli poterant dicere canticum coram agno;
& hi erant, *qui cum mulieribus non sunt* 14. 4.
coinquinati: Virgines enim erant. Allatus quo-
que in Spiritu in desertum Joannes vidit (ea) 17. 3. (ea) Mulier fornicaria Babylon. visa in Apoc. descripta.
mulierem sedentem super bestiam coccineam ple
nam nominibus blasphemiæ, habentem capita
septem, & cornua decem; quæ erat *circumda-* 4.
ta purpura, & coccino, & inaurata auro, &
lapide pretioso, & margaritis, habens poculum
aureum in manu suâ, plenum abominatione, &
immunditiâ fornicationis ejus; & in fronte ejus
nomen scriptum: Mysterium: Babylon magna, 5.
mater fornicationum, & abominationum terræ.
Et vidit *mulierem ebriam de sanguine sancto-* 6.
rum, & de sanguine martyrum Jesu; miratus-
que est, cùm vidisset illam admiratione ma-
gnâ. Et dixit ei Angelus: *Quare miraris?* 7.
Ego dicam tibi sacramentum mulieris, & be-
stiæ, quæ portat eam, quæ habet capita septem,
& cornua decem; & cùm explicuisset, quid
per bestiam significaretur, cujus septem capi-
ta septem montes, & septem Reges significa-
bant, super quos sedebat mulier, conclusit:
Mulier, quam vidisti, est civitas magna, quæ 18.
habet regnum super Reges terræ.

Et hæc de hac dictione *mulier* dicta, &
releta sint; quæ, ut vidimus, sæpe accipitur
pro *uxore*. Cæterum pro textibus, qui de-
sunt, videantur *nomina mulierum* per univer-
sum Elucidarium distributa; itemque *nomina*
quædam, *tum viris, tum mulieribus commu-*
nia; nec non in nominibus virorum, & mu-
lierum sæpè apparebunt, cujus mulieris filii sunt.
Præterea videantur voces sequentes videlicet:
(eb) *Aser, Abimelech, Agag, Abner, Abe-* (eb) Plura de hac voce remissivè.
la, Adultera, Aroma, Benjamin, Bos, Col-
lyrida, Concubina, Catus, Clamosus, Chana-
næus, Capillus, Daniel, David, Drachma,
Decoras, Elcana, Esdras, Egens, Elias, Eli-
sæus, Filius, Fluxus, Giezi, Hydria, Jura-
mentum, Idololatra, Deuteronomium, Jona-
thas, Hiram, Fermentum, Joannes Baptista,
Locusta, Lex, Lepra, Jephte, Monumentum,
Manue, Multitudo, Meretrix, Mater, Nobe,
Pallium, Peccatum, Pytho, Pythonicus, Oleum,
Pulchritudo, Profluvium, Parabola, Populus,
Samson, Stultus, Syrophœnissa, Sanguis, Sa-
maritanus, Sterilis, Sisara, Sichem, Sapiens,
Siceleg, Sunam, Sarepta, Thecuitis, Timo-
theus, Torta, Vestigium, Vitulus, Unguentum,
Vidua, Uxor, Votum, Zelotypia. V. etiam *no-*
tas mysticas.

At pro laudibus mulieris V. in hoc nostro
Elucidario præcipuè *Proverbium*, ad cap. 31.

Myst.

Antequam sensus mysticos notemus, mo-
nendum censeo lectorem, quòd multa hic ap-
parebunt mysticè designata, quæ in notis hi-
storicis non leguntur; & lectoris ejusdem dili-
gentis erit ea quærere quoad sensum litteralem,
& historicum in suis particularibus dictioni-
bus. Præterea optimum quoque erit relegere
in littera F dictionem *femina*; uno enim eodem-
que nomine *mulier* veniunt, & *femina* in hunc
locum.

Alio

Bed. f. Prov. 21. *Actio perturbati sæculi*, per quam incessanter tentationes, scandale, & jurgia, & lites, & bella, & inimicitiæ moventur, in muliere litigiosâ repræsentantur; ex Bedâ.

D. Bern. ser. 2. 3. de assumpt. *Caro Christi, & ejus humanitas*, quærens hominem perditum, mulieri assimilari potest, quæ deperditam drachmam attentè quærebat, ut dicit parabola Evangelica; ex D. Bernerdo.

D. Hier. f. Isai. 32. *Civitates, & Synagoga* demoliendæ in Judæâ, post Christi adventum figurantur in mulieribus opulentis, quas memoret Isai. 32. ex D. Hieronymo.

D. Greg. Nyss. de vit. Moys. *Concupiscentia, seu voluptas*, quâ sæpè tentetur ratio, significatur sæpiùs per mulierem; ex D. Gregorio Nysseno.

D. Bern. ser. de 4. modis orandi. *Consuetudinarii peccatores*, utpotè, qui non possunt curari, nisi per virtutem, ab ipsomet Christo exeuntem, exprimuntur in muliere petiente fluxum senguinis, de quâ Luc. 8. quam sanavit idem Christus Jesus; qui à se virtutem exivisse sensit, cùm tactus est, etiamsi eam non vidisset, à muliere in turbâ, & multitudine populi; ex D. Bernardo.

D. Aug. f. Apoc. h. 18. *Corruptela*, quæ in populo prevorum hominum regnat, ostenditur per mulierem, quæ super bestiem sedet; ut scribit D. Augustinus.

Orig. f. Lev. h. 7. *Doctrina Gentium*, secris Ecclesiæ Doctoribus subjecta, compareri potest mulieri in bello captæ; ex Origene.

D. Gr. 32. m. 1. *Doctrina hæretica*, quæ pulchra per verbum est, & fatue per intellectum, in muliere fatuâ, & pulchrâ symbolizatur; ex D. Gregorio Magno.

D. Hier. f. Isai. 4. *Dona Spiritûs sancti* in Christo, in quo magnam habent virtutam, septem mulieribus, unum virum apprehendentibus, assimilantur; ex D. Hieronymo.

D. Gr. f. 1. Reg. 2. *Ecclesia, Christo conjuncta*, tanquam viro suo; mulier etiam dicitur; ex D. Gregorio Magno.

Rup. f. Apoc. 2. *Ecclesia ex Gentibus*, quærentes salvari per Christum, & non temporalia petentes, quæ septem in Apocalypsi numerentur, perhibentur in septem mulieribus, unum virum apprehendentibus; ex Ruperto.

Isyc. f. Lev. 15. *Effeminatus*, quicumque, idololatriam, & inanem Philosophiam sequens, notatur per mulierem, patientem fluxum sanguinis; ut notat Isychius.

Rup. 7. de glorific. Trinit. 5. *Fides* delineatur per mulierem fortem, venientem de ultimis finibus, hoc est, ab antiquis Petribus; ex Ruperto.

D. Hier. epist. multorum in utramque. *Fides* item, & *tentatio* adumbrantur in duabus mulieribus 3. Reg. 3. quæ coram Salomone litigium habuerunt; V. in dictione *meretrix*; ex D. Hieronymo.

Idem. f. Isai. 54. *Gentilitas*, quam Deus fecit non derelictam, edvocans eam, in muliere, quæ erat derelicte, Isai. 54. ostenditur; ex eodem D. Hieronymo.

Gentium Doctrina V. Doctrina Gentium.

D. Gr. f. 1. Reg. 1. *Hæreses*, innitentes litteræ legis, mulieribus, observantibus ad ostium Tabernaculi, comparantur; ex D. Gregorio Magno.

Bed. f. Prov. 19. *Hæretici, & Scribæ Judæorum* denotantur per mulieres, quæ comperantur tectis perstillantibus, litigiosas; ex Beda.

Hæretica doctrina. V. Doctrina hæretica.

Hæreticorum perversitas. V. Perversitas hæreticorum.

Humanitas Christi. V. Caro Christi.

Impietas occlusa, & abscondita mulier est missa in amphoram; ex D. Hieronymo. D. Hier. f. Zach. 5.

Infirmi in exercendis virtutibus perhibentur per mulieres imbecilles; ex Origene. Orig. f. Exod. h. 13.

Israël, & Juda. V. Populus.

Judæus suscipiens litterem legis designatur in muliere suscipiente semen coitûs; ex Isychio. Isyc. f. Lev. 15.

Lingua. V. Mens.

Manus. V. Mens.

Mens, lingua, manus exemplificantur in mulieribus venientibus ad ungendum corpus Jesu in sepulchro; ex D. Bernardo. D. Bern. ser. 2. de resur.

Mens, producens opus, notatur in muliere perturiente; ex Philone. Phil. de Cherub.

Peccatores consuetudinarii. V. Consuetudinarii peccatores.

Perversitas hæreticorum in muliere aliena, & extrenea significatur; ex Beda. Bed. f. Prov. c. 7.

Pharisæi, Sacerdotes, & Scribæ Judæorum, qui in eosdem dominabantur, mulieres dicti sunt, questui, & libidini attendentes; ex D. Hieronymo. D. Hier. f. Isai. 3. & f. Osee. 4.

Populus Israel, & Juda symbolizetur in duabus mulieribus, levantibus amphoram impietetis; ex eodem D. Hieronymo. Idem. f. Zach. 5.

Religiosi imperfecti, flentes sæculum, à se dimissum, apparent in mulieribus, flentibus Adonidem, de quibus sermo est apud Osee. 8. ex eodem. Idem. f. Ezec. 8.

Sacra Scriptura mulier timens Deum ipsa dici potest; ex Ruperto. Rup. 7. de glorific. Trinit. 5.

Sapientia divina, quæ ad redimendum hominem perditum accendit mentem, figuratur in muliere accendente lucernam, ad quærendem drechmem; ex D. Augustino. D. Aug. l. qu. in evang. 22.

Secta Philosophorum in mulieribus Madianitibus demonstrantur; ex Origene. Orig. f. Num. h. 20.

Spiritus sancti dona. V. Dona Spiritus sancti.

Sacerdotes Judæorum. V. Pharisæi.

Scribæ. V. Pharisæi. Hæretici.

Synagoga demonstratur in muliere, quæ abscondit fermentum, juxta D. Hilarium; & in muliere, quæ septem viros habuit, juxta D. Ambrosium. D. Hilar. f. Matth. c. 13. D. Ambr. f. Luc. 20.

Synagoga, plangentes Jerusalem destructam, figurantur in mulieribus docentibus Jerusalem; juxta D. Hieronymum. (V. *Civitates.*) D. Hier. f. Isai. 32.

Tentatio. V. Fides.

Virgo Maria in muliere amicta sole exemplificatur à D. Epiphanio, qui etiam eam dicit mulierem, quæ gestet lucem in ulnis, mulierem sanctam. In muliere cooperta sole justitiæ, lunam sub pedibus habente, eò quòd crescentis, & decrescentis cernis mortalitatem proprie virtute calcavit, à D. Augustino, qui eem etiam appellat mulierem beatissimam. In muliere forti; in muliere, quæ fecit confusionem in domo Nabuchodonosor, id est, Judithe; in muliere, inter cujus semen, & serpentem inimicitiæ positæ sunt, cum ea caput serpentis contriverit, ab idiota. In muliere forti, carnem, mundum, & diabolum vincente, adversa patienter sustinente, in prosperis non se extollente; in muliere fideli, per cujus fidem, salvatus est vir infidelis; in muliere, cui datæ sunt alæ duæ, virginitas scilicet,

D. Epiph. ser. de laud. B. Virg. & l. 3. adv. hæreses. hær. 78. 79. D. Aug. in Psal. 142. & in ser. de ass. c. 10. Idiot. de B. V. part. 14. contempl. 7. Rich. de S. Laur. de laud. B. V. l. 6.

cet, & paupertas, ut fugiat à facie serpentis, qui primam mulierem maledictiooi subjecit; in muliere, à Salomone quæsitâ, cujus pretium procul, & de ultimis finibus est; in muliere Hebræâ, advocatâ ad nutriendum verum Moysen legislatorem, nempè Jesum; in muliere emolliente virum, nempè Dominum, ut peccata hominum patienter toleret; in muliere, cujus absentiâ ingemiscit æger; in muliere sapiente, ædificante domum suam &c. à Richardo de S. Laurentio; quæ omnia variis in locis iterumque, iterumque scribunt D. Bonaventura, D. Th. Aquinas, Albertus Magnus, & alii SS. PP. & DD.

D. Bon. ser. 2. de B. V. D. Th. Aq. in Apoc. 12. Alb. M. in postill. f. Luc. super missus est &c.

Virtutes præcipuè *Politica*, quæ pariunt bonas cogitationes, sæpè ait D. Gregorius Magnus, quod mulieribus assimilantur.

D. Gr. f. 1. Reg. 15.

Vitia carnis in mulieribus, quas reservari vult Pharao, repræsentantur; ex Origen,

Orig. f. Exod. h. 2.

Voluptas. V. Concupiscentia.

Muliercula.

Hist. *Diminutivum à muliere*, (a) interdùm quoad staturam, interdùm quoad qualitatem, conditionem, famam, æstimationem &c. est. Scribens Timotheo, Apostolus prædicit futuros homines, (b) *qui penetrant domos, & captivas ducunt mulierculas, oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis.*

(a) Quid est. 2. Tim. 3, 6. (b) Mulierculæ captivæ circumductæ in malum.

Mulsum.

Hist. Propriè (a) *potio* est *ex vino vetustissimo, & melle dulcissimo*; confertque ægrotis. Nehemias contristatum populum, post recitationem, & explicationem legis, consolaturus, (b) remisit ad lætitiam, & solemnitatem, ut scilicet iret, comederet pinguia, & mulsum biberet. Sunt qui velint pro mulso intelligi *vinum optimum*.

(a) Quid est. 2. Esd. 8, 10. (b) Nehemias remittens populum, ut mulsum lætus biberet.

Multicoloris, Multicolore.

Hist. Adjectivi hujus nominis, quod est (a) *multos colores habens*, non nisi casus in numero multitudinis reperimus in sacris litteris. Apud Ezechielem, ubi Jerusalem, ut ingrata, eò quòd abjectissima primum, postea exaltata sit, redarguitur, ei exprobratur: *Ornata es auro, & argento, & vestita es bysso, & polymito*, (b) *& multicoloribus* (subaudi: Vestimentis). — *& sumpsisti* (c) *vestimenta tua multicoloria, & operuisti illas.* (Nempè imagines masculinas, quibuscum idololatriam fecisti.)

(a) Quid est. Ezech. 16, 13. (b) Jerusalem multicoloribus induta. 18. (c) Eadem multicoloribus vestibus induens idola.

Multifariam.

Hist. Idem est, (a) ac *variè*, ac *multis modis, & formis.* De negociatoribus Tyri, (b) multifariam merces plures portantibus, mentio est apud Ezechielem.

(a) Quid est. Ezech. 27, 24. (b) Negociatorum Tyri multifariam portantes merces.

Et Paulus ad Hebræos habet incipiens suam epistolam: (c) *Multifariam, multisque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis: Novissimè diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit heredem universorum, per quem fecit & sæcula &c.*

Hebr. 1, 1. (c) Deus multifariam loquens in Prophetis.

Multiformis, e.

Hist. Idem est, (a) ac *varius*, & quasi *multiplicis formæ*, (b) Sapientia Dei dicitur multiformis à D. Paulo; sicut & gratia Dei à D. Petro.

(a) Quid est. Ephes. 3, 10. 1. Petr. 4, 10. (b) Sapientia, & gratia Dei multiformis.

Multigena.

Hist. Idem est, (a) ac *multi generis*. Et in libro Sapientiæ scribitur: (b) *Multigena impiorum multitudo non erit utilis &c.*

(a) Quid est. Sap. 4, 3. (b) Impii multigenæ non utiles.

Multiloquium.

Hist. *Longa*, (a) *& diuturna, & de multis locutio* Multiloquium dicitur. In Proverbiis est: (b) *In multiloquio non deerit peccatum; qui autem moderatur labia sua, prudentissimus est.* Christus, quomodò facienda sit oratio, docens, ajebat: *Orantes nolite multùm loqui, sicut ethnici*; (c) *putant enim, quòd in multiloquio suo exaudiantur.*

(a) Quid est. Prov. 10, 19. (b) Peccatum in multiloquio. Matth. 6, 7. (c) Ethnici in multiloquio exaudiri putant.

Multiplex, Multipliciter.

Hist. *Non unus*; (a) *non simplex*, sed *varius, multas habens plicationes*; *& sæpè repetitus*, est Multiplex; unde adverbium *multipliciter*, h. e. *Variè, repetitè &c.* provenit. Ubi describitur in Psalmis majestas Dei, descendentis in montem Sina, dicitur: (b) *Currus Dei decem millibus multiplex* (hoc est, erant decem millia, seu millia millium; quandoquidem numerus determinatus pro indeterminato ponitur), *millia lætantium* (h. e. non gementium sub pondere): *Dominus in eis in Sina in sancto*. Pro reliquis textibus (c) V. *Lex*, ad text. Job. 11, 6. Osee. 8, 12. *Instrumentum* Ezech. 27, 27. *Semen* Job. 5, 25. *Spiritus* Job. 8, 2. Sap. 7, 22. *Scientia* Dan. 12, 4. *Vestis* Josua 22, 8.

(a) Quid hæc vox. Psal. 67, 18. (b) Currus Dei decem millibus multiplex, ubi expl. text. (c) Alia remissivè.

Quoad adverbium *multipliciter*, legimus, quòd David ad Dominum dicebat: *Sitivit in te anima mea*, (d) *quàm multipliciter tibi caro mea*; ubi ly *multipliciter* significat propter varias, & multas necessitates. In libro Sapientiæ, dum memorantur à Deo facta pro Judæis contra Ægyptios, vertitur sermo ad Dominum his verbis: *Cùm ergo das nobis disciplinam,* (e) *inimicos nostros multipliciter flagellas, ut bonitatem tuam cogitemus judicantes &c.*

64, 2. (d) Caro David multipliciter sitiens in Deo, ubi expl. text. Sap. 12, 22. (e) Deus multipliciter flagellans inimicos nostros.

Apud Ecclesiasticum habemus: (f) *In supervacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus rebus ejus* (Dei) *non eris curiosus.*

Eccli. 3, 24. (f) Non multipliciter scrutandum in supervacuis.

Multiplicans, Multiplicatus.

Hist. Utraque vox participium est; (a) prima quidem præsentis temporis activi; secunda præteriti perfecti passivi à *multiplico*, quod est *multiplicem reddo, facio.*

(a) Quid hæc voces.

Quoad vocem *multiplicans*, habetur, quòd Dominus dixit Abrahæ: (b) *Multiplicans multiplicabo semen tuum &c.* hæc autem est phrasis quædam apud Orientales frequens, quâ verbo addentes participium ejus, & sic mul-

Gen. 16, 10. Hebr. 6, 14. (b) Semen Abrahæ Dominus se multiplicantem multiplicaturum ait; ubi expl. text.

multiplicantes actionem, illiúsmet actionis sive præsentis sive futuræ certitudinem asserere, & confirmare magis nituntur. Ubi denuntiatur Judæis à Moyse, quòd Dominus inobservantes puniet, habetur: *Sicut ante lætatus est Dominus super vos, bene vobis faciens*, (c) *vosq; multiplicans; sic lætabitur disperdens vos, atque subvertens, ut auferamini de terrâ, ad quam ingredieris possidendam.*

Deut. 28. 63.
(c) Dominus multiplicans Judæos.

Quoad vocem *multiplicatus*, ait Dominus in Ezechiele ad Jerusalem, à se exaltatam: (d) *Multiplicatam quasi germen agri dedi te &c.* Lysias, Dux Gentium, victus à Judâ Machabæo, novos *elegit milites*, (e) *ut multiplicati rursùs venirent in Judæam.*

Ezech. 16, 7.
(d) Jerusalem à Deo multiplicata.
1. Mac. 4. 35.
(e) Milites Gentium multiplicati contra Judæos.

Multiplicatio.

Hist. Idem est, (a) ac *augmentatio, feracitas, & multitudo, & frequentia.* In Proverbiis legimus: (b) *In multiplicatione justorum lætabitur vulgus &c. In multiplicatione impiorum, multiplicabuntur scelera; & justi ruinas eorum videbunt.* Apud Ecclesiasticum ponitur: (c) *Multiplicationem ingressus* (Sapientiæ) *quis intellexit.*

(a) Quid est.
Prov, 29. 2.
- - 16.
(b) Multiplicatio justorum, & impiorum, quid faciat.
Eccli. 1, 7.
(c) Multiplicatio ingressus Sapientiæ.

Multiplicatus. V. Multiplicans.

Multitudo.

Hist. *Frequentia*, (a) *& copia* est: Dixit Dominus Abrahæ: *Non numerabitur præ multitudine* (semen, seu progenies tua.) Et Jacob, quod dilataret semen ejus, (b) *sicut arenam maris, quæ præ multitudine numerari non potest.* De Jacob, & Esau dicitur, quod adeo divites erant, ut simul habitare non possent; hinc est, quòd *non sustinebat eos terra peregrinationis eorum præ multitudine gregum.* Benedicens Jacob Ephraim, & Manasse dicebat, & augurabatur eis: (c) *Crescant in multitudinem super terram.* In Cantico Moysi, & Israëlitarum, post demersum Pharaonem, habetur ad Dominum: *In multitudine gloriæ tuæ deposuisti adversarios tuos.* Sæpiùs pro populo Israël dicitur (d) *multitudo filiorum Israel*; & sic nomine multitudinis venit populus; cùm videlicet profectus est populus Israel per desertum; cùm Paschalis hædi datum est ei præceptum; cùm murmuranti multitudini pluit Man de cælo; cùm prohibitum est ei, ne transcenderet terminos ad montem Sinai, ne periret; cùm oblationes fecerunt Judæi ad construendum tabernaculum. Pro peccato multitudinis per ignorantiam commisso offerebatur hostia vitulus, qui comburebatur. Astante multitudine ad ostium Tabernaculi consecratus est Aaron; quo consecrato, & benedicente, *apparuit gloria Domini omni multitudini.* Pro expiatione Tabernaculi suscepit Sacerdos *ab universa multitudine filiorum Israel duos hircos pro peccato, & unum arietem in holocaustum.* blasphemans nomen Domini lapidibus opprimebatur ab omni multitudine. Multitudo populi, & Principes ejusdem multitudinis numerati sunt à Moyse, Coram omni multitudine filiorum Israel convocatâ consecrabantur Levitæ; convocabatur autem multitudo tubis duabus argenteis, quando moveri debebant castra in deserto; & ad primum tubarum clangorem, si semel clangebatur, Principes, & capita (e) multitudinis veniebant ad Moysen; cùm arca portata deponeretur à Levitis, ajebat Moyses ad Dominum: (f) *Revertere Domine ad multitudinem exercitus Israel.* Cùm diceretur à Domino Moysi, ut portaret populum in sinu suo, sicut nutrix infantulum, dicebat ipse: *Numquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam &c.* Subdebatque: (g) *Unde mihi carnes, ut dem tantæ multitudini? flent contra me dicentes; da nobis carnes, ut comedamus*; cùmque promitteret Dominus carnes usque ad nauseam; considerans Moyses copiam populi, repetebat: *Numquid ovium, & boum multitudo cædetur, ut possit sufficere ad cibum? vel omnes pisces maris in unum congregabuntur, ut eos satient?* at coturnicibus satiavit populum Dominus. (V. *Coturnix.*) Reversi terræ appromissæ exploratores, coram Moyse, & Aaron, & universâ multitudine ostenderunt fructus terræ illius; mota autem est seditio (h) in multitudine propter relata pericula ab exploratoribus, quam sedare conati sunt Josue, & Caleb, quos multitudo illa opprimere lapidibus volebat; jamque Dominus, ob hoc iratus, illam occidere decernebat, pessimam nuncupando; at placatus Moysi precibus, contentus fuit, non pro tunc occidere, sed visione terræ appromissæ privare, ita ut quicumque de Ægypto egressi erant, in deserto perirent, exceptis Josue, & Caleb. Core, Dathan, & Abiron turbas moventes (i) contra Moysen, & Aaron, eis dicebant: *Sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dominus: Cur elevamini super populum Domini?* q. d. satis est vobis numerari in populo Dei; at locutus est Moyses Core, & ad omnem multitudinem, quâ vidente, ad Dominum recurrit; unde vivi descenderunt in infernum seditionis hujus motores. (V. *Core.*) Et nisi obtulisset Aaron thymiama vastabatur omnis multitudo incendio. Cineres vaccæ rufæ effundebantur extra castra, ut essent multitudini filiorum Israel *in custodiam, & in aquam aspersionis.* Data est multitudini aqua ex silice (V. *Moyses*), cùm siti flagrans murmuraret; & cùm Aaron obiisset, flevit eum triginta diebus omnis multitudo, coram quâ moriturus ascenderat in montem Hor. Josue, ex mandato Domini, post Moysen, (k) in Ducem universalis multitudinis filiorum Israel substitutus est, petente Moyse successorem. Dum offerebantur primitiæ Domino à populo, inter cætera dicebat populus: (Pater meus) (l) *crevit in gentem magnam, ac robustam, & infinitæ multitudinis* (Pater autem vocabatur Abraham, Isaac, Jacob &c.) & hoc dici jubebatur, ut recordaretur populus divina beneficia. Et dum transgredienti legem, populo intimantur plurima damna, ei dicitur: *Remanebitis pauci numero*, (m) *qui priùs eratis, sicut astra cœli, præ multitudine, quoniam non audisti vocem Domini Dei tui.* Dum Moyses moriturus benedictionem suam dedit Tribubus, præcepit eis (legem vocant sacræ litteræ) *hæreditatem multitudinis Jacob*; & postquam idem Moyses benedixit filiis Joseph, addidit: *Hæ sunt multitudines Ephraim; & hæc millia Manasse.* Josue, cùm

(a) Quid hæc vox, cujus textus non omnes adnotationem habent, cum non sit locus.
Gen. 16, 10.
- - 32, 12.
(b) Arena maris præ multitudine innumerabilis.
- 36, 7.
- 48, 16.
(c) Ephraim, & Manasse augendi in multitudinem.
Exod. 15. 7.
- 16, 1. &c. & alibi.
(d) Multitudo filiorum Isr. pro populo Israël.
- 12. 6.
- 19. 21.
- 35, 10.
Levit. 4, 22.
- 9. 3.
- - 23.
- 16, 5.
- 24, 16.
Num. 1, 16.
- 27.
- 8. 9.
- 10, 1.
Num 10 4.
(e) Capita multitudinis ad Moysen ibant, ad primum tubarum clangorem.
- - 36.
(f) Dominus ad multitudinem revocatus in depositione arcæ.
- 11, 12.
- - 13.
(g) Multitudo in deserto petens carnes.
- - 22.
- 13, 27.
- 14. 5. &c.
(h) Seditio in multitudine mota contra Josue, & Caleb.
- 16, 3 &c.
(i) Item contra Moysen, & Aaron, unde multitudo vastata est incendio.
- 19. 9.
- 20, 6. &c.
- - 30.
- 27, 16 &c.
(k) Josue Dux multitudinis factus.
Deut. 26, 5.
(l) Abraham &c. auctus in gentem multitudinis infinitæ.
- 28, 62.
(m) Multitudo filiorum Isr. ut astra cœli.
- 33. 4.
- - 17.

Jos. 8, 4. &c. cum omni multitudine pugnatorum, op-
pidum Hai expugnavit; & quidem tali dis-
- - 22. positione Gentes percussit, *ut nullus de tantâ*
multitudine (earum) *salvaretur*. Lecta est
- - 35. autem sub eo lex populo, & ipse Josue *nihil*
ex his, quæ Moyses jusserat, reliquit intactum,
sed universa replicavit coram omni multitudine
Israel, mulieribus, ac parvulis, & advenis,
qui inter eos morabantur. Josue, & *Princi-*
- 9, 15. &c. (n) Principes multitudinis Isr. jurantes fœdus cum Gabaonitis. *pes* (n) *multitudinis* juraverunt fœdus, & pa-
cta Gabaonitis, propter quod percussi non sunt
à Judæis, recognoscentibus, quòd Gabaonitæ;
ut se salvos facerent, eos deceperant; damnati
- - 21. verò sunt, ut (o) *in usus universæ multitudi-*
(o) Gabaonitæ damnati ad servitia multitudinis Isr. *nis* ligna cæderent, & aquam portarent. Ja-
bio, cum reliquis Regibus Gentium, in exer-
citu suo numeroso, contra Judæos coactos
- 11, 4. habebat equos, & currus *immensæ multitudi-*
- 17, 14. (p) Tr. Joseph magnæ multitudinis. *nis*. Cùm Tribus Joseph essent (p) magnæ
multitudinis, eorum sors aucta est sub Josue.
Et cum remansissent septem Tribus, habituræ
sortem in terrâ distribuendâ, missi sunt, qui
terram circuirent, & describerent eam *juxta*
- 18, 4. (q) *numerum uniuscujusque multitudinis*, &
(q) Descriptores terræ sanctæ juxta numerum multitudinis. referrent ad Josue. Debbora prophetavit,
quòd daretur in manu Barac Sisara, Dux ex-
Judic. 4. 7. &c. ercitûs Jabin, cum omni multitudine; & qui-
dem ita factum est. De Madianitis scribitur,
- 6. 5. quòd innumera (r) eorum multitudo, omnia
(r) Multitudo Madianitarum vastans terram Isr. devastans, continuò in terram Israëlitarum
veniebat, donec datus est Israeli Gedeon Dux,
qui eos vicit. Inter cætera autem selegit ali-
quando Deo mandante, tantùm viros trecen-
tos, qui aquas bibendo eas ad os projecerant
- 7. 6. manu, (s) reliquâ in domos suas remissâ multi-
(s) Multitudo militum Gedeonis domum remissa, exceptis 300. tudine, quæ flexo poplite biberat, & cum
his irruit in Amalecitas, & Madianitas, &
omnes Orientales populos, *qui fusi jacebant*
- - 12. *in valle, ut locustarum multitudo*; & contri-
- 9, 29. 36 &c. vit. (V. *Gedeon*). Abimelech, congregatâ
exercitûs multitudine, exercitûs Gaal devicit
multitudinem. Sehon Rex Amorrhæorum,
- 11, 20. qui, (t) cum infinitâ multitudine, resiste-
(t) Sehon cum multitudine resistens Judæis. bat Israëli, victus est à Jephthe. Samson,
- 16, 30. concutiens columnas domûs, in quâ fiebat
convivium, eam diruit *super omnes Princi-*
pes, & cæteram multitudinem, quæ ibi erat.

1. Reg. 1, 16. Ex (u) *multitudine doloris, & mœro-*
(u) Multitudo doloris Annæ matris Samuelis. *ris* sui, Anna, quæ postea fuit mater Samue-
lis, tacitè loquebatur. Cùm esset Saul in Ga-
- 14, 16. baa Benjamin, speculatores ejus viderunt
multitudinem hostium prostratam, & reper-
2. Reg. 3. 35. tus est percussor fuisse Jonathas. Cæterâ
multitudine cibum gustante, noluit eò die,
quo occisus est Abner à Joab, cibum gustare
David. Quando reducta est Arca in Jerusa-
- 6, 19. lem, *partitus est* (x) *universæ multitudini*
(x) Cibus datus à David universæ multitudini Isr. in reductione arcæ. *Israel tam viro, quàm mulieri, singulis collyri-*
dam panis unam, & assaturam bubulæ carnis
unam, & similam frixam oleo (Idem David);
- 18, 16. Joab Dux Davidis, (y) *volens parcere multi-*
(y) Joab parcens multitudini. *tudini*, post mortem Absalom, cecinit buc-
cinâ, & retinuit populum, ne persequeretur
fugientem Israël. Unctò Salomone in Regem
3. Reg. 1, 40. à Sadoc, *ascendit universa multitudo* post eum.
Salomon dicebat Domino, populum Judæo-
- 3. 8. rum infinitum esse, *qui* (inquit) *numerari, &*
supputari non potest, præ multitudine. Et qui-
- 4. 20. dem scribitur, quòd sub eo erant *Juda, &*
(z) Populus Judæus sub Salomone, ut arena maris in multitudine. *Israel innumerabiles*, (z) *sicut arena maris in*

multitudine. Et de variâ, & sumptuosissimâ
Templi supellectili, per Salomonem paratâ,
postquam dictum est, quòd *posuit Salomon* - 7. 47. & alibi.
omnia vasa, subditur: *Propter multitudinem*
(aa) *autem nimiam non erat pondus æris*: Quan- (aa) Multitudo vasorum Salomonis pro Templo.
do idem Salomon introduxit Arcam in Tem-
plum, scribitur, quòd (ab) *omnis multitudo Israel,* - 8. 5.
quæ convenerat ad eum, gradiebatur cum illo ante & alibi.
Arcam, & immolabant oves, & boves absque æsti- (ab) Multitudo populi in introductione Arcæ in Templum.
matione, & numero; fecitque tunc Salomon fe-
stivitatem celebrem, *& omnis Israel cum eo, mul-* - - 65.
titudo magna ab introitu Emath usque ad rivum
Ægypti coram Domino Deo nostro septem diebus,
& septem diebus, id est quatuordecim diebus. De
eodem Salomon scribitur; quòd *cedrorum* (ac) - 10, 27. & alibi.
præbuit multitudinem, quasi sycomoros, quæ na- (ac) Multitudo cedrorum apud Salomonem.
scuntur in campestribus. Ad Roboam, filium Sa-
lomonis, venit *omnis multitudo Israel*, rogans, - 12, 3.
ut imminuerentur sibi onera. Multitudinem - 20, 13.
Syrorum tradendam in manu Regis Israël, pro-
phetavit Achab. Duo viri adducti sunt, falsi - - 28.
testes, qui coram multitudine testificarentur con-
tra Naboth. Cùm Samaria obsideretur à Syris, - 21, 13.
quinque tantùm equi remanserunt *in universa* 4. Reg. 7, 13.
multitudine Israel. Et Sennacherib Regem As-
syriorum dejiciendum, prophetavit Isaias, eò
quòd *in multitudine curruum* suorum nimiùm - 19, 23.
confisus sit, & superbierit. Contra multi- 2. Par. 14, 11.
tudinem Æthiopum invocavit Asa, Rex Juda,
auxilium Domini, & exterriti sunt fugientes.
Et à civitatibus eorum retulerunt Judæi *peco-* - - 15.
rum infinitam multitudinem, & camelorum. A
multitudine Syrorum per jejunium, & preces - 20, 2. &c.
liberatus est Josaphat, Rex Juda. (V. *Josa-* - 23, 3. &c.
phat). Jojada Pontifex, congregatâ multi-
tudine, & eà dispositâ, Joas septennem in
regnum Juda posuit Regem. Sub eodem au-
tem Joas, recedente eum populo, à lege Dei - 24, 24.
(ad) permodicus numerus Syrorum infinitam (ad) Multitudo Judæorum percussa rapta à paucis Syris.
multitudinem Judæorum rapuit, percussit. Israe-
litæ victores, redeuntes à regno Juda, cujus erat
impius Rex Achaz, hortatu Principum de Ephra-
im, *dimiserunt prædam*, (ae) *& universa, quæ ce-* - 28, 14.
perant, coram Principibus, & omni multitudine. (ae) Multitudo ex regno Juda capta ab Israëlitis, & dimissa.
Sub Ezechia Rege Juda oblationes fecit uni-
versa multitudo Domino appletitis hircis pro - 29, 23.
peccato, hostiis, laudibus, & holocaustis exhibi- - - 31.
tis; *& numerus holocaustorum, quæ obtulit* (af) - - 32.
multitudo, hic fuit, tauros septuaginta, arietes - - 33.
centum, agnos ducentos; sanctificaveruntq; Domi- (af) Multitudo holocaustorum sub Ezechiâ, restituto Dei cultu.
no boves sexcentos, & oves tria millia; quando
scilicet apertum est Templum, & abolitus antea
Dei cultus restitutus est. Ita & Phase celebra- - 30, 4.
vit universa multitudo sub eodem quatuordecim
diebus; & Rex præbuit multitudini mille tauros, - - 23.
& septem millia ovium. Ita & Sacerdotibus - - 24.
dedit primitias rerum omnium; & de his, quæ - 31, 5.
sanctificata fuerant (ag) universæ multitudini - - 18.
Sacerdotum, & Levitarum, tum etiam uxoribus, (ag) Cibi dati universæ multitudini ab Ezechiâ.
& liberis eorum fideliter cibi dati sunt. Contra
hunc Ezechiam Regem congregavit Sennache-
rib (ah) multitudinem magnam irruiturus in - 32, 4. &c.
regnum Juda, at dissipata est ab Angelo. (V. (ah) Multitudo Syrorum contra Judæos ab Angelo dissipata.
Ezechias.) Populi multitudo occidit interfecto-
res Aman, Regis Juda, & constituit Regem Jo- - 33, 25.
siam filium ejus pro eo. (ai) Multitudo populi, 1. Esd. 2, 64. & alibi.
reduxâ captivitate sub Zorobabele, exceptis ser- (ai) Multitudinis reductæ à captivitate numerus.
vis, & ancillis 7337; erat quadraginta duo mil-
lia trecenti sexaginta. Coram multitudine vi- - 8, 2.
rorum, & mulierum Esdras legit, & explicuit
verba legis; qui idem, Deum rogans, dicebat:
Parce

1. Esd. 13, 22. *Parce mihi secundùm multitudinem miserationum tuarum.* Judith. 2, 8. Holofernes *omnem expeditionem suam fecit praire in multitudine innumerabilium camelorum*, pro exercitûs suppetiis. - 5, 3. Idem Achiorem interrogabat, qualis, & quanta esset Judæorum multitudo, religio &c. - - 8. audivit autem, quòd reliquerant *ceremonias Patrum suorum, quæ in multitudine Deorum erant.* - 7, 4. Cùmque Judæi Bethulienses viderent multitudinem exercitûs illius valdè contristati sunt; at - 9, 6. Judith, orans, rogabat Dominum, ut multitudinem illam, & confidentes in illâ prosterneret, - - 9. - - 16. sicut aliès fecerat, addens: *Non enim* (ak) *in multitudine est virtus tua, Domine &c.* Et in Cantico triumphali, post occisum Holofernem ipsum, ut demonstraretur divina potentia, cantatum est in Gentium opprobrium: - 16, 5. *Venit Assur ex montibus ab Aquilone* (al) *in multitudine fortitudinis suæ, cujus multitudo obturavit torrentes, & equitorum operuerunt valles &c.* & paulò post subditur, quòd eum vicit Dominus per manum fœminæ. (V. *Judith.*)

(ak) Virtus Dei non est in multitudine.

(al) Multitudo Assyriorum contra Bethuliam.

Job. 20, 18. De impio ajebat Sophar ad Job: *Luet, quæ fecit omnia, nec tamen consumetur;* (em) *juxta multitudinem adinventionum suarum, & sic sustinebit.* - 30, 18. Et Job, plangens, & dolens, dicebat: *In multitudine eorum* (dolorum scilicet) *consumitur vestimentum meum &c.* Summumque judicem - 31, 34. vocabat testem, quòd non expaverit unquàm *ad multitudinem nimiam &c.* quâ scilicet retraheretur à recto. Eliu verò, reprehendens Job, & - 32, 7. amicos ejus, inquiebat: (ao) *Sperabam, quod ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret sapientiam;* & alibi inquit, quòd homines - 35, 9. *propter multitudinem calumniatorum clamabunt, &c.* - 36, 18. Et docet: *Non multitudo donorum inclinet te.* Deus autem, ostendens potentiam suam ex mirabilibus operibus suis, onagrum observandum proponit, - 39, 7. (ep) qui *contemnit multitudinem civitatis &c.*

(em) Impius pœnas dabit juxta multitudinem culparum.

(an) Multitudo dolorum Job.

(ao) Multitudo annorum docet sapientiam.

(ap) Onager spernens multitudinem civitatis.

In Psalmis, dum ea, quæ acciderant ex divinè dispositione Judæis, narret David, ait ad Psal. 43, 13. Dominum: *Vendidisti populum tuum sine pretio;* (aq) *& non fuit multitudo* (pecuniæ, vel concurrentiæ populi) *in commutationibus* (h. e. venditionibus) *eorum;* q. d. vilissima adeò mancipia æstimati sunt Judæi, ut parum pecuniæ requireretur pro iis emendis; & vix invenirentur, qui eos emerent; prophetia sanè eorum, quæ evenère post captam Jerusalem, direptamque Judæam à Tito, & Vespasiano. Cæterùm ad textus Psalmorum vid. (ar) *Divitiæ: Ira: Iniquitas: Impietas: Dulcedo: Misericordia: Miseratio: Magnitudo: Operans: Virtus: Stella: Pax: Dolor: Sonitus,*

(aq) Multitudo non fuit in venditionibus Judæorum; ubi expl. text.

(ar) Aliqua ad text. Psalmorum remissivè.

Prov. 14, 28. In Proverbiis legitur: (as) *In multitudine populi dignitas Regis; & in paucitate plebis ignominia Principis.* Et ad textus Proverbiorum vid. *Gemma: Stultitia.* Cant. 7, 4. Oculi Sponsæ mysticæ dicuntur (at) *sicut piscinæ in Hesebon, quæ sunt in portis filiæ multitudinis*, idest, urbis populosæ.

(as) Dignitas Regis in multitudine populi.

(at) Piscinæ Hesebon in porta filiæ multitudinis, ubi e. t.

Sap. 6, 3. In libro Sapientiæ dicitur: *Præbete aures vos, qui continetis* (h. e. qui gubernatis) *multitudines, & placetis vobis in turbis nationum.* - - 26. *Multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum.* - 8, 8. *Si* (au) *multitudinem scientiæ desiderat quis, scit præterita, & de futuris æstimat.* Idemque

(au) Habet scientiam, eam desiderans.

Sap. 8, 15. Sapiens notatur cogitasse in se, quòd tunc videretur bonus in multitudine, quando sapientiam adipisceretur. Et ubi agitur de idololatriæ exordio, et progressu scribitur, quod (ax) - 14, 20. *multitudo hominum abducta per speciem operis, eum, qui ante tempus, tanquam homo honoratus fuerat, nunc Deum æstimaverunt.* Item notatur, quòd Ægyptii propter idololatriam *per* - 16, 1. *multitudinem bestiarum exterminati sunt;* quin - 18, 5. etiam *multitudinem filiorum* abstulit ab illis Dominus. - - 20. Et de Hebræis dicitur, quòd *commotio in eremo facta est multitudinis*, eorum videlicet. Insuper vide ad textus libri Sapientiæ: *Impius: Rana: Multigena.*

(ax) Multitudo hominum idololatriam introducens.

(ay) Commotio multitudinis Judæorum in deserto, & aliqua remissivè.

Eccli. 7, 7. Apud Ecclesiasticum legimus: *Non pecces in multitudinem civitatis, nec te immittas in populum.* - 15, 22. *Non concupiscit* (Dominus) *multitudinem filiorum infidelium, & inutilium.* - 24, 4. *In multitudine electorum* (Sapientia) *habebit laudem &c.* - 42, 11. *Super filiam luxuriosam confirma custodiam, ne quando —* (az) *confundat te in multitudine populi.* Abrahem appellatur *magnus Pater multitudinis Gentium.* - 44, 20. Et in oratione filii Sirach est ipsius gratiarum actio ad Dominum, - 51, 4. &c. quòd liberatus fuerit ab eodem Domino (ba) *secundùm multitudinem misericordiæ nominis ejus à rugientibus præparatis ad escam; de manibus quærentium animam suam; de portis tribulationum circumdantium, — à pressurâ flammæ; de altitudine ventris inferi; à linguâ coinquinatâ; à verbo mendacii; à Rege iniquo; à lingua injusta.* Reliqua vide ad text. Eccli. (bb) in dictionibus: *Disciplina: Indisciplinatus: Peccator: Presbyter: Munus: Sacrificium.*

(az) Filia non custodita potest confundere Patrem in multitudine.

(ba) Jesus fil. Sirach juxta multitudinem misericordiæ Dei liberatus a malis.

(bb) Aliqua remissivè.

In Prophetis multa habentur. Ita apud Isaiam habetur, quòd propter contemptum scientiæ Dei, & ebrietatem *multitudo populi* Isai. 5, 13. *Judaici fuit exarsus.* Persecutoribus autem populi sui denuntiat Dominus væ, dicens: - 17, 12. *Væ multitudini populorum multorum, ut multitudo maris sonantis &c.* - 29, 5. Erit sicut (bc) *pulvis tenuis multitudo ventilantium te* (Jerusalem); *et sicut favilla pertransiens multitudo eorum, qui contra te prævaluerunt. Et erit sicut somnium visionis nocturnæ* (bd) *multitudo omnium Gentium, quæ dimicaverunt contra Ariel, & omnes, qui militaverunt, & obsederunt, & prævaluerunt adversùs eam;* - - 8. dicituique (be) *futura multitudo omnium Gentium, quæ dimicaverunt contra montem Sion*, sicut esuriens, comedens in somnio; & sicut sitiens, bibens pariter in somnio, hoc est, sine fructu. Et ubi prænuntiatur ruina Judæis, ad Ægyptios confugientibus, dicitur, quòd Dominus descendet - 31, 4. præliaturus super montem Sion, sicut Leo impavidus, non formidans à multitudine pastorum occurrentium. Et dum futura prædicitur calamites, ponitur: - 32, 14. *Domus dimissa est: Multitudo urbis relicta est &c.* Pro novæ Sion (Ecclesiæ scilicet) exaltatione dici- - 60, 5. tur: *Mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando* (bf) *conversa fuerit ad te multitudo maris* (ex insulis videlicet veniens), *fortitudo gentium venerit tibi.* - 63, 1. Describens Isaias Prophetice Christi triumphos, ait: *Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua,* (bg) *gradiens in multitudine fortitudinis;* - - 7. & inde laudat Dominum (bh) *super multitudinem bonorum* datorū domui

(bc) Multitudo vexantium Jerusalem, ut pulvis tenuis futura.

(bd) Multitudo pugnantium contra Ariel, ut somnium futura.

(be) Multitudo dimicantium contra Sion, ut esuriens, in somnio comedens, futura.

(bf) Multitudo maris ad Sion convertenda, ubi expl. text.

(bg) Christus dictus gradiens in multitudine fortitudinis.

(bh) Multitudo bonorum datorum domui Isr. à Deo.

Na a Israël,

Israël, *secundùm multitudinem misericordiarum suarum*; invocatque super populum

Isai. 63. 15.
(bi) Multitudo misericordiarum Dei, & aliqua remissivè.

(bi) multitudinem viscerum, & misericordiarum Dei. Loca alia Isaiæ vide ad ejusdem Isaiæ textus in dictionibus; *Fortitudo mare: Maleficium: Quadriga: Consilium: Vita: Vox: Pax.*

Apud Jeremiam dicitur de Deo, quòd

Jer. 10, 13.

ipse est, qui *ad vocem suam dat multitudinem aquarum in cœlo &c.* Anno quinto Joakim,

- 36, 9.

Regis Juda, prædicatum est *jejunium universæ multitudini, quæ confluxerat de civitatibus Juda in Jerusalem.* Etiam *mulieres*, (bk) *quarum stabat multitudo grandis* in terra Ægypti,

(bk) Multitudo mulierum Judæarum in Ægypto obstans Jeremiæ.

reluctabant dictis, & hortationibus Jeremiæ, volentes obstinatæ in idololatria perseverare.

- 52, 15.
(bl) Nabuzardan in Chaldæam multitudinem Judæorum transferens, & alia remissivè.

(bl) Multitudinem omnem transtulit Nabuzardan de Jerusalem in Chaldæam. Reliqua loca Jeremiæ, quæ hic omissa sunt, videantur in textibus ejusdem in dictionibus: *Flumen: Iniquitas: Jumentum: Mons: Rota*; itemque in textibus Threnorum videantur voces; *Iniquitas: Misericordia: Servitus.*

Apud Baruch dicitur Judæis à Domino:

Bar. 2, 29.
(bm) Multitudo magna Judæorum in minimam vertenda, nisi Deum audierit.

Si non audieritis vocem meam, (bm) *multitudo hæc magna convertetur in minimam inter Gentes, quo ego eos dispergam.* Et de Babylone prænunciatur, quod *amputabitur exultatio multitudinis ejus, & gaudimonium ejus erit in luctum: Ignis enim superveniet ei ab æterno in longiturnis diebus*, (bn) *& habitabitur à dæmoniis in multitudine temporis.*

- 4. 34.
- - 35.
(bn) Babylon habitanda à dæmonibus in multitudine temporis.

Apud Ezechielem notatur visio, in quâ erant quatuor animalia, quorum sonus alarum,

Ezech. 1, 24.

cum ambularent, quasi sonus erat multitudinis, ut sonus castrorum. Ubi vastatio Judææ prædicitur totalis, habetur: *Visio ad omnem* (bo) *multitudinem ejus non regredietur*, hoc est, certa erit Prophetia de ejus destructione; ita ut bis non sit necesse repetere; & pro ruinâ, & desolatione Jerusalem per famem, & pestem ponitur: *Panem suum in solicitudine comedent, & aquam suam in desolatione bibent; ut desoletur* (bp) *terra in multitudine suâ propter iniquitatem omnium, qui habitant in eâ. Adducent* (fornicatores tui) *super te* (Jerusalem) (bq) *multitudinem* (armatorum), *& lapidabunt te lapidibus, & trucidabunt te gladiis suis. Venient super te* (Chaldæi) *instructi curru, & rotâ, multitudo populorum*; & dum, tum ipsa; tum Samaria describuntur sub specie meretricum, dicitur: *Et vox* (br) *multitudinis exultantis erat in eâ* (nempè mensa parata); *& in viris, qui de multitudine hominum adducebantur, & veniebant de deserto* (Chaldæi videlicet), *posuerunt armillas in manibus eorum, & coronas speciosas in capitibus eorum*; unde iratus Dominus Deus ait: *Adduc ad eas multitudinem, & trade eas in tumultum, & rapinam.* Contra Tyrum inquit Dominus: *Quiescere faciam multitudinem Canticorum tuorum &c. Viri quoque bellatores tui, qui erant in te*, (bs) *cum universa multitudine tua, quæ est in medio tui, cadent in corde maris in die ruinæ tuæ. Nunc contrita es à mari, in profundo aquarum opes tuæ, & omnis multitudo tua, quæ erat in medio tui, ceciderunt.* Contra Ægyptum est, quòd Rex Babylonis *accipiet multitudinem ejus, & deprædabitur manubias ejus &c.* Et ablatâ multitudine Ægypti,

- 7, 13.
(bo) Visio non egressura ad multitudinem, ubi expl. text.
- 12, 19.
(bp) Terra à multitudine suâ desolanda propter habitatorum malitiam.
- 16, 40.
(bq) Multitudo adducenda super Jerusalem.
- 23, 24.
- - 42.
(br) Item & super Jerusalem, & Samariam &c.
- - 46.
- 26, 13.
- 27, 27.
(bs) Multitudo Tyri peritura.
- - 34.
- 29, 19.
- 30, 4.

pavor prænuntiatur in Æthiopia: dicit autem Dominus: *Cessare faciam multitudinem Ægypti in manu Nabuchodonosor Regis Babylonis. Effundam indignationem meam super Pelusium robur Ægypti*, (bt) *& interficiam multitudinem Alexandriæ.* Ita dicitur Pharao, & omnis multitudo ejus, ex sublimitate in miseriam adducendus. Eidemque dicit Dominus: *Expandam super te rete meum in multitudine populorum multorum, & extraham te in sagena mea. In gladiis fortium dejiciam* (bu) *multitudinem tuam: Inexpugnabiles omnes Gentes hæ, & vastabunt superbiam Ægypti, & dissipabitur multitudo ejus. Planctus est, & plangent eum* (Pharaonem scilicet) *super Ægyptum, & super multitudinem ejus plangent eum.* Ideircò dictum est Prophetæ: *Fili hominis*, (bx) *cane lugubre super multitudinem Ægypti.* Et cùm dicantur plures nationes cum Ægypto è Domino percutiendæ, (by) ponitur inter eas Assur, & omnis multitudo ejus; Ælam, & omnis multitudo ejus; Mosoch, & Thubal, & omnis multitudo ejus; quos cùm vidisset Pharao in barathrum detrusos, & per gyrum sepulchrorum eorum multitudinem, *consolatus est super universa multitudine sua, quæ interfecta est gladio. Et dormivit in medio incircumcisorum cum interfectis gladio Pharao, & omnis multitudo ejus.* Multitudinem magnam adducendam contra Judæos per Gog prænunciatur, & tamen destruendam esse. Pro locis sacrorum Bibliorum non expositis, vide in textibus Ezechielis dictiones: (ca) *Immunditia: Palmes: Opes: Opus: Vallis: Divitiæ: Sapientia: Negotiatio: Iniquitas: Pisces: Vox.*

Ezech. 30, 10.
- - 15.
(bt) Multitudo Alexandriæ interficienda.
- 31, 18.
- 32, 3.
- - 12.
(bu) Multitudo Pharaonis dejicienda dissipanda, plangenda.
- - 16.
- - 18.
(bx) Multitudo item Ægypti plangenda.
- 22.
- 24.
- 26.
- 23.
(by) Multitudines variorum Gentium percutiendæ.
- 31.
- 32.
- 38, 4. &c.
- 39. 11. &c.
(ca) Aliqua remissivè.

Apud Danielem prophetia est de Rege Austri, cujus filii *congregabunt multitudinem exercituum plurimorum*; & quòd provocatus Rex idem Austri *egredietur, & pugnabit adversùs Regem Aquilonis, &* (cb) *præparabit multitudinem nimiam, & dabitur multitudo in manu ejus; & capiet multitudinem, & exaltabitur cor ejus, & dejiciet multa millia, sed non prævalebit. Convertetur enim Rex Aquilonis*, (cc) *& præparabit multitudinem multò majorem, quàm priùs &c.* & obstabit validissimè, & vincet. Et de Rege, qui Deum deorum non reputabit, quem interpretantur expositores Antichristum, dicitur, quòd (cd) *veniet in multitudine magna, ut conterat, & interficiat plurimos.* Notatur item, quod (ce) credidit multitudo senibus, falsò accusantibus Susannam, & eam morti damnavit. Pro omissis locis V. in text. Danielis: *Misericordia: Vox.*

Dan. 11, 10.
- - 11.
(cb) Multitudo tum Regis Austri, tum Regis Aquilonis pugnantium.
- - 12.
- - 13.
(cc) Multitudo item Regis Aquilonis.
- - 44.
(cd) Antichristus venturus in multitudine magnâ.
- 13. 41.
(ce) Multitudo credens senibus, Susannam accusantibus; & alia remissivè.

In Osee dicit Dominus de Israëlitis: (cf) *Secundùm multitudinem eorum, sic peccaverunt mihi: gloriam eorum in ignominiam commutabo.* Atque ad Israel: *Scitote stultum* (cg) *prophetam, insanum virum spiritualem propter multitudinem iniquitatis tuæ, & multitudinem amentiæ*; ita enim propter peccata Israel, Dominus Pseudoprophetas ei tantum dabat. Et dum Israel assimilatur viti frondosæ, dicitur: *Secundùm multitudinem fructus sui multiplicavit altaria, juxta ubertatem terræ suæ exuberavit simulacris. Confisus es* (Ephraim) *in viis tuis*, (ch) *in multitudine fortium tuorum.* In Amos nova flagella comminans Dominus Israeli, me-

Osee. 4, 7.
(cf) Multitudo Isr. multum peccans.
- 9, 7.
(cg) Propheta in Isr. stulti propter multitudinem iniquitatis; ubi expl. text.
- 10, 1.
- - 13.
(ch) Ephraim confisus in multitudine fortium.

Amos. 4, 9.
(ci) Horti Israel percussi aurigine; quamvis in multitudine.

memorat præterita, inter quæ ponit: *Percussi vos in vente urente, & in aurigine* (ci) *multitudinem hortorum vestrorum, & vinearum vestrarum &c.* Et denuntians Dominus apud Michæam congregationem futuram reliquiarum populi sui, inquit; *Tumultuabitur à multitudine hominum.*

Mich. 2, 12.

Nah. 3, 3.
- - 4.
(ck) Ninive damnosa vocem multitudinis interfecta.

Apud Nahom prædicitur futura in Ninive vox *multitudinis* (ck) *interfecta* —— *propter multitudinem fornicationum meretricis speciosa, & grata, & habentis maleficia &c.* quæ est ipsa Ninive. Ubi apud Zachariam prænuntiatur Jerosolyma habitatoribus replenda dicitur: *Absque muro habitabitur Jerusalem, præ multitudine hominum, & jumentorum in medio ejus.* *Adhuc habitabunt senes, & anus in plateis Jerusalem, & viri baculus* (cl) *in manu ejus* (erit) *præ multitudine dierum.*

Zach. 2, 4.
- 8. 4.
(cl) Vir in multitudine dierum suorum cum baculo.

1. Mac. 1, 3.
- - 18.
- 3. 17.
- - 19.
- - 20.
- 4. 8.
- 5. 18.
- 6. 14.
(cm) Commotio terræ à voce multitudinis.

In libris Machabæorum est, quòd victor Alexander, cognomento Magnus, *accepit spolia multitudinis Gentium.* Quòd Antiochus Illustris dictus, *intravit in Ægyptum in multitudine gravi, in curribus, & elephantis, & equitibus. & copiosa navium multitudine.* Timentes Judæos, propter multitudinem hostium, Judas Machabæus munivit eo dicto: *Non in multitudine exercitûs victoria belli, sed de cœlo fortitudo est*; & sic venientes *in multitudine contumaci, & superbiâ* aggressus prostravit. Ita & alus vicibus multitudinem hostium non formidandam edixit. Idem Galaaditis succurrit, quorum multitudo in prælio ceciderat. In congressione armorum inter Judam Machabæum, & Antiochum Eupatorem dicitur, quòd *commovebantur omnes inhabitantes terram* (cm) *à voce multitudinis, & incessu turba, & collisione armorum.* De Romanis notatur, quòd curiam fecerunt sibi, & *quotidie consulebant trecentos viginti, consilium agentes* (cn) *semper de multitudine, ut quæ digna essent, gerent.* (co) Visâ multitudine hostium, sibi occurrentium, sub Ducibus Bacchide, & Alcimo, Judæi, perterriti multi subtraxerunt se de castris; mortuoque Alcimo Bacchides (cp) universam multitudinem suorum congregavit contra Jonathan, qui Judæ Machabæo successerat, se oppositurus. Apollonius etsi (cq) multitudinem equitum haberet, à Jonatha in Azoro quæsitus est ad pugnam. Antiochus Sedetes in suis litteris ad Judæos testificabatur, quòd electam fecerit (cr) multitudinem exercitûs, ut vendicaret regnum suum. Memoria est in secundo Machabæorum libro de eorundem Machabæorum victoriis, cùm sub diversis Regibus barbaram Gentium multitudinem fugarent: Libri autem illius compilator, considerans (cs) librorum multitudinem; & rerum multitudinem pariter, quæ in narrationibus historiarum requiruntur, quinque libros Jasonis, in uno comprehendere aggressus volumine, quatenus in aliquo defecisset, se excusat. Describitur in eo libro (ct) *misera commista multitudinis, & Magni Sacerdotis in agone constituti, expectatio.* Quando Heliodorus Sacros thesauros rapiendo accinctus erat, Onias ad Seleucum, ad compescendum Simonem,

- 8. 15.
(cn) Romani 320. semper de multitudine consulentes.
- 9. 6.
(co) Judæi territi ad hostium multitudinem visam.
- - 63.
(cp) Multitudo Gentium contra Jonathan Mac.
- 10. 78.
(cq) Apollonius habens equitum multitudinem.
- 15, 3.
(cr) Electa multitudo cum Ant. Sedete.

2. Mac. 2, 22.
- - 31.
(cs) Multitudo librorum, & rerum requisita pro historia conficienda.
- 3, 21.
(ct) Expectatio misera multitudinis in Jerusalem.

concessit, non quidem, *ut civium accusator*, (cu) *sed communem utilitatem apud semet ipsum universæ multitudinis considerans.* De Lysimacho, ob multa sacrilegia, in Templo commissa scribitur, quòd (cx) *congregata est multitudo* adversùs eum, quæ eum resistentem cum armatis, secùs ærarium interfecit. Sub Antiocho Epiphane in congressionibus per aëra Jerosolymæ visis, galeatorum multitudo videbatur, gladiis districtis. Ejusdem Regis Dux, Apollonius Jerusalem *civitatem cum armatis discurrens*, (cy) *ingentem multitudinem peremit*; & hoc quidem *ad diem Sanctum Sabbati.* De Juda Machabæo notatur, quòd *congregatâ multitudine, intolerabilis gentibus efficiebatur, ira enim Domini in misericordiam conversa est*; & eandem (cz) multitudinem hortatus, exercitum Nicanoris vicit. Antiochus Epiphanes Templum expoliare Persepoli conatus, & civitatem ipsam opprimere, *multitudine ad arma concurrente*, in fugam cum suis versus est. Timotheus, instaurans contra Judæos exercitum, (da) peregrinum multitudinem congregavit, quæ victa est. Lysias, Dux Gentium, talis describitur, qui contra Judæos movens, *mente effrænatus*, (db) *in multitudine peditum, & in millibus equitum, & in octoginta elephantis confidebat*; nusquàm recogitans Dei potestatem. Judas Machabæus, interfectis viginti quinque millibus hostium ad Carnion, *movit exercitum ad Ephron, civitatem munitam, in qua multitudo diversarum Gentium habitabat.* Antiochus Eupator (dc) *cum multitudine adversùs Judæam* venit, Menelaô Judæô, eum associante, qui extremò suppliciô affectus est. Demetrius Seleuci, *cum multitudine valida*, per portum Tripolis ascendit ad loca opportuna. (V. *Demetrius.*) Nicanor, Demetrii Dux, cùm (dd) retulisset ad multitudinem virtutem Judæorum ex omium sententia cum iis pacem iniit.

2. Mac. 4, 5.
(cu) Onias volens multitudinis utilitatem.
- - 39.
(cx) Multitudo congregata contra Lysimachum.
- 5, 3.
- - 25.
(cy) Multitudo perempta in Jerusalem.
- 8, 5.
- - 16.
(cz) Multitudo Judæorum sub Juda Mach. vincens Nicanorem.
- 9. 2.
- 10, 24.
(da) Multitudo coacta à Timotheo victa à Judæis.
- 11, 4.
(db) Lysias in multitudine exercitûs confisus.
- 12, 27.
- 13, 1.
(dc) Antiochus Eup. cum multitudine contra Judæos.
- 14, 1.
- - 20.
(dd) Multitudo sub Nicanore pacem suasit cum Judæis.

In Novo Testamento habemus, quòd, Zachariâ patre Joannis Baptistæ futuro, incensum positurô, Templum Domini ingressô *omnis* (de) *multitudo populi erat orans foris horâ incensi*; & fuit, quando Angelus ei nuntiavit futuram Joannis nativitatem. Moniti sunt pastores ab Angelo de Christi nativitate; *& subitò facta est cum Angelo multitudo militiæ cœlestis, laudantium Deum, & dicentium: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Dum Christus erat *circa Tyrum, & Sydonem, multitudo magna, audientes quæ faciebat, venerunt ad eum.* Et ab eo, proficiscente (df) *cum plurima multitudine* de urbe Jericho, Bartimæus cæcus, sedens secùs viam, petiit sanus à cæcitate fieri. Petrus, & socii ejus, cùm laxâssent rete in nomine Jesu præcipientis, *concluserunt* (dg) *piscium multitudinem copiosam*, ita ut rete dirumperetur. Cùm obsessum liberâsset Jesus, & portenta plura patrâsset in regione Gerasenorum, (dh) *rogaverunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorum, ut discederet ab ipsis, quia magno timore tenebantur.* Multitudo militum, & Judæorum duxerunt Christum Jesum ad Pilatum. In porticibus probaticæ piscinæ *jacebat multitudo*

Luc. 1, 10.
(de) Multitudo orans horâ incensi.
- 2. 13.
- - 14.
Marc. 3, 8.
Luc. 6, 17.
Marc. 10, 46.
(df) Jesus proficiscens cum plurima multitudine.
Luc. 5, 6.
(dg) Multitudo piscium copiosa capta à Petro, & sociis.
- 8, 37.
(dh) Multitudo Gerasenorum rogans Jesum, ut ab eis discederet.
- 23. 1.
Jo. 5, 3.

(di) Multitudo ægrorum jacentium ad probaticam piscinam. Jo. c. 5. &c.
(dk) Multitudo sequens Jesum, ab eo portento satiata.

tudo (di) *magna languentium, cæcorum, claudorum, aridorum, expectantium aquæ motum.* Sermo item (dk) est de multitudine magna, sequente Jesum; quam postea esurientem miraculosè ipse satiavit. Altera item vice piscantibus discipulis, apparuit eis Jesus, jussitque rete mitti in navigii dexteram, quòd postea trahere non valebant

- 21, 6.

præ multitudine piscium. Effuso super discipulos Spiritu Sancto, & iis prædicantibus, variis quidem linguis,

Act. 2, 6.

convenit multitudo, & mente confusa est, quoniam audiebat unusquisque linguâ suâ illos loquentes. Notatur item, quòd

- 4. 32.

multitudinis credentium erat cor unum, & anima una.

- 5, 14.

Et sic dicitur, quòd *magis augebatur credentium in domino multitudo virorum, ac mulierum.* Et cùm Petrus suâ etiam umbrâ ægros sanaret;

- - 16.
(dl) Multitudo afferens ægros ad Petrum.

concurrebat —— (dl) *multitudo vicinarum civitatum Jerusalem, afferentes ægros, & vexatos à spiritibus immundis, qui curabantur omnes.*

- 6. 2.

Electuri septem Diaconos, convocârunt duodecim Apostoli discipulos; placuitque eorum

- - 5.
(dm) Coram omni multitudine locuti Apostoli pro electione septem Diaconorum.

intentum (dm) *coram omni multitudine*, & sermo, quem dixerunt. Iconii, cùm loquerentur in Synagoga Judæorum Paulus, & Barnabas, credidit in Jesum *Judæorum, & Græcorum copiosa multitudo.*

- 14. 1.
- - 4.
(dn) Multitudo Iconii divisa circa Paulum, & Barnabam.

At suscitantibus turbas Judæis, *divisa est* (dn) *multitudo civitatis; & quidam quidem erant cum Judæis, quidam verò cum Apostolis.*

- 15. 12.
(do) Multitudo in Concilio tacens, loquentibus Paulo, & Barnabâ.

In Concilio, habito Jerosolymis, de ligando Gentes lege Moysi, (do) *Tacuit omnis multitudo, & audiebant Barnabam, & Paulum, narrantes quanta Deus fecisset signa, & prodigia in Gentibus per eos*; factis autem decretis, & per epistolam expressis, dimissi Judas,

- - 30.
(dp) Decreta Concilii Jerusalem data multitudini.

& Silas, (dp) *congregatâ multitudine tradiderunt epistolam*, cùm descendissent Antiochiam. Thessalonicæ crediderunt Judæi plures, adjuncti Paulo, & Silæ,

- 17. 4.

& de colentibus Gentibus multitudo magna, & mulieres nobiles non paucæ. Berœæ,

- - 13.

prædicante Paulo *venerunt & illuc* (Judæi) *commoventes, & turbantes multitudinem.*

- 19. 9.
(dq) Maledicentes Ephesi coram multitudine viam Domini.

Ephesi *cùm quidam indurarentur, & non crederent, maledicentes viam Domini* (dq) *coram multitudine, discedens ab eis* (Paulus,) *segregavit discipulos, quotidie disputans in schola Tyranni cujusdam.* Cùm Jerosolymam

- 21, 22.
(dr) Multitudo congregata ad Paulum.

tendisset Paulus, congregandam esse (dr) multitudinem ad eum judicârunt Seniores: Cùm autem Judæi ex Asia commovissent turbas in eum, in Templo existentem, & apprehensum tribuno dedissent, qui accurrit, eum *sequebatur* (ds) *multitudo populi clamans: Tolle eum.*

- - 36.
(ds) Multitudo sequens Paulum, & clamans, ut tolleretur.

Adductus Paulus coram Concilio, cùm dixisset se Pharisæum, & de resurrectione mortuorum

- 23, 7.
(dt) Multitudo judicantium Paulum quomodo soluta.

judicari, (dt) *facta est dissensio inter Pharisæos, & Sadducæos; & soluta est multitudo.* Festus, eundem Paulum statuens coram Agrippa Rege, narrabat, quòd omnis multitu-

- 25. 24.

do Jerosolymis quærebat mortem illius, quem tamen nullius criminis reum invenit.

- 28, 3.
(du) Vipera exiens de multitudine sarmentorum, & Paulum sine læsione mordens.

In insula Melita (du) *dum congregâsset Paulus Sarmentorum aliquantam multitudinem, & imposuisset super ignem, vipera à calore cùm processisset, invasit manum ejus*; at cùm crederent barbari eum periturum, noxiam nullam habuit. De fide Abrahæ, & Saræ

Hebr. 11. 12.

agens, Paulus ad Hebræos ait, quòd *ab una orti sunt*, (Abraham scilicet) *& hoc emortuo,*

(dx) Judæi tanquam sydera cæli in multitudine.

(dx) *tanquam sydera cæli in multitudinem, & sicut arena, quæ est ad oram maris, innumerabiles.* Jacobus in sua Catholica ait, & concludit: *Scire debet, quoniam qui converti*

Jac. 5. 20.

fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, salvabit animam ejus à morte, (dy) *& operiet multitudinem peccatorum.* Et Petrus, Apostolorum Princeps, charitatem omnibus commendat, ut habeant, addens: *Quia*

(dy) Multitudo peccatorum operitur in convertente se ad Deum.

(dz) *Charitas operit multitudinem peccatorum.*

1. Petr. 4. 8.
(dz) Charitas operit multitudinem peccatorum.
(ea) Aliqua remissivè.

Præterea V. (ea) *Abias: Contradictio: David: Dux: Elias: Esdras: Exercitus; Maxima: Mons: Nehemias: Princeps: Populus: Puteus: Salomon: Uxor.* Et scias præcepta varia semper dici data multitudini.

Multivolus, a, um.

Hist.
Eccli. 9. 3.
(a) Quid est; & mulier multivola fugienda.

Idem, ac (a) *qui multa vult.* In Ecclesiastico est: *Ne respicias mulierem multivolam; ne fortè incidas in laqueos illius.*

Multò. Multùm. Multus, a, um.

Hist.
(a) Quid hæ voces.

Duæ (a) primæ voces *adverbia* sunt; seu etiam secunda aliquando *substantivè* ponitur cum casu Genitivo alterius nominis. Tertia verò *adjectiva* dictio est, & cùm jungatur substantivis nominibus, quæ referuntur omnia in hoc Elucidario; tùm ratione adverbiorum, tum ratione adjectivæ vocis, nihil visum est hìc adnotare, ne centies idem agamus, V. *Paucus.*

Mulus. Mula.

Hist.

Quos alibi versus citavimus, hìc repetimus, nempe.

(a) Quid Burdo: quid Mulus, cujus vocis genus non aliter nota signantur, nisi eis ortus. Item quid Mula.

(a) „ *Burdonem producit equus conjunctus asella,*
„ *Procreat & mulum junctus asellus equa.*

Ex his quid sit mulus innotescit: *Animal* scilicet *quadrupes* est Mulus, *procreatum ex asino, & equa*, ad ferenda onera viribus satis validum; antequam (b) pariatur duodecim lunas numerat in matris utero. Mulus mas

(b) Muli, & mulæ natura.

est; mula fæmina, quæ effrænis esse solet, & tarditatis indomitæ; idcircò delicatiores, ne succussatione quassentur, pro equo iis uti solent. Cùm ungulam non dividat, jam animal immundum est; quòd non procreat insuper sobolem, neque in sua specie commixtum, neque cum alia; & sub genere jumentorum ponitur, Filii Regis David, visò occisò, Amnone, fratre suo, à pueris Absalom, *ascenderunt*

2. Reg. 13. 29.

singuli mulas suas, & fugerunt. In prælio Absalom cum exercitu David, (c) *accidit,*

- 18, 9.
(c) Absalom sedens mulo quercitamis intercipitur crinibus.

ut occurreret Absalom servis David, sedens mulo; cùmq; ingressus fuisset mulus subter condensam quercum, & magnam, adhæsit caput ejus quercui; & illò suspensò inter cælum, & terram, mulus, cui insederat, pertransivit. David se opponens Adoniæ, & stabilire volens Salomonem, dixit Sadoc Sacerdoti Nathan Prophetæ, & Banajæ filio Jojadæ: (d) *Tollite vobiscum servos*

3. Reg. 1. 33.
(d) Salomon super mulam David positus, & Rex unctus.

Domini vestri, & imponite Salomonem filium meum super mulam meam: & ducite eum in Gihon; fecitque eum sibi in Regem ungi; &

- - 38.
- - 44.

ita factum est; quòd postea relatum est Adoniæ.

- 10. 25.
2. Par. 9. 24.
(e) Muli delati in manus Salomonis.

De Salomone autem feliciter regnante scribitur, quòd singuli deferebant ei munera, inter quæ, *equos*, (e) *& mulos per annos singulos.*

Achab,

Achab, Rex Israel, anxius ob siccitatem cæli, & terræ, misit Abdiam ad quærendum fontes, & herbam, (f) *si fortè* (ait) *possimus evenire herbam, & salvare equos, & mulos, & non penitus jumenta intereant.* Dum Rex David constitutus est Rex in Hebron: notantur populi (g) qui *afferebant panes in asinis, & camelis, & mulis, & bobus ad vescendum*; concurrerant enim ex omnibus Tribubus, & erat gaudium magnum in Israel. Redeuntes sub Zorobabele, Judæi, à captivitate, (h) secum habebant mulos ducentos quadraginta quinque. Raphaël Angelus, Tobiæ juniori ostendens causam, quare viri Saræ septem occisi fuissent à dæmone primâ nuptiarum nocte ajebat: *Hi namque, qui conjugium ita suscipiunt, ut Deum à se, & à sua mente excludant, & suæ libidini ita vacent, sicut* (i) *equus, & mulus, quibus non est intellectus, habet potestatem dæmonium super eos.* In Psalmis dicitur: *Nolite fieri* (k) *sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus.* Ubi apud Isaiam agitur de Ecclesiæ jucunditate, & Gentium conversione per discipulos ad Christum, dicitur: *Adducent omnes fratres vestros de cunctis Gentibus donum Domino, in equis, & in quadrigis, & in lecticis, & (l) in mulis, & in carrucis ad montem Sanctum meum Jerusalem, dicit Dominus, quomodo si inferant filii Israel munus in vase mundo in domum Domini.* Ubi apud Ezechielem describitur felicitas Tyri, notantur regiones, & populi, qui *de domo Thogorma* (m) *equos, & equites, & mulos adduxerunt ad forum* ejus.

3. Reg. 18. 5. (f) Achab anxius, ut equos, & mulos servaret.
1. Par. 12, 40. (g) Annona delata ad David in mulis.
1. Esd. 2, 66. 2. Esd. 7, 68. (h) Judæi reduces è captivitate cum mulis.
Tob. 6, 17. (i) Dæmon habens potestatem super libidinosos, qui sunt uti equus, & mulus &c.
Psal. 31, 9. (k) Nemo fiat, sicut equus, & mulus.
Isai. 66, 20. (l) Judæi reduces de Gentibus in mulis &c.
Ezech. 27, 14. (m) Muli adducti ad forum Tyri.

Apud Zachariam de Gentibus, quæ adversus Jerusalem pugnaverunt, prænuntiatur: *Et sic erit ruina equi, & muli, & cameli, & asini, & omnium jumentorum, quæ fuerint in castris illis, sicut ruina hæc*; sicuti nempe fuit Antiochi & aliorum &c. Nota, hic aliquando per mulos venire omne jumentorum genus onera ferentium, ut pluribus placet.

Zach. 14, 15. (n) Ruina mulorum in castris Gentium futura.

Myst. *Viri brutales, & sensui servientes* notari possunt per mulos (si sumantur in sensum malum); steriles siquidem sunt in bonis operibus, & oneribus irrationabilibus se subjiciunt; ex D. Hieronymo.

D. Hier. l. Ezech. 7.

Viri Sancti, onera legis alacriter ferentes, & steriles, nempe casti (quatenus in bonum sensum sumatur mulus), in mulis repræsentantur; ex eodem. Per hos enim viros portantur infirmi in viam Domini, & in Sanctam civitatem Jerusalem, nempe cælestem patriam.

Idem l. Isa. 66.

Mundans. Mundatus.

Hist. Utraque (a) vox *participium* est: Prima præsentis temporis activum; altera præteriti, & quidem passivum, à *Mundo*, hoc est: *Purgo.* Pro *prima* habemus, quòd præcepit Dominus Judæis, ut intrantes terram Chanaan, Gentes illas interimerent, *mundantes*, terram, & habitantes in ea. De Domino scribitur apud Nahum, (b) *Dominus patiens, & magnus fortitudine, & mundans non faciet innocentem*; scilicet, nisi ipse velit. Ad Ephesios scribit Paulus, ut viri diligant uxores suas, sicut Christus Ecclesiam, pro qua se ipsum tradidit, (c) *ut illam sanctificaret, mundans lavacrô aquæ in verbo vitæ &c.* Pro *secunda* notatur, quòd Josias, Rex Jerusalem, (d) *mundatâ jam terrâ* (à sordibus scilicet idololatriæ), *& Templo Domini*, Templum ipsum instaurari fecit. Parabola est apud D. Lucam de spiritu immundo ad domum suam revertente, quam invenit (e) *scopis mundatam & ornatam*; hoc est: vacuam Dei gratia, & ornatam humanis affectibus; quo circa cùm septem aliis se nequioribus spiritibus inibi habitare decernit. Ubi Paulus ad Hebræos ostendere conatur, non per Aaronicas hostias, sed per Christum, immolatum, auferri peccatum omninò, sic videtur argumentari: Tunc dicuntur tolli peccata, cum iis semel ablatis, non opus est ampliùs sacrificiis, uti pro eorum ablatione; sed hoc non habetur per hostias Aaronicas, & legales; *alióquin cessassent offerri; ideò quòd nullam haberent ultra conscientiam peccati*, (f) *cultores semel mundati, sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit &c.* ergò per tales hostias non tolluntur peccata; quod deinde probat fieri, & factum esse per Christi Domini sanguinem.

(a) Quid hæc vox, quantum textus notis significatur, ubi locus.
Num. 33, 53.
Nahum. 1, 3. (b) Dominus mundans, innocentem non facit, ubi expl. locus.
Eph. 5, 26. (c) Christus Ecclesiam mundans.
2. Par. 34. 8. (d) Mundatâ terrâ instauratur Templum à Josia.
Luc. 11, 26. (e) Parabola de spiritu revertente ad domum suam repertam mundatam; ubi expl. text.
Hebr. 10, 2. (f) Christiani semel mundati, ulterius hostiâ pro eodem peccato non indigent; ubi expl. text.

Mundatio.

Hist. Idem est, (a) ac *Purgatio.* Datâ lege festi expiationum, dicitur: *In hac die expiatio erit vestri, (b) atque mundatio ab omnibus peccatis vestris: coram Domino mundabimini.* (V. *Semen; Fluxus seminis; Mundus.*

a) Quid est.
Levit. 16, 30. (b) Mundatio apud Judæos instituta.

Mundatus. V. Mundans.

Mundissimus. V. Mundus, a, um.

Munditia.

Hist. Sumitur pro (a) *Nitore*; & pro *expurgatione ab omni immunditia*; & sic solet accipi pro *Innocentia.* Rex Geraræ, de assumptâ in domum suam Sarâ, uxore Abrahæ, se excusabat, dicens, quòd *in simplicitate cordis sui*, (b) *& munditia manuum* suarum fecerat, eo quòd Abraham reputârat ex eorum dictis fratrem illius, non virum. De (c) leproso, munditiæ reddito, lex erat. (V. *Lepra.*) David in suo cantico pro gratiarum actione Domino, qui liberaverat eum ab inimicis, habet inter cætera: *Retribuet mihi Dominus secundùm justitiam meam, & secundùm munditiam manuum mearum reddet mihi.* Eliphaz cum Job loquens ajebat: *Salvabitur innocens, salvabitur autem in munditia manuum suarum.*

(a) Quid hæc vox, cujus textus notis significatur, ubi locus.
Gen. 20, 5. (b) Rex Geraræ de munditia sua protestans.
Levit. 14, 7. (c) Leproso munditia reddita.
2. Reg. 22, 21.
Job. 22, 30.

In Proverbiis est: (d) *Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum, habebit amicum Regem*: In libro Sapientiæ legimus: *Omnibus mobilibus mobilior est Sapientia: (e) Attingit autem ubique propter suam munditiam.* Advertendum hic censeo, quòd, cùm sæpè legatur *munditia manuum*, *ly manus* ponuntur pro *operibus*; ideòque idem est (f) dicere mundidam manuum

Prov. 22, 11. (d) Rex amicus fiet diligenti cordis munditiam.
Sap. 7, 24. (e) Sapientia ubique propter suam munditiam attingens.
(f) Mystica interpretatio variorum textuum.

nuum, ac operum, & actionum; & ita *Innocentiam in operando*.

Mundus, a, um. Mundissimus.

Hist.

(a) Quid hæ voces, quarum textus antisignantur, ubi locus. Gen. 7, 2.

Idem est, (a) ac *sine noxa, sine culpa, sine immunditia, sine labe; item innocens, ablutus, purus &c.* Mundus, cujus superlativum nomen est *Mundissimus*.

(b) Animalia munda in Arca Noë.
- - 7. 8.

Ex animantibus mundis (b) septena, & septena masculum, & fæminam jussus est tollere in Arcam Noë, ut factum est; duo enim, & duo servata sunt in procreationem speciei; cætera ad sacrificia facienda, ut notant expositores;

- 8. 20.

& de iis quidem obtulit holocausta Domino ipse Noë.

Exod. 25. 11.
(c) Aurum mundissimum in rebus pluribus adhibitum.

Auro (c) *mundissimo* inaurata est Arca fœderis intùs, & foris. Propitiatorium *de auro mundissimo* pariter factum est;

- - 17.
- - 31.
& alibi.

ita & candelabrum ductile cum hastili, calamis, scyphis, sphærulis, liliis &c.

- 31. 33.
- - 13.

item mensa de lignis Setim, *auro purissimo* circumdata est; item lucernæ septem cum emunctoriis suis ex auro purissimo conditæ sunt;

- - 29.
(d) Aromata mundissima adhibita &c.
Lev. 4. 12.

(d) & thymiama compositum est *de aromatibus mundissimis*. In locum mundum extra castra efferebantur, quæ non adolebantur de hostia pro peccato, ubi cineres effundi solebant.

- 6. 11.

Cineres holocausti efferebantur extra castra pariter, & *in loco mundissimo ad favillam* consumebantur.

- 7. 19.
(e) Mundus vescebatur carnibus victimæ pacificorum.

Qui erat mundus, (e) poterat vesci carne victimæ pacificorum. Prohibitum erat Sacerdotibus, ingressuris Tabernaculum testimonii sub pœna mortis vinum, & omne, quod inebriare potest, bibere,

- 10. 10.
(f) Sacerdotibus virum vetitum judicaturis inter pollutum, & mundum.

ut scilicet haberent *scientiam discernendi inter sanctum, & profanum*, (f) *inter pollutum, & mundum.*

- - 14.

Pectusculum, & armum hostiæ separatum *in loco mundissimo* comedebant Sacerdotes, cum filiis, & filiabus suis.

- 11. 2. &c.
- - 47.
(g) Animalium mundorum ab immundis separatio, & usus.

In capite undecimo Levitici est animalium (g) mundorum ab immundis separatio, eorumque usus; si quis animalia munda, quæ sint, scire velit, videat indicem universalem, verbo *animalia munda*; & in qualibet dictione, *animal* referente, notatur utrum mundum, vel immundum sit.

- - 36.

Commendatur, & simul præcipitur, quòd *fontes, & cisternæ, & omnis aquarum congregatio munda sit.*

- 13. 2. &c.
(h) Leprosus, quando mundus, quando non &c.
- 14. 2. &c.

Toto capite decimo tertio ejusdem Levitici agitur de lepra, & leproso (h) circa munditiem, & immunditiem ipsius, nec non eum contingentium. (V. *Lepra*;) ita & capite decimo quarto.

- 15. 8.

Mundus tactus salivâ seminiflui fiebat immundus usque ad vesperum.

- - 13.
(i) Seminifluus quomodo fiebat mundus.

Seminifluus autem, (i) ut mundus fieret, lavabat vestimenta sua, & totum corpus in aquis viventibus.

- 17. 15.

Eodem modo se, & vestimenta sua lavabat, ut mundus fieret, qui comederat morticinum, aut captum à bestia.

- 20. 25.

Jumenta, & aves mundas ab immundis separare jubentur Judæi in terra promissionis.

- 24. 4.

Lucernæ *super candelabrum mundissimum* ponendæ erant semper in conspectu Domini.

Num. 9. 13.

Qui mundus existens, Phase non fecisset, pœnæ exterminationis subjiciebatur à Domino.

- 18. 11.
- - 13.

Mundi tantùm primitiis vescebantur.

- 19. 9.

Vir mundus colligebat cineres vaccæ rufæ pro aqua aspersionis, & offerebat extra castra.

Num. 19. 18.
(k) Mundus aqua lustrationis aspergebat immundos.

(k) Homo mundus tingebat hyssopum in aqua lustrationis, & aspergebat tentoria, supellectiles, & homines immundos tertio, & septimo die.

- - 19.

Advertitur ex Deuteronomio, quòd animalia quædam dicebantur unà simul munda, & immunda; munda scilicet quoad esum, iis enim vesci licebat, immunda tamen erant, eo quòd in Sacrificiis adhiberi non possent;

Deut. 12. 15.
(l) Distinctio mundi, & immundi.

& hinc est, quòd dictum legimus Hebræo populo: (l) *Sive immundum, h. e. maculatum, & debile: Sive mundum, hoc est, integrum, & sine macula, quod offerri licet, sicut capream, & cervum, comedes &c.* dabatur autem etiam immundum absolutè, quod nec comedi, nec immolari licebat; sicuti & mundum absolutè, quòd & comedi, & immolari poterat;

- - 22.
& alibi.
(m) Mundus & immundus mundis carnibus vescentes.

(m) de his autem, quæ munda erant seu simpliciter, seu secundum quid, *tàm mundus, quàm immundus* vescebantur.

Animalium mundorum, & immundorum discretio iterùm traditur decimo quarto Deuteronomii; & ibi dicitur Judæis:

- 14. 11.
- - 20.

Omnes aves mundas comedite. Omne, quod mundum est, comedite.

- 21. 5.
(n) Sacerdotes in homicidio occulto judices super mundo, vel immundo.

In cautione super homicidio occulto vocabantur Sacerdotes, judicaturi (n) *quicquid mundum, vel immundum erat.*

Jos. 2. 20.

Exploratores missi in Jericho à Josue protestati sunt, cum Rahab, meretrice, se mundos futuros à juramento servandi eam, cum tota ejus familia, si proditio aliqua ab eadem fieret contra ipsos.

1. Reg. 20. 26.
(o) David creditus non mundus à Saule.
Tyr. hoc loco.

De Saule, non vidente Davidem secum ad mensam sedere, scribitur quòd (o) *cogitabat, quòd fortè evenisset ei, ut non esset mundus, nec purificatus*; ex quo notat Tyrinus, quòd convivium erat de hostiis pacificis celebratum Kalendis.

1. Reg. 21. 4.
(p) Panes Sacri data pueris mundis à mulieribus.

Achimelech noluit dare panes Sacros pueris David, nisi priùs certificaretur, quòd essent (p) mundi, maximè à mulieribus.

2. Reg. 3. 28.

David, idem, audiens, quòd Abner occisus fuerat à Joab, ait: *Mundus ego sum, & regnum meum apud Dominum, usque in sempiternum à sanguine Abner, filii Ner.*

2. Par. 3. 4.

Porticus, ad frontem Templi, deaurata est intrinsecus auro mundissimo.

- 4. 16.

Ex ære mundissimo plura facta in Templo, & in ejus ministerium vasa sub Salomone;

- - 20.
- - 21.

ita & plura alia opera de auro mundissimo; quo vestitum est pariter solium ejus grande eburneum.

- 9. 17.
- 13. 11.
(q) Panes propositionis in mensa mundissima positi.

Abias declarans, quæ fiebant in cultum Domini, notat panes propositionis proponi (q) *in mensa mundissima.*

1. Esd. 6. 20.
(r) Sacerdotes & Levitæ omnes mundi facti ad Phase celebrandum sub Zorobabele.

Sub Zorobabele celebratum est solemnissimè Pascha, & purificati sunt (r) *Sacerdotes, & Levitæ, omnes, quasi unus; omnes mundi: ad immolandum Pascha universis filiis transmigrationis, & fratribus suis Sacerdotibus, & sibi.*

Tob. 3. 16.
(s) Sara servans se mundam ab omni concupiscentia.

Sara, filia Raguelis, confusa propter improperium sibi ab ancilla illatum de septem viris ejus emortuis dicebat Domino: (s) *Tu scis Domine, quia nunquam concupivi virum & mundam servavi animam meam ab omni concupiscentia.*

- 13. 21.
(t) Plateæ Jerusalem futuræ ex lapide mundo.

Pro felicitate futura Jerusalem designandâ prophetabat Tobias Senior: *Ex lapide candido, (t) & mundo omnes plateæ ejus sternentur, & per vicos ejus alleluja cantabitur.*

Judith. 12. 9.
(u) Judith in castris Assyriorum munda manens.

De Judith, manente in exercitum Assyriorum, in castris Holofernis, notatur, quòd exibat noctu, lavans se in fonte aquæ, mox ascendebat, & orabat Dominum, (u) *& intreiens, munda manebat in Tabernaculo, usque dum acciperet escam suam in vespere.*

Baldad

Job 8. 6. (x) Dominus evigilat ad mundum. Baldad ad Job ajebat: *Si (x) mundus, & rectus incesseris, statim (Dominus) evigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum justitiæ tuæ*; protestabatur tamen Job, quòd Deus percutit impium, & innocentem; & quòd non poterat neque ipsemet, neque alius Deum injustitiæ convincere, quàmvis innocentissimum quis se dicat, etiam, ajebat de se

- 9. 30. ipso, *si lotus fuero quasi aquis nivis, & fulserint velut mundissimæ manus meæ.* Et

- 10. 14. ad Deum habebat: *Si peccavi: ad horam pepercisti mihi: Cur ab iniquitate (y) mea*

(y) Job dolens, quod eum Deus non patiatur mundum esse, ubi expl. text. *mundum me esse non pateris?* Cur me percutis, & non parcis, tanquam jam mundato? Et Sophar, falsò asserens Job propter multa sua peccata

- 11. 4. percussum esse, exprobrat ei: Dixisti: *Purus est sermo meus, & (z) mundus sum in conspectu tuo.*

(z) Job exprobratus, quòd se mundum diceret. Et Job, considerans admirabilem Dei potentiam, eum interroga-

- 14. 4. bat, & respondebat: (aa) *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu, qui solus es?*

(aa) Deus solus mundum facit de immundo. Et Eliphaz

- 15. 15. de Deo dicebat, quod *cæli non sunt mundi in conspectu ejus*: Job autem se pati citra

- 16. 18. iniquitatem asserebat, dicens: *Hæc passus sum absque iniquitate manus meæ, cùm haberem mundas ad Deum preces.* Hinc ajebat:

- 17. 9. *Tenebit justus viam suam, & mundis manibus addet fortitudinem.* Baldad alibi in-

- 25. 4. terrogabat: (ab) *Numquid justificari potest homo, comparatus Deo, aut apparere mundus, natus*

(ab) Nihil mundum coram Deo.

- - 5. *de muliere? Ecce luna etiam non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu ejus:*

- - 6. *Quantò magis homo putredo, & filius hominis vermis?* De sapientia dictum etiam est

- 28. 19. à Job, quòd (ac) *tinctura mundissima non componetur.*

(ac) Sapientiam non æquat mundissima tinctura. Et cùm Eliu ex verbis ipsius Job, niteretur, eum monstrare non esse justum ipsa ejusdem ponderabat verba, dicens:

- 33. 9. *Dixisti — mundus sum ego, & absque delicto; immaculatus, & non est iniquitas in me.*

In Psalmis, postquam interrogavit Da-

Psal. 23. 3. vid: *Quis ascendet in montem Domini? Aut quis stabit in loco sancto ejus?* Respondit: *Innocens manibus, (ad) & mundo corde &c.* &

(ad) Mundi corde grati Deo, & habentes bona. subdit: Quòd *hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo*; po-

- - 4.

- - 5.

- - 6. nitque talem in generatione quærentium Dominum, quærentium faciem Dei Jacob. Ad Deum autem orans dicebat

- 50. 12. idem David: (ae) *Cor mundum crea in me Deus &c.*

(ae) David petens cor mundum.

In Proverbiis legimus, facta priùs comparatione deambulantis super prunas, &

Prov. 6, 29. comburentis sibi plantas: *Sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mun-*

- 20. 9. *dus, cùm tetigerit eam.* Et alibi est: *Quis potest dicere: Mundum est cor meum purus*

- - 11. *sum à peccato? Ex studiis suis intelligitur pu-*

- 21. 8. *er, si munda, & recta sint opera ejus. Perversa via viri aliena est: qui autem mundus est, rectum opus ejus.* Inter generationes exe-

- 30. 12. crabiles, est *generatio*, (af) *quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota à sordibus suis.*

(af) Generatio execrabilis est, quæ sibi munda videtur, & non est. Apud Ecclesiasten dicitur, quòd nemo scit, an Dei odio, vel amore dignus sit, rationemque adducere videtur, quòd *universa æquè eve-*

Eccle. 9. 2. (ag) Universa æquè evenientia *niunt justo, & impio; bono, & malo*; (ag)

mundo, & immundo. *mundo, & immundo &c.* In libro Sapien-

Sap. 7. 23. tiæ dicitur, quòd spiritus ejus est spiritus *intelligibilis, mundus, subtilis.* De idolola-

- 14. 24. tris ponitur, quòd *neque vitam, neque (ah) nuptias mundas jam custodiunt, sed alius*

(ah) Idololatrarum nuptiæ non custodiuntur mundæ. *alium per invidiam occidit, aut adulterans contristat*; & quòd idem figulus, qui *de*

- 15. 7. *eodem luto (ai) fingit quæ munda sunt in usum vasa, & similiter quæ his sunt contraria,* & idola fingit.

(ai) Vasa munda, & immunda fingens figulus, fingit etiam idola.

Isai. 1. 16. Apud Isaiam monemur: *Lavamini, mundi estote &c.* Contra Babylonam dicitur:

- 13. 12. *Pretiosior erit* (eo scilicet quòd non invenietur) *vir auro, & homo mundo obrizo.* Prænun-

- 66. 17. tiantur item consumendi, (ak) *qui sanctificabantur & mundos se putabant in hortis post januam intrinsecùs &c.* in hortis enim idola colebantur.

(ak) Putantes se mundos in hortis consumendi, ubi expl. text. Prædicitur autem Gentes in Ec-

- - 20. clesiam adducendas esse discipulos Christi prædicantes, (al) *quomodo, si inferant filii Israel munus in vase mundo in domum Domini.*

(al) Gentes in Ecclesiam ferendæ, ut munus Deo in vase mundo. Apud Ezechielem conqueritur Domi-

- 22. 26. nus contrà Sacerdotes Jerusalem, qui *inter pollutum, & mundum non intellexerunt.* Et ali-

- 36. 25. bi dicit Dominus populo suo: *Effundam super (am) vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab universis idolis vestris mundabo vos.*

(am) Judæis aqua munda à Deo aspergenda. *Populum*

- 44. 23. *meum* (an) *docebunt* (filii Sadoc), *quid sit inter Sanctum, & pollutum, & inter mundum, & immundum ostendent eis.*

(an) Populus docendi quid sit inter mundum, & pollutum. Antiquus Dierum, visus à Daniele in visione, talis erat, quòd (ao) *capilli*

Dan. 7. 9. (ao) Capilli antiqui dierum, ut lana munda. *capitis ejus* (erant), *quasi lana munda.* Ipse Daniel, videns adduci ad supplicium Susannam:

- 13. 46. *exclamavit voce magna: Mundus ego sum à sanguine hujus.*

Hab. 1, 13. Ad Dominum dicebat Habacuc: (ap)

(ap) Oculi Domini mundi. *Mundi sunt oculi tui, ne videas malum &c.* Jesus, Sacerdos magnus, judicaturus domum Domini, si in viis ejus ambularet, exutus est sordibus vestibus, & dicente Domino: *Ponite*

Zach. 3. 5. (aq) *cidarim mundam super caput ejus* — *posuerunt cidarim mundam super caput ejus, & induerunt eum vestibus.* (mundis scilicet

(aq) Cidaris munda imposita Jesu Sacerdoti magno.

Malac. 1, 11. Apud Malachiam ait Dominus: *In omni loco sacrificatur, (ar) & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnum est nomen meum in Gentibus.*

(ar) Oblatio munda ubique nomini Domini oblata. De ultimo septem Machabæorum fratrum Martyrum notatur:

2. Mac. 7. 40. *Hic itaq; (as) mundus obiit, per omnia in Domino confidens.*

(as) Martyr Mach. mundus moriens.

Inter octo beatitudines est: (at) *Beati*

Matth. 5. 8. (at) Mundi corde beati. *mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Ad Pharisæos dicebat Jesus: (au) *Pharisæe cæce,*

- 23. 26 *munda prius, quod intus est calicis, & paropsidis, ut fiat id, quòd deforis est, mundum.*

(au) Mundum non fit deforis, quod non est intus. Accepto corpore Jesu Christi, Joseph ab

- 27. 59. Arimathæa (ax) *involvit illud in sindone munda.*

(ax) Corpus Christi in munda sindone involutum. Ad Pharisæos, cùm Christus Dominus munditiam interiorem quærendam priùs diceret, facta paritate calicis, & paropsidis, ut supra ex Matthæo notatum est; habemus, quòd apud Lucam additum est ab eo, nempè: *Quod superest, date eleemosynam; & (ay)*

Luc. 11, 41. (ay) Mundi omnia quomodo fiant. *ecce omnia munda sunt vobis.* Petro, qui priùs renuebat, condescendenti, ut Dominus Jesus ei, nedum pedes, sed & manus, & caput lavaret, idem Jesus dixit: (az) *Qui*

Jo. 13. 10. (az) Lotus est mundus. *lotus est, non indiget, nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus; & vos mundi estis* (Apostoli scilicet) *sed non omnes*; quod dictum est propter

Jo. 13. 11.

Judam; icircò additur: *Sciebat enim, quisnam esset, qui traderet eum; propterea dixit: Non estis mundi omnes.* Et alibi ad eosdem ait: *Jam* (ba) *vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis.* Paulus, videns, apud Judæos Corinthi parùm proficere, cùm resisterent, & contradicerent verbu Dei, *excutiens vestimenta sua, dixit ad eos: Sanguis vester super caput vestrum:* (bb) *Mundus ego, ex hoc ad Gentes vadam.* Et ad majores natu Ephesinæ Ecclesiæ, quos discessurus, & non ampliùs visurus solidâ exhortatione, ut manerent in fide, hortatus est, ait: *Contestor vos hodiernâ die,* (bc) *quia mundus sum à sanguine omnium.* Item, ad Romanos scribens, quòd nullus cibus jam, propter legem Christi, immundus erat, sed quòd nihil comedi debebat cum fratris offendiculo, hoc ita expressit: *Omnia quidem sunt munda, sed malum est homini, qui per offendiculum manducat.* Ad Titum autem habet: (bd) *Omnia munda* (sunt) *mundis: coinquinatis autem, & infidelibus nihil est mundum, sed inquinata sunt eorum & mens, & conscientia.* Et ad Hebræos inquit: *Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei aspersi corda à conscientia mala, & abluti* (be) *corpus aquâ mundâ* (baptismo scilicet) *teneamus spem nostræ confessionem indeclinabilem, (fidelis enim est, qui repromisit).* Jacobus in sua Catholica scribit: *Religio* (bf) *munda, & immaculata apud Deum, & Patrem, hæc est: visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc sæculo.* Angeli, qui in Apocalypsi exierunt, plagas septem in phialis habentes, (bg) vestiebantur *lino mundo, & candido &c.* Ita &, qui sequebantur verbum Dei exercitus, in cælo in equis albis erant vestiti *byssino albo, & mundo.* Civitas nova Jerusalem erat (bh) *aurum mundum simile vitro mundo - - - - - - & platea civitatis aurum mundum, tanquam vitrum perlucidum.*

[Margin: - 15. 3. (ba) Apostoli mundi. — Act. 18. 6. (bb) Paulus se mundum dicit à Judæorum obstinatione. — - 20. 26. (bc) Itemque ab omnium sanguine. — Rom. 14. 20. — Tit. 1. 15. (bd) Omnia munda mundis. immundis nihil mundum. — Hebr. 10. 22. (be) Aquâ mundâ corpus abluendum, ubi suph. text. — - - 23. — Jacob 1. 27. (bf) Religio munda quæ sit. — Apoc. 15. 6. (bg) Linum mundum induens Angelos. — - 19. 14. — - 21. 18. (bh) Nova Jerusalem, & platea ejus aurum mundum &c. — - - 21.]

Mundus, substant.

Hist.

Est & Mundus, nomen substantivum, quo nomine venit (a) *totius universi machina, etiam cælo comprehenso*; aliquando *pro mole tantùm terraqueâ sumitur*; seu pro *parte elementari, cælis seclusis.* Et sic dicitur *Mundus* apud Latinos à *Munditie*, quâ Deus illum creavit, qui vidit ea, quæ fecerat esse bona; sicuti apud Græcos dicitur *Cosmos*, κόσμος, ab ornatu, qui in eo est. Translatè etiam pro Mundo *vanitates, delicia, & vitia sæculi* veniunt; sicuti & habitatores ejus. Notabilis est divisio illa, (b) quæ ab aliquibus fit mundi in *cælestem*, & *terrestrem*; in prima enim *quæ in cælis sunt*, intelliguntur; in secunda, *quæ in terris.* Dividunt alii in *sensibilem, intelligibilem, & mixtum.* Pro sensibili *omnia sensibilia*; pro intelligibili *omne id, quod intelligit*; & pro mixto *Homo* intelligitur, in quo sensibile est, & intelligibile, & Microcosmus appellatur. Alii varias inducunt divisiones, & nominant *mundum Politicum, mundum scientificum; mundum muliebrem*, & sic de reliquis; cùm enim Mundus dicatur rerum universitas, transferunt tunc vocem hujusmodi cum addito ad significandum *omnia ea, quæ ad politiam, ad scientias, ad mulierum ornatum pertinent*, & ita juxta varietatem rerum, nomina, quæ addant huic voci, multiplicant; nosque de mundo muliebri omnia quæ in Sacris litteris habentur circa ipsum, retulimus in dictione: (c) *Muliebris.* Cùm Joseph interpretatus esset somnia Pharaonis, Pharao præficiens eum toti Ægypto, *vertit nomen ejus, & vocavit eum linguâ Ægyptiacâ, Salvatorem mundi.* De Deo dicitur in Job, quòd *ipse fines mundi intuetur, & omnia, quæ sub cælo sunt, respicit.* Et in Ecclesiaste, quòd (d) *mundum tradidit* (Deus) *disputationi eorum* (hominum scilicet), *ut non inveniat homo opus, quod operatus est Deus, ab initio usque ad finem.*

[Margin: (a) Quid hac voce cujus textus nomine significantur à nobis est locus. — (b) Variæ juxta varios mundi divisiones. — (c) Aliqua remissivè. — Gen. 41. 45. — Job. 28. 24. — Eccle. 3. 11. (d) Mundus traditus disputationi hominum.]

Apud Ecclesiasticum legitur: *Testamentum hujus mundi morte morietur. Species cæli gloria stellarum;* (e) *mundum illuminans in excelsis Dominus.* V. *Sol.* Ad text. Ecclesiastici, In oratione Habacuc est: *Incurvati sunt* (f) *colles mundi, ab itineribus æternitatis ejus.* (Dei nempe.)

[Margin: Eccli. 14. 18. — - 43. 10. (e) Dominus mundum illuminans. — Hab. 3. 6. (f) Colles mundi incurvati ab æterno.]

Per universum mundum honorari Templum Jerosolymitanum dicebat Simon, ejusdem Templi Præpositus Heliodoro, volenti Sacros inibi repositos thesauros rapere. Regem (h) mundi, nempe Deum, suscitaturum Martyres defunctos in æternæ vitæ resurrectione dicebat Antiocho unus ex septem fratribus Martyribus Machabæis; & quòd idem mundi (i) creator reddet ais vitam, ajebat ad eos mater ipsorum, singulos eorum ad Martyrium constanter ferendum exhortans. Judas Machabæos suos, contra Gentes pugnaturos, validè hortatus est, quippe dicebat: *Illi quidem armis confidunt ——, simul & audaciâ; nos autem in omnipotente Domino, qui potest* (k) *& venientes adversum nos, & universum mundum uno nutu delere, confidimus.* Item idem, pugnaturus adversùs Casphin urbem, cujus habitatores blasphemiis Judæos irritabant, *invocato magno* (l) *mundi Principe* (Deo,) *qui sine arietibus, & machinis temporibus Jesu præcipitavit Jericho, irruit ferociter muris*; & urbem cepit. Et cùm aliquando audiret, cum manu potentissima Antiochum movere Eupatorem contrà Judæam, & Jerusalem, consilium cepit illâ urbe exeundi, Domino se committens, & *dans* (m) *potestatem omnium Deo mundi Creatori*, contra hostes intrepidè se objiciens, cum suis.

[Margin: 2. Mac. 3. 12. (g) Templum Jerusalem ubique honore habitum in mundo. — - 7. 9. (h) Deus Rex mundi. — - - 23. (i) Et ejusdem Creator. — - 8. 18. (k) Idem potens mundum uno nutu delere. — - 12. 15. (l) Deus mundi Princeps. — - 13. 14. (m) Deus mundi Creator.]

In novo Testamento habemus, quòd post quadragesimale jejunium diabolus assumpsit Jesum in montem excelsum valdè, & ostendens ei (n) *omnia regna mundi*, ea eidem promisit, si cadens adorâsset ipsum. At Jesu ipsum propellente, vana illius omnis evasit tentatio. Lucem (o) mundi vocavit idem Jesus Apostolos suos. Loquens ipsemet in parabolis dicitur implevisse illud Prophetæ, dicentis: *Aperiam in Parabolis os meum, eructabo* (p) *abscondita à constitutione mundi*; & in parabola de sparso semine, & zizaniis in agrum

[Margin: Matth. 4. 8. (n) Regna mundi à diabolo ostensa Christo &c. — - 5. 14. (o) Apostoli lux mundi. — - 13. 35. (p) Christus abscondita à mundo condito manifestaturus.]

Matth. 13.38. in agrum explicuit, quòd *ager est mundus.*
- 16, 26. (V. *Parabola.*) Item dicebat: *Quid pro-*
Marc. 8. 36. *dest homini, si mundum universum lucretur,*
Luc. 9, 25. *anima verò sua detrimentum patiatur?* Et de
Matth. 18, 7. scandalis differens ajebat: *Væ mundo à scan-*
dalis. Prædixit pariter Christus Jesus fu-
turam tribulationem magnam, quæ non fuerat
- 24. 21. *ab initio* (q) *mundi*, usque ad illud tempus.
(q) Tribulatio prædicta, quæ non fuit ab initio mundi.
Et de extremo judicio verba faciens, ajebat,
quòd Filius hominis dicet his, qui à dextris
- 25. 34. ejus erunt: *Venite benedicti patris mei, possi-*
(r) Regnum paratum a constitutione mundi bonis.
dete (r) *paratum vobis regnum à constituti-*
one mundi. Testatus item est; quòd
- 26, 13. ubicunque prædicatum fuisset Evangelium in
Marc. 14. 9. toto mundo, (s) ibi etiam dicendum, quæ
(s) Ubi in mundo Evangelium prædicatur, à illo Mariæ Magdalenæ facto dicentur.
circa eum Maria Magdalena fecerat in pro-
fusione unguenti; & post resurrectionem
suam suis apparens discipulis, eis dixit:
- 16. 15. (t) *Euntes in mundum universum prædicate*
(t) Discipuli Christi in mundum universum missi.
Evangelium omni creaturæ. Cùm autem
Jesus taxaret Scribarum, & Pharisæorum hy-
Luc. 11, 50. pocrisim, dicebat, ab iis inquirendum esse san-
guinem omnium Prophetarum, effusum *à con-*
stitutione mundi. Et volens, discipulos suos in
Deo tantùm confidere, & cælestia quærere, sub-
- 12. 30. didit: *hæc enim omnia* (quid scilicet bibendum,
(u) Gentes mundi quærunt ea, quibus indigemus.
edendumve sit) (u) *gentes mundi quærunt; Pater*
autem vester scit, quoniam his indigetis.

In Joannis Evangelio legimus de verbo
Jo. 1. 9. divino: *Erat lux vera,* (x) *quæ illuminat*
- - 10. *omnem hominem venientem in hunc mundum.*
(x) Verbum in mundo, per quod mundus factus, qui illud non cognovit.
In mundo erat, & mundus per ipsum factus est,
& mundus eum non cognovit. Idem verbum in
carne monstrabatur à Joanne Baptista, qui de
- - 29. eo dixit: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit pec-*
- 3. 16. *catum mundi.* Et idem Jesus dicebat: (y) *Sic*
(y) Deus diligit mundum.
Deus dilexit mundum, ut Filium suum unige-
nitum daret; ut omnis, qui credit in eum non
- - 17. *pereat, sed habeat vitam æternam: Non enim*
(z) Idem Filium mittens, ut mundum salvet.
misit Deus filium suum (z) *in mundum, ut judicet*
mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum; &
- - 19. sermonem prosequens, addit: *Hoc est autem ju-*
(aa) Lux in mundum venit.
dicium: quia lux venit (aa) *in mundum, & dile-*
xerunt homines magis tenebras, quàm lucem; erant
enim eorum mala opera. Samaritani, audientes
verba Christi Jesu, & ei credentes, dicebant, mu-
- 4. 42. lieri Samaritanæ: *Quia jam non propter tuam lo-*
quelam credimus; ipsi enim audivimus, & sci-
(ab) Christus Salvator mundi cognitus à Samaritanis.
mus, (ab) *quia hic est Salvator mundi.* Cùm sa-
tiasset Jesus quinque panibus, & duobus pisci-
bus quinque virorum millia, dicebant, qui por-
- 6, 14. tentum viderant: (ac) *Quia hic est verè Pro-*
(ac) Idem Propheta dicitur, in mundum venturus.
pheta, qui venturus est in mundum. Hinc alte-
râ die ad turbas concionem habens, disseruit eis
- - 33. de pane Dei, descendente de cælo, & dante (ad)
(ad) Panis dans vitam mundo, ubi explicatur.
vitam mundo; nempè de se ipso; qui rem ex-
plicans addidit paulò post: *Panis, quem ego*
- - 52. *dabo, caro mea est pro mundi vita.* Ad suos
- 7. 7. pariter discipulos dicebat: *Non potest* (ae) *mun-*
(ae) Mundus odit Christum.
dus odisse vos, me autem odit; respondebat au-
tem hæc illis, quia ipsum hortabantur, ut in
Judæam iret, ut ibi viderentur ea, quæ fa-
- - 4. ciebat; quo circa & ipsi ei dicebant: *Si hæc*
facis, manifesta te ipsum mundo. Eisdem aje-
- 8, 12. bat ipsemet Jesus: (af) *Ego sum lux mundi;*
(af) Christus lux mundi.
qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed
- - 23. *habebit lumen vitæ;* Et Judæis: *Vos de mundo*
- - 26. *hoc estis, ego non sum de hoc mundo. Egoque*
audivi ab eo (qui misit me), *hæc loquor in*
- 9, 5. *mundo.* Et discipulis suis: *Quamdiu sum in*

mundo, lux sum mundi; (ajebat autem hæc
sanaturus cæcum à nativitate.) *In judicium* Jo. 9. 39.
ego in hunc mundum veni, ut qui non vident,
videant, & qui vident, cæci fiant. De se ipso
item Jesus dicebat, se esse, *quem Pater san-* - 10, 36.
ctificavit, (ag) *& misit in mundum.* Cùm
(ag) Jesus à Patre missus in mundum.
suaderetur, ne in Judæam pergeret, ubi an-
tea Judæi volebant eum lapidare, respondit:
Nonne duodecim sunt horæ diei; si quis ambu- - 11. 9.
laverit in die, non offendit, quia (ah) *lucem*
(ah) Videns lucem mundi non offendit.
hujus mundi videt. Martha testata est
ipsi: *Utique Domine ego credidi, quia tu es* - - 27.
Christus Filius Dei vivi, qui in hunc mun-
dum venisti. Desperabant Pharisæi,
quòd *totus mundus post eum abiret.* Ver- - 12. 19.
ba ejusdem Christi Domini sunt: *Qui odit* - - 25.
animam suam, (ai) *in hoc mundo, in vitam*
(ai) Odit animam suam in mundo, vitam æternam habet.
æternam custodit eam. Et cùm vox de cæ-
lo audita esset Patris, quòd scilicet clarifica-
verat jam, & iterùm clarificaturus esset Fili-
um suum Jesum, de eo, quòd evenerat disse-
rens, variis varia dubitantibus, idem Jesus
dicebat: *Nunc judicium est mundi; nunc prin-* - - 31.
ceps hujus mundi ejicietur foras. Ego lux - - 46.
in mundum veni, ut omnis, qui credit in me,
in tenebris non maneat. Et si quis au- - - 47.
dierit verba mea, & non custodierit, ego
non judico eum, non enim veni, (ak) *ut ju-*
(ak) Jesus venit, ut mundum salvet.
dicem mundum, sed ut salvificem mundum.
Narrat insuper Joannes, quòd *ante diem fe-* - 13, 1.
stum Paschæ sciens Jesus, quia venit hora
ejus, ut (al) (transiret) *ex hoc mundo ad*
(al) Idem abiturus de mundo ad Patrem.
Patrem, cùm dilexisset suos, qui erant in mun-
do, in finem dilexit eos &c. Appromisit
item, à se mittendum Paraclitum. *Spiritum* - 14. 17.
veritatis, (am) *quem mundus non potest accipe-*
(am) Mundus nesciens Paraclitum.
re, quia non videt eum, nec scit eum. Prænun-
tiavit: *Adhuc modicum,* (an) *& mundus me* - - 19.
(an) Mundus jam non visurus Jesum.
jam non videt; ita quòd diligentibus se, ait, se
manifestabit, unde Judas Tadæus eum inter-
rogavit: *Domine, quid factum est, quia mani-* - - 22.
festaturus es nobis temetipsum, (ao) *& non mun-*
(ao) Jesus se mundo non manifestaturus.
do; rationemque accepit, quia diligebatur ab
ipsis. Itemque dixit suis Jesus: *Pacem relinquo* - - 27.
vobis, pacem meam do vobis; non, quomodo mun-
dus dat, ego do vobis. Jam non multa loquar vo- - - 30.
biscum; venit enim princeps mundi hujus, & in me
non habet quidquam, sed ut cognoscat mundus, quia - - 31.
diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pa-
ter, sic facio. Si mundus vos odit, scitote, quia - 15. 18.
me priorem vobis odio habuit. Si de mun- - - 19.
do fuissetis, (ap) *mundus, quod suum erat,*
(ap) Mundus, quod suum est, diligit.
diligeret: quia verò de mundo non estis, sed
ego elegi vos de mundo, propterea odit vos
mundus. Cùm venerit ille (scilicet pa- - 16, 8.
raclitus), (aq) *arguet mundum de peccato, & de*
(aq) Paraclitus mundum redarguiturus.
justitia, & de judicio. —— De judicio au-
tem, quia princeps hujus mundi jam judicatus - - 11.
est. Plorabitis, & flebitis vos, mun- - - 20.
dus autem gaudebit: vos autem contristabi-
mini, sed tristitia vestra convertetur in
gaudium. Mulier cùm parit, tristitiam - - 21.
habet, quia venit hora ejus: cùm autem pepererit
puerum, jam non meminit pressuræ propter gau-
dium, (ar) *quia natus est homo in mundum &c.*
Exivi à Patre, & veni in mundum; iterùm re- - - 28.
(ar) Gaudium pro homine in mundum nato.
linquo mundum, & vado ad Patrem. In
mundo pressuram habebitis; sed confidite: (as) - - 33
Ego vici mundum. Et orans Patrem, in-
(as) Jesus mundi victor.
ter cætera dicebat: *Clarifica me tu Pa-* - 17. 5.
ter apud temetipsum claritate, quam habui

Jo. 17, 6.
(at) Jesus ante quam mundus esset.

prius, quàm (at) *mundus esset, apud te. Manifestavi nomen tuum hominibus, quos dedisti mihi de mundo. Tui erant, & mihi eos dedisti; & sermonem tuum servaverunt.*

- - 9.

Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi, quia tui sunt. —

- - 11.
(au) Idem relinquens mundum.

Jam non sum in (au) *mundo, & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. Pater Sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi: ut sint unum, sicut & nos.* —

- - 13.

Nunc autem ad te venio: Et hoc loquor in mundo, ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis.

- - 14.

Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo.

- - 15.

Non rogo, ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos à malo.

- - 16.

De mundo non sunt, sicut & ego non sum de mundo. ——

- - 18.

Sicut tu me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum; sic rogat patrem, ut faciat, ut omnes unum sint, *ut* (inquit)

- - 21.
(ax) Idem à Patre in mundum missus.

(ax) *credat mundus, quia tu me misisti*; & prosequens dicere, quòd eis communicavit claritatem, sibi datam, rogat, *ut*

- - 23.
(ay) Idem rogat, ut mundus eum cognoscat a patre missum.

sint consummati in unum: (ay) *& cognoscat mundus, quia tu me misisti, & dilexisti eos, sicut & me dilexisti*; mox petit, ut secum

- - 24.

sint in eodem loco, *ut videant* (inquit) *claritatem meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi.* Inde addit:

- - 25.
(az) Mundus non cognoscens Patrem.

Pater juste, (az) *mundus te non cognovit, ego autem te cognovi. Et hi cognoverunt, quia tu me misisti &c.* Quibus in verbis notandum est, quòd hæc peculiaris oratio facta est à Christo Jesu pro suis discipulis, ut amorem suum peculiarem erga eos ostenderet; nec (ba) quis audeat dicere, quòd Christus pro mundo non rogavit; errat enim, si absolutè hoc dicat; non quidem hic oravit Christus pro mundo in universali, sed centies alibi hoc fecit, comprehendens & incredulos, & persecutores etiam suos.

(ba) Jesus non rogans pro mundo, ubi expl. text.
Jo. 17, 9.

Interrogatus Jesus à Pontifice de doctrina sua respondit: (bb) *Ego palàm locutus sum mundo*; & sic dicens, publicè se docuisse omnia, remisit illum ad interrogandos ipsos auditores.

- 18, 20.
(bb) Idem palam locutus mundo.

Et cùm Pilatus diceret ei, quasi ad improperium, quòd traditus sibi esset à Judæis, reposuit Jesus: (bc) *Regnum meum non est de hoc mundo: Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent, ut non traderer Judæis; nunc autem regnum meum non est hinc*; ubi noto, quòd dum dicit Christus *regnum meum non est de hoc mundo*, non utique dicit, quòd ipse non habeat potestatem in mundo, quod dicunt quidam mali Politici, sed insinuat tantùm, quòd est cælo descendit, nec more humano, qui è in hoc mundo, se dirigebat, ministros adhibens ad tuitionem; secùs dixisset: Non *de hoc mundo*, sed *hujus mundi*, ut à dominio mundi se alienum diceret; & hinc est, quòd cùm replicasset Pilatus: *Ergo Rex es tu? respondit Jesus: Tu dicis,* (bd) *quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati &c.*

- - 36.
(bc) Regnum Jesu non de hoc mundo, ubi expl. text.

- - 37.
(bd) Jesus Rex venit in mundum, ut de se testificaretur.

Et cùm finem ponat Evangelio suo Johannes, inquit, quòd si omnia signa, quæ fecit Jesus, scriberentur, (be) *nec ipsum arbitror mundum capere posse eos, qui scribendi sunt, libros.*

- 21, 25.
(be) Mundus non capiens omnia signa, à Jesu facta, scripta.

Paulus Athenis prædicans, pro ly *ignoto Deo*, (bf) cui ara inscripta est, interpretatus est Deum, *qui fecit mundum & omnia, quæ in eo sunt &c.*

Act. 17, 24.
(bf) Deus, mundi creator erat Deus ignotus Athenis.

Ad Romanos, idem Paulus scribens ait: (bg) *Primum quidem gratias ago Deo meo per Jesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra* (Christi nempe, ad quam conversi estis) *annuntiatur in universo mundo.*

Rom. 1, 8.
(bg) Fides Christi in universo mundo annuntiata.

Invisibilia ejus (bh) (Dei scilicet) *à creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur.*

- - 20.
(bh) Invisibilia Dei nota per creaturam mundi.

Si iniquitas nostra justitiam Dei commendat, quid dicemus? Numquid iniquus est Deus, qui infert iram? (*secundùm hominem dico*) *absit.*

- 3. 5.

(bi) *Alioquin quomodo judicabit Deus hunc mundum?*

(bi) Deus Judex mundi.
- - 6.

Scimus, quoniam quæcunque lex loquitur, iis, qui in lege sunt; (bk) *loquitur, ut omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo.*

- - 19.
(bk) Lex datur, ut mundus Deo subdatur.

Non per legem promissio Abrahæ, aut semini ejus, ut hæres esset mundi, sed per justitiam fidei.

- 4. 13.

Sicut per unum hominem peccatum (bl) *in hunc mundum intravit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt.*

5. - 12.
(bl) Per unum hominem peccatum intravit in mundum.

Usque ad legem enim peccatum erat in mundo; peccatum autem non imputabatur, cùm lex non esset.

- - 13.

Si amissio eorum (abjectio scilicet Judæorum) (bm) *reconciliatio est mundi, quæ* (quantæ videlicet utilitatis erit) *assumptio, nisi vita ex mortuis.*

- 11, 15.
(bm) Amissio Judæorum reconciliatio mundi.

Ad Corinthios disserens de Christi morte, cujus prædicatio judicatur mundo stultitia, inquit: *Nonne* (bn) *stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi? Nam quia in Dei sapientia non cognovit mundus per sapientiam Deum; placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes.*

1. Cor. 1, 20.
(bn) Sapientia mundi stulta facta à Deo.
- - 21.

Quoniam & Judæi signa petunt, & Græci sapientiam quærunt.

- - 22.
- - 27.

Quæ (bo) *stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia; & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea, quæ non sunt, ut ea, quæ sunt destrueret, ut non glorietur omnis caro in conspectu ejus.*

(bo) Infirma mundi & contemptibilia electa à Deo ad confusionem fortium.
- - 28.
- - 29.

Nos non spiritum hujus mundi accepimus, sed Spiritum, qui ex Deo est, ut sciamus, quæ à Deo donata sunt nobis.

- 2, 12.
- - 19.

Sapientia hujus mundi stultitia est apud Deum.

- - 22.

Omnia vestra sunt, sive Paulus, sive Apollo, sive Cephas, sive (bp) *mundus, sive vita, sive mors, sive præsentia, sive futura: Omnia enim vestra sunt. Vos autem Christi: Christus autem Dei.*

(bp) Omnia, vel etiam mundum Corinthiorum esse ait Paulus, & ipsos Christi &c.

Spectaculum (bq) *facti sumus mundo, & Angelis, & hominibus.*

- - 23.
- 4. 9.
(bq) Paulus mundo spectaculum factus &c.

Blasphemamur, & obsecramus, tanquam purgamenta hujus mundi facti sumus, omnium peripsema usque adhuc.

- - 13.

Scripsi vobis in epistola: Ne commisceamini fornicariis; (br) *non utique fornicariis hujus mundi, aut avaris, aut rapacibus, aut idolis servientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exisse* (hoc est: Non fornicariis &c. paganis, sed Christianis, quos, tanquam hoc nomine indignos, vitare debebant).

- 5. 9.
- - 10.
(br) Fornicarii pagani fugiendi, ubi expl. text.

Et dolens, quòd apud Judicem ethnicum judicio contenderent Christiani, habet: *An nescitis, quoniam* (bs) *Sancti* (Christiani scilicet) *de hoc mundo judicabunt? Et si in vobis judicabitur mundus, indigni estis, qui de minimis judicetis?* vult autem, quòd Christiani ii sint, (bt) *qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur; præterit enim figura hujus mundi.*

- 6, 2.
(bs) Sancti de hoc mundo judicabunt, ubi expl. text.

- 7, 31.
(bt) Christiani hoc mundo utantur, ut non utentes.

Et

Et cum velit eos esse sine solicitudine, addit: *Qui cum uxore est, solicitus est, (bu) quæ sunt mundi, quomodò placeat uxori, & divisus est - - - - - Quæ nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro.* Insuper habet: *Nihil est idolum in mundo, & - - - nullus est Deus, nisi unus. Dum judicamur à Domino corripimur; ut non cum hoc mundo damnemur,* & cum dicatur, quòd *multa genera linguarum sunt* (bx) *in hoc mundo,* subjicit: *& nihil sine voce est.* item ait: *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ, quod in simplicitate cordis, & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei, (by) conversati sumus in hoc mundo; abundantiùs autem ad vos. Deus erat in Christo mundum (bz) reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis.*

1. Cor. 7. 33. - - 34. (bu) Vir, & uxor cogitantes ea, quæ mundi. - 8. 4. - 11. 32. - 14. 10. (bx) Genera linguarum multa in mundo. 2. Cor. 1. 12. (by) Gloria nostra, bona conversatio in hoc mundo. - 5. 19. (bz) Deus in Christo reconcilians mundum sibi.

Ad Galatas scribit: *Nos cum essemus parvuli, sub elementis mundi eramus servientes &c. Mihi absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.*

Galat. 4. 3. - 6. 14.

Ad Ephesios ait: *Elegit nos* (Deus) *in ipso* (Christo scilicet Jesu) (ca) *ante mundi constitutionem, ut essemus sancti, & immaculati in conspectu ejus in charitate.* Dicit item, quòd Deus conresuscitavit eos in Christo Jesu, *cùm* (inquit) *essetis mortui delictis, & peccatis vestris, in quibus aliquandò ambulâstis, secundùm sæculum mundi hujus &c. Eratis illo in tempore* (infidelitatis videlicet) - - - *promissionis spem non habentes, & sine Deo in hoc mundo. Non est nobis colluctatio adversùs carnem, & sanguinem; sed adversùs* (cb) - - - *mundi rectores tenebrarum harum contra Spiritualia nequitiæ, in cælestibus.*

Ephes. 1. 4. (ca) Sancti ante mundi constitutionem electi à Deo in Christo. - 2. 1. - 2. - 12. - 6. 12. (cb) Colluctatio Christianorum olim contra Rectores mundi.

Ad Colossenses ait: (Evangelium) *pervenit ad vos, sicut & (cc) in universo mundo est, & fructificat, & crescit, sicut in vobis, ex eâ die, quâ audistis, & cognovistis gratiam Dei in veritate. Videte, ne quis vos decipiat per Philosophiam, & inanem fallaciam, secundùm traditionem hominum, (cd) secundùm elementa mundi, & non secundùm Christum. Si mortui estis cum Christo ab elementis hujus mundi; quid adhuc tanquam viventes in mundo decernitis?* Et ad Timotheum habet: *Fidelis sermo, & omni acceptione dignus; quòd (ce) Christus Jesus venit in hunc mundum, peccatores salvos facere, quorum primus ego sum.* Et de Dominicæ incarnationis Sacramento dicit, quòd *creditum est in mundo.* Insuper ait: *Nihil intulimus in hunc mundum; haud dubium, quod nec auferre quid possumus.* Ad Hebræos notum facit, quòd (cf) *quidem operibus ab institutione mundi perfectis,* novam requiem promisit Deus suis, si, ut ait David non obduraverint corda sua; quod de requie cæli appromissa Christi fidelibus intelligendum esse affert. De Christo Jesu, summo Sacerdote, ait, quòd semel oblatus est, & obtulit semetipsum, non frequenter passus *ab origine mundi*; & quod *ingrediens* (cg) *mundum,* corpus sibi datum ad offerendum dixit, cum hostia, & oblatio antiqui testamenti Patri ejus non placerent amplius. Notat item Apostolus, quòd Noë fide *aptavit arcam in salutem domûs suæ, (ch) per quam damnavit mundum* (scilicet incredulitatis). Pluresque nominat alios fide illustres, etiam è mundo per

Coloss. 1. 6. (cc) Evangelium in universo mundo. - 2. 8. (cd) Cautio ne decipiamur juxta elementa mundi. - - 20. 1. Tim. 1. 15. (ce) Jesus venit in mundum salvos facere peccatores. - 3. 16. - 6. 7. Hebr. 4. 3. (cf) Requies promissa bonis ab institutione mundi, ubi explicatur. - 9. 26. - 10. 5. (cg) Jesus mundum ingrediens ad oblationem corporis sui. - 11. 7. (ch) Mundus incredulitatis damnatus.

varia tormenta ablatos, (ci) *quibus dignus non erat mundus.*

Hebr. 11. 38. (ci) Mundus multis heroibus indignus.

D. Jacobus in suâ Catholicâ notat, quòd *Deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in fide, & hæredes regni, quod repromisit Deus diligentibus se.* Et quòd *amicitia hujus mundi, inimica est Dei.*

Jac. 2. 5. - 4. 4.

D. Petrus scribit, quòd Christi sanguine redempti sumus, quasi agni incontaminati, *præcogniti quidem (ck) ante mundi constitutionem, manifestati autem novissimis temporibus* propter nos. Vult, quòd resistamus diabolo, *scientes* (inquit) *eandem passionem ei, quæ in mundo est, vestræ fraternitati fieri*; ita requirit, quòd sint fideles *fugientes ejus, quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptionem.* Notat pariter, quòd Deus *originali mundo non pepercit, sed octavum Noë justitiæ præconem custodivit, diluvium mundo impiorum inducens.* Quòd si (mali) (cl) *refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini nostri, & Salvatoris Jesu Christi, his rursùs implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus.* Et quòd *mundus aquâ inundatus periit.* (tempore scilicet Noë.)

1. Petr. 1. 20. (ck) Jesus præcognitus ante mundi constitutionem. - 5. 9. 2. Petr. 1. 4. - 2. 5. - - 20. (cl) Mali mali mundi relinquentes, & postea reassumentes, pejores prioribus facti. - 3. 6.

D. Joannes in suis epistolis astruit, quòd Jesus *est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantùm, sed etiam pro totius mundi.* Insuper ait: *Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo sunt: Si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo; quoniam omne, quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ, quæ non est ex Patre, sed ex mundo est; & mundus transit, & concupiscentia ejus. Qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum. Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filii Dei nominemur, & simus; (cm) propter hoc mundus non novit nos; quia non novit eum. Nolite mirari fratres, si odit vos mundus. Qui (cn) habuerit substantiam hujus mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo; quomodò charitas Dei manet in eo? Charissimi, nolite omni Spiritui credere, sed probate Spiritus, si ex Deo sunt; quoniam multi Pseudoprophetæ exierunt (co) in mundum. Omnis Spiritus, qui solvit Jesum, ex Deo non est; & hic est Antichristus, de quo audistis, quoniam venit, & nunc (cp) jam in mundo est. Vos ex Deo estis filioli, & vicistis eum, quoniam major est, qui in vobis est, quàm qui in mundo. Ipsi de mundo sunt; ideò de mundo loquuntur, & mundus eos audit. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quoniam filium suum unigenitum misit Deus in mundum, ut vivamus per eum. Nos vidimus, & testificamur, quoniam Pater misit filium suum Salvatorem mundi. In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, ut fiduciam habeamus in die judicii, quia sicut ille est, (cq) & nos sumus in hoc mundo. Omne, quod natum est ex Deo, vincit mundum; & hæc victoria, quæ vincit (cr) mundum, fides nostra. Quis est, qui vincit mundum, nisi qui credit, quoniam Jesus est filius Dei? Multi seductores exierunt in (cs) mundum, qui non confitentur Jesum Christum venisse in carnem; hic est seductor, & Antichristus.*

1. Joan. 2. 2. - - 15. - - 16. - - 17. - 3. 1. (cm) Mundus non cognoscens electos, quia non novit Deum. - - 13. - - 17. (cn) Habens mundi substantiam tenetur egenti succurrere. - 4. 1. (co) Pseudoprophetæ in mundo. - - 3. (cp) Antichristus in mundo. - 4. - 5. - 9. - 14. - 17. (cq) Deus, & nos in hoc mundo. - 5. 4. (cr) Fides nostra vincens mundum. - - 5. 2. Joan. v. 7. (cs) Seductores in mundo.

In Apocalypsi est, quòd *septimus Angelus tubâ cecinit, & facta sunt voces magnæ in*

Apoc. 11. 15.

(ct) Regnum hujus mundi factum Christi Jesu. Apoc. 13, 8. (cu) Agnus occisus ab origine mundi. - 17, 8. (cx) Aliqua remissivè.

cale, dicentes: (ct) *Factum est regnum hujus mundi, Domini nostri, & Christi ejus, & regnabit in sæcula sæculorum. Amen.* Bestia dicitur adorata ab eis, *qui inhabitant terram, quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ agni,* (cu) *qui occisus est ab origine mundi;* qui postea mirari debuerunt de ejusdem contritione. (cx) V. *Constructio: Muliebris: Orbis terræ: Cælum &c.*

(cy) Opiniones mundi olim. (cz) Unus est mundus in tempore creatus.

Mundus, ut supra notavimus, à pulchritudine nomen habet; plures fuerunt opiniones de numero (cy) mundorum; & fuerunt inter Philosophos Ethnicos, qui ab æterno eum posuerunt; (cz) eum in tempore fuisse creatum, & unum esse numero fides docet; & in Genesi ejus creatio describitur.

Myst. D. Aug. euch. ad Laur. 56.

Genus humanum, significatur aliquando pro mundo; ita Salvator Mundi, Salvator est generis humani; ex D. Augustino.

Glos. I. Ezech. 83.

Incitamentum libidinis (si sumatur in malum) mundus muliebris est; ex Glossa interlineari.

D. Hier. s. Ezech. 16.

Ornatus virtutum (si sumatur in bonum) mundus muliebris est; ex D. Hieronymo.

Orig. in div. h. 8

Sacra Scriptura, cujus sensus alius est historicus, & hic terræ assimilatur; alius mysticus, & aquæ comparatur, in mole terraquea mundi repræsentatur; ex Origene; maximè cum aër scientiæ naturali; æther sacræ Theologiæ æquiparentur.

D. Jo. Chrys. s. Matth. h. 9. D. Jo. Dam. de nat. B. V. or. 4. D. Bern. ser. Ave Maria.

Virgo Maria mundus, mundo speciosior, ac dignior dicitur à D. Jo. Chrysostomo, eò quòd sola Deum utero suscepit. Mundus magnificus, & ipso mundo admirabilior, à S. Jo. Damasceno. Mundus Creatoris, & specialissimus altissimi Dei, à D. Bernardo.

Municeps.

Hist. (a) Quid municeps, & municipium.

Qui (a) *natus erat, & civis erat in municipio*, ipse municeps dicebatur. Municipia autem dicebantur *civitates suo jure, & legibus utentes, muneribus tamen, hoc est, privilegiis, & honoribus populi Romani fruentes*; unde munera capiebant quidem (unde municipia dictæ sunt) hoc est, non onera damnosa, ut est collatio tributorum, & hujusmodi, sed tantùm utilia, & honorifica. Abusivè Municeps communiter dictum est de cujusque civitatis cive; at propriè est, qui in municipio natus est; ideóque ex hoc in civitatem Romanam receptus est, & munerum illius particeps factus est. Talem se dixit Paulus Apostolus interroganti Tribuno respondens: (b) *Ego homo sum quidem Judæus à Tarso Ciliciæ, non ignotæ civitatis municeps.*

Act. 21, 39. (b) Paulus municeps à Tarso Ciliciæ.

Muniens. Munitus, a, um. Munitissimus, a, um.

Hist. (a) Quid hæ voces subsequentes, quorum textis notis non signantur, ubi non est locus. 1. Mac. 13, 33. (b) Simon muniens præsidia Judææ.

Muniens (a) participium est activum præsentis temporis à *munio*, quod est, *fulcio; circumvallo, reparo &c.* In sacris litteris habemus, quòd Simon Machabæus *ædificavit præsidia Judææ*, (b) *muniens ea turribus excelsis, & muris magnis, & portis, & seris &c.*

Munitus sive sumatur, ut participium præteriti temporis passivum, à *munio*; sive, ut nomen præcisè adjectivum, idem est ac *fulcitus, reparatus &c.* Urbes (c) munitas sibi fabricare statuerunt trans Jordanem Rubenitæ, Gaditæ, & Media Tribus Manasse; & de facto id fecisse Gaditæ traduntur. Exploratores terræ appromissæ retulerunt, quòd inibi erant *urbes magnæ, & ad cælum usque munitæ.* In regno Basan *cunctæ urbes erant munitæ muris altissimis, portisq., & vectibus.* Quæ remanserant Gentes a cæde illatâ quinque Regibus per Josue, (d) ingressæ sunt civitates munitas. Caleb petiit sibi dari montem magnum, in quo erant Enacim, & *urbes magnæ, atque munitæ.* Fanum Berith erat locus *munitus valdè.* David misit Abisai ad persequendum Seba, ne fortè inveniret *civitates munitas*, & effugeret. Dicebat item David: *Non tanta est domus mea apud Deum, ut pactum æternum iniret mecum, firmum in omnibus, atque munitum.* Salomon (e) *per civitates munitas*, & cum Rege in Jerusalem disposuit 1400. currus, & 12. m. equitum. Elisæus prædixit Tribus Regibus, ituris contra Regem Moab, ex ore Domini: *Percutietis omnem civitatem munitam &c.* Et Hazaëli prænuntiavit, quòd civitates munitas Israelitarum succenderet. De Israelitis scribitur, quòd fecerunt sibi excelsa idolorum (f) *à turre custodum* (hoc est, in castellis quibuscomque) *usque ad civitatem munitam* (hoc est, & in quacumque urbe forti.) Et sic de Ezechia, Rege Israel, notatus, quòd percussit Philisthæos *à turre custodum usque ad civitatem munitam.* De Sennacherib, Assyriorum Rege, habetur, quod ascendit *ad universas civitates Juda munitas, & cepit eas.* Contra ipsum autem per Isaiam dixit Dominus: *Erunt in ruinam collium pugnantium civitates munitæ* (V. *Collis*). Abias, Rex Juda, *ædificavit urbes munitas in Juda.* Josaphat pariter Rex Juda *constituit judices terræ* (g) *in cunctis civitatibus Juda munitis per singula loca.* Ita & Manasses, Rex Juda, suo regno restitutus, *constituit* (h) *Principes exercitus in cunctis civitatibus Juda munitis.*

Num. 32, 16. (c) Urbes munitæ à Tribubus ultra Jordanem. - - 36. Deut. 1, 28. - 3. 5. Jos. 10, 20. (d) Gentes confugientes in civitates munitas. - 14. 12. Judic. 9, 46. 2. Reg. 20, 6. - 23. 5. 3. Reg. 10, 26. (e) Currus Salomonis in civitatibus munitis. 4. Reg. 3. 19. - 8, 12. - 17. 9. (f) Idolorum excelsa in civitatibus munitis Isr. - 18. 8. - - 13. & alibi. - 19. 25. 2. Par. 14. 6. & alibi. - 19. 5. (g) Judices in civitatibus munitis statuti. - 33. 14. (h) Item Principes exercitus.

Confitentes Levitæ Dei beneficia sub Esdra, fassi sunt per antiquos suos Patres, auxiliante Domino, urbes (i) munitas Gentium captas fuisse. Nabuchodonosor, mittens Holofernem contra circumstantes populos, ei, inter cætera, dixit: *Omnem urbem munitam subjugabis mihi.* David in Psalmis ait: *Benedictus Dominus; quoniam mirificavit misericordiam suam mihi in civitate munita.* (hoc est, Jerusalem.) *Quis* (Domine) *deducet me in civitatem munitam* (Idumæorum)? *Esto mihi* (Domine) *in Deum protectorem, & in locum munitum, ut salvum me facias. Quis deducet me in civitatem munitam? quis deducet me usque in Idumæam?*

2. Esdr. 9. 25. (i) Urbes Gentium munitæ captæ. Judith. 2. 6. Psal. 30, 22. - 59. 11. - 70. 3. - 107, 11.

Contra superbos apud Isaiam dicitur, quòd erit dies Domini super *omnem murum munitum.* Et contra Israel, quòd *civitas* (k) *munita desolata erit, speciosa relinquetur, & dimittetur quasi desertum.* Jeremiæ, destinato ad prænuntiandam destructionem Jerusalem, dicebat Dominus: *Ego dedi te hodie in civitatem* (l) *munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum super omnem terram, Regibus Juda, Principibus ejus, & Sacerdotibus, & populo terræ.*

Isai. 2, 15. - 27. 10. (k) Civitas munita desolanda. Jerem. 1, 18. (l) Jeremias datus in civitatem munitam.

Et dum mala prædicuntur populo, dicitur ei: *Congregamini, & ingrediamur civitates munitas.* *Conteret* (hostis) *urbes* (m) *munitas tuas, in quibus tu habes fiduciam, gladiô.* Unde ad id prædicuntur reducendi Optimates, Sacerdotesque trepidationis, & timoris, ut civitatem munitam quærant, & ibi silentes sedeant.

Jerem. 4. 5. — 5. 17. (m) Civitates munitæ ab hostibus conterendæ. — 8, 14.

Apud Ezechielem prophetatur, quòd civitates desertæ terræ Juda, (o) munitæ sedebunt, hoc est, inhabitabuntur.

Ezech. 36. 35. (o) Civitates desertæ munitæ futuræ, ubi expl. text.

Apud Osee prædicuntur civitates munitæ Juda concremandæ. Ubi apud Michæam instauratio populi electi prænuntiatur, dicitur Sioni: *In die illâ, & usque ad te veniet de Assur* (populus scilicet tuus), *& usque* (o) *ad civitates munitas; & à civitatibus munitis usque ad flumen, & ad mare de mari, & ad montem de monte.* Dum Sophonias extrema pronuntiat Judæis ob idololatriam, prænuntiatur *dies tubæ, & clangoris super* (p) *civitates munitas, & super angulos excelsos.* Et Zacharias, miserens super Jerusalem contrita, mox tamen instaurandâ; ait: *Ululate quercus Basae,* (hoc est, potentes) *quoniam* (q) *succisus est saltus munitus.* (hoc est, Jerusalem.) De Antiocho Epiphane legitur, quòd *comprehendit* (r) *civitates munitas in terra Ægypti.* Lysias Antiochum Eupatorem ad pacem cum Judæis hortatus est; locus enim, quem obsidebant Gentes, erat munitus (nempè Jerusalem), nec spes erat capiendi. Sub Jonathâ Machabæo Gentes *ædificaverunt civitates munitas, in Judæâ.* Victo Gorgiâ cum suis, qui potuerunt ex cæde emergere confugerunt (s) *in duas turres valdè munitas;* & ad eorum expugnationem reliquit Judas Machabæus Simonem, Josephum, Zachæum. Timotheus, Dux Gentium, percussus à Judâ Machabæo *confugit in Gazaram præsidium munitam, cui præerat Chæreas.* De Antiocho Eupatore scribitur, quòd admovit copiis *Bethsura,* (t) *quæ erat Judæorum præsidium munitum.* Vide insuper nomina urbium, & civitatum, & inter reliqua vide: (u) *Azecha: Alma: Barasat Bosor: Casphor: Carnaim: Ephron: Jericho: Lachis: Mageth.* Et notatur, quòd Urbs munita etiam pro illustri ponitur.

Osee. 8, 14. Mich. 7. 12. Judæi reduces usque ad civitates munitas &c. Soph. 1, 16. (p) Dies tubæ, & clangoris super civitates munitas futurus. Zach. 11, 2. (q) Saltus munitus succisus, ubi expl. text. 1. Mac. 1, 20. (r) Civitates munitæ in Ægypto comprehensæ. — 6, 17. — 5, 50. 2. Mach. 10, 18. (s) Gentes victæ ad turres munitas confugientes. — — 32. — 13, 19. (t) Bethsura præsidium munitum Judæorum. (u) Aliqua remissivè.

Munitissimus superlativa vox est dictionis Munitus. Madianitæ fecerant sibi, in Judæorum præjudicium, *munitissima ad repugnandum loca,* unde ad rapiendum exibant. Salomon *ædificavit* (x) *Palmiram in deserto, & alias civitates munitissimas ædificavit in Emath.* Et de Roboam notatur, quòd extruxit varias civitates munitissimas, quarum nomina apponuntur; sicuti per nomina sua explicantur civitates munitissimæ datæ Tribui Nephtali. Sesac, Rex Ægypti, cepit *civitates* (y) *munitissimas in Juda, & venit usque in Jerusalem,* cùm Roboam regnaret. Josaphat, Rex Juda, moriens, & relinquens regnum filio majori Joram, cæteris filiis *dedit multa munera argenti, & auri, & pensitationes, cum* (z) *civitatibus munitissimis in Juda.*

Judic. 6, 2. 2. Par. 8, 4. (x) Civitatum munitissimæ à Salomone ædificatæ; in quibus Palmira. — 11, 10. Jos. 19, 35. 2. Par. 12, 4. (y) Sesac capiens civitates munitissimas. — 21, 3. (z) Civitates munitissimæ datæ filiis à Josaphat.

Apud Danielem Prophetia est de Rege Aquilonis, capturo (ab) urbes munitissimas. In reliquis vide nomina civitatum, & præcisè: (ac) *Asor: Tyrus: Jerusalem;* & quas habuit Tribus Nephthali, & quas extruxit Roboam.

Dan. 11, 15. (ab) Rex Aquilonis capturus urbes munitissimas. (ac) Aliqua remissivè.

Munim.

Inter (a) Nathinæos, qui venerunt ex captivitate, sub Zorobabele, erant filii Munim. Sonat: *Habitacula: Afflicti: Delinquentes: Respondentes.* Hist.

1. Esd. 2, 50. 2. Esd. 7, 52. (a) Quis est, & quid sonat.

Munimen.

Vallum, (a) *agger* Munimen est; & sumitur translatè pro *quocúmque adjamento.* Alexandro, Antiochi Nobilis filio, invidit Demetrius Nicanor, quòd cum Judæis fœdus prior iniisset; ideóque dicebat: *Quid hoc fecimus, quòd præoccupavit nos Alexander apprehendere amicitiam Judæorum,* (b) *ad munimen sui?* Hist.

(a) Quid est. 1. Mach. 10, 23. (b) Alexander Antiochi nob. filius, ad sui munimen, fœdus cum Judæis iniens.

V. *Munitio in notis myst.* Myst.

Munimentum.

Idem est, (a) ac *munimen.* In Proverbiis est: *Desiderium impii* (b) *munimentum est pessimorum: Radix autem justorum proficiet.* Apud Isaiam contra Moab dicitur: (c) *Munimenta sublimium murorum tuorum concident, & humiliabuntur, & detrahentur in terram usque ad pulverem.* Et quoad obsidionem, & afflictionem Jerusalem ponitur: *Faciam contra te aggerem, & (d) munimenta ponam in obsidionem tuam.* Et de viro justo habetur: *Iste in excelsis habitabit,* (e) *munimenta saxorum sublimitas ejus,* (hoc est, securus est, quasi in arce in sublimi rupe positâ) &c. Hist.

(a) Quid est. Prov. 12, 12. (b) Desiderium impii munimentum pessimorum. Isai. 25, 12. (c) Munimenta Moab lapsura. — 29, 3. (d) Munimenta in obsidione Jerusalem. — 33, 16. (e) Munimenta saxorum sublimitas justi, ubi expl. text.

V. *Munitio in not. myst.* Myst.

Munitio.

Idem est, (a) ac *munimen,* & *munimentum;* & etiam sumitur pro *quocumque loco forti.* Inter belli leges, datas Judæis, erat, quòd, quando (b) munitionibus circumdedissent civitatem hostium, arbores, de quibus edi poterat, non succiderent, nec securibus per circuitum regionem vastarent. Joab, persequens Sebam, circumdedit munitionibus civitatem, ad quam confugerat (V. *Abela*). Prædixit Isaias, quòd Samariam non circumdaret munitio Regis Assyriorum. Ascendentibus Babyloniis in Jerusalem, bis *circumdata est urbs* (illa) *munitionibus.* De Holoferne notatur, quòd ultra fines Assyriorum venit ad magnos montes Ange à sinistro Ciliciæ, *ascenditque omnia castella eorum, & obtinuit omnem munitionem.* In Proverbiis legimus: *Qui suavis est in vini demorationibus, in suis munitionibus* (hic translatè sumitur pro *domo,* & *successoribus, familia &c.* quæ munitiones metaphoricè dici possunt), (c) *relinquit contumeliam.* Apud Ecclesiasten dicitur libera facta urbs per Sapientiam pauperis, (d) licèt extructæ essent in ejus obsidionem circa eam munitiones. Contra Idumæam prænuntiatur, quòd desolabitur, & nascetur *paliurus in munitionibus ejus.* Contra Jerusalem prædicitur obsidio, & ponitur: *Ecce munitiones extructæ sunt adversùm civitatem, ut capiatur.* Item denunciantur mala ad domos Jerusalem, & ad

Hist. (a) Quid hæc vox, cujus textus non signantur, nisi ubi locus. Deut. 20, 19. (b) Lex belli data Judæis. 2. Reg. 20, 15. 4. Reg. 19, 32. — 24, 10. — 25, 1. Jer. 52, 4. Judith. 2, 12. Prov. 12, 11. (c) Delicias vino contumeliam in suis munitionibus relinquit, ubi expl. text. Eccle. 9, 14. (d) Urbs, munitionibus obsessa, libera facta per Sapientiam pauperis. Isai. 34, 13. Jerem. 32, 24.

Jer. 37, 4. (e) Mala denuntiata ad munitiones Regis Juda.

ad domos Regis Juda, quæ destructæ sunt, (e) *& ad munitiones, & ad gladium.* Contra Moab præmonstratur ruina civitatis Luith, quæ nimis confidebat in munitionibus suis, & in thesauris suis. Et contra Dibon est: *Vastator Moab ascendit ad te, dissipavit munitiones tuas.* Et contra Carioth habetur: *Capta est Carioth, & munitiones comprehensæ sunt.* In Threnis ponitur: *Destruxit* (Dominus) *in furore suo munitiones virginis Juda &c. Dissipavit* (f) *munitiones ejus, & replevit in filiâ Juda humiliatum, & humiliatam.*

48, 7. — 18. — 41.

Thren. 2, 5. (f) Munitiones Jerusalem dissipatæ.

Ezech. 4, 2. (g) Ezechiel figurans munitiones circa Jerusalem.

Ezechiel Propheta jussus est figurare obsidionem Jerosolymæ, & (g) ædificare munitiones, & comportare aggerem &c. Et de Rege Babylonis, consulente idola, cum maneret in bivio, dicitur, quòd *ad dexteram ejus facta est divinatio super Jerusalem, ut ponat arietes, ut aperiat os in cæde, ut elevet vocem in ululatu,* (h) *ut ponat arietes contra portas, ut comportet aggerem, ut ædificet munitiones.* Et Tyro prædicitur, quòd Nabuchodonosor eam *circumdabit - - - munitionibus.*

21, 22. (h) Consultatio Regis Babyl. ad ponendas munitiones contra Jerusalem.

26, 8.

Osee. 10, 14. Mich. 5, 11. Nahum. 3, 12. — 14.

Apud Osee est contra Israël ob idololatriam: *Omnes munitiones tuæ vastabuntur.* Et apud Michæam contra Jerusalem: *Destruam omnes munitiones tuas.* Et apud Nahum contra Niniven: *Omnes munitiones tuæ sicut ficus cum grossis suis; si concussæ fuerint, cadent in os comedentis. Aquam propter obsidionem hauri tibi, extrue munitiones tuas.* Ita apud Habacuc contra Judæos dicitur: *Ipse,* (hostis scilicet). (i) *super omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerem, & capiet eam* (Jerusalem nempè): Et idem Propheta, expectaturus responsum à Domino, dicebat: *Figam gradum* (k) *super munitionem*; (mihi scilicet commissam, eam custodiendo.)

Hab. 1, 10. (i) Hostis Jerusalem risurus super omnem munitionem.

2, 1. (k) Habacuc gradum figens super munitionem.

Zach. 9, 3.

Apud Zachariam prophetia est de Tyro percutiendâ, quæ sibi ædificavit *munitionem suam.* Et de Messiâ prædicens Propheta ait: (l) *Convertimini ad munitionem* (Sion nempè, quæ Ecclesia est) *vincti spei.* (hoc est, adstricti spe Messiæ): *Hodie quoque* (scilicet ex nunc) *annuntians, duplicia* (bona videlicet.) *reddam tibi.*

— 12. (l) Mystica explicatio de conversione ad munitionem Sion.

1. Mac. 1, 2.

In libris Machabæorum scribitur de Alexandro Magno, quòd *constituit prælia multa, & obtinuit omnium munitiones, & interfecit Reges terræ.* Quòd Judas Machabæus munivit montem Sion *ad custodiendam Bethsuram,* (m) *ut haberet populus munitionem contra faciem Idumææ.* Cum Israëlitæ in Datheman munitionem fugissent, Timotheus Dux Gentium, eam occupare nisus est; & in munitione pariter, hoc est, munitâ quâdam arce, idem Timotheus conatus est Judæos opprimere; et incassùm, Judâ Machabæo obsistente, qui munitionem Bethsuram munivit. Antiocho Eupatore pacem cum Judâ eodem firmante, (n) *exierunt de munitione* (Sion Judæi); *& intravit Rex montem Sion, & vidit munitionem loci; & rupit citiùs juramentum, quod juravit, & mandavit destruere murum in gyro.* Gentes sub Bacchide *ædificaverunt civitates munitas in Judæâ,* (o) *munitionem, quæ erat in Jericho, & in Ammaum, & in Bethoron, & in Bethel, & Thamnata, & Pharathoni, & Thopo muris excelsis, & portis, & seris.* De Jonathâ Machabæo similiter notatur, quòd fecit extruere *montem Sion in circuitu lapidibus*

— 4, 61. (m) Munitio contra Idumæam facta à Judâ Mach.

— 5, 9. — 11. — 29. — 30. — 6, 26.

— 61. — 62. (n) Judæi exeuntes de munitione Sion, Ant. Eupatore ingrediente.

— 9, 50. (o) Munitio in Jericho ædificata à Gentilibus.

— 10, 11.

quadratis ad munitionem; & (p) quòd *fugerunt alienigenæ, qui erant in munitionibus, quas Bacchides ædificaverat.* Demetrius Nicanor sollicitabat Jonatham, ut secum fœdus iniret, & inter cæteras conditiones, triginta millia Judæorum adscribi in exercitu suo permittebat, (q) ex quibus ordinarentur, qui essent *in munitionibus Regis magni* (hoc est, Asiæ). Alexandro, nobilis Antiochi filio, mortuo per insidias Ptolemæi Regis, idem *Rex Ptolemæus mortuus est die tertiâ*; (r) *& qui erant in munitionibus, perierunt ab his, qui erant intra castra*; regnavitque Demetrius Nicanor. De Simone Machabæo dicitur, quod præsidia Judææ munivit, *& posuit alimenta in munitionibus.* Et Demetrius cum eo fœdus jungens, Judæis concessit: (ut ait) *Munitiones, quas ædificastis vobis sint.* Simon idem, de quo paulò ante sermo fuit, Judæos gubernans, dicitur, quòd *civitatibus tribuebat alimonias, & constituebat eas,* (s) *ut essent vasa munitionis quoadusque nominatum est nomen gloriæ ejus usque ad extremum terræ.* Victo Cendebæo Gentium Duce à Judæis, qui remanserunt ex victis *in munitionem fugerunt.* Victis item Timotheo, & Bacchide, Gentium Ducibus, *munitiones excelsas obtinuerunt* Judæi. Gorgiâ pariter, Gentium Duce, debellante Judæos, *Judas qui tenebant opportunas munitiones, fugatos ab Jerosolymis suscipiebant, & bellare tentabant. Hi verò, qui erant cum Machabæo, per orationes Dominum rogantes, ut esset sibi adjutor,* (t) *impetum fecerunt in munitiones Idumæorum.* Contra proditores insuper insurgens Judas Machabæus, occupatis turribus, ad quas profugerant, *armis, ac manibus omnia prosperè agendo, in duabus munitionibus plus quàm viginti millia peremit.* Et pugnaturus contra Nicanorem suos armavit, *non clypei* (u) *& hastæ munitione,* (hoc est, adjutorio, & præsidio) *sed sermonibus optimis, & exhortationibus, exposito digno fide somnio, per quod universos lætificavit.* Et Paulus ad Corinthios habet: *Arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo* (x) *ad destructionem munitionum* (hoc est, argumentorum, & sophismatum adversariorum &c.)

1. Mac. 10, 12. (p) Alienigenæ de munitionibus Bacchidis fugientes.

— 36. (q) Judæis in munitionibus Regis Asiæ permissum esse in exercitu Demetrii.

— 11, 18. (r) Manentes in munitionibus Ptolemæi pereuntes.

— 13, 33. — 38.

— 14, 10. (s) Civitates statutæ vasa munitionis à Sim. Mach.

— 16, 8. 2. Mac. 8, 30. — 10, 15. — 16. (t) Judæi impetentes munitiones Idumæorum.

— 23.

— 15, 11. (u) Iidem armantur non munitione armorum, sed hortationibus.

2. Cor. 10, 4. (x) Mystica interpretatio de munitionibus destruendis à Christiano.

Myst.

Christus, muniens Ecclesiam, exemplificatur in munimentis saxorum; ut scribit D. Hieronymus.

D. Hier. s. Isa. 33.

Doctrina, conjuncta cum sapientiæ sæculari, in qua anima confidit, designatur in munitionibus virginis Juda; ex D. Gregorio Magno.

D. Gr. 31, m. 12.

Principes mali in munitionibus destruendis repræsentantur; ut notat Origenes.

Orig. s. Jos. h. 18.

Sophismata Philosophorum, & hæreticorum, in munitionibus pariter denotantur, ut vidimus *in notis historicis* ad text. 2. Cor. 10. & quidem cælesti doctrinâ destruendis.

Virgo Maria munimen potentissimum Christianorum vocatur à D. Jo. Damasceno; munimentum justitiæ à D. Gregorio Thaumaturgo; munimentum mundum, ac divinum castitatis à D. Jo. Chrysostomo; munimentum Ecclesiæ, & omnium fidelium à Richardo de S. Laurentio, qui etiam eam dicit munitionem signatam Datheman, ad quam Christiani in tribulatione confugiunt; munitio fortis, opulenta, magna, & maxima ad se confugientibus, ab Hugone à S. Charo.

D. Jo. Dam. in mon. Gr. ad 17. Jun. D. Gr. Thaum. or. 2. in ann. B. V. D. Jo. Chrys. in Cant. 1. Eian. Rich. de S. Laur. de laud. B. V. lib. 8. & 210. Hug. de S. Charo in Ps. 66.

Muni-

Munitiſſimus, Munitus, V. Muniens, Munitiuncula.

Hiſt. (a) Quid eſt. 2. Mac. 16, 15. (b) Doch muniuncula.

Vox (x) diminutiva eſt dictionis *munitio*. Doch (b) munitiuncula dicitur, in quâ capti ſunt, interfecti Simon Pater, & filii ejus Mathathias, & Judas; quos vide *ſuis locis*.

Munus, Munuſculum.

Hiſt. (a) Quid munus, cujus textus nomine non ſignantur, niſi ſit locus.

Unde originem habeat vox hæc, neſcimus. Multa quidem nobis per ipſam ſignificantur; & primò (a) ſonat: *Donum*; & ita ſumitur pro *oblatione quâcumque*, & etiam pro *ſacrificio*; itemque ſignificat: *Beneficium, onus, & officium, tributum.*

(Gen. 4. 3. - 4. - 5. - 24. 53. - 25. 6. - 32. 13. &c. (b) Munera ſeparata à Jacob pro Eſau. - 34. 12. - 38. 26. - 43. 11. &c. (c) Munera Jacob miſſa ad Proregem Ægypti.)

Cain de fructibus terræ munera offerebat Domino, ad quæ tamen non reſpexit Dominus, qui ad munera Abel reſpexit. Puer Abraham dedit Rebeccæ *pro munere* vaſa aurea, argentea, & veſtes. Abraham filiis concubinarum largitus eſt munera, Iſaac hærede inſtituto. Jacob, rediens in terram Chanaan, (b) ſeparavit munera Eſau fratri ſuo, & præmiſit per ſervos ſuos ſeorſim juſſos, ut eundem Eſau obviam habentes, dicerent greges illos, quos mittebat, munera eſſe à Jacob, miſſa ad Eſau; ſic enim muneribus eum placare conatus eſt. Sichem, cupiens Dinam in uxorem, rogabat patrem ejus, & fratres: *Augete dotem, & munera poſtulate, & libenter tribuam, quod petieritis.* Judas, *agnitis muneribus*, quæ dederat Thamar nurui ſuæ, ab omni culpâ eam abſolvit. (c) Munera de optimis terræ fructibus miſit Jacob ad Proregem Ægypti per filios revertentes in Ægyptum, qui ea ipſi obtulerunt.

(Exod. 23. 8. (d) Munera Judicibus vetita accipere. - 28. 38. (e) Filii Iſr. munera portantes ſanctuario. - 36. 6. Num. 7. 3. - - 88. - 8. 11. (f) Levita munus Domino. - 21. 9. - 22. 40. Levit. 2. 12. &c. (g) Ritus offerendi munera Domino præſcriptus. - 5. 13. (h) Simila non cremata erat pro munere Sacerdoti. Deut. 10. 17. - 12. [illegible])

Inter leges, Judicibus præfixas, erat: (d) *Non accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, & ſubvertunt verba juſtorum.* Cùm ſermo ſit de laminâ in Pontificis fronte ligandâ, dicitur: *Portabitq; Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerunt, & ſanctificaverunt filii Iſrael in cunctis (e) muneribus, & donariis ſuis.* Oblatis, plus quàm opus eſſet, donariis pro fabricâ Tabernaculi, jubente per præconem Moyſe, *ceſſatum eſt à muneribus offerendis.* Munera data coram Domino ab unoquoque Principe uniuſcujuſque Tribûs ſunt, in ſervitium Tabernaculi, & in dedicationem altaris. Aaron obtulit Levitas coram Tabernaculo fœderis (f) *munus in conſpectu Domini à filiis Iſrael*, ut ſervirent *in miniſterio ejus*. Lex data eſt munerum, offerendorum poſt ingreſſum in terram promiſſionis. Balac, cum occidiſſet boves, & oves, *miſit ad Balaam, & Principes, qui cum eo erant, munera.* (g) Munerum offerendorum, & primitiarum, & præcipuè novarum frugum, de quâ oblatione pars in memoriam muneris adolebatur coram Domino à Sacerdote, ritus præſcribitur. Pars ſimilæ, quæ non cremabatur, dum offerebatur hoſtia pro juramento, (h) remanebat Sacerdoti pro munere. De Deo dicitur, quòd *perſonam non accipit, nec munera.* Certo loco præcepit Deus munera ſibi offerri, hoc eſt, in Templo Jeroſolymitano. Item pro Judicibus, & ad Judices repetuntur verba: *Non accipies perſonam, nec munera; (i) quia munera excæcant oculos ſapientum, & mutant verba juſtorum.* Et ponitur inter formulas maledictionum: *Maledictus, qui accipit (k) munera, ut percutiat animam ſanguinis innocentis: & dicet omnis populus. Amen.*

(Deut. 16. 19. (i) Munera excæcantia oculos ſapientum &c. - 27. 25. (k) Maledictus accipiens munera ad perimendum alium.)

(Judic. 3. 15. &c. 1. Reg. 2. 29. - 3. 14. (l) Domus Heli non expianda muneribus. - 8. 3. - 10. 27. - 12. 3. (m) Samuel ab omni munere innocens. 2. Reg. 19. 42. (n) Viri Juda à Rege munera non habentes, ubi expl. text.)

Regi Moabitarum, Eglon, Tyranno ſuo, miſerunt filii Iſraël munera per Aod, qui ea obtulit. (V. *Aod*). Quòd munera Domini abjeciſſet Heli, hoc eſt, nimiùm indulſiſſet filiis ſuis, & Domini ſervitium non curâſſet, abjectus eſt à Domino (V. *Heli*) dicente Samueli: *Juravi domui Heli, quòd non expietur iniquitas domûs ejus victimis, (l) & muneribus uſque in æternum.* De filiis Samuelis notatur, quòd non ambulaverunt in viis Patris ſui, *ſed declinaverunt poſt avaritiam, acceperuntq; munera, & perverterunt judicium.* Filii Belial Sauli, novo Regi, non attulerunt munera. Samuel ſe populi ſyndicatui ſubjecit; petens, (m) an unquam de manu cujuſquam munus accepiſſet. Viris Iſraël; & Juda, acriter ſermone inter ſe contendentibus, viri Juda dicebant: *Numquid comedimus aliquid ex Rege, aut (n) munera nobis data ſunt?* q. d. in Galgalam nos eum duximus, quia propior nobis eſt, utpotè ex noſtrâ Tribu, de cætero nihil ab eo accepimus.

(3. Reg. 4. 21. - 10. 13. (o) Saba munus Regium offerens Salomoni. - - 25. & alibi. (p) Munera delata Salomoni. - 13. 7. (q) Propheta de Juda rejiciens munera à Jeroboam propoſita. - 15. 19. 4. Reg. 8. 8. - - 9. - 20. 12. & alibi. 1. Par. 18. [illegible] - - 6. 2. Par. 17. 5. - - 11. (r) Munera delata ad [illegible] Regem. - 19. 7. - 21. 3. - 26. 8. - 26. 21. - 28. - 32. 23. (s) Munera delata Ezechiæ Regi. 1. Eſd. 3. 5.)

De Salomone notatur magnus numerus offerentium ei munera; & habetur, quòd *dedit Reginæ Saba omnia, quæ voluit, & petivit ab eo, exceptis his, (o) quæ ultrò obtulerat ei munere Regio*; iterumque repetitur, quòd Salomoni *ſinguli deferebant - - - munera, vaſa argentea, & aurea, veſtes, & arma bellica, aromata quoque, & equos, & mulos per annos ſingulos.* Prophetæ, miſſo ad Jeroboam de Juda, idem Jeroboam propoſuit (q) munera, quæ reſpuit. (V. *Propheta*). Aſa Rex Juda omne argentum, & aurum domûs Domini, & Regiæ dedit munus in manu ſervorum ſuorum ad Regem Syriæ, ut ſecum uniretur contra Regem Iſraël. Hazaël cum muneribus miſſus eſt in occurſum Eliſæi à Benadad, Rege Syriæ. Berodach Baladan, Rex Babyloniorum, miſit *litteras, & munera ad Ezechiam Regem Iſraël.* Moabitæ ſubacti à David offerebant ei munera; & David ipſe *poſuit milites in Damaſco, ut Syria quoque ſerviret ſibi, & offerret munera.* *Dedit omnis Juda (r) munera Joſaphat* Regi ſuo; *ſed & Philiſthæi Joſaphat munera deferebant, & vectigal argenti*; Arabes pecora. Idem, judices de ſervanda juſtitia admonens, dicebat: *Non eſt apud Dominum Deum noſtrum iniquitas, nec perſonarum acceptio, nec cupido munerum.* Filiis ſuis, poſt regni hæredem, dedit *multa munera argenti, & auri, & penſitationes cum civitatibus.* Ammonitæ appendebant *munera Oziæ* Regi. *Achaz ſpoliatâ domo Domini, & domo Regum, ac Principum dedit Regi Aſſyriorum munera, & tamen nihil ei profuit.* *Multi deferebant hoſtias, & ſacrificia Domino in Jeruſalem, & (s) munera Ezechiæ Regi Juda &c.* Reverſi ex captivitate Judæi ſub Zorobabele altare inſtruxerunt, celebrantes ſacrificium juge, & in omnibus ſolemnitatibus, *in quibus ultrò offerebatur munus Domino.*

2. Esd. 13, 5. (t) Munera reposita in Gazophylacio Tobiæ.

De quodam Tobiâ scribitur, quòd *fecit sibi Gazophylacium grande, & ibi* (t) *erant ante eum reponentes munera, & thus, & vasa &c.* (V. *Tobias.*) Tobias senex, sanctus, prænunciavit reædificandam Jerusalem, cui in spiritu Prophetico dicebat: *Nationes ex longinquo ad te venient;* (u) *& munera deferentes adorabunt in te Dominum, & terram tuam in sanctificationem habebunt.*

Tob. 13, 14. (u) Munera in Jerusalem deferenda.

Cùm manifestâsset Mardochæus Regi insidias eunuchorum, re in commentariis notatâ, *præcepit ei Rex, ut in aulâ palatii moraretur, datis ei pro delatione muneribus.* Eliphaz ad Job dicebat: (x) *Ignis devorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt.*

Esth. 12, 4.

Job. 15, 34. (x) Munera accipientium tabernacula igne voranda.

Psal. 14, 5.

In Psalmis is dicitur habitaturus in Tabernaculo Domini, *qui munera super innocentem non accepit.* Petit Regius Propheta à Domino non perire, & perdi cum impiis, & viris sanguinum, *in quorum manibus iniquitates sunt, dextera eorum repleta est muneribus.* Et Prophetans de Ecclesiâ, ait: *Filiæ Tyri* (h. e. Gentium) *in muneribus vultum tuum deprecabuntur, omnes divites plebis.* Et ad Dominum habet: *A Templo tuo* (h. e. propter Templum tuum) *in Jerusalem, tibi offerent Reges munera. Reges Tharsis, & insulæ munera offerent; Reges Arabum, & Saba dona adducent.* Item ponit: *Vovete, & reddite Domino Deo vestro omnes, qui in circuitu ejus affertis munera.*

- 25, 10.
- 44, 13.
- 67, 30.
- 71, 10.
- 75, 12.

Prov. 15, 27.

In Proverbiis est: *Conturbat domum suam, qui sectatur avaritiam; qui autem odit munera, vivet. Munera de sinu impius accipit, ut pervertat semitas judicii. Munus absconditum extinguit iras, & donum in sinu indignationem maximam. Victoriam, & honorem acquiret,* (y) *qui dat munera; animam autem aufert accipientium.*

- 17, 23.
- 21, 14.
- 22, 9.
(y) Dans munera habet honorem, & victoriam.

Eccli. 7, 11.

In Ecclesiastico legimus: *Ne dicas; in multitudine munerum meorum respiciet Deus, & offerente me Deo altissimo, munera mea suscipiet. Noli offerre munera prava, non enim suscipiet illa* (Dominus). *Omne* (z) *munus, & iniquitas delebitur, & fides in sæculum stabit.* Et sub Simone, Oniæ filio, Sacerdote magno dicitur, quòd *rogavit populus Dominum excelsum in prece, usque dum perfectus est honor Domini, &* (aa) *munus suum* (hoc est, sacrificium) *perfecerunt.*

- 35, 14.
- 40, 12.
(z) Omne munus delendum.
- 50, 20.
(aa) Oratio populi usque ad muneris sui perfectionem.

Isai. 1, 23.
- 5, 23.

Apud Isaiam exprobratur Jerosolymæ: *Principes tui infideles, socii furum: omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Væ —— qui justificatis impium pro muneribus, & justitiam justi aufertis ab eo.* Pro consolatione autem Judæorum dicitur: *In tempore illo deferetur* (ab) *munus Domino exercituum à populo divulso, & dilacerato; à populo terribili, post quem non fuit alius; à gente expectante, & conculcata, cujus diripuerunt flumina terram ejus; ad locum nominis Domini exercituum montem Sion. Cognoscent Ægyptii Dominum in die illa, & colent eum in hostiis, & in muneribus &c.* Diciturque in excelsis habitaturus, *qui —— excutit manus suas ab omni munere.* De Cyro prænuntiatum est à Domino: *Ipse ædificabit civitatem meam, & captivitatem meam dimittet, non in pretio,* (ac) *neque in muneribus.* Et de prædicatione Apostolorum, deque ipsis Apostolis, & discipulis Christi prænunciatum pariter est: *Et adducent* (ad) *omnes fratres vestros de cunctis Gentibus, donum Domino, in equis &c. ad montem sanctum meum Jerusalem, dicit Dominus, quomodo si inferant filii Israël munus in vase mundo in domum Domini.*

- 18, 7.
(ab) Externi populi delaturi munera Deo verò in Sion.
- 19, 21.
- 33, 15.
- 45, 13.
(ac) Cyrus captivitatem Judæorum dimissurus nonnisi muneribus.
Isai. 66, 20.
(ad) Ut filii Israël in vase mundo adducunt munus in domum Domini, donum offerentur a Gentibus Deo Judæi.

Jer. 41, 5.
Bar. 6, 26.

Apud Jeremiam narratur cædes commissa ab Ismahele eorum, qui venerant ad offerendum munera, & thus in domo Domini. (V. *Ismahel*). De idolis dicit Baruch: *Sicut mortuis, munera eorum* (idololatrarum) *illis apponentur.* Contra Israëlitas Dominus apud Ezechielem habet; *Pollui eos* (ae) *in muneribus suis, cùm offerrent omne, quod aperit vulvam, propter delicta sua;* & graviùs per Aposiopesin dicit, se eos puniturum, si idola sequentes sanctum nomen ejus polluent (af) *in muneribus suis.* Et contra Jerusalem irascitur, & delicta numerat in ea patrata, inter quæ est: (ag) *Munera acceperunt apud te* (Principes nempè Israël) *ad effundendum sanguinem.* Danieli, somnium revelanti, & explicanti, dedit munera multa, & magna Nabuchodonosor. Idemque Daniel renuit (ah) munera, oblata à Balthasar, ut interpretaretur, quæ manus, apparens in pariete, scripserat. (V. *Daniel*). Ubi Oseas prædicit Samariam cum idolo suo destruendam, ait: *Ipsi* (nempè Israëlitæ) *ascenderunt ad Assur, onager solitarius sibi; Ephraim dederunt* (ai) *munera amatoribus;* (populis, & Gentibus Israëli insidiantibus); & paulò post in sequenti capite notatur: *Et ipse* (Israël) *in Assur delatus est munus Regi ultori.*

Ezech. 20, 26.
(ae) Israëlitæ polluti in muneribus suis.
- - 39.
(af) Iidem polluendi munera dantes idolis.
- 22, 12.
(ag) Principes Isr. munera accipientes ad effundendum sanguinem.
Dan. 2, 48.
- 5, 17.
(ah) Daniel rejiciens munera Balthasar.
Osee. 8, 9.
(ai) Israëlitæ dantes hostibus munera.
- 10, 6.

Apud Amos dicit Dominus contra Israëlitas: *Cognovi multa scelera vestra, & fortia peccata vestra; hostes justi* (ak) *accipientes munus, & pauperes deprimentes in porta;* & protestatur, se oblata eorum munera non acceptaturum esse. Delectio Jerosolymæ denuntiatur apud Michæam, & notatur; *Principes ejus* (al) *in muneribus judicabunt &c.* Et apud Sophoniam, cùm prophetetur felicitas novæ legis, & multiplicatio credentium, dicit Dominus: *Ultra flumina Æthiopiæ, inde supplices mei, filii dispersorum* (am) *meorum deferent munus mihi.*

- 5, 12.
(ak) Judæi accipientes munus justi.
- - 22.
Mich. 3, 11.
(al) Principes Jerusalem judicantes in muneribus.
Soph. 3, 10.
(am) Filii dispersorum Dei eidem munera allaturi.

Apud Malachiam, cum arguat Dominus ingratitudinem Israël, protestatur, (an) se non suscepturum munus de manu ejus; utpote immundum, & de rapinis congestum, claudum, languidum &c. Ita & contra Judam invehit, sanctificationes Domini contaminantem; & dicitur: *Disperdet Dominus virum, qui fecerit hoc, magistrum, & discipulum de Tabernaculis Jacob,* (ao) *& offerentem munus Domino exercituum.*

Malac. 1, 10. &c.
(an) Munus Israël non acceptandum à Deo.
- 2, 12.
(ao) Contaminator Templi munus offerens Deo disperdendus.
1. Mac. 2, 18.

Missi ab Antiocho Epiphane offerebant Mathathiæ, quatenùs ad idola transiisset, munerum ampliationem à Rege ipso. Tryphon, Dux Gentium, simulans excepit cum honore Jonathan Machabæum, (ap) & dedit ei munera. In libro secundo Machabæorum de Rege Persarum memoria est, qui Templum Judæis restituit, & Sacerdotibus munera dedit, Nehemia rogante. De eodem Templo dicitur, quòd maximis muneribus illustrabatur à Regibus, & Principibus exteris, ut tradit Scriptura præcisè de Seleuco Rege Asiæ, (aq) præstante omnes sumptus pertinentes ad ministerium sacrificiorum de redditibus suis; & de Antiocho Eupatore est, quòd cùm Judæis pacem stabiliens, *reconciliatus obtulit sacrificium, honoravit Templum, & munera posuit.*

- 12, 43.
(ap) Munera data à Tryphone Jonathæ cum dolo.
2. Mac. 1, 36.
- 3, 6.
- 3.
(aq) Reges Ethnici dantes munera Templo Jerusalem.
- 13, 23.

Je-

2. Mac. 15. 16. (ar) Gladius, munus datum à Deo Judæ Mach.

Jeremias in visione dedit Judæ Machebæo gladium, ei dicens: (er) *Accipe sanctum gladium, munus à Deo, in quo dejicies adversarios populi mei Israel.*

Math. 2. 11. — 5. 23. — — 24. (as) Munus ante altare relinquendum quando. — 8. 4. (at) Munus à leproso offerendum. — 23. 3. (au) Munus pro se, & parentibus offerre Pharisæica opinio. Luc. 21. 1. (ax) Munera in Gazophylacium missa Christus judicans. — — 4.

In novo Testemento hebemos, quòd neto Christo infanti Magi, apertis theseuris suis, *obtulerunt ei munera aurum, thus, & myrrham.* Monemur à Christo Jesu: *Si offers maaus tuum ad altare, ac ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversùm te; relinque* (as) *ibi munus tuum ante altare, & vade priùs reconciliari fratri tuo, & tunc veaiens offeres munus tuum.* Mundatus leprâ à Jesu jussus est ab eodem: *Vide, nemini dixerit; sed vade, ostende te Sacerdoti,* (at) *& offer munus, quod præcepit Moyses in testimonium illis.* Pharisæos insuper arguebat, docentes, satis esse pro parentibus, etsi egenis, munus, quod offertur Deo pro se ipso, etiem pro ipsis ipsum idem offerre, dicendo: (ao) *Munus* (hoc est, sacrificium) *quodcumque, ex me* (obletum), *tibi* (etiam) *proderit*; & iis in egestate positis non succurrere. De eodem Christo Domino scribitur, quòd respiciens *vidit eos, qui mittebant* (ex) *munera sua in gazophylacium divites*; & viduam pauperculam mittentem æra minuta duo; & dixit, quod ea plusquam omnes posuit, subdens: *Nam omnes hi ex abundanti sibi miserunt in munera Dei; hæc autem ex eo, quod deest illi, omnem victum suum, quem habuit, misit.* Ut Christum verum summum Pontificem fuisse monstret, ad Hebræos Paulus scribit:

Hebr. 8. 3. — — 4. — — 5. (ay) Christus offerens munus cæleste, cum expl. text.

Omnis Pontifex ad offerendum munera, & hostias constituitur; unde necesse est, & hunc habere aliquid, quod offerat: Si ergo esset super terram, nec esset Sacerdos: (ay) *Cùm essent, qui offerrent secundùm legem munera, qui exemplari & umbræ deserviunt cælestium &c.* q. d. Christus Sacerdos est offerens munus non terrenum, sed cæleste; alii Sacerdotes tantùm offerunt figuram cælestium munerom. Et agens de imperfectione hostiarum antiquæ legis, probat omnie tunc in figurâ, & similitudine, quam dicit Perabolam illius temporis, tunc instentis, fuisse, (ez) *juxta quam munera, & hostia* (ai) *offeruntur, quæ non possunt juxta conscientiam perfectum facere servientem, solùmmodò in cibis, & in potibus.* Et obi commender fidem Patrum, inqoit, quòd *fide plurimam hostiam Abel, quàm Cain, obtulit Deo, per quam testimonium consecutus est esse justum,* (be) *testimonium perhibente muneribus ejus Deo; & per illam defunctus adhuc loquitur.*

— 9. 9. (az) Munera antiquæ legis figura munerum novæ. — — 11. 4. (ba) Deus perhibens testimonium muneribus Abel.

Apoc. 11. 10. (bb) Munera invicem missa in Apoc. (bc) Quid munusculum.

In Apocalypsi agitur de lætitia hominum, videntium testes duos fidei occisos, (bb) & in hac lætitiâ *munera invicem* mittentium.

Est & (bc) *Munusculum* dictio diminutiva vocis *munus*; & sonat: *Parvum munus: Munus exiguum.* Dum Jacob offerret plurima fratri suo Esau, & hic accipere ea recusaret, addidit Jacob: *Noli ita, obsecro; sed, si inveni gratiam in oculis tuis,* (bd) *accipe munusculum de manibus meis &c.* unde, vix fratre compellente, ea suscepit Esau. Pro ultione, quem susceperant de inimicis suis Judæi, sub Assuero, festos dies instituêre, ita ut in iis exultantes mitterent sibi mutuò partes epularum, & ciborum, (be) *& pauperibus munuscula largirentur.* Magister militiæ Nabuzerdan, permittens, Jeremiam liberè habitare urbem Jerosolymam, misit eum ad Godoliam, & dedit *ei cibaria,* (bf) *& munuscula, & dimisit eum.*

Gen. 33. 10. (bd) Jacob munusculum dicit munera ad Esau missa.

Esth. 9. 22. (be) Munuscula data pauperibus in festis diebus. Jer. 40. 5. (bf) Munuscula data Jeremiæ à Nabuzardan.

Et sic in dictionis hujus coronidem ponitur, quòd (bg) Munus aliud est à corde; aliud ab ore; aliud à manu. Sive aliud est ab obsequio; aliud à linguâ; aliud à manu. Quod dicitur à corde, explicatur per ly ab obsequio; quatenùs scilicet aliquis obsequens alteri subjicitur, unde gratiam illius captet, & desiderata consequatur; quod est ab ore, explicatur per ly à linguâ, cùm quis scilicet laudans alterum, inducit ex hoc ad optata sibi concedenda; & tandem quod est à manu, est quando aliquid in re porrigitur alteri, & donatur.

(bg) Distinctio variorum munerum.

Pro *munere congratulatio prava malorum* designatur per munera, quæ invicem mittuntur ob mortem duorum Prophetarum, veræ fidei testium; ex Laureto. Myst. Syl. alleg. h. v.

Dona temporalia, quibus etiam infideles abundant, mysticè ad hæreditatem Rebeccæ non admissi, hoc est, ad æternam gloriam non realiter introducti, repræsentantur per munera data matri, ac fratribus Rebeccæ à servo Abraham; ita Glossa ordinaria. Gloss. ord. l. Gen. 24.

Eleemosyna, à divitibus factæ, figurantur in muneribus filiarum Tyri; ut notat D. Augustinus, & eleemosyna, citra inanem gloriam, munus est absconditum, & donum in sinu; ut scribit Beda. D. Aug. l. Ps. 44. Bed. l. Prov. 21.

Verbum Dei significatur in munere gladii, quod datum est Judæ Machabæo à Jeremiâ; ex Lyrano. Lyr. l. 2. Mach. 15.

Virgo Maria munus dicitur Deo sacratum à D. Gregorio Nysseno. Munus, omnium donorum Dei præstantissimum, simul & charissimum, mundo datum: munus omnium gloriosissimum à D. Jo. Chrysostomo; munus pretiosum, quod terra nostra direxit in cælum, cùm eadem Beatissima Virgo Maria assumpta est ad æthereum thalamum; ex D. Bernardo. Gr. Nyss. or. de nat. D. Jo. Chrys. om. 2. de ass. B. V. & or. de Purific. ejusdem. D. Bern. ser. 1. in ass. B. M. V.

Vitulus aureus, qui Samariæ colebatur, fuit munus Regi Ultori datum, & delatum; ut notat D. Hieronymus. D. Hier. l. Osee c. 10.

Pro *Munusculo*.

Favor Principum sæcularium erga Prædicatores, in munusculis demonstratur, datis Jeremiæ à magistro militiæ; ex Laureto. Laur. Syl. alleg. h. v.

Muratus, a, um.

Hist.

Idem est, (a) ac *muro circumdatus, fulcitus.* Missi sunt à Moyse exploratores in terram Chanaan, qui inter cætera referrent, quales essent illius terræ urbes; (b) *murata, an absque muris.* Retulerunt autem ibi esse *urbes grandes, atque muratas.* Rubenitæ, Gaditæ, & media Tribus Menasse, parvulis, & rebus suis relictis (c) *in urbibus muratis, propter habitatorum insidias, trans Jordanem*, eundem superârunt, cæteris Tribubus in auxilium futuri; civitates autem terræ Chanaan dicuntur à Moyse usque ad cælum muratæ. *Mures aureos secundùm numerum urbium Philisthiim quinque Provinciarum* (d) *ab urbe muratâ, usque ad villam, quæ erat absque muro, & usque ad Abel magnum &c.* posuerunt iidem Philisthæi in arca Domini, quam remiserunt ad Judæos.

(a) Quid hæc vox, cujus textus notus non figuratur, nisi Sacr. locus. Num. 13. 20. — — 29. (b) Urbes muratæ ab exploratoribus visæ in terra Chanaan. — 32. 17. (c) Tribus ultra Jordanem suos, & sua in urbibus muratis relinquentes. Deuter. 9. 1. 1. Reg. 6. 18. (d) Urbes muratæ in terra Philisthiim.

3. Reg. 4. 13. · 2. Par. 8. 5. · – 11. 5. (e) Roboam civitates muratas ædificat. · – – 23. · – 16. 4. · – 17. 12. (f) Item Josaphat. · – – 19. · Esth. 9. 19. (g) Festum assher in oppidis non muratis ad diem 14. Adar. · Eccli. 28. 17. (h) Lingua tertia mala civitates muratas divitum destruit · (i) Expl. text. 1. Reg. 6. 18.

In regione Argob, quæ est in Basan præerat Bengaber, Salomone regnante, *sexaginta civitatibus magnis, atque muratis, quæ habebant seras æreas.* Idem Salomon *extruxit Bethoron superiorem, & Bethoron inferiorem, civitates muratas habentes portas, & vectes, & seras.* Roboam item dicitur ædificâsse (e) *civitates muratas in Juda*; & Abias, filius ejus, Patre adhuc vivente, constitutus est super cunctis finibus Juda, & Benjamin, *& in universis civitatibus muratis.* A Benadad, Rege Syriæ, missi fuot Principes exercituum ad urbes plures muratas Israël, qui præcipuè in Tribu Nephthali eas percusserunt. De Josaphat Rege Juda notatur, quòd *ædificavit* (f) *in Jerusalem domos ad instar turrium, urbesque muratas.* Et plures habuit Principes ad manum, exceptis iis, *quos posuerat in urbibus muratis, in universo Juda.* Judæi, qui habitabant (g) in oppidis non muratis, quartum decimum diem mensis Adar convivalem, & lætum statuerunt ob ultionem sumptam de inimicis suis sub Esther Reginâ. In Ecclesiastico de linguâ tertiâ malâ scribitur, quòd (h) *civitates muratas divitum destruxit, & domos magnatorum effodit.* Et hic notatur, quòd, dum dicitur (i) *à civitate muratâ usque ad villam* aliquid factum esse, significari id factum in quocumque loco.

Murenula.

Hist. (a) Quid est. · D. Hier. ad Marc.

Hoc (a) nomen, ut diminutivum vocis *murena piscem* significantis, sumi potest; at sub hac significatione locum non habet in sacris litteris: Habet, numero plurali tamen, & per illud significatur *ornamentum colli, flexuosum, instar murenæ*; unde nomen accipit; imò & *catena aurea, qua, seu quibus condecorari solent matronæ.* Murenulam dicit D. Hieronymus numero singulari, facilè, quòd unicam, e. g. catenam significare velit; & forsitan, quòd non unâ tantùm, sed pluribus uterentur matronæ, iccircò non in singulari numero, sed in plurali solitæ fuerunt declinari Murenulæ. Et scribens ad Marcellam *aurum colli* vocat, & describit. » Quod metallo in » virgulas lentescente, quædam ordinis fle- » xuosi catena contexitur. » Puto illud, seu similis generis, ornamentum esse, quod apud Italos dicitur *Vezzo*; quod quidem circa collum tantùm, ad differentiam illius, quod à collo ad pectus descendit, ornamenti aurei; cui quidem strictè catenæ nomen datur; illi autem latè tantùm potest applicari. Aurum omne etiam elaboratum, in quo erant dextralia, (b) & murenulæ &c. prædam de Madianitis relatam obtulerunt Judæi Domino, & Sacerdoti, ut deprecaretur Dominum pro eis. Sponsæ mysticæ sponsus appromittebat: (c) *Murenulas aureas faciemus tibi vermiculatas argento*; & comminatio est ad filias Sion apud Isaiam, quòd Dominus auferet ab eis (d) ornamenta, inter quæ sunt murenulæ.

Num. 31. 50. (b) Murenulæ ex præda Moab oblatæ Domino. · Cant. 1. 10. (c) Murenulæ appromissæ sponsæ mysticæ. · Isai. 3. 20. (d) Murenulæ auferendæ à filiabus Sion.

Murex.

Hist. (a) Quid est.

Marinus piscis est, (a) *ex concharum genere*, à Purpurâ diversus, qui per excellentiam *Conchylium* etiam appellatur; & ex cujus humore fit *color*, qui etiam Murex, & Conchylium dicitur, cum purpureo colore omninò conveniens. Esui accommodus est hic piscis, & quidem in mensarum deliciis. Humor, quo colorantur lanæ, sanguis ejus est; & cùm in pluribus Purpuræ piscis naturam habeat, (V. *Purpura*). Præter has, habet etiam alias sanè significationes; at nihil est in sacris litteris, quod illas admittat, per quas scilicet Murex idem est, ac, *asperitas, acumen, tribulus.* Baruch idolorum qualitates, & vanitates describens, habet inter cæteras: *A purpura quoque, & (b) murice, quæ supra illos* (Deos scilicet fallaces) *tineant, scietis itaque, quia non sunt Dii.* Hic pro purpurâ, & murice, vestes accipit, purpuræ, & muricis colore tinctas.

Bar. 6. 72. (b) Vanitas idolorum ex murice, qui super eos tineat, indicatur.

Murmur.

Hist. (a) Quid est, hæc vox.

Lenis (a) *strepitus* est, & aquæ fluitantis sono similis; quem, cum ii, qui omnino contradicunt alicui, & timidi non audent in clamorem erumpere, edere soleant; hinc est, quod *secretus quidam sermo, seu quasi secretus, & semi emissus de re aliqua lamentantium, alicui contradicentium, alteri mala imprecantium*, Murmur dictus sit. Audivit Dominus (b) murmur populi sui in deserto, conquerentis de ciborum inopiâ, & dedit coturnices, & Man; protestatusque est populo Moyses, quod illorum murmur contra se non erat, sed contra Dominum. Cùm verò iterùm oriretur populi murmur (c) ea defatigatione contra Dominum, iratus est Dominus, *& accensus in eos ignis Domini devoravit extremam castrorum partem*; cessavitque flagellum, Moyse ad Dominum clamante. Murmur item à populo ortum est contra Moysen, (d) cùm exploratores terræ Chanaan redeuntes, difficultates varias circa eam possidendam afferrent; quod compescere nisus est Caleb. In Cantico gratiarum actionis Isaiæ Domino dicitur: *Domine, in angustia requisierunt te*, (e) *in tribulatione murmuris doctrina tua eis.* Circa Christi Jesu personam, Judæos doctrina sua convincentis, (f) *murmur multum erat in turba*, aliis dicentibus, quòd vir bonus erat; aliis verò, quòd turbas seducebat. *Crescente numero discipulorum*, (g) *factum est murmur Græcorum adversùs Hebræos, eò quòd despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorum*; quo circa septem Diaconi electi sunt viri vitæ probatissimæ in ministerium viduarum.

Exod. 16. 7. · – – 8. · – – 9. (b) Murmur Judæorum de ciborum inopiâ. · Num. 11. 1. (c) Item ex defatigatione. · – 13. 31. Eccli. 46. 9. (d) Item ex relatione exploratorum terræ Chanaam. · Isai. 26. 16. (e) Doctrina Domini populo in tribulatione murmuris. · Joan. 7. 12. (f) Murmur in Turbâ circa Jesum. · Act. 6. 1. (g) Murmur Græcorum contra Judæos, ne viduæ eorum despicerentur.

Murmurans.

Hist. (a) Quid est.

A (a) *murmuro*, seu etiam *murmuror* participium est præsentis temporis: Sonat autem Murmuro, seu Murmuror idem, ac *lenem strepitum edo.* Apud Nahum, ubi describitur ruina urbis Ninive, ponitur: *Miles captivus abductus est. Et ancillæ ejus minabantur gementes, ut columbæ, (b) murmurantes in cordibus suis.* Cùm audissent Pharisæi turbam (c) murmurantem (in bonum tamen) de Christo Jesu, quòd plura signa faceret; invidia percussi sunt, & ministros miserunt, qui eum apprehenderent.

Nahum. 2. 7. (b) Ancillæ Ninive murmurantes. · Jo. 7. 32. (c) Turba de Christo murmurans in bonum.

Murmuratio.

Hist. *Actio illa est*, (a) *quâ quis murmurat*; sive *actus ille murmurandi*. Moyses certum fecit populum, quòd murmurationes ejus audiens, Dominus jam jam daturus erat carnes, & panes in saturitatem. (b) Murmuratio item populi fuit in deserto pro aquæ penuria, pro cujus cessatione rogavit Dominum Moyses, ut aquam daret. De his, (c) qui murmurationes fecerant, legimus, juxta ea, quæ in locis suis leguntur, apud Judith, quòd exterminati sunt, & serpentes sustinuerunt, divinæ justitiæ ultores.

(a) Quid hæc vox, cujus textus non omnes signis notantur, loco deficiunt. Exod. 16, 8. - - 12. Num. 20, 6. (b) Murmuratio populi in deserto ex aquæ penuria. Judith. 8, 24. (c) Murmurationem facientes contra Dominum exterminari.

In libro Sapientiæ habetur: (d) *Auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abscondetur. Custodite ergo vos* (e) *à murmuratione, quæ nihil prodest &c.* De accipiente fœnus, & ut habeat, se humiliante, notatur, quòd sæpè sæpiùs *in tempore redditionis postulabit tempus, & loquetur verba tædii*, (f) *& murmurationum, & tempus causabitur.*

Sapt. 1. 10. (d) Tumultus murmurationum non absconditur. - - 11. (e) Cavendum à murmuratione; nihil enim prodest. Eccli. 29. 6. (f) Murmurationes habet redditus usurarius.

Paulus, hortans Philippenses ad bona opera, addit. *Omnia autem facite sine murmurationibus, & hæsitationibus.* Et Petrus fideles hortatur, ut (g) sint *hospitales invicem sine murmuratione*.

Phil. 2, 14. 1. Petr. 4, 9. (g) Petrus vult Christianos hospitales sine murmuratione.

Murmurator.

Hist. Idem est, (a) *qui habitualiter murmurat.* In epistola Catholica Judæ Apostoli habetur, quòd Dominus, veniet facere judicium contra impios, locutos dura contra Dominum; subditque: (b) *Hi sunt murmuratores querulosi, secundùm desideria sua ambulantes, & os eorum loquitur superba, mirantes personas quæstus causâ.*

(a) Quis est. Jud. v. 16. (b) Murmuratores inter impios prehensi.

Murus.

Hist. Idem est, (a) ac *Mœnia*: A *muniendo* dictus Murus, *lapideus* scilicet *urbis ambitus* propriè; cùm eodem modo dicatur paries in domibus; & si sine calce fiat Maceries, sive Maceria; attamen Murus indifferenter accipitur, etiam in Sacris litteris.

(a) Quid est hæc vox, cujus textus notis non signantur, ubi non est locus.

Jacob moriturus, de filiis Levi, & Simeon dicens, & prophetans, sibi inaugurabatur, ne anima sua veniret in consilium eorum, & in cætu illarum non esset gloria sua; *quia*, inquit, *in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua* (b) *suffoderunt murum*; alludebat quippe ad ea, quæ contrà Sichimitas egerunt propter Dinam (V. *Dina.*) Et de Joseph ait: *Filius accrescens Joseph, filius accrescens, & decorus aspectu*: (c) *Filiæ discurrerunt super murum*; hoc est: ad spectacula venerunt, ut illustres heroes, triumphantes ex hac Tribu, viderent. Ingredientibus filiis Israël per medium sicci maris rubri, *erat aqua sicut murus à dextra eorum, & lævâ*; & ita perrexerunt ad oppositam ripam. (V. *Moyses.*) De venditionibus domorum lex erat: *Qui vendiderit* (d) *domum intra urbis muros, habebit licentiam redimendi, donec unus impleatur annus &c. Si in villa fuerit domus, quæ muros non habet, agrorum jure vendetur &c.* (V. *Domus.*)

Gen. 49, 6. (b) Levi, & Simeon murum suffoderunt; ubi expl. tent. - - 22. (c) Filiæ Joseph discurrentes super murum; ubi expl. text. Exod 14, 22. - - 29. Lev. 25, 29. (d) Lex in venditione domus sive intra, sive extra muros urbis. - - 31.

Exploratores, missi à Moyse in terram Chanaan, observare, inter reliqua, debebant, an urbes essent *muratæ, an absque muris*. In urbibus Leviticis dabantur suburbana, *quæ* (e) (ait Sacra pagina) *à muris civitatis forinsecus per circuitum mille passuum spatio tendentur.* Urbes (f) regionis Argob, quas occupaverunt Judæi, cunctæ *erant munitæ muris altissimis*; & præter hæc etiam oppida innumera erant, *quæ non habebant muros.* Lex erat in ædificandis domibus: *Cùm ædificaveris domum novam, facies murum tecti per circuitum &c.* ne quis scilicet in præceps rueret. Comminatio erat transgredientibus legem, quòd (g) muri civitatum ipsorum firmi, & sublimes diruerentur. Domus Rahab meretricis in Jericho *hærebat muro*, unde fuit facilè per funem exploratores occultò dimittere. Clangentibus Sacerdotalibus tubis, juxta Dei mandatum, muri Jericho funditùs corruerunt. (V. *Jericho.*) *Ab urbe murata usque ad villam* (h) *quæ erat absque muro*, mures omnes fecerunt aureos juxta numerum urbium Philisthæi, quos apposuerunt arcæ, signum percussionis, & plagæ murium, quam subierunt, cùm arca fuisset apud eos. Abigail, reprehendens virum suum, Nabal, quòd contra David se ingratum demonstrâsset, narrabat ei, quòd milites ejus, in deserto peragrantes, fuerant *pro muro* in defensionem gregis ejus. Corpus Saul suspenderunt Philisthæi in muro Bethsan, onde tulerunt postea cum cadaveribus filiorum ejus viri fortes de Jabes Galaad, & combusserunt, & sepelierunt. Pericula pugnatorum (i) accedentium ad murum urbis hostilis repræsentabat Joab, cùm doceret nuntium mortis Uriæ, accedentem ad David, quid dicere deberet; nempè Uriam mortuum, cùm ex adverso sagittarii *ex muro desuper* tela jacerent. Speculator, qui erat in fastigio portæ (k) *super murum*, nuntii venientis cursum retulit Regi David expectanti, quid in prælio contra Absalom factum esset. Cùm Joab moliretur destruere muros civitatis Abela misso (l) Sebæ capite ad eum per muros, destitit ab ejus expugnatione. David ad Deum, cui gratias agebat, confidentiam suam omnem in eo ponens, ajebat: *In te curram accinctus; in Deo meo transgrediar murum.* Salomon complevit *murum Jerusalem per circuitum.* In fabrica Templi Trabes positi erant *per circuitum forinsecùs, ut non hærerent muris Templi.* Idem Salomon *omnes vicos*, (m) *qui ad se pertinebant, & erant absque muro, munivit.* Syri, remanentes ex prælio contra Israelitas, fugerunt in urbem Aphec, sub Benadad ipsorum Rege: (n) *At cecidit murus super viginti septem millia hominum*, qui remanserant. Reges Israel, Juda, & Edom, contra Regem Moab pergentes, omnia destruxerunt, *ita ut muri tantùm fictiles remanerent*; & jam jam Metropolim orbem ejus capturi erant, nisi indignati recessissent, videntes, quòd Rex Moab *filium suum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocaustum* (p) *super murum.* Audiens Rex Israel, cùm obsessa esset Samaria à Syris, quòd filium mater coxerat in cibum, *scidit vestimenta sua*, (q) *& transibat per murum*; ex quo notum factum est populo videnti, quòd

Num. 13, 20. - 35. 4. (e) Suburbana Levitarum è muris urbium mœra 1000. passus erant. Deut. 3, 5. (f) Urbes Argob, cum muris altissimis, aliquæ. - 22, 8. - 28, 52. (g) Muri urbium legem inobservantium diruendi. Jos. 2, 15. - 6, 5. - - 20. 1. Reg. 6, 18. (h) Urbes sine muro inter Philisthæos aliquæ. - 25, 16. - 31, 10. - - 12. 2. Reg. 11, 20. - - 21. (i) Urias occisus à sagittariis de muro obsessæ urbis tela jacientibus. - - 24. - 18, 24. (k) Speculator super murum portæ urbis pro David. - 20, 15. - - 21. (l) Caput Sebæ missum ad Joab per muros urbis Abela. { - 22, 30. Psal. 17, 30. 3. Reg. 3, 1, & alibi. - 6, 6. - 9, 19. (m) Salomon vicos munivit, qui erant sine muro. - 20, 30. (n) Murus Aphec cadens. 4. Reg. 3, 25. (o) Muri fictiles urbium Moab tantùm remanentes. - - 27. (p) Rex Moab primogenitum suum sacrificavit super murum. - 6, 30. (q) Rex Israel transiens per murum cum signo doloris.

Rex vestiebatur usque ad carnem intrinsecùs cilicio. Joas, Rex Israel, cepit bello Amasiam Regem Juda, *& adduxit eum in Jerusalem, & interrupit* (r) *murum Jerusalem à porta Ephraim, usque ad portam anguli, quadringentis cubitis.*

4. Reg. 14. 13. 2. Par. 25. 23.
(r) Joas R. Isr. interrumpens murum Jerusalem.

Audiente populo, qui erat super murum, Rabsace Judaicè loquebatur ad Regis Ezechiæ Ministros, comminans extrema urbi Jerusalem mala, si Regi Syriæ non se darent; quamvis Ministri Ezechiæ rogarent, ut Syriacè loqueretur.

4. Reg. 18. ℣ 26. - - 27. 2. Par. 32, 18. & alibi.

Per viam portæ, quæ est (s) *inter duplicem murum, ad hortum Regis*, fugerunt noctè omnes viri bellatores Jerusalem, cùm obsideretur à Chaldæis sub Sedecia Rege Juda.

- 25, 4. Jer. 39. 4.
(s) Jugo bellatorum Jerusalem per viam portæ intra duplicem murum.

Et Nabuzardan Princeps exercitûs, cum eodem exercitu, *muros Jerusalem in circuitu destruxit.*

4. Reg. 25. 10. & alibi.

Roboam filius Salomonis plures urbes clausit muris, & *posuit in eis Principes, ciborumq; horrea*, hoc est, olei, & vini.

2. Par. 11. 11.

Asa, item, Rex Juda, muris vallavit plures urbes, cùm regnum pacificè regeret.

- 14. 7.

Baasa Rex Israel ascendens in Judam (t) *muro circumdabat Rama*; at desiit id perficere, audiens, Asam Regem Juda cum Syris fœdus iniisse, qui in Regnum Israel irruperunt.

- 16. 1.
(t) Baasa R. Isr. muro cingere conatus Rama.

Josaphat Rex Juda *constituit militum numeros in cunctis urbibus Juda, quæ erant vallatæ muris.*

- 17. 2.

Ozias, Rex Juda, *pugnavit contra Philisthiim, & destruxit murum Geth, & murum Jabniæ, murumq; Azoti*; quin etiam ædificavit plura; & præcipuè *turres in Jerusalem super portam anguli, & super portam vallis, & reliquas in eodem* (u) *muri latere, firmavitq; eas.*

- 26. 6.
- - 9.
(u) Ozias turres ædificat in latere.

Ita etiam *fecit in Jerusalem diversi generis machinas, quas in turribus collocavit*, (x) *& in angulis murorum, ut mitteret sagittas, & saxa grandia.*

- - 15.
(x) Idem in angulis murorum Jerusalem ponit machinas.

De Jonathan, Rege Juda' scribitur, quòd *in muro Ophel* (V. *Ophel*) *multa construxit.*

- 27. 3.

De Ezechia, pariter Rege Juda, notatur, quòd *ædificavit* ——, *agens industriè*, (y) *omnem murum, qui fuerat dissipatus, & exstruxit turres desuper, & forinsecùs alterum murum.*

- 32. 5.
(y) Ezechias ædificans murum Jerusalem dissipatum; & alterum murum.

Manasses, reductus, post captivitatem, in regnum Juda, *ædificavit* (z) *murum extra civitatem David, ad occidentem Gihon in convalle, ab introitu portæ piscium, per circuitum, usque ad Ophel, & exaltavit illum vehementer.*

- 33. 14.
(z) Manasses ædificans murum extra civitatem David.

In libris Esdræ habemus, quòd Israëlis hostes Samaritani suspicionem invexerunt in Regem Artaxerxem; eò quòd Judæi muros extruerent, & instaurarent pro nova urbe Jerusalem; super quo conati sunt Principes, à Rege Assyriorum constituti, eosmet Judæos impedire.

1. Esd. 4. 12. - - 13. - - 16. - 5. 3. - - 9.

Nehemias (aa) dolebat coram Rege Artaxerxe, quòd murus Jerusalem dissipatus esset, & portæ ejus combustæ igni. Et data est ipsi epistola ad Asaph custodem saltûs Regis, ut darentur ei ligna ad tegendos muros civitatis &c. quapropter illuc cùm se transtulisset, murum dissipatum per partes omnes consideravit; congregavitque suos, ad ædificandos urbis illius muros.

2. Esd. 1. 3.
(aa) Nehemias missus ad instaurandos muros Jerusalem.
- 2, 8. - - 13. - - 15. - - 17.

Hinc, cùm ædificaretur etiam urbs variis in locis, sive pro termino, sive pro mensura, & hujusmodi, nominatur murus, plateæ, portæ, piscinæ, Templi &c.

- 3. 8. - - 13. - - 15.

Ponitur proinde æmulatio Sanaballat, & Tobiæ adversariorum, sive subiratorum pro ædificatione muri, sive irridentium, quasi vulpes illum transiliret; Judæi tamen murum conjunxerunt, & obducta est cicatrix muri Jerusalem; hostes autem illorum irati sunt valdè.

2. Esd. 3. 17. - 4. 1. - - 3. - - 6. - - 7. - - 9.

Hinc Judæi *custodes super* (a b) *murum die, ac nocte contra eos*, qui congregati erant, ut pugnarent contra Jerusalem, posuerunt; verùm desperabant adhuc illum posse perficere; at Nehemias conatus hostium audiens, statuit *in loco post murum per circuitum populum in ordinem cum gladiis suis, & lanceis, & arcubus*; quam rem audientes hostes, nihil insuper tentarunt per insidias; reversique sunt Judæi *omnes ad muros, unusquisque ad opus suum*; & dum alii ædificabant murum, alii portabant onera, & imponebant, *una* (pars juvenum) *manu suâ faciebat opus, & altera* (pars juvenum) *tenebat gladium.*

(a b) Custodes super muros Jerusalem positi contra Gentes dispositi, & cautiones super his.
- - 13. - - 15. - - 17. - - 19.

Cùmque opus grande esset, & separati essent in muro, procul alter ab altero, ad sonitum buccinæ congregari debebant in locum, ubi necesse fuisset. In ædificatione autem muri Nehemias sponte sua elargitus est; insidiosis litteris à Sanaballat, & aliis Judæorum hostibus invitatus est ad fœdus; eidem comminati sunt hostes ejus accusationem de affectato regno in ædificatione muri; at, nihil eos curante Nehemiâ, completus est murus vigesimo quinto die mensis Elul, quinquaginta duobus diebus; quo quidem ædificato, recensiti sunt, qui primùm Jerusalem ascenderant.

- 5. 16. - 6. 1. - - 6. - - 15. - 7. 1.

Hinc murus dedicatus est, & in dedicatione ipsius requisiti sunt Levitæ de omnibus locis, ut solemnitati assisterent, & cooperarentur; mundatus est murus, & ascenderunt *Principes Juda* (a c) *super murum; statuiq; duo magni chori laudantium. Et ierunt ad dexteram super murum ad portam sterquilinii*; & ita variæ factæ sunt distributiones *in ascensu muri super domum David*, & alibi in muro, ut videre est in locis ad marginem notatis.

- 12. 27. - - 30. - - 31.
(a c) Rursus in dedicatione muri Jerusalem sub Nehemia.
- - 36. - - 37.

Idemque Nehemias cùm Sabbato venirent negotiatores in Jerusalem, & eos exclusisset ab urbe; iterùmque venissent, &, inventis portis clausis, manerent ex (a d) adverso muri, comminatus est eis: *Si secundò hoc feceritis, manum mittam in vos. Itaq; ex tempore illo non veneruut in Sabbato.*

- 13. 21.
(a d) Negotiatores Sabbato Jerusalem venientes ex adverso muri remanentes portis clausis.

Prophetans Tobias reædificationem Jerusalem, & ostendere volens, quanta futura erat novæ urbis gloria, dicebat: *Portæ Jerusalem ex Saphiro, & smaragdo ædificabuntur; & ex* (ae) *lapide pretioso omnis circuitus murorum ejus.*

Tob. 13. 21.
(ae) Muri Jerusalem futuri ex lapide pretioso.

Urbem Ecbatanis ædificans Arphaxad, Medorum Rex, *fecit* (af) *muros ejus in latitudinem cubitorum 70. & in altitudinem cubitorum 30. turres verò ejus posuit in altitudinem cubitorum 100.*

Judith. 1. 2.
(af) Latitudo, & altitudo murorum Ecbatanis, & turrium eis.

Filii Israel audientes Holofernem appropinquare cum exercitu, ut eos subjugaret, *muris circumdederunt viros suos.*

- 4. 4.

Holoferni narrabat Achior, quòd Judæis DEUS aperuit mare, *ita ut hinc inde aquæ, quasi murus, solidarentur.*

- 5. 12.

Circa urbem Bethuliam *erant non longè à muris*

- 7. 7.

fontes

fontes. Judith, Bethuliam rediens nocte, de Holoferne victrix, dixit (ag) *à longè custodibus murorum; aperite portas, quoniam vobiscum Deus, qui fecit virtutem in Israel,* Ingressa autem, & cum applausu recepta, fecit super muros Bethuliæ suspendi Holofernis caput, quod secum attulerat.

Judith. 13. 13. (ag) Judith alloquens custodes murorum Bethuliæ.
– 14. 1.
– – 9.

Job dicebat: (Calamitates meæ), (ah) *quasi rupto muro, & apertâ januâ, irruerunt super me, & ad meas miserias devolutæ sunt.*

Job. 30. 14. (ah) Calamitates irruentes in Job, quasi rupto muro.

In Psalmis, præter allatum textum supra ad text. 2. Reg. 22. orat Dominum David: *Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion, ut* (ai) *ædificentur muri Jerusalem.* Et, dum persecutionem patiebatur, ab urbe sua Jerusalem profugus, ajebat: *Die, ac nocte circumdabit eam super* (ak) *muros ejus iniquitas, & labor in medio ejus, & injustitia.*

Psal. 50. 20. (ai) David orans pro reædificatione murorum Jerusalem.
– 54. 11. (ak) Iniquitas super muros Jerusalem.

In Proverbiis est: *Substantia divitis urbs roboris ejus, & quasi murus validus circumdans eum. Sicut urbs patens,* (al) *& absque murorum ambitu, ita vir, qui non potest loquendo cohibere spiritum suum.*

Prov. 18. 11.
– 25. 28. (al) Loquax, ut urbs sine muris.

In Canticis mystica Sponsa conqueritur, quòd *custodes murorum* pallio eam spoliâssent. Et Sponsus eam, ut murum considerans ait: *Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea &c.* Et illa dicit: (am) *Ego murus, & ubera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo, quasi pacem reperiens.* Et apud Ecclesiasticum memoria est de Nehemia, (an) qui muros eversos Jerosolymæ erexit.

Cant. 5. 7.
– 8. 9.
– – 10. (am) Sponsa mystica murus.
Eccli. 49. 15. (an) Nehemias muros Jerusalem eversos erigens.

Apud Isaiam prænuntiatur dies Domini, hoc est: Ira Domini ventura *super omnem murum munitum.* Et contra Moab dicitur: *Quia nocte vastatus est murus Moab, conticuit;* & ponitur, dum ululabit Moab: *His,* (ao) *qui lætantur super muros cocti lateris loquimini plagas suas;* pro habitatoribus urbis Cyrene interpretantur aliqui eos, qui lætantur super muros cocti lateris; dicuntque eam urbes lateritios habuisse muros; & sic replicatur: *Super hoc* (malum scilicet prædictum) *venter meus ad Moab quasi cithara sonabit, & viscera mea ad murum cocti lateris.* Contra Jerusalem prænontiantur mala, à Domino ventura, qui est *scrutans* (ap) *murum, & magnificus super montem;* & ita contra habitatores ejusdem urbis vastitas defletur, qui destruxerunt frustra domos *ad muniendum murum;* & lacum fecerunt *inter duos muros ad aquam piscinæ veteris.* Ita eidem urbi dicitur: (aq) *Munimenta sublimium murorum tuorum concident, & humiliabuntur, & detrahentur in terram usque ad pulverem.* Et Propheta pro cantico concinendo in terra Juda incipit: *Urbs fortitudinis nostræ Salvator,* (ar) *ponetur in ea murus, & antemurale.* Quòd Judæi ad Ægyptios profugissent, Assyriis prementibus, & non Deo, ait idem Dominus Deus per Prophetam: *Propterea erit vobis iniquitas hæc,* (as) *sicut interruptio cadens, & requisita in muro excelso, quoniam subitò, dum non speratur, veniet contritio ejus.* Pro consolatione autem Sion, futuræ orbi gloriosæ ait Dominus: *Ecce in manibus meis descripsi te: muri tui coram oculis meis semper:* Custodientibus præcepta dicit idem Dominus Deus: *Dabo eis in domo mea,* (at) *& in muris meis locum &c.* Et novæ Sion, seu meliùs Ecclesiæ exaltandæ, prænuntiatur: *Ædificabunt filii peregrinorum muros tuos, & Reges eorum ministrabunt tibi &c. Occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio. Super* (au) *muros tuos Jerusalem constitui custodes, totâ die, & totâ nocte in perpetuum non tacebunt.*

Isai. 2. 15.
– 15. 1.
– 16. 7. (ao) Plagæ inimicorum loquentibus super muros cocti lateris, ubi expl. text. Tyr. h. l. ex Corn. à Lap.
– – 11.
– 22. 5. (ap) Deus scrutans murum.
– – 10.
– – 11.
– 25. 12. (aq) Munimenta murorum Jerusalem lapsura.
– 26. 1. (ar) Murus ponendus in urbe fortitudinis nostræ.
– 30. 13. (as) Recursus Judæorum ad Ægyptios, eis fuerunt, ut interruptio cadens in muro &c.
– 49. 16.
– 56. 5. (at) Locus in muris Dei custodibus servantibus præcepta.
– 60. 10.
– – 18.
– 62. 6. (au) Custodes super muros Jerusalem statuti.

Apud Jeremiam dicit Dominus, se convocaturum ab Aquilone omnes cogitationes regnorum, *& venient, & ponent* (ax) *unusquisque solium suum in introitu portarum Jerusalem, & super omnes muros ejus in circuitu, & super universas urbes Juda.* Jeremiæ autem ipsi dicebat: *Dedi te hodie —* (ay) *in murum æreum super omnem terram, Regibus Juda, Principibus ejus, & Sacerdotibus, & populo terræ.* Et subsequenter contra eandem urbem, dum vastitas prænuntiatur, ponitur: *Ascendite muros ejus, & dissipate, consummationem autem nolite facere &c.* Et ad Prophetam dicitur: *Dabo te populo huic in murum æreum, fortem &c.* contra quem non prævalebunt. Item prædicitur vastatio Jerosolymæ à Chaldæis, (az) obsidentibus eam in circuitu murorum. Jussus est Jeremias sumere lapides grandes, & abscondere in crypta (ba) *sub muro latericio in porta domus Pharaonis in Taphnis, cernentibus viris Judæis,* prophetando super lapides illos ponendum esse thronum Nabuchodonusor Regis Assyriorum &c. ex quo intelligerent Judæi malè sibi consuluisse confugiendo ad Ægyptios ab Assyriis subigendos. Vastatio autem Moab prænuntiatur, dicente Domino: *Super Moab ejulabo, & ad Moab universam clamabo ad viros muri fictilis lamentantes. Cor meum ad viros* (bb) *muri fictilis dabit sonitum tibiarum;* quinam sint viri muri fictilis vidi ad text. Isai. 16. Contra Damascum est: *Succendam ignem in muro Damasci, & devorabit mœnia Benadad.* Et contra Babylonem, inter cætera, ponitur: *Ceciderunt fundamenta ejus, destructi sunt muri ejus, quoniam ultio Domini est.* (bc) *Super muros Babylonis levate signum —, quia cogitavit Dominus, & fecit quæcunque locutus est contra habitatores Babylonis. Murus Babylonis corruet.* (bd) *Murus Babylonis ille latissimus suffossione suffodietur, & portæ ejus excelsæ igni comburentur &c.* Ubi notandum est, quòd de Babylonis muro dicitur; unum enim ex septem orbis (be) miraculis fuerunt muri Babylonenses, prodigiosæ quidem latitudinis, & soliditatis; de quibus ait Martialis ethnicus Poëta:

» *Assiduus jactet nec Babylona labor,*

Jer. 1. 15. (ax) Aquilonares populi posituri solium super muros Jerusalem.
– – 18. (ay) Jeremias datus in murum æreum &c.
– 5. 10.
– 15. 20.
– 21. 4. (az) Chaldæi obsidentes Jerusalem in circuitu murorum.
– 43. 9. (ba) Jeremias jussus sub muro latericio abscondere lapides grandes in Ægypto; ubi expl. text.
– 48. 31.
– – 36. (bb) Viri muri fictilis qui sint? ubi expl. text.
– 49. 27.
– 50. 15.
– 51. 12. (bc) Signum levandum super muros Babyl.
– – 44.
– – 58. (bd) Murus Babyl. suffodiendus.
(be) Muri Babylonenses ex 7. mundi prodigiis. Mart. epig. 1. ep. 1.

In Threnis dicitur: (Dominus) *tradidit in manus inimici muros turrium ejus* (nempe Jerosolymæ). *Cogitavit Dominus dissipare* (bf) *murum filiæ Sion; tetendit funiculum suum, & non avertit manum suam à perditione; luxitque antemurale, & murus pariter dissipatus est. Clamavit cor eorum* (habitantium Jerosolymam) *ad Dominum* (bg) *super muros filiæ Sion.*

Thr. 2. 7.
– – 8. (bf) Deus cogitans dissipare murum filiæ Sion, qui dissipatus est.
– – 18. (bg) Habitatores Jerusalem clamantes ad Dominum super muros filiæ Sion.

Sartaginem jussus est sumere Ezechiel, & ponere eam: (bh) *in murum ferreum inter se,* & inter civitatem murus hic dicitur ferreus, hoc est: durus; quibus rebus Deum inexorabilem futurum signum erat, cum urbis

Ezech. 4. 3. (bh) Sartago ab Ezechiele posita in murum ferreum; ubi expl. text.

bis Jerosolymæ vastatio fieri deberet. Prophetis insipientibus minatur Dominus, eò quòd, ait, *non ascendistis ex adverso, neque* (bi) *opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in prælio in die Domini.* Contrà Tyrum dicit Dominus, se moturum Gentes multas, *& dissipabunt muros Tyri, & destruent turres ejus.* (Nabuchodonosor) *vineas, & arietes temperabit in muros tuos &c. A sonitu equitum, & rotarum, & curruum* (bk) *movebuntur muri tui, cùm ingressus fuerit portas tuas, quasi per introitum urbis dissipatæ* (hostes) *destruent muros tuos.* Et iter glorias, quibus antea ornabatur Tyrus, dicitur: *Filii Aradii cum exercitu tuo* (bl) *erant super muros tuos in circuitu: sedet Pigmæi, qui erant in turribus tuis, pharetras suas suspenderunt in muris tuis per gyrum; ipsi compleverunt pulchritudinem suam.* Et Prophetæ ipsimet manifestatur confusio futura bis, qui de eo loquuntur (bm) *juxta muros, & in ostiis domorum*, curiosè tantùm audientes verbum Domini, & nihil juxta illud exequentes. De Gog, in corde suo dicente: *Ascendam in terram* (bn) *absque muro &c. hi omnes habitant sine muro &c.* dum meditatetur, contra Judæos movere, prædicitur ruina; quandoquidem prænunciatur, quòd *subvertentur montes, & cadent sepes, &* (bo) *omnis murus corruet in terram*; de iis scilicet, quæ in potestate illius sunt. Cùm eidem Prophetæ, ostenderetur futura ædificatio urbis Jerusalem, ostensus est *murus forinsecus*, ita (bp) & muros Templi per quatuor ventos mensuratus per circuitum longitudine, & latitudine 500. cubitorum, dividens inter Sanctuarium, & vulgi locum. Audit insuper Propheta à Deo, quòd ipse repulit eos, (bq) quos inter, & ipsum erat murus, cùm nomen ipsius polluissent. Prophetatur à Daniele, pro nova Jerusalem facienda, quòd *rursum ædificabitur platea*, (br) *& muri in angustia temporum.*

Ezech. 13. 5.
(bi) Prophetæ insipientes non opponentes murum pro domo Isr.
- 26, 4.
- - 9.
- - 10.
(bk) Muri Tyri commovendi.
- - 12.
- 27, 11.
(bl) Filii Aradii super muros Tyri Pigmæi &c.
- 33, 30.
(bm) Loquentes juxta muros de Ezechiele.
- 38, 11.
(bn) Terra Judæorum sine muro.
- - 20.
(bo) Murus omnis Gog in terram lapsurus.
- 40, 5.
- 42, 20.
(bp) Longitudo & latitudo muri Templi ostensa Ezechieli.
- 43, 8.
(bq) Murus inter Deum, & malos.
Dan. 9, 25.
(br) Muri novæ Jerusalem ædificandi.

In Joële contra Judæos ponitur, quòd hostes eorum, *quasi viri bellatores ascendent murum &c.* quòd *urbem ingredientur, in muro current.*

Joel. 2, 7.
- - 9.

Apud Amos legitur: *Mittam ignem in murum Gazæ, & devorabit ædes ejus. Mittam ignem in murum Tyri, & devorabit ædes ejus. Succendam ignem* (bs) *in muro Rabba, & devorabit ædes ejus in ululatu in die belli, & in turbine in die commotionis.* Et de Israel habetur similitudo: *Ecce Dominus,* (bt) *stans super murum litum* (Israel scilicet), *& in manu ejus trulla cæmentarii &c.* Pro trulla venit cura, quam Dominus de populo suo sumit, quam in textûs prosecutione dicitur deponere. Pro captivitate autem populi sui auferendâ, & libertate, cum honoribus, & divino cultu, restituendâ dicit Dominus: *In die illa suscitabo Tabernaculum David, quod cecidit; &* (bu) *reædificabo aperturas murorum ejus, & ea, quæ corruerant, instaurabo; & reædificabo illud sicut in diebus antiquis.*

Amos. 1, 7.
- - 10.
- - 14.
(bs) Ignis succendendus in muro Rabbæ.
- 7, 7.
(bt) Dominus stans super murum litum, ubi expl. text.
- 9, 11.
(bu) Murorum Tabernaculi David apertura reædificandæ.

In Nahum dicitur de Chaldæis, quòd *velociter ascendent muros* Ninive; quæ interrogatur, an melior sit Alexandriâ, de qua dicitur, quòd *aqua muri ejus.* (subintellige sunt.)

Nah. 2, 5.
Nah. 3, 8.

Apud Zachariam legitur: (bx) *Absque muro habitabitur Jerusalem præ multitudine hominum, & jumentorum in medio ejus. Et ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu; & in gloria ero in medio ejus.*

Zach. 2, 4.
(bx) Deus murus igneus Jerusalem, quæ sine muro habitabitur.
- - 5.

Antiochus Epiphanes destruxit muros Jerusalem in circuitu, & Gentes (by) *ædificaverunt civitatem David muro magno, & firmo, & turribus firmis, & facta est illis in arcem.* Ita & Judas, & alii Machabæi, cùm sanctam civitatem recuperâssent, *ædificaverunt in tempore illo montem Sion*, (bz) *& per circuitum muros altos, & turres firmas, ne quando venirent Gentes, & conculcarent eum, sicut antea fecerant.* Judas (ca) item cum suis muros, & turres Chebron & filiarum ejus igne succendit in circuitu, auditô, quòd Judæi circumdederant (cb) muris excelsis montem Sion, & Bethsuram Antiochus Epiphanes præ tristitia in mortis languorem incidit. Antiochus Eupator, non stans juramento, quod Judæis dederat, ingressus montem Sion, *mandavit destruere murum in gyro.* De Romanis fama nota erat, quòd hostium suorum victores fuerunt, murosque eorum destruxerunt. Gentes, sub Baccbide Duce, plures urbes muris excelsis munivetunt in Judæa; & præcepit Alcimus *destrui* (cc) *muros domûs sanctæ interioris.* Demetrius Seleuci promittebat Judæis, ut secum essent, quòd sumptus daremur de ratione Regis (cd) *ad extruendos muros Jerusalem; & ad construendos muros in Judæa.* Jonathas Machabæus, reversus victor ab hostibus, cogitavit *ædificare muros in Jerusalem*; & reparavit murum, qui ceciderat, & vocatus est Caphetata. Ita & Simon, pariter Machabæus, *acceleravit consummare universos muros Jerusalem, & munivit eam in gyro.* Et ædificans præsidia Judææ, ea munivit muris magnis. Obsidente eodem Simone Gazam, qui obsidebantur, accedentes murum urbis, pacem flentes petierunt, & obtinuerunt. Hic idem *exaltavit muros Jerusalem.* Et de ejus filio Joanne traditur, quòd (ce) muros ædificii erexit, & plura alia gessit.

1. Mac. 1, 33.
(by) Gentes ædificantes muro magno civitatem David.
- - 33.
- 4, 60.
(bz) Machabæi muros circa montem Sion ædificantes.
- 5, 65.
(ca) Item muros Chebron succenderunt.
- 6, 7.
(cb) Ant. Epiphanes mœrens pro muris ædificatis per Judæos circa montem Sion &c.
- - 62.
- 8, 10.
- 9, 50.
- - 54.
(cc) Muri domûs sanctæ interioris destructi.
- 10, 45.
(cd) Promissio sumptuum Judæis à Demetrio Seleuci pro muris Jerusalem extruendis.
- 12, 36.
- - 37.
- 13, 10.
- - 33.
- - 45.
- 14, 37.
- 16, 23.
(ce) Muri erecti à Joanne filio Simonis Mac.

Describitur in libro secundo Machabæorum commotio populi, dum Heliodorus Sacros thesauros rapere conabatur, & notantur mulieres, aliæ ad Oniam, (cf) aliæ ad muros, aliæ ad fenestras procurrentes, aspicientes &c. A Jasone capta est civitas Jerusalem, civibus licèt ad murum convolantibus. Per (cg) muros præcipitatæ sunt duæ mulieres cum infantibus, eo quòd illos circumcidissent. Cùm Gentes, quæ Gazaræ occludebantur, injuriis, & blasphemiis Judæos lacesserent, accensi animis, plures juvenum Judæorum (ci) muros illius arcis aggressi sunt, & diruerunt. Item Judæi, ad prælium verbis Judæ Machabæi excitati, adhuc (ck) *muros ferreos parati penetrare*, Lysiæ exercitum oppugnârunt & vicerunt. Aggressus item est Judas Machabæus Casphin, urbem firmam, muris circumseptam, & blasphemos inclusos, firmitate murorum confidentes oppugnans, (cl) factis ad Deum precibus, & irruens ferociter muris, cepit, &

cæde

2. Mac. 3, 19.
(cf) Mulieres Jerusalem turbatæ, ad muros recurrentes.
- 5, 5.
- 6, 10.
(cg) Mulieres cum filiis circumcisis per muros præcipitatæ.
- 10, 32.
(ci) Judæi muros Gazaræ diruentes.
- 11, 9.
(ck) Idem muros ferreos penetrare parati.
- 12, 13.
- - 14.
- - 15.
(cl) Judas Mach. irruens muris Casphin, eam cepit.

cæde innumerabili mulctavit. Ita cæpit Ephron civitatem munitam, in qua *robusti juvenes* (cm) *pro muris consistentes fortiter repugnabant*. De Razia Judæo sene turpiter ad mortem à Gentibus quæsito, scribitur, quòd (cn) *recurrens audacter ad murum, præcipitavit semetipsum viriliter in turbas &c.* (V. *Razias*.

[2. Mac. 12, 17. (cm) Ita Ephron muros habentem robustos juvenes. — 14. 43. (cn) Razias ad murum recurrens se in turbas præcipitat.]

Saulus, qui & postea Paulus, per murum à discipulis dimissus est in sporta Damasco; ut & idem scribit ad Corinthios. Idem ipse ad Hebræos notat, quòd *fide* (co) *muri Jericho corruerunt*, circuitu dierum septem. (V. *Jericho*.) Sancta & nova Jerusalem, visa à Joanne in Apocalypsi describitur, (cp) habens murum magnum, & altum, cujus erant fundamenta duodecim, in quibus erant nomina duodecim Apostolorum Agni; & qui loquebatur cum Joanne, mensuram arundineam habebat, ad mensurandum murum, quem mensus est 144. cubitorum, mensurâ hominis, quæ est Angeli; & structura muri erat ex lapide jaspide; & fundamenta muri civitatis erant omni lapide pretioso ornata.

[Act. 9. 25. 2. Cor. 11. 33. Hebr. 11. 30. (co) Muri Jericho ex fide Josue corruentes. Apoc. 21. 10. — 14. (cp) Descriptio, & mensura muri sanctæ, & novæ urbis Jerusalem in Apoc. — 15. — 17. — 18. — 19.]

Myst. *Christus* Sanctæ Ecclesiæ murus est; ut notat D. Gregorius Magnus. [D. Gr. 12. m. 23.]

Custodia Angelorum dici potest murus, & antemurale Sion, ea Divo Hilario. [D. Hil. s. Ps. 54.]

Deus, Ecclesiam protegens, & calefaciens, igneus murus est; ex Divo Hieronymo. [D. Hier. s. Zach. 2.]

Divina Protectio. V: *Protectio Divina*.

Ecclesia murus litus est, & adamantinus; ex D. Gregorio Magno. [D. Gr. s. Cant. 8.]

Ecclesiastici viri muri Sion verè dici possunt, & præcipuè perfecti; ex Divo Hieronymo. [D. Hier. s. Isai. 26.]

Eloquentia, & sapientia mundana, murus est, quo caret Ecclesia; ut notat idem D. Hieronymus. [Idem s. Nah. 2.]

Eruditio Scripturarum murus etiam est; ut scribit Origenes. [Orig. s. Cant. h. 4.]

Fides designari potest in muro, civitatem, arcamve protegente: ea Beda. [Bed. s. Gen. 49.]

Opera bona muri Jerusalem dicuntur à DD. Hieronymo, & Augustino. [D. Hier. & Aug. s. Ps. 50.]

Ordines, quibus Ecclesiastici à Laicis separantur, significantur per murum, separantem Sanctuarium, & vulgi locum; ea Ruperto. [Rup. s. Ezech. 5.]

Peccata, quæ nos à Deo dividunt, & separant, ut murus ea ratione considerantur; ex Divo Augustino. [D. Aug. s. Psal. 17.]

Protectio Divina muro etiam defensionis assimilari potest; ea Ruperto. [Rup. s. Zach. 2.]

Sapientia mundana. V. *Eloquentia mundana*.

Viri Ecclesiastici. V. *Ecclesiastici viri*.

Virgo Maria murus dicitur ad eam recurrentium; murus Christianorum; murus fidelium omnium; murus fortissimus à facie inimicorum, ab expectatione eorum liberans nos; Murus noster fortissimus, inconcussus, inexpugnabilis; Murus vitæ inviolatus à S. Jo. Damasceno. Item ab Idiota murus firmissimus ob servandæ virginitatis firmitatem; fortissimus, opponens se dæmoniis, igneus in circuitu Jerusalem; Murus in defensionem; & in conservationem aliorum; Murus inexpugnabilis; Murus muniens, & defendens civitatem Dei; Murus tantæ defensionis, & firmitatis, quòd super eam ædificavit tota Sancta Trinitas. Item dicitur Murus aqueus propter abundantiam gratiarum in Christianos, licèt persequentibus Ægyptiis, hoc est: Dæmoniis; Murus igneus in circuitu Jerusalem; Murus inexpugnabilis, fundatus supra firmam petram; à Richardo à S. Laurentio. Murus item stabilis, & firmus, nobis ad defensionem, & munitionem datus, super quem ædificavit Dominus propugnacula argentea, id est, divina eloquia, ab Hugone à S. Caro; quibus omnibus consonant Hugo de S. Victore, Albertus Magnus, Dionysius Carthusianus, & alii quàm plures, quorum catalogum hìc rescribere, non opus esse dijudicavimus.

[D. Jo. Damasc. in Paracl. B. V. Idiot. de B. V. p. 14. contempl. 18. Rich. de S. Laur. de laud. B. V. l. 12. Hug. de S. Car. s. Cant. c. 8. Hug. de S. Vict. ser. in not. B. V. Alb. M. in Bibl. Mar. s. Zach. & Cant. Dion. Carth. in Cant. art. 27.]

Mus.

Hist. Animal (a) exiguum Mus est, nobiscum in domibus habitans à corrosionis sono, ut aliquibus placet, dictum, omnia vorans, & tædiosè dentibus corrodens, noctu præcipuè vagans, & excubias agens, somni interruptor tædiosissimus, colore flavo, odore fætido, ore oblongo, caudâ gracili, dentibus acutissimis; & (b) quidem animal immundum spurciora, & spurcissima quæque comedens; & sic etiam inter animalia immunda in Levitico numeratum. Differt à sorice; sorex enim major mure est; & inter mures variæ videntur etiam esse species, & quidem sunt, quas Itali per additum aliquod adjectivum distinguunt. Cùm Arca Dei esset apud Philisthæos (c) *ebullierunt villæ, & agri in medio regionis illius; & nati sunt mures, & facta est confusio mortis magna in civitate* quapropter in eo fuêre consilio Philisthæi, ut arcam ipsam super currum ad Judæos remitterent cum capsella, in qua etiam clauderentur (d) quinque mures aurei, juxta numerum provinciarum Philisthæorum; prout fecerunt. Cùm egressi fuissent Judæi Bethuliâ, ad provocandos Assyrios, postquàm redierat Judith cum Holofernis capite ad ipsos, Assyriorum Duces, alludentes naturæ murium, habitantium in cavernulis, dixerunt cubiculariis Holofernis (e) *Intrate, & excitate illum, quoniam egressi mures de cavernis suis, ausi sunt provocare nos ad prælium.* Et apud Isaiam, ut notentur reprobi, castigandi, dicitur, quòd castigabuntur, & consumentur, *qui* (f) *comedebant carnem suillam, & abominationem, & murem.*

[(a) Quid Mus, & ejus descriptio. Lev. 11. 29. (b) Animal immundum est. 1. Reg. 5. 6. (c) Mures nati, ebullientibus agris inter Philisthæos, cùm apud eos esset Arca. — 6. 5. — — 11. (d) Mures aurei remissi cum Arca. — — 18. Judith. 14. 12. (e) Judæi assimilati muribus ab Assyriis. Isai. 66. 17. (f) Edentes murem castigandi.]

Myst. *Dæmones*, hominibus infesti, repræsentantur in muribus, ex Divo Gregorio Magno. [D. Gr. l. 2. Reg. 4. 6.]

Ingluvies ventris significatur, juxta Isychium, per murem. [Isych. s. Lev. 11.]

Muscipula.

Hist. (a) *Machina est ad decipiendum, & capiendum mures inventa*; ita quidem propriè; at translatè pro *dolo quocunque* accipitur.

In libro Sapientiæ de idolis est, quòd licet creaturæ Dei sint, facta sunt (b) *in muscipulam pedibus insipientium.*

[(a) Quid est. Sap. 14. 11. (b) Idola facta sunt in muscipulam insipientium pedibus.]

Musach.

Hist.

4. Reg. 16. 18. (a) Musach conversum in Templum Domini ab Achaz.

In libris Regum babemus, quòd Achaz Rex Juda impius, cum Diis Assyriorum, in gratiam eorum Regis, quocum fœdus inierat, Sacrificia admisisset, *Musach* (a) *quoque Sabbati, quod ædificaverat in Templo, & ingressum Regis exterius, convertit in Templum Domini propter Regem Assyriorum.*

(b) Quid est Musach.

Erat autem Musach (b) *Regium solium, & theatrum*, juxta, & in conspectu portæ atrii interioris Sacerdotalis, *ubi Reges in Sabbatis, & solemnioribus aliis festivitatibus sedebant*, audientes Psalmodiam, Hymnodiam, cantica, & Sacrificia spectabant, quæ offerebantur; deque eo agit Exechiel c. 46. & hoc idem tribunal est, ubi Athalia vidit Joas sedentem, ut habetur 4. Reg. c. 11. (V. *Porta: Athalia.*) Dicitur, ut vidimus in textu, quòd Achaz ædificaverat Musach, eò quòd antea cùm esset apertum, (c) cooperuit illud ipse Achaz, & conjunxit omninò cum Templo illudque dilatavit; & hæc fabrica antea extra Sacerdotale atrium terminabatur, ad ipsum usque Templum, & Sanctuarium perduxit, quò propior Rex omnia, quæ in Sanctuario fiebant, inspiceret; dilatato etiam per hoc intermedio atrio, per quod è palatio Regis in Templum dabatur transitus. Ex variis radicibus, ex quibus provenire dijudicatur per diversos hæc vox, varias habet interpretationes: Ita per aliquos sonat: *Thronus: Sedes*: Per aliquos verò: *Cooperimentum: Libatio: Unctio.*

(c) Achaz cooperuit Musach, & Templo univit.

Musca.

Hist.

(a) Quid sonat hæc vox, cujus textus non omnes notis signantur, ubi locus non est.
Exod. 8. 21.
(b) Plaga quarta Ægypti Muscæ.
- - 22.
- - 24.
- - 29.
- - 31.
Sap. 16. 9.
- 19. 10.

Parvum (a) *satis animal volatile* Musca est, & numero insectorum, hominibus satis molesta, præcipuè comedentibus; rebus dulcibus præcipuè, quin etiam & spurcissimis, & fœtidis, inhians. Cujus plures sunt species. Quarta (b) plaga, illata Ægyptiis fuit muscarum diversi generis in terra Ægypti sparsarum, præterquam in terra Gessen, quæ repleverunt omnes domos; & gravissimæ erant omnibus, *corruptaq; est terra ab hujuscemodi muscis*; promittente autem Pharaone libertatem populo Judæo, liberata est Ægyptus à muscis. (V. *Moyses*) Et de hac plaga muscarum mentio est in libro Sapientiæ.

Eccle. 10. 1.

Isai. 7. 18.
(c) Deus vocaturus muscam, & apim contra Judæos, ubi expl. text.
- - 19.

Apud Ecclesiasten est: *Muscæ morientes perdunt suavitatem unguenti.* Apud Isaiam dicitur: (c) *Sibilabit Dominus muscæ, quæ est in extremo fluminum Ægypti, & api, quæ est in terra Assur, & venient &c.* Pro Musca populus Ægypti; & pro Api populus Assyriæ intelligitur, sive pro eorum numero, seu pro qualitatibus, quas similes habeant cum hujusmodi animalibus; hos autem dicitur evocaturus contra Israel, & Judam Dominus.

Myst.
D. Greg. 18. in 38.
D. Aug. ep. 119.

Cura carnalium desideriorum significantur per muscas; ex D. Gregorio M.

Eloquentia vana hæreticorum in musca repræsentatur, animali inquieto, insolenti, spurcissimo, abominabili; ex D. Augustino.

Muscipula. V. post Mus.

Musi. Musitæ.

Hist.
Num. 3. 20.
- - 33.
Et alibi præcisè
1. Paral. 6. 19.
(a) Quis Musi, & Musitæ.
(b) Numerus Musitarum cum Moholitis in deserto; cum nominis etymologia.

Filius (a) *Merari*, secundo loco numeratur; & ita nepos Levi, à quo *Musitarum* Familia, & genus; ita ut de Moholitis, qui proveniebant à Moholi, fratre majore natu ipsius Musi, & de Musitis numerati sint in deserto masculi ab uno mense, & supra sex millia ducenti. Sonat: (b) *Auferens: Tangens; Recedens: Ablatus.*

Musica.

Hist.
(a) Quid est hæc vox, cujus textus non omnes notis signantur, nisi sit locus.
(b) Inventio Musicæ.
(c) Musici quanto in pretio habiti apud Græcos, & Judæos.

Ars, (a) *quæ cantum docet; & ipse concentus, & harmonia, quæ ex cantu oritur*; seu etiam *ipsum cantandi exercitium, ipse cantus.* Hanc (b) antiquitùs inventam volunt ex concentu sonituum variati mallei percutientis ferrum; ex quo cùm ictus unus altero seu duriorem, seu molliorem sonum produceret, docuit ad concentum vocis modò elationem, modò pressionem faciendam; unde animi delectatio oriretur; (c) tantaque fuit apud Græcos æstimatio a, ut Musici & Vates, & sapientes judicarentur; iisque indoctior haberetur, prout Themistocli, Cicerone testante, evenit, qui Musicam nesciret. Invenio etiam apud Hebræos Musicæ, & ejus Professorum venerationem; quandoquidem sæpè in Sacris litteris nomine Prophetarum illustrantur, cùm canentes prophetantes nuncupantur. Hoc nomen tamen recentiorem habet hanc significationem ab antiqua, & prima: Musica namque *humanitas litterarum* erat, quâ ingenui homines laudo terebantur otio, atque delectatione; cùm verò delectatio reperiretur, & requies in audienda, sive etiam facienda numerorum modulatione per voces, Musicæ nomen huic indidêre libenter.

Eccli. 22. 6.
(d) Aliqua de Musica in Eccli.
- 32. 5.
- 40. 20.
- 49. 2.

Apud Ecclesiasticum est: *Musica in luctu importuna narratio. Primum verbum diligenti scientia, & non impedias Musicam. Vinum, & Musica lætificant cor; & super utraque dilectio Sapientiæ. In omni ore quasi mel indulcabitur ejus* (Josiæ nempe) *memoria, & ut Musica in convivio vini.* (V. *Cantus: Levita.*)

Musicus, a, um.

Hist.
(a) Quid hæc vox.
1. Par. 15. 16.
(b) Organa Musicorum in Templo.
- 16. 42.
2. Par. 5. 13.

Is, (a) *qui Musicam exercet*; seu *quod ad Musicam pertinet* hoc nomine adjectivo designatur; & sumitur aliquando hoc ipsum nomen substantivè. Cantores (b) in organis Musicorum constituti sunt sub David; & inter cæteros notantur Heman, & Idithun *quatientes cymbala, & omnia Musicorum organa* (hoc est: Instrumenta) *ad canendum Deo.* Illatâ Arcâ, & donariis oblatis per Salomonem in Templo, *cantis pariter & tubis, & voce, & cymbalis, & organis, & diversi generis Musicorum concinentibus, & vocem in sublime tollentibus, longè sonitus audiebatur &c.* Et Templum gloriâ Domini repletum est.

Apud

Eccli. 32. 7. (c) Comparatio musicorum.

Apud Ecclesiasticum est: (c) *Gemmula carbunculi est in ornamento auri, & comparatio musicorum in convivio vini. Sicut in fabricatione auri signum est smaragdi, sic numerus musicorum in jucundo, & moderato vino.* Laudantur item apud eundem Ecclesiasticum viri *in peritia sua requirentes* (d) *modos musicos, & narrantes carmina Scripturarum.*

- - 44. 5. (d) Laus quærentium modos musicos.

Apud Isaiam dicitur, quòd auferetur Sobna, Templi Præpositus, & loco ejus ponetur Eliacim, super quo tanquam paxillo suspendentur *diversa genera vasorum, omne vas parvulum à vasis craterarum, usque ad omne vas* (e) (hoc est: Instrumentum,) *musicorum*, quasi dicat: Et ab eo omnia pendent in gubernio Templi. In Ezechiele proxima vastatio indicitur Judæis, ipsum Prophetam audientibus, (f) *quasi carmen musicum, quod suavi, dulciq́ue sono canitur*; hoc est: Non curantibus, nec ei obedientibus. Ad sonitum universi (g) generis musicorum omnes jussi sunt adorare statuam Nabuchodonosor; quòd omnes fecerunt, præter Sidrach, Misach, & Abdenago. Jonathas, & Simon, fratres Machabæi, sumpturi ultionem de Jambritis, cùm sponsus quidam ex eis (h) sponsam duceret ex Madaba, absconderunt se, cum suis; & cùm obviam illis esset sponsus, cum amicis, & fratribus ejus, *cum tympanis, & musicis, & armis multis*, surrexerunt ex insidiis, & percusserunt eos, & occiderunt plurimos. *Et conversæ sunt nuptiæ in luctum, & vox* (i) *musicorum ipsorum in lamentum.*

Isai. 22. 24. (e) Vas omne musicorum super Eliacim suspendendum, ubi expl. text.

Ezech. 33. 32. (f) Judæi audientes Ezechielem, quasi carmen musicum, ubi expl. text.

Dan. 3. 5. &c. (g) Ad sonitum universi generis musicorum statua Nabuchod. adoranda.

1. Mac. 9. 39. (h) Sponsa de Madaba ducta cum tympanis, & musicis &c.

- - 41. (i) Vox musicorum versa in lamentum.

In Apocalypsi Angelus misit lapidem, quasi molarem magnum in mare, dicens, quòd Babylon civitas tali impetu mitteretur, & ultra jam non inveniretur, additque, inter cætera: *& vox citharœdorum,* (k) *& musicorum, & tibiâ canentium, & tubâ non audietur in te ampliùs &c.*

Apoc. 18. 22. (k) Vox musicorum non amplius in Babyl. audienda.

Mussitans.

Hist. (a) Quid est.

Participium (a) est præsentis temporis à *mussito*, quod est verbum frequentativum à *Musso*: & sonat: *Clam murmuro, quod apertè dicere nequeo, & non audeo.* Mortuo infantulo, qui natus erat ex adulterio David cum Bethsabee; *cùm ipse David vidisset* (b) *servos suos mussitantes*, intellexit, quod evenerat.

2. Reg. 12. 19. (b) David videns servos mussitantes, rei eventum intelligit.

Mussitator.

Hist. (a) Quid est.

Is est, *qui mussitare solet*, & dici potest *murmurator*.

Apud Isaiam, ut indicetur conversio populorum ad Christi fidem, prænuntiatur: *Et scient errantes spiritu intellectum, &* (b) *mussitatores* (hoc est: Qui priùs de Christo mussitabant, murmurabant) *discent legem.*

Isai. 29. 24. (b) Mussitatores legem percepturi, ubi expl. text.

Mustela.

Hist. (a) Mustellæ descriptio, & natura.

Animal (a) *parvum est quadrupes*, oblongum, & flavi coloris, quòd *columbariis, aliisq́ue id genus aviariis, maximè insidias molitur*, ova exorbens, & enectis ipsis avibus, sanguinem exugens. Plinius (b) duo mustelarum genera facit; alterum sylvestre, quod *Ictis* Græcis dicitur, alterum domi oberrans, quotidie suos huc illuc transferens catulos, & serpentes persequens. Ajunt rustici, (c) avem Philomelam quâdam trahi sympathiâ, ut in os mustelæ seipsam immittat. In Sacris litteris (d) inter animalia immunda locum habet. Et à profanis scribitur ab ea occidi basiliscum.

(b) Genera duo mustellarum.

(c) Philomela in os mustelæ se injiciens.

Levit. 11. 29. (d) Animal immundum est, Basiliscus ab eo occiditur.

Latro, & fur in mustela repræsentantur; ut notat Isychius.

Myst. Isych. l. Lev. 11.

Mustum.

Hist. (a) Quid est.

Quod (a) *ex uva elicitur vinum, dum tamen fervet*, Mustum dicitur. Ita & quod per modum vini ex aliis fructibus elicitur, dum servens est, idem nomen habet. Eliu, suam jactans sapientiam, dicebat: (b) *En venter meus, quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas novas dirumpit*; ita enim suam jactabat sapientiam, quasi eâ tumens, quam continere non posset. Mystica Sponsa Sponso suô promittebat: (c) *Mustum malorum granatorum* suorum. Pro consolatione Sion, ait Dominus per Isaiam: *Cibabo hostes tuos carnibus suis, & quasi musto, (d) sanguine suo inebriabuntur.* Contrà Israel apud Michæam est: *Tu* (e) *calcabis ——— mustum, & non bibes vinum.* Prædicantibus Apostolis, post acceptum Spiritum Sanctum, multi de iis dixerunt, quòd (f) musto pleni erant, hoc est: vino; cùm enim mustum initiativè vinum sit, figuratè unum pro alio accipitur.

Job. 32. 19. (b) Venter Eliu, ut mustum, ubi expl. text.

Cant. 8. 2. (c) Mustum malorum granatorum à Sponsa myst. promissum.

Isai. 49. 26. (d) Hostes judæorum, ut musto sanguine suo inebriandi.

Mich. 6. 15. (e) Vinum non bibendum, licet calcatur mustum.

Act. 2. 13. (f) Apostoli musto pleni reputati, ubi expl. text.

V. Vinum.

Myst.

Mutans. Mutatus.

Hist. (a) Quid hæ voces, quorum textus non signantur notus, ubi non est locus.

Prima (a) vox præsentis temporis *participium* est à *muto*, quod est: *Vario*, secunda verò præteriti. Dominus per Nathan notum fecit Regi David, quòd cùm idem ipse Dominus fuisset, (b) usque ad tale tempus, semper mutans loca Tabernaculi, & in tentorio domum adhuc ad habitandum nolebat sibi fabricari ab eodem David. Deus apud Amos dicitur, quòd (c) est diem in noctem mutans.

1. Par. 17. 5. (b) Deus loca Tabernaculi mutans.

Amos 5. 8. (c) Idem diem in noctem mutans.

Thamar, *mutato habitu, sedit in bivio itineris, quòd ducit Thamnam*; ibique Judam fefellit. (V. *Thamar.*) Joseph de carcere sublatus, tonsus, & *mutatâ veste*, oblatus est Pharaoni, ut somnia ejus interpretaretur. (d) Mutatô ex colore in pilis dignoscebatur plaga lepræ. Anna, quæ fuit mater Samuelis, domum suam remissa ab Heli cum prece, ut juxta petitionem suam exaudiretur à Domino, rediit domum suam, *vultusq́ue illius non sunt ampliùs in diversa mutati.* Achab, Rex Israel, contra Syros pugnaturus, *mutato ——— habitu venit ad bellum.* Esther intrans ad Assuerum non vocata, vultu illius exterrita, *corruit, (e) & in pallorem colore mutatô, lassum super ancillulam reclinavit caput.*

Gen. 38. 14.

- 41. 14.

Lev. 13. 3. (d) Plaga lepræ ex mutato in pilis colore cognita.

1. Reg. 1. 18.

3. Reg. 22. 30.

Esth. 15. 10. (e) Esther coram Assuero colore in pallorem mutato.

Mutatio.

Hist. (a) Quid est.

Idem est, (a) ac *variatio à primo esse*; sumiturque pro *ipsa actione immutandi*. David, prædicens redemptionem futuram, & ita iram in misericordiam mutari, ait: (b) *Et dixi: Nunc cœpi*: (respirare scilicet; & addidi:) *Hæc mutatio dexteræ Excelsi*.

Psal. 76, 11. (b) Mutatio dexteræ Dei, ubi expl. text.

Mutatorius, a, um.

Hist. (a) Quid est.

Pro eo, (a) *quod ad variationem vestium spectat*, hoc nomen adjectivum adhibetur in Sacris litteris, & sic dicitur vestis mutatoria, vestimentum mutatorium. Et sumitur etiam substantivè numero plurali *pro ipsis mutatoriis vestibus*; seu etiam *pro veste ad mutandum*; non quidem unâ, sed *pro toto vestium mutandarum habitu*. Naaman, profectus ad Regem Israël, ut à lepre liberaretur, inter cætera, quæ secum tulit, fuêre (b) *decem mutatoria vestimentorum*. Giezi mendaciter nomine Elisæi petiit à Naaman *talentum argenti*, (c) *& vestes mutatorias duplices*. (V. *Giezi*.) Isaias prophetavit, omnes ornatus auferendos à filiabus Sion, inter (d) quæ numerat *mutatoria &c.* Jesus, Sacerdos, exutus sordidis, induitur (e) mutatoriis, qui judicaturus est domum Domini, an in viis ipsius ambulet.

4. Reg. 5, 5. (b) Mutatoria decem Naaman plorosi.
- - 22. (c) Vestes mutatoriæ duplices petitæ à Naaman per Giezi.
Isa. 3, 22. (d) Mutatoria auferenda à filiabus Sion.
Zach. 3, 4. (e) Jesus Sacerdos indutus mutatoriis.

Mutatus, V. Mutans.

Mutus, a, um.

Hist. (a) Quid hæc vox, cujus textus non signantur notis, ubi non est locus.

De eo dicitur, (a) *qui loquelam non habet*; voluntque mutum dictum aliqui à *mugiendo*, sive à *mussando*, eò quòd vocem inconditam edat; & hæc mugitui similis sit. Alii dicunt, quòd mutus vocetur, quasi *minutus*, eo scilicet loquendi sensu. Utcunque sit, solet quis mutus esse ex aliqua, sive exterorum instrumentorum deficientia, sive crimine, pota linguæ, dentium, & hujusmodi; sive ratione surditatis; cùm quis e. g. surdus nascens, non potest verba capere, & dicere; & ita qui non cepit, nec didicit, referre non potest.

Cùm Moyses excusaret se ad accedendum Pharaoni, eo quòd impeditioris, & tardioris linguæ esset, Dominus quasi diceret suum esse illum eloquentem reddere, ait: *Quis fabricatus est mutum, & surdum, videntem, & cæcum? non ego?*

Exod. 4, 11.

In Psalmis rogat David Dominum, ut *muta fiant labia dolosa &c.* Et de patientia sua inter inimicorum insidias, & improperia, inquit; (b) *Ego autem tanquam surdus non audiebam, & sicut mutus* (eram) *non aperiens os suum*. In verbis Samuelis Regis est: *Aperi os tuum muto, & causis omnium filiorum, qui pertranseunt*.

Psal. 30, 19.
- 37, 14. (b) David, ut mutus non aperiens os suum.
Prov. 31, 8.

In libro Sapientiæ ponitur: *Sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas*. Et de idololatris, à Domino punitis, est: *Quidam errantes colebant* (c) *mutos serpentes, & bestias supervacuas immisisti illis* (Domine) *multitudinem mutorum animalium in vindictam*.

Sap. 10, [illegible]
- 11, 16. (c) Serpentes muti adorati; & muta animalia immissa in adorantes.

In Ecclesiastico est: *Xenia, & dona excæcant oculos judicum, (d) & quasi mutus in ore avertit correptiones eorum*.

[illegible] (d) Judex mutus fit ex donis.

In Isaia, ad futuram consolationem bonorum demonstrandam, inter reliqua habetur: *Tunc saliet, sicut cervus, claudus, & (e) aperta erit lingua mutorum, quia scissæ sunt in deserto aquæ, & torrentes in solitudine*. Pastores Jerusalem increpans Dominus, vocat eos (f) canes mutos, *non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes somnia*.

Isa. 35, 6. (e) Lingua mutorum aperienda.
- 56, 10. (f) Pastores Jerusalem canes muti.

Irridet Baruch Chaldæos, *qui cùm audierint*, (g) *mutum non posse loqui, offerunt illud ad Bel, postulantes ab eo loqui*.

Bar. 6, 40. (g) Irrisio idolorum mutorum impotentium dare mutis loquelam.

Ezechiel, mala prophetaturus futura super Jerosalem jubetur, se includere, aditque Dominus: *Linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & (h) eris mutus, nec quasi vir objurgans: Quia domus exasperans est*.

Ezech. 3, 26. (h) Ezechiel, ut mutus futurus.

Apud Habacuc habetur: *Quid prodest sculptile, quia sculpsit illud fictor suus, conflatile, & imaginem falsam? Quia speravit in figmento fictor ejus, ut (i) faceret simulachra muta*.

Hab. 2, 18. (i) Idola simulacra muta.

Heliodorus, rapturus Sacros thesauros, projectus à cælestibus viris in terram ibi *per divinam virtutem jacebat* (k) *mutus, atque omni spe, & salute privatus*. (V. *Heliodorus*.)

2. Mac. 3, 29. (k) Heliodorus jacens mutus in terra.

Oblatus est Christo Domino liberandus, homo mutus, dæmonium habens, (l) *& ejecto dæmonio, locutus est mutus &c.* Item cæcus, & mutus, dæmonium habens, & curavit eum, ita ut loqueretur, & videret. Item ascendenti in montem Christo Domino, & ibidem sedenti muti cæci claudi, debiles, & alii multi oblati sunt, quos sanos remisit *mutos loquentes, claudos ambulantes, cæcos videntes* &c. mirantibus turbis. Modus, quo liberatus est surdus, & mutus, notatus à Divo Marco, quòd scilicet misit Dominus *digitos suos in auriculas ejus: & exspuens* (m) *tetigit linguam ejus, & suspiciens in cælum, ingemuit, & ait illi: Ephphetha, quod est adaperire*; & sanus factus est, mirantibus turbis, & dicentibus: *Bene omnia fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui*. Notat & alium Divus Marcus mutum & surdum adductum Christo, qui dæmonium habebat, valdè ipsum energumenum discerpens; cujus quidem pater, ut filius suus sanaretur, rogabat eundem Christum Jesum, ut adjuvaret incredulitatem suam; & ab aliquibus putatur hic idem cum uno ex relatis mutis, desuper liberatis; alii verò novum putant, qui jubente Jesu factus est liber, discedente dæmone, qui reliquit illum sicut mortuum; addiditque Jesus ad discipulos, qui ejicere talem non potuerant dæmonem: *Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione, & jejunio*. Zacharias, Joannis Baptistæ postea pater, exiit à Templo Domini (n) mutus, cùm habuisset visionem, & prophetiam ab Angelo, de futuro filio Joanne, quod non credebat.

(l) Muti à Christo Jesu loquentes facti.
Matth. 9, 32.
- - 33.
Marc. 7, 32.
Luc. 11, 14.
Matth. 12, 22.
- 15, 30.
- - 31.
Marc. 7, 32.
- - 33. (m) Modus, quo Jesus Christus mutum liberavit.
- - 37.
- 9, 16, &c.
- - 28.
Luc. 1, 22. (n) Zacharias, Sacerdos factus mutus.

Corinthiis scribens Apostolus, eis memorat, quòd *ad simulacra muta* ducebantur, cùm Gentes essent. De Baldad scribit Petrus Apostolus, quòd *subjugale* (o) *mutum animal, hominis voce loquens*,

1. Cor. 12, 2.
2. Petr. 2, 16. (o) Animal mutum loquens contra Balaam.

loquens, prohibuit propheta insipientiam. (V. *Balaam.* Et Judas de impiis, ac lascivis dicit, quòd *quæcumque naturaliter*, (p) *tanquàm muta animalia, norunt in his corrumpuntur*; & subdit, quòd errore Balaam mercede effusi sunt.

Jud. v. 10. (p) impii, ut muta animalia.

Mutuò.

Hist. (a) Quid est hæc vox, cujus sensus non semper unicus significatur, scilicet, ubi non est locus.

Adverbium est, (a) duplicem habens sensum; vel enim sonat *ad invicem*; vel significat *modum, quo quis propriè rem suam alteri dat, reddendam tamen, non eam quidem individualem, sed eâdem mensura, eodémq; pondere &c.* à verbo *Mutuo*, quasi dicat: *De meo tuum.*

Gen. 26, 31. (b) Isaac, & Abimelech mutuò fœdus jurantes. — 34, 16. (c) Promissio dolosa filiorum Jacob ad Sichem de feminis mutuò desponsandis. — 37, 19. (d) Fratres Joseph mutuò contra eum loquentes. — 42, 28. (e) Iidem mutuò mirantes de pecunia in ore saccorum. — 43, 18. — 50, 15. (f) Iidem mutuò loquentes, iram Joseph timentes. Exod. 18, 7. — 25, 20. & alibi. — 26, 3. & alibi. — — 9. — 39, 18. (g) Catenæ, & uncini superhumeralis Sacerdotalis, mutuò jungentes rationale. Lev. 20, 17.

Pro *primâ* significationa, habemus, quòd Isaac (b) cùm Abimelech Rege Geraris, & amicis ejus *juraverunt sibi mutuò* fœdus. Quòd filii Jacob promiserunt Sichem, & Patri ejus in dolo, quòd (c) darentur mutuò filiæ Judæorum Sichimitis, & Sichimitarum Judæis, quatenùs Sichimitæ circumciderentur. (V. *Dina*). Quòd fratres Josaph, videntes eum venientem à longè, (d) mutuò loquabantur: *Ecce somniator venit* &c. (V. *Joseph*). Quòd iidem reperientes in ore sacci pecuniam, cùm emissent à Joseph sibi ignoto triticum, stupefacti, (e) *mutuò dixerunt; quidnam est hoc, quod fecit nobis Deus?* Quòd iidem introducti, redeuntes à Patre, in domum Joseph, exterriti mutuò discurrebant, expectantes, aliquid mali sibi ipsis eventurum. Qoòd mortuo Patre Jacob iidem, (f) *mutuò colloquentes*, modum meditabantur, quo iram Joseph pro injuriis ei illatis averterent. Item quòd Moyses, & Jethro in daserto sibi invicem occurrentes *salutaverunt se mutuò verbis pacificis.* Quòd Cherubim Propitiatorii respiciebant *se mutuò, versis vultibus in propitiatorium*, quo operienda erat arca. Quòd cortinæ Tabernaculi sibi jungebantur mutuò: Ita saga ejusdem sex mutuò copulabantur. Quod catenæ aureæ, & uncini in superhumeralis angulis *ante, & retrò ita conveniebant, ut superhumerale, & rationale* (g) *mutuò necterentur stricta ad balteum &c.* Morti damnabatur vir, & uxor, si quis sororem suam, vel filiam Patris sui, val filiam matris suæ accapisset, & turpitudinem suam motuò sibi revelâssent. Dum habitatores Hai *se mutuò* (h) *cohortantes* insequebantur Judæos, qui fugam simulabant, in insidias inciderunt paratas. Ruth, cùm ad pedes Booz dormivisset nocte, *surrexit, antequam homines se cognoscerent mutuò*, hoc ast, anta lucem. Moabitæ ex aquarum rubore falsò perceperunt, (i) quòd Reges Israel, Juda, & Edom mutuò pugnâssent, & cæsi essent. (V. *Achab.*) Amasias, Rex Juda, excitavit Regem Israel, Joas, ad prælium, dicens: *Veni, videamus nos mutuò.* Aman, da Judæis loquans ad Assuerum, eos vocabat populum à se mutuò separatum &c. Quòd Judæi quâdam anni die designatâ, quartâ decimâ nempè mensis Adar (k) *mittant sibi mutuò partes epularum, & ciborum*, memoria hæc est devictarum insidiarum Aman. In Ecclesiaste habetur: (l) *Si dormierint duo, fovebuntur mutuò; unus quomodo calefiet?*

Jos. 8, 16. (h) Hai mutuò se cohortantes Judæos hortantes insidiantes capiuntur. Ruth. 3, 14. 4. Reg. 3. 23. (i) Reges Israel, Juda, & Edom falso creditur mutuò pugnâsse. 2. Par. 25, 17. Esth. 3, 8. — 9, 19. (k) Judæi sibi mutuò mittentes cibos in festo Esther. Eccle. 4, 11. (l) Duo simul mutuò foventur.

Pro *secundâ* significationa. In Exodo est: Qui à proximo suo *quicquam horum* (puta asinum, bovem, ovem, & omne jomentum) (m) *mutuò postulaverit, & debilitatum, aut mortuum fuerit, Domino non præsente, reddere compelletur.* Elisæus misit viduam pauperem, dicens: *Vade, pete* (n) *mutuò ab omnibus vicinis tuis vasa vacua non pauca*; & multiplicavit ei oleum. (V. *Elisæus.*) Filius Prophatarum indoluit, quòd ferrum securis, quod (o) mutuò acceperat, in aquam cecidisset, & Elisæus ferrum natara fecit. In magnâ fame sub Nehemia, nescientibus Judæis, quomodò Regi correspondarent, dicebant aliqui eorum: (p) *Mutuò sumamus pecunias in tributa Regis, domusq; agros nostros, & vineas.* (V. *Mutuùm.*)

Exod. 22, 14. (m) Lex pro bestia mutuò accepta, mortuâ &c. 4. Reg. 4. 3. (n) Vidua petens mutuò à vicinis vasa, in quibus oleum crevit. — 6, 5. (o) Ferrum securis mutuò acceptum, in aquam lapsum, natavit per Elisæum. 2. Esd. 5, 4. (p) Judæi pecunias mutuò accepturi à Rege, & daturi agros, vineas &c.

Mutuus, a, um, ùm.

Hist. (a) Quid hæc vox, cujus sensus nunc non significat, nisi ubi locus. Gen. 45, 1. (b) Agnitio mutua Joseph, & fratrum ejus. Judic 7, 22. 2. Par. 20, 23. (c) Moabitæ, & Ammonitæ mutuo vulnere cæsi. 4. Par. 25, 21.

Adjectivum est (a) Mutuus, a, um; *quo res significatur, quæ ad invicem fit.* Sic Joseph noluit, quod ullus adesset (b) *agnitioni mutuæ* inter se, & fratres suos; item habetur, quòd Madianitæ, immisso gladio à Domino in castris eorum, sub judice Gedeone, *mutuâ se cæde truncabant.* De Ammonitis, & Moabitis postquam contra idumæos perraxarant, notatur, quòd etiam *in semetipsos versi, mutuis* (c) *concidere vulneribus.* Joas, Rex Israel, provocatus, & Amasias Rex Juda provocans, *mutuos sibi præbuêre conspectus.*

1. Tim. 5, 4. (d) Filii mutuam vicem Parentibus reddere discant.

Ad Timotheum scribit Paolus: (d) *Si qua vidua filios, aut nepotes habet; discat primùm domum suam regere, & mutuam vicem reddere parentibus; hoc enim acceptum est coram Deo.* Et Patrus ait: (e) *Ante omnia* (estota) *mutuam in vobismetipsis charitatem habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum.*

1. Petr. 4, 8. (e) Charitas mutua tum commendatur.

(f) Alia vocis significatio.

Significatur etiam (f) *modus, quo quis rem, reddendam tamen, suam, alterius facit ad tempus.* Et in Exodo ponitur: *Si pecuniam* (g) *mutuam dederis populo meo pauperi, qui habitat tecum, non urgebis eum, quasi exactor, nec usuris opprimes.*

Exod. 22, 25. (g) Non urgendus pauper, qui mutuam accepit pecuniam.

(h) Quid mutuùm adverbium.

Habetur præteraa (h) *mutuùm* adverbium; sive mavis noman adjectivum substantivatum, ad hanc, secundam significationem, nuper relatam, proximè pertinens. In Dauteronomio nationi Judææ præcepta Domini servanti dicitur: (i) *Fænerabis Gentibus multis, & ipse à nullo accipies mutuùm. Aperies* (manum) (k) *pauperi, & dabis mutuùm, quo eum indigere perspexeris*; monetque, ne appropinquante remissionis anno, quis nolit proximo suo *ei, quod postulat mutuùm commodare.*

Deut. 15, 6. (i) Legem servans a nullo mutuum accipiet. — — 8. (k) Idem dabit mutuum pauperi. — — 9.

In Proverbiis ast: *Dives* (l) *pauperibus imperat, & qui accipit mutuùm, servus est fænerantis.*

Prov. 22, 7. (l) Accipiens mutuùm fit servus fænerantis.

Mygale.

Hist. (a) Quid est, & Britannia ea abundans.

Is est (a) *mus araneus*, qui medius est inter muram, & mustelam, iisque abundat Britannia. Communem habet descriptionem cum mure; at dentes habet quadruplici ordine dispositos. (b) At immundum erat.

Lev. 11, 30. (b) Animal immundum est.

Myndus.

Hist. (a) Quid est, & ejus Geographia. 1. Mac. 15, 23. (b) In Myndum mittitur fœdus Romanorum cùm Judæis.

Maritima (a) *urbs Cariæ*, in Asia minori, ad radices Phœnicis montis, è regiona Coæ Insulæ, inter Miletum, & Halicarnassum posita, vulgò *Metense*; olim Episcopalis sub Archiepiscopo Stauropolitano. In (b) Myndum scriptum fuit fœdus à Romanis cùm Judæis

dæis compactum. Sunt qui myndum præcisè insulam in mari Icario dicant, cujus nominis significatio est: (c) *Muta*.

(c) Nom. signif.

Myricæ.

Hist.

Plin. l. 13. c. 21. (a) Quid est, & varietas specierum.

In numero multitudinis ut plurimùm reperitur hoc nomen, (a) quô significatur *Genus quoddam humilis virgulti, cujus species quædam sativa est*, & eadem est, ac *tamarix*, juxta Plinium; altera sylvestris, quam in Achaiâ *Briam sylvestrem* vocant. Fragilis nuncupatur, & nominatur hæc planta, nullum esui aptum fructum referens; & amphibia videtur esse, ut quæ inter aquatiles locum habet, & in desertis copiosissimè etiam enascitur.

Jer. 17. 6. (b) Homo confidens in homine ut myrica in deserto.

Apud Jeremiam maledicitur homo in homine confidens, & prænuntiatur: *Erit*, (b) *quasi myrica in deserto, & non videbit, cum venerit, bonum; sed habitabit in siccitate in deserto, in terrâ salsuginis, & inhabitabili.* Et ad denuntiandam vastationem Moab dicitur: *Fugite, salvate animas vestras*; (c) *& eritis quasi myrica in deserto.* Folium scabrum habet, floremque purpureum, gratum apibus.

- - 48. 6. (c) Moabitæ futuri, ut myrica in deserto.

Myrrha, Myrrhatus.

Hist.

(a) Fabula de myrrhâ.

Fabula (a) fuit, myrrham, Cyniræ Cypriorum Regis filiam, cum paterno amore capta, pluries patri suo incognita copiam sui fecisset, inde agnitam, & noctis beneficio in Arabiam profugam, inibi dolore tabescentem, in arborem sui nominis conversam esse continuò lacrymantem. Certum tamen est (b) arbusculam in Arabiâ esse, altitudine ad quinque cubitos, spinosam, candice duro, & intorto, è cujus cortice inciso lacryma defluit, quæ & ipsa myrrha dicitur, seu Stacte (volunt aliqui humorem delabentem è Terebyntho Stacten dici, & myrrham) valdè, ed conservanda à putredine vel ipsa mortuorum cadavere, satis velens, si eâ ungantur; inciso, hoc est, non cæso cortice manat hic liquor, quod in aliis arbusculis non ita est. Apud Medicos liquor hic valdè in usu est, satis amarus, & odorus; qui humores à capite effluentes restringit, vulnera curat, digestionem confortat, fœtorem emundat, labiorum ulceribus medetur, vermes necat, superfluam carnem corrodit, memoriam acuit, cerebrum juvat, oculis, auribus, naribus, pectori, totique corpori utilis. Arbor spinæ similis est, fructum non afferens; non habens saporem, odorem, aut fœtorem. Inter aromata computatur humor, & (c) ex eo immixta erat pars in unguento pro ungendis Sacerdotibus; electa autem esse debebat myrrha hujusmodi, quasi flos myrrhæ, & pars ejus purior, & subtilior. Ubi prophetet David de Salomone, ponit eum omnibus odoribus fragrantem, cum dicit: (d) *Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis &c.* quod refertur ad Christum, & sic ad ejus virtutes. Scortum, juvenem incautum ad se trahere volens, inducitur ei blandiens, & invitans dicens: *Aspersi* (e) *cubile meum myrrhâ, & aloe, & cinnamomo &c.* Sponsa mystica dicit de Sponso suo: (f) *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur.* Et Sponsus de Sponsâ suâ interrogat: *Quæ est ista, quæ ascendit per desertum,* (g) *sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & universi pulveris pigmentarii?* Moxque eit: (h) *Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.* Et ad Sponsam ait: *Emissiones tuæ* (sunt) - - - - - - - (i) *myrrha, & aloë cum omnibus primis unguentis.* Et eam ad hortum invitans inquit: *Messui* (k) *myrrham meam cum aromatibus meis.* Et sponsæ, pulsanti sponso apertura, dicebat: (l) *Manus meæ stillaverunt myrrham, & digiti mei pleni myrrhâ probatissimâ.* Et de ipso Sponso loquens ponit: *Labia ejus* (m) *lilia distillantia myrrham primam*, hoc est, puriorem. Sapientiæ apud Ecclesiasticum dicit: (n) *Quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris.* Magi, adorantes Christum Dominum, *obtulerunt ei munera aurum, thus, & (o) myrrham.* Et Nicodemus, sepeliturus corpus Jesu, venit nocte primùm, *ferens (p) mixturam myrrhæ, & aloes, quasi libras centum*; quibus scilicet ungeret corpus illud.

(b) Quid est myrrha, ejus descriptio, & usus in medicina.

Exod. 30. 23. (c) Pars myrrhæ in unguento Sacerdotum.

Psal 44. 9. (d) Mystica interpretatio myrrhæ in vestibus Salomonis.

Prov. 7. 17. (e) Cubile scorti aspersum myrrhâ &c.

Cant. 1. 12. (f) Sponsus myst. similis fasciculo myrrhæ.

- 3. 6. (g) Sponsa mystica, ut virgula fumi ex myrrhâ &c.

- 4. 6. (h) Sponsus myst. ad montem myrrhæ pergens.

- 14. (i) Emissiones Sponsæ myst. myrrha &c.

- 5. 1. (k) Sponsus myst. messuit myrrham &c.

- 5. (l) Manus Sponsæ myst. myrrham distillantes.

- - 13. (m) Labia Sponsi myst. lilia myrrham primam distillantia.

Eccli. 24. 20. (n) Sapientiæ odora, ut myrrha electa.

Matth. 2. 11. (o) Myrrha à magis oblata Christo.

Joan. 19. 39. (p) Nicodemus ungens corpus Christi cum mixtura myrrhæ &c.

Myrrhatum dicitur, quod (q) myrrham habet admixtam. Tale (r) erat vinum, quod dabatur morituris, ad supplicium damnatis, quò eorum Spiritus reficeretur; sive autem hoc esset ad pietatem, sive ad crudelitatem, quô refecti magis tormenta sentirent, nescimus. Christo Jesu in Calvariæ montem adducto scimus, quod *dabant ei bibere* (s) *myrrhatum vinum, & non accepit.* Myrrha sonat; (t) *Amara: Amaritudo.*

(q) Quid est myrrhatum.

(r) Vinum myrrhatum morituris damnatis ad supplicium dabatur, & cur.

Marc. 15. 23. (s) Vinum myrrhatum oblatum Christus renuit.

(t) Nom. signif.

* Myst.

* *Amaritudo pœnitentiæ, & continentiæ*, quæ incentiva voluptatum cernis desiccat, in myrrhâ repræsentatur; juxta D. Bernardum.

D. Bern. s. Cant. ser. 43

Fides mortis, & Passionis Christi, qui etiam fasciculus myrrhæ est, figuratur in myrrhâ; ex D. Fulgentio.

D. Fulg. ser. de Epiph.

Humanitas item Christi designatur in myrrhâ; ut notat Origenes.

Orig. l. Cant. h. 5. 3.

Maria Virgo, applicando myrrhæ dotes ad Mariæ ejusdem virtutes translatè, myrrhe appellatur plenô ore, & quidem electa; ab Idiotâ, nec non à Dionysio Carthusiano, & aliis.

Idiot. de B. V. P. 14. contempl. 5a.

Dion. in Eccles. c. 24.

Mortificatio carnis, cùm passione Christi conjuncta, denotatur per myrrham; ex D. Ambrosio.

D. Ambr. de mis. virg. c. 11.

Myrrhinus, a, um.

Hist.

(a) Quid sit.

Quod (a) *myrrham habet admixtam*, aut, *quod ex myrrha conditum est*, Myrrhinum dicitur. Per annum variis oleis, & unguentis ungebantur puellæ, ad Assuerum ingressuræ; per sex (b) menses autem hujus anni ungebantur oleo myrrhino; quò scilicet securæ fierent ab omni contagione. Legunt aliqui *myrtino*; & tunc ad myrtum spectat.

Esth. 2. 12. (b) Puellæ ad Assuerum ingressuræ oleo myrrhino per sex menses unctæ.

Myrtus, Myrtetum.

Hist.

(a) Quid myrtus, & ejus descriptio.

Arbuscula (a) est myrtus, seu potius frutex, & virgultum perpetuò virens, folia quasi oleæ habens, sed breviora; baccas verò prænigras,

(b) Vinum ex myrto, & ejus usus in medicina.

nigras, pro fructu, afferens, similes juniperinis, sapore vinoso, ex quibus etiam (b) vinum exprimitur, vi astrictoriâ pollens, stomachum dissolutum confortans, ruptisque, atque ex alto delapsis commodè exhibitum, quin etiam somnum ciet febricitantibus. Sic etiam ex foliis oleum exprimitur; ideóque qui legunt *myrtinum*, & non *myrrhinum*, (c) hoc oleo ungendas fuisse puellas, ad Assuerum destinatas, asserunt. Suavis, & odorus ergo est frutex, visu exhilarans situ, & ex cespite sylvam proferens, & imputribilis, littora quidem amans.

(c) Oleum myrtinum.

2. Esd. 8. 15. (d) Frondes myrti adhibitæ in festo Tabernaculorum sub Nehemiâ. Isa. 41. 19. (e) Deus daturus in solitudine myrtum, ubi expl. text.

Pro Tabernaculis conficiendis, dum festum ageretur sub Nehemiâ frondes etiam (d) myrthi adhibitæ sunt. Apud Isaiam dicens Dominus, in tempore angustiæ se non defuturum afflictis, exprimit hoc per ea verba, & symbola: (e) *Dabo in solitudine - - - - - - myrtum*; & sic à similitudine deserti fœcundandi plantis suavibus, demonstrans mala, in bonum convertenda; sicut & ad denotandam futuram felicitatem, ait: (f) *Pro urticâ crescet myrtus.*

- 55. 13. (f) Myrtus loco urticæ dandus, ubi expl. text. (g) Quid myrtetum. Zach. 1. 8. &c. (h) Angelus visus inter myrteta.

Myrtetum est (g) *ex myrto, seu myrtis sylva.* In visione Zachariæ visus est Angelus stare *inter* (h) *myrteta* observans, quæ fiebant circa Jerusalem.

Myst. I. Pro Myrto.

D. Gr. hom. 20. *Compatientes* afflictis in Myrto, temperativa virtutis, adumbrantur; ex D. Gregorio Magno.

Rich. de S. Laur. de laud. v. l. 12. *Maria virgo*, factâ comparatione à sensu litterali dotium myrti ad sensum mysticum virtutum, quæ in ipsâ virgine reperiuntur, vocatur à Richardo à S. Laurentio myrtus.

D. Hier. f. Isa. 55. *Ornamentum virtutis* significatur per myrtum, quâ Tabernacula formata sunt; quâ ornantur etiam horti; ut notat D. Hieronymus.

D. Gr. 18. m. 12. *Tranquillitas mentis* designatur per myrtum, temperatæ virtutis fruticem; & sic etiam *temperies cogitationum* per myrtum repræsentatur; ex D. Gregorio Magno.

II. Pro Myrteto.

D. Hier. f. Zac. 1. *Angeli, Apostoli, & viri Apostolici* myrteta dicuntur; inter eos enim est Deus, vir, seu Angelus à Deo destinatus, ad observandam Ecclesiam suam; ex D. Hieronymo.

Myrum.

Hist. Plin. 13. c. 2. Judith. 10. 3. (a) Quid est; quo usa est Judith itura ad Holof.

Unguentum (a) *optimum*, ait Plinius myrum fuisse; facilè, quasi ex myrrhâ factum, Judith, ad Holofernem itura, *unxit se myro optimo.* (V. *Judith.*)

Mysia.

Hist. (a) Quid est, divisio ejus, & Geographia.

Minoris (a) *Asiæ Regio* est in duas divisa partes, quarum altera minor dicitur, sive Hellespontica, & ad Hellespontum est, Troadem habens ad austrum; altera major vocatur, quæ Olympenica, ubi Olympeni; & hæc Mysiam minorem habet, & Troadem ab occasu; Bithyniam, ad Aquilonem; Phrygiam ad ortum; & Asiam propriè dictam ab austro. Mysiæ incolæ, (b) mysi dicti, adeò infimæ, & abjectissimæ conditionis homines fuêre, ut per mysorum ultimum apud antiquos proverbialiter, & in formam adagii intelligeretur contemptissimæ sortis homo. Strabo (c) Mysos, & mœsos confundit, contra quem Plinius est. De Paulo, & Timotheo scribitur, quòd *cum venissent* (d) *in Mysiam tentabant ire in Bithyniam, & non permisit eos Spiritus Jesu. Cùm autem pertransissent mysiam, descenderunt Troadem &c.*

(b) Proverbium notans mysorum abjectionem.

(c) Mysi, & mœsi à Strabone confusi.

Act. 16. 7. - - 8. (d) Spiritus Jesu non permittens Paulum, & Timotheum de mysia ire in Bithyniam.

Mysterium.

Hist. (a) Quid est hæc vox, cujus textus notis significatur, ubi locus.

Sumitur (a) pro *re secreta de rebus sacris*; pro *arcano sacro*; pro *sacra significatione, diversa à vulgi interpretatione*, & solis Sacerdotibus, iisque, qui sacris addicti erant, nota; Fit autem aliquando, ut sumatur hoc nomen simpliciter pro *re abscondita, & incognita*; licèt non referatur ad res sacras; & sic pro *omni eo, quod non facilè apparet.*

Judith. 2. 2. Prov. 20. 19. (b) Revelans amicis mysteria fugiendus homo.

Nabuchodonosor, populos omnes sibi subjicare meditans, convocatis primoribus regni sui, *habuit cum eis mysterium consilii sui.* In Proverbiis monitum est: *Ei,* (b) *qui revelat mysteria, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia sua, ne commiscearis.*

Eccli. 27. 19. - 27. 24. Dan. 2. 19. - - 27. - - 28. - - 29. - - 47.

Apud Ecclesiasticum dicitur, quòd *in mysterii revelatione effugiet amicus*; & quòd *denudare amici mysteria, desperatio est animæ infelicis. Danieli mysterium per visionem noctu revelatum est* de somnio Nabuchodonosor; & hoc ipse indicavit Regi, protestans, quòd *est Deus in cœlo revelans mysteria &c.* qui in somnio eidem revelaverat ventura; & per seriem Rex audiens omnia fassus & ipse est: *Verè Deus vester Deus Deorum est, & Dominus Regum, &* (c) *revelans mysteria; quoniam tu potuisti aperire hoc Sacramentum.* (V. *Daniel.*) De quodam (d) Rhodoco Judæo notatur, quòd Mysteria Judæorum, quatenùs scilicet Bethsuræ arx sustentabatur de necessariis, quæ Judas Machabæus obsessis mittabat, enuntiavit hostibus; unde & punitus est. (V. *Rhodocus.*)

(c) Deus est revelans, hoc est, sciens, & aperiens mysteria. 2. Mac. 13. 21. (d) Rhodocus, revelans mysteria Judæorum, punitur.

Matth. 13. 11. Marc. 4. 11. Luc. 8. 10. (e) Discipulis Christi datum nosse mysteria regni cælorum.

Cùm interrogarent discipuli Jesum, cur in Parabolis loqueretur cum Turbis? Respondit: *Quia vobis datum est nosse* (e) *mysteria regni cælorum; illis autem non est datum*; unde parabolam de semine in varia cadente loca aperuit ipsis.

Rom. 11. 25. (f) Mysterium adventûs Christi manifestatum à D. Paulo Roman. - - 26.

Ad Romanos scribens Apostolus habet: *Nolo vos ignorare fratres* (f) *mysterium hoc, (ut non sitis vobis ipsis sapientes) quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo Gentium intraret, & sic omnis Israël salvus fieret, sicut scriptum est: Veniet ex Sion, qui eripiat, & avertat impietatem à Jacob.* Et in fine ejusdem epistolæ honorem, & gloriam precatur, *ei, qui* (inquit) *potens est vos confirmare juxta Evangelium meum, & prædicationem Jesu Christi, secundùm* (g) *revelationem mysterii, temporibus æternis taciti*; Deo scilicet; & mysterium dicitur temporibus æternis tacitum, hoc est, non revelatum adbuc. Ad Corinthios ait: *Loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei*; & dicit, quòd, si noverit (h) *mysteria omnia, & omnem scientiam*, & erit sine charitate, nihil est. Et dum hortatur eos ad sectandam charitatem, & æmulandum spiritalia,

- 16. 25. (g) Revelatio mysterii Christi, quòd sit Deus; ubi expl. text.

1. Cor. 2. 7. - 4. 1. - 13. 2. (h) Noscens mysteria, & carens charitate, nihil est.

ut

1. Cor. 14. 2.
(i) Mysteria explicantur adjuvante Spiritu sancto; ubi expl. text.

ut prophetent, subdit: (i) *Qui enim loquitur linguâ, non hominibus loquitur, sed Deo; nemo enim audit; Spiritus autem loquitur mysteria:* q. d. Qui loquitur linguâ multiplici, & affectata, non intelligitur sæpè ab hominibus, qui eum non audiunt, hoc est, non intelligunt modum loquendi; Spiritu sancto autem dirigente, qui loquitur, mysteria explicat, seu prophetat. Alibi autem dicit: (k) *Ecce mysterium vobis dico; omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur*; gloriam, scilicet, non omnes acquiremus. Et ad Ephesios de iis, quæ scripserat, ait: *Potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi.* Rogatque, ut orent (inquit) *pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiduciâ, notum facere* (l) *mysterium Evangelii.*

- 15. 51.
(k) Revelatio mysterii resurrectionis, ubi expl. text.

Ephes. 3. 4.

- 6. 19.
(l) Idem Paulus mysterium Evangelii explicaturus.

Coloss. 1. 26.

Ad Colossenses ait, se ministrum factum Dei ad explicandum eis verbum Dei, *mysterium, quod absconditum fuit à seculis, & generationibus; nunc autem manifestatum est sanctis ejus &c.* Monstratque suam magnam esse solicitudinem pro iis, quos coràm non viderit, pro consolatione scilicet eorum, proque eorum instructione *in agnitionem mysterii Dei Patris, & Christi Jesu.* Rogatque, ut orent pro se, *ut Deus* (ait) *aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi, propter, quod etiam vinctus sum.*

- 2. 2.

- 4. 3.

Ad Thessalonicenses verò de perditionis filio dicit: (m) *Mysterium jam operatur iniquitatis; tantùm ut qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat:* Filius hic perditionis vel intelligitur Simon Magus, vel Christianorum persecutor, Imperator Romanus, tunc regnans, quousque vivat. Scribens ad Timotheum, desiderium suum ostendit, quô vult esse Diaconos, (n) *habentes mysterium fidei in conscientiâ purâ.*

2. Thess. 2. 7.
(m) Filius perditionis operans mysterium iniquitatis; ubi expl. text.

1. Tim. 3. 9.
(n) Diaconi habeant mysterium fidei &c.

Ad vocem septimi Angeli consummandum esse *mysterium* (o) *Dei, sicut evangelizavit per servos suos Prophetas*, denunciatum est in Apocalypsi. In fronte mulieris fornicariæ Babylonis erat scriptum: (p) *Mysterium: Babylon magna, mater fornicationum, & abominationum terræ*; ut insinuetur scilicet tale nomen metaphoricum esse, & per eam significari Romam Ethnicam.

Apoc. 10. 7.
(o) Mysterium Dei consummandum.

- 17. 5.
(p) In fronte mulieris fornicariæ in Apoc. erat scriptum mysterium.

Mysticus, a, um.

Hist.
Isai. 3. 3.
(a) Princeps prudens eloquii mystici auferendus à Jerusalem, & ibi quid est mysticum.

Apud Isaiam dicitur Dominus ablaturus à Jerusalem, & à Judâ (a) Principem - - *prudentem eloquii mystici*; hoc est, eloquii *sacri; non communis; à primâ concipiendi ratione diversi; Spiritualis; & cura litterarium sensum; secreti, & arcani.* Hoc enim sonat Mysticum.

F I N I S.

